UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvrgensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

Visual Library

Th. 336a.

N V 19.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

METROPOLIS
SALISBVRGENSIS,

A

NOBILI ET AMPLISSIMO
DN. VVIGVLEO HVNDIO à Sultzemos,
I. C. Collectæ,

Tomus Alter.

CONTINENS

FVNDATIONES ET
ERECTIONES MONASTERIORVM, ET
Ecclesiarum Collegiatarum, &c. per Boiariam,
ac loca quædam vicina.

CVM DIPLOMATIS SVMMORVM PP. IMP.
REGVM, PRINCIPVM, &c.

ET NOTIS
CHRISTOPHORI GEVVOLDI
I. C. SERENISS. BOIOR. DVC.
à Consiliis.

Ex legato Ilmi Principis Ferdinandi Epi Pad. et Mon.

MONACHII
Collegii Societ. Jesu Paedib. 1623.
Ex Typographéo Bergiano apud Viduam.

ANNO M. DC. XX.

Impensis IOANNIS HERTSROY Bibliopolæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

METROPOLIS

SALISBVRGENSIS

ADMODVM REVERENDIS RELIGIOSIS ET AMPLISSIMIS PATRIBVS, ECCLESIARUM Collegiatarum, ac Monasteriorum Baioariam Prælatis Dominis honorandis,

S.

VSCEPTI laboris mei causam ex pluribus vnam, eamque præcipuam, Admodum Reuerendi Religiosissimi & Amplissimi Patres, Domini colendi, in dedicatoria huius operis epistola ad Serenissimum vtriusque Baioariæ Monarcham MAXIMILIANVM, Dominum nostrum clementissimum exposui. Sequitur nunc alia, quæ ad Paternitates vestras propriè pertinet. Res sic habet. Redemptor humani generis, Dominus noster IESVS CHRISTVS ex Virgine Homo factus, sanguine suo acquisiuit sibi hæreditatem, regnumque æternum: Ecclesiam sanctam per spiritum sanctum in vnitate fidei, sub visibili capite Romano Pontifice, B. Petri Apostoli successore ex omnib. vniuersi terrarum orbis gentibus congregatam, ac deinceps vsque ad consummationem sæculi congregandam. Huius regni

ſpiritualis per celeberrimam Noricorũ ſeu Baioariorum prouinciam anteceſſores veſtri, communionem ſanctæ ſedis Apoſtolicæ firmiter & inconcuſsè tenentes, fuerunt paſtores, Magiſtri, doctores atque rectores. Iidem eſtis etiam vos, qui in locum illorum per ſucceſsionẽ legitimã ſubintraſtis. Quid verò dignius eſſe poteſt, quidue æquitati magis conueniens, quam vt viri iſti glorioſi, ad cœleſtem illam beatorum ciuitatem iam translati, ab omni generatione laudentur; eorumq; memoria de ore futuræ poſteritatis nunquam recedat. Minime verò hoc fieret, niſi talium tantorum patrũ præclarè geſta omnium conſpectui expoſita ſupereſsẽt. quin potius, quod olim ſtatuis illuſtrium Romanorum, ab Auguſto ex Capitolina arca propter anguſtias in Martium cãpum collatis, per Caligulam euenisſe refert Suetonius, penitus ſubuerterentur, ac æterno inuoluerẽtur ſilentio. Quod omninò eſſet inhumanum, & ne quid dicam grauius, à debita pietate ergà maiores optimè meritos prorſus alienum.

Habetis Patres admodum Reuerendi & ampliſsimi, alteram impenſi qualiscunque laboris mei cauſſam, veſtro, opinor, quoq; prudẽti judicio & auctoritate haud improbandam

bandam: perennitatem, inquam, memoriæ piorũ, & omni laude dignorum antecessorum. Eadem vos quoque, nulla neq; temporis neq; hominum iniuriâ vobis præripiẽda manet; quod ratum faxit cęleste numẽ. Monachii, die viceſima quarta mẽnſis Septembris, D. Rvdperto Boiorum Apoſtolo ſacro, An. C. M. D. CXX.

Ad.m RR. & Ampliſs. PP. V.ras debita obſeruantia colens,

Christophorvs Gevvoldvs
I. C. Seremi Boior. Duc.
à Conſiliis.

CATALOGVS

ECCLESIARVM, COLLEGIORVM AC MONASTERIORVM PER BAVARIAM; QVAE IN HOC TOMO secundo continentur.

A.

Altaich inferius. pag. 1
Rinchnach. pag. 36
Altaich superius. pag. 49
Alderspach. pag. 57
Altenhohenavv. pag. 78
Altonis monaster. vulg. Altonmünster. pag. 81
Alt Capell zu Regenspurg. pag. 87
Altmülmunster. pag. 88
Andechs. pag. 93
Anger. pag. 102
S. Andreæ Frisingæ. pag. 106
Aspach. pag. 111
Aetl. pag. 118
Avv & Gars. pag. 128

B.

Beyharting. pag. 133
Beurberg. pag. 135
Beûrn. pag. 139. al. Benedictbeûrn.
Bergen. pag. 147
Bernried. pag. 149
Berchtoldsgaden. pag. 152
Biburg. pag. 190

C.

Cæsarea, vulg. Kayßhaimb. pag. 216
Carmelitarum monasteriũ Straubingæ. pag. 223
Eorund. in Abensperg. pag. 224
Chiemensis Episcopatus. pag. 231
Chiemsee vulg. Herren Chiemsee. pag. 234
Chiemsee Monialium, Frawen wördt. pag. 240
S. Claræ Ratisponæ. pag. 245
S. Crucis Ratisponæ. pag. 246
Chiebach. pag. 246

D.

Dietramszell. pag. 252
Diessen. pag. 259

E.

Ebersperg. pag. 274
Essing. pag. 288
Etal. pag. 296

Form-

Formbach. *F.* pag. 317
Fürstenfeld. pag. 327
Fürstencell. pag. 337
S. Franciſci monaſteria & S. Dominici in Bauaria
G. pag. 343
Gainkouen. pag. 351
Gars. pag. 128
Geiſenfeld. pag. 352
Götszell. *H.* pag. 357
S. Haymerani Ratiſponæ. pag. 360
Hægelvvôrd. pag. 384
Haibach. pag. 385
Heilig Berg/ vid. Andechs.
Hochenvvart. *I.* pag. 391
S. Iacobi Scotorum Ratiſponæ. pag. 396
Ieſu Societas Ingolſtadij. pag. 398
Vet. Oeting. pag. 403
Monachij. pag. 404
Landſpergæ. pag. 414
Illmünſter. pag. 415
Ingolſtadienſis Vniuerſitas. pag. 416
S. Iohannis Bapt. Friſingæ. pag. 435
Iſm. *M.* pag. 441
S. Magni. pag. 448
Malharſdorff. pag. 456
Mariæ zella. pag. 467
B. Mariæ virginis, Monachij. pag. 478
Matikouen. pag. 498
Mattſee. pag. 498
Manſee. pag. 499
Meten. pag. 501
Moſpurg. pag. 504
Münchſmünſter. *N.* pag. 516
Neuburg. pag. 524
Neüſtifft. pag. 527
S. Nicolai. pag. 530
Nidernburg in Paſſaue. pag. 585
Nidernmünſter zu Regenſpurg. pag. 589
Nunberg. pag. 594

CATALOGVS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FVNDATIONES ET ERECTIONES MONASTERIORVM, ET ECCLESIARVM COLLEGIATARVM, &c. PER BOIARIAM, AC LOCA QVÆDAM VICINA.

ALTAICH INFERIVS.

AMPLISSIMVM ac ditissimum Monasterium Benedictini ordinis, in Bauaria inferiori ad Danubium situm. Vnde verò Altaich inferius & superius nomen ac originem habeant, nempe à duabus vetustissimis & prodigiosæ magnitudinis quercubus, in ripa Danubij, quo frequens populus gentilis coibat, & victimas immolabat, quæ loca Boij post receptam Christianam religionem in templa, ac inde in Cœnobia commutauerunt, vide latiùs Ioannem Auentinum in Annalibus suis, lib. 3. fol. 257.

FVNDATVM est hoc Monasterium sicut & Altaich superius, ac pleraque alia consilio S. Pirminij, Episcopi Metensis, ab Vtilone Duce Bauariæ, in honorem S. Mauritij, anno 741. Sub Zacharia Pontifice Maximo, & subinde licet ab eodem Duce Vtilone multis prædiis & possessionibus ditatum, bellis tamen & incendiis vastatum & attenuatum fuit. Instauratum verò est per Imperatores & Reges Romanos, qui illud maximis muneribus & priuilegiis auxerunt, sicuti hoc ipsum testantur Annales eiusdem Monasterij. Tassilo, filius Vtilonis, plurima prædia huic Monasterio dedit, quorum magnam partem per discordiam Principum amisit. Carolus Magnus tradidit huic Monasterio priuilegia immunitatis, & prædiũ in Spitz & in Bachouia in Austria, anno 812. Chronica Monasterij Altaicheñ. Georgij Abbatis habet, quòd postquàm Carolus Magnus terram Auarorum siue Pannoniam, quæ nunc Austria est, octo annis perdomuisset, expulsis Auaris, totam inter Ecclesias Bauariæ, Pontifices, Abbates, Comites & Barones diuiserit, & Monasterio Altaich magnam partem tradiderit, quam hodie alij occupârint. Ludouicus item, Caroli magni Nepos, Orientalis Franciæ Rex, tradidit Ecclesiæ Altaichensi quædam priuilegia, immunitates, & in suam tutelam recepit, &c. anno 843.

Omnia ac singula Impp. Regũ ac Principum Priuilegia & Cõcessiones, de quibus hic passim fit mentio, sequuntur suo ordine paulo infra sub lit. A.

HVIVS Ludouici tempore, Gotsbaldus, Abbas Altaicheñ. factus est Episcopus Herbipolensis; qui ab eodem Ludouico impetrauit Monachis potestatem eligendi ex se Abbatem, huic oneri idoneum. Auent. lib. 4. fol. 316.

ILLE idem Episcopus Herbipolensis impetrauit ab eodem Ludouico, vt sibi liceret, tanquàm Administratori, bona & possessiones Monasterij pro aliis cõmodis possessionibus permutare.

SVPRA DICTVS item Ludouicus dedit eidẽ Gotsbaldo, Abbati & Cœnobio, in villa Engolstat, (communiter hodie dicta Ingolstat) duas Ecclesias, vulgariter den Herrenhof/ curtim dominicatã cũ ædificiis desuper positis, cum pertinentiis, agris & pratis, Itẽ XXII. Huobis, ad curiam seu prædiũ illud pertinentibus; qui

& Cœnobium in suam tulelam suseepit, & datis priuilegiis, illud ab omni exactione & onere exemit.

Vid. in aduersar. Histor. Boica.

ANROLDVS Dux Bauariæ, dictus malus, ambiens Imperiũ & rebellans Conrado & Heinrico Aucupi, Rom. Regibus, pleraq; huius Monasterij bona tàm in Austria, quàm in Bauaria diripuit, ac militibus suis distribuit; hinc norma monastica ibidem defecit, tamen sub regula Canonicorum vsq; ad tempora Ottonis tertij, quasi per centum annos permansit, qui consilio S. Wolfgangi Ratisbon. & Piligrini Patauiensis, Episcoporum, eundem locum regulæ priori Benedictinorum restituit, iuxta Annales huius Monasterij. Sed Auent. hanc reformationem tam huius quàm aliorum Monasteriorum Bauariæ Heinrico sancto Imperatori ascribit. fol. 507. vtcunq; sit, Heinricus sanctus, motus sanctitate beati Gothardi, apud Altaich inferius nati, eiusq; discipuli beati Guntheri eremitæ, quorum secretis consiliis priuatim vtebatur, largissimus ac beneficentissimus erga hoc Monasterium fuit, recipiens in suam tutelam, immunitatem dans, ac tradens decimam in Mundrichingen, & prædium in Sifhouen, Item Flinspach, & mutam & teloneum in Hengersperg, & mutam in Zwvisel, & alia, anno 1000. quorum magnam partem à Degenbergen. occupatum Georgius Abbas Altaichen. in sua Chronica refert.

IN alio diplomate, de anno 1005. Heinricus S. Imper. reddi iubet vi ablatam villam Flinspach, in pago Svveinihgovv, Comitatu Thiemonis Comitis, & quicquid inter Winzer & Hofakirchum, &c.

CONRADVS Salicus dedit Cœnobio Alteichen. montem S. Gothardi in Kirhperg, cum adiacentibus prædiis & syluis, anno 1040.

HENRICVS tertius Imper. ob iuge seruitium Abbatis Ratemundi Altaichen. dat decem mansos Zaione, in præsidij termino Sigefridi Marchionis, in pago & Comitatu eiusdem, anno 1045.

IDEM rogatu Agnæ vxoris, Gebhardi Ratisbonen. Gebhardi Aichsteten. Episcoporum, dedit Ratemundo Abbati ob fidelia seruitia tres Regias Huobas in orientali pago, iuxta fluuium Schvvarza à termino proprietatis, quam possidet Vlricus, filius Thiemonis Comitis, &c. anno 1048.

IDEM Dietmaro Abbati in Comitatu Thiemonis Præsidis in villa Helgersperch tunicatum teloneum concedit, anno 1049.

B. *Vendita fuerunt hæc duo prædia tempore Abbatis Pauli.*

HENRICVS tertius, Rex Romanorũ, donauit huic Monasterio apud Storph prædium in Austria, iuxta fluuium Zaia situm, villam Wissenregen & Ecclesiam in Rinichoa, cum terminis nemorum Nordvvald, anno 1049.

CONRADVS tertius Imp. Sueuus huic Monasterio etiam multa donauit, iuxta Chronicam huius Monasterij, Fridericus Dux Austriæ Abtstorf liberum aduocatiâ iubet esse. Datum in Castro Medlico, anno 1243.

CAROLVS quartus confirmauit priuilegia huius Monasterij, illudq; in suam tutelam recepit, vt testatur eius egregium diploma.

C. *Vide infrà §. Maximilianus Imperator. & ibid. notata, sub lit. D.*

SPECTAVIT itaq; hoc Monasterium Altaich inferius aliquando ad Imperium, Romanoq; Imperatori annuum Canonem, quem seruitium Regale vocârunt, soluit; Tandem cùm ad tantam inopiam venisset, vt nec Monachos sustentare, nec Imperio debitum seruitium præstare posset, Fridericus primus Imperator illud cum omnibus pertinentiis & rebus, ac etiam cum aduocatia & Ministerialibus, Eberhardo, Episcopo Bambergen. ita tradidit, vt Abbati & Monachis sua stipendia intacta & indiminuta permanerent, & census Imperialis Episcopo cederet, ipseq; illud Monasteriũ possideret, & Abbatem quemlibet sub homagio regalibus inuestiret, ipse Aduocatũ poneret & deponeret. De hac re extant duo diplomata, quorũ alterũ datum est, an. 1152. Aquisgrani, alterũ Papiæ, an. 1160.

CON-

CONFIRMAVIT hanc traditionem Eugenius Papa, nempe inuestituram & aduocatiam Abbatiæ de Altach, quæ regiæ dignitati competebant, cum his, quę fisco regio annuatim soluebantur, iuribus tamen & stipendiis eiusdem Abbatiæ, Abbati & Monachis debitis indiminutis ac saluo iure Patauiensis Episcopi, &c. Datum Signiæ 18. Calend. Iulij.

IDEM Episcopus Eberhardus, inuestito deinde Abbate Boleslao, ipsum in confratrem & Concanonicum Ecclesiæ Bambergen. & collateralem ipsius & Successorum suorum recepit & statuit, vt Monachi, Clerici & Ministeriales, vnusquisq; in suo ordine maneret, vt illis inuitis nihil auferretur, aut iura ipsorum mutarentur, vt Ministeriales Monasterij iisdem iuribus vterentur, quibus alij Ecclesiæ Bambergensis Ministeriales, anno 1153.

ADVOCATI huius Monasterij erant olim Comites de Pogen, qui illam aduocatiam à Rom. Imp. in feudum acceperant, vsq; ad tempora Friderici primi Imper. qui Monasterium & aduocatiam Episcopo Bambergensi, vt suprà dictũ est, tradidit, à quo Berchtoldus Comes à Pogen, primò in beneficium accepit. Cùm autem inter Albertum tertium, filium Berchtoldi, ex vna, & Comites Ortenbergenses, Rapotonem & Henricum, ex alia parte, propter hanc aduocatiam & alias quasdam causas, graue bellum exarsisset, in quo vtrinq; Monasterio grauissima damna illata sunt, & Albertus quartus, filius Alberti tertij, vnà cum fratre contra iustitiam & voluntatem Episcopi hanc aduocatiam violenter tenerent, Monasterio tam per se, quàm suos Subaduocatos, grauissima damna inferrent, sicuti infrà in Catalogo Abbatum latiùs explicatur; per Eckpertum Episcopum Bambergen. ab officio remoti sunt, & ius aduocatiæ Ludouico, Comiti Palatino Rheni, Duci Bauariæ, & Ottoni filio, & omnibus hæredibus eorum feudalibus in feudum concessum est, nempe hoc ius, quod à Patauia ex vtraq; parte Danubij, versus Ratisbonam & vltrà protenditur; excepta villa Nesselpach, & aliis villis intermediis, vsq; ad Wintzer cum suis attinentiis, quas Episcopus ab omni aduocatia liberas sibi reseruauit; hoc pacto, vt Duces de hoc iure nihil alienare, cõtentiq; esse debeant antiquo iure aduocatiæ, & quòd velint esse defensores Ecclesiæ Bambergensis, nec non omnium bonorum & iurium suorum. De hoc extat diploma Ludouici, sub sigillis ipsius & filij Ottonis, nec non sereniſſimi Domini Heinrici, Regis Romanorum, aliquorum Episcoporum, ac Leopoldi Ducis Austriæ: Testes, Rupertus Comes de Castel, Conradus Præfectus de Nuernberch, & Hermannus Marchio de Baden, Ruedolph Palatinus Comes de Tubing, Vlricus & Gerhardus, Comites de Helffenstain, Eberhardus & Otto, Comites de Eberstain, Hartman Comes de Tilling, Fridericus de Truheding, Gotfridus de Hohenloch, Dapifer de Waltpurch, Conradus Pincerna de Winterstetten, Conradus de Winsperch. Acta Esselingi, anno 1228.

CONFIRMAVIT hoc etiam posteà Ludouicus & Henricus, Duces Bauariæ, vt testatur Henricus Episcopus in quodam suo diplomate, quod Vidimus vocant. Datum, anno 1254.

QVANQVAM credibile est Ottonem Ducem demùm post obitum Alberti quarti, Comitis à Pogen, cuius frater vterinus, ac proinde legitimus Successor erat, in plenariam illius aduocatiæ possessionem venisse, qui Albertus an. 1242. vltimus illius familiæ decessit. Idẽ Otto Dux dedit priuilegium Althæ, vt primo genitus ex seruo Altahẽ & serua Ducis sit Monasterij, reliqui diuidantur æqualiter an. 1243. Cõfirmauit Heinricus, filius Ottonis, an. 1256. Idẽ Otto Dux dedit Althæ decimas omniũ bonorum, in cellariis & granariis Flinsperg, Weissenstein, Schũttenhouen an. 1246. Idem dedit decimas omniũ bonorũ, quæ illi ex morte Rapatonis Palat. Comit. obuenerunt, postquàm in cellaria & granaria collecta,

anno 1249. Sed filius eius Heinricus Dux reuocauit priuilegium patris, de exemptione mutæ, anno 1255. qui tamen dedit decimas in Rottal & in Marchanstain, per commutationem aliquorum prædiorum. Otto, filius huius Heinrici, Rex Vngarię, dedit priuilegium salis, sine muta & teloneo vehendi in Burckhausen & Schärding, anno 1301. Stephanus item frater Ottonis prohibuit, ne aliquis Laicorum, contra Canonica statuta, res huius Ecclesiæ, vel etiam morientium Clericorum sibi vsurpare præsumat.

ITA deinde vsq; in præsentem diem Abbates dicti Monasterij bona temporalia ab Episcopis Babenbergensibus in feudum acceperunt & soluerunt 27. libras denariorũ Bambergensiũ, quæ faciunt 38. libras Hallensium: Aliquando Episcopo datus est equus, Marschalco, & aliis tribus Officialibus Episcopi, cuilibet vna marca Argenti, pro qua concordârunt, anno 1476. & soluerunt pro qualibet 6. flor. Rhenen. Item Cancellariæ 16. flor. Rhenen. Camerario & Cancellario 5. floren. Rhenen. anno 1491. pro vna marca soluti sunt quatuor Officialibus 7. floren. Rhenen. & vna quarta. Et nota, quòd isti Abbates iurant Episcopo & eius Successoribus Catholicis; vnde, mortuo Episcopo, non tenetur Abbas iterum homagium facere, sed mortuo Abbate tenetur Successor, & istud est de iure Canonicæ veritatis, cum glossa, extrà de iureiurando, ac etiam de cõsuetudine dicti Monasterij.

D. MAXIMILIANVS Imperator tutelam Monasterij & ius aduocatiæ Alberto Duci Bauariæ, & omnibus eius hæredibus masculis in perpetuum tradidit, anno 1506. Ita vt Cœnobium omne id præstet eidem Duci, quod præstare debuit Imperatori & eius Successoribus.

Vid. in aduersar. hist. Bauar. SEPVLTI sunt in hoc Monasterio, Berchtoldus, Comes Schyren. qui rebellis fuit Ottoni II. Imp. amitino suo. Nam fuit hic filius Arnolphi primi, Co. Schyren. Nepos Arnoldi, mali Ducis Bauariæ, &c. vnà cum filio suo Heinrico, Duce Carinthiæ, qui obiit anno 989. Teste Iohan. Auent. lib. 5. annalium, fol. 500. 503. 506. 639. quem vide.

E.

ABBATES ALTHAE INFERIORIS.

I. EBERSWINDVS anno sexto Tassilonis Ducis, qui est fundationis 13. Puringæ prædium datum Altach, sub hoc Abbate.

II. WOLFBERTVS anno Ducatus Thassilonis XXX. & XLII. Thassilo vir illustris, Dux Bauarorum, tempore huius Abbatis Wolfberti, ano Ducatus sui XXX. filij sui Diethonis primo, recordans, maiores suos templa, Cœnobia *Fundatio Chremisse, seu Kremsmünster.* construxisse & ditâsse, ipse quoq; vnum construxit iuxta fluenta Chremisse, in honorem S. Saluatoris dedicauit, & dedicatum tradidit; Abbatem constituit cum Monachis, &c. tradens omnes homines, qui ibi habitant, & ibi cuncta culta & inculta Salmani à Sulzipach, & ibi homines salcoquentes, &c. Testes, Vergilius Episcopus, scilicet Salisburgensis, Simpertus Episcopus, scilicet Ratisbonensis, Baltherus Episcopus, scilicet Patauiensis, Oportunus Abbas, Wolfbertus Abbas, videlicet Altaichen. Atto Abbas, scilicet Mansen. Caozich Abbas, Hrothart Abbas, Vtih Comes, Magilo Comes, Salincho Comes, Reginold, Adalger, &c. acta in prædicto Monasterio.

III. VROLPHVS, tempore Caroli Magni, aliàs Fulradus, ex diplomate Caroli Magni, qui hunc Abbatem ad Concilium in Saxonia, cum hominibus benè armatis & aliis necessariis vocat,

TEVT-

TEVTPALDVS, tempore Ludouici Pij Imperatoris, filij Caroli Magni. IIII.

GOZBALDVS, tempore Ludouici Regis Ostrofranciæ & Bauariæ Nepotis Caroli filij Ludouici prædicti. Hic à Gregorio Papa accepit membra SS. Fœlicis & Agapiti, qui Iserhouen stabilit. V.

OTGARIVS, Idem Ludouicus Rex constituit eum, qui multa beneficia ac bona, tam propria quàm suorum fidelium, de ipsorum consensu huic Monasterio contulit, iuxta diplomata ibi. VI.

WOLFBERTVS secundus, tempore Caroli. VII.

EBERSWINDVS secundus. VIII.

GRIMALDVS Conradus Aduocatus. IX.

OTBALDVS, X.

CHVNIPERTVS * Rafoldus Aduocatus. * *Vid. Ekkardū cap. 10. f. 82. & cap. 15 f. 99.* XI.

EGELOLPHVS. XII.

AARON, pòst defecit ordo, facti Canonici, 100. ferè annis. XIII

ERCHANBERTVS Abbas, Ottone tertio regnante, rexit 6. annis, anno 990. XIV.

S. GOTHARDVS, Althæ inferiori natus, patre Ratmundo, à Friderico, Archiepiscopo Salisburgen. qui tunc Altach. in beneficio habuit, fit Acolythus & Subdiaconus, & ordinatur in Præpositum Canonicorum, à Pilegrino Patauiensi Episcopo ordinatur Diaconus, à S. Wolfgango Sacerdos, sub Erchanberto Abbate, 12. Calend. Ianuarij. In hoc Cœnobio existens Diaconus, Monachatum vouit, anno 997. Fit Abbas, præsentibus S. Heinrico Duce, quibusdam aliis Episcopis & Proceribus Boiorum 6. Calend. Ianuarij ordinatur. Præest 26. annis. Deinde anno 1022. fit Episcopus Hildeshaimensis, cui 16. annis præest. Obiit anno 1038. Canonizatur, an. 1131. Albertus Cranz in Metropoli Hamburgen. lib. 4. cap. 8. & 9. ponit S. Gothardum fuisse de familia Comitum Schyrensium & Witlspacen. quod erroneum est, &c. Aduocati huius Monasterij sub Gothardo erant, Ripertus, Asvvinus, Albertus, Comites. XV. *Vid. Capitul. Caroli M. in gloss. p. 20.*

WOLFRAMVS annos 4.

RATMVNDVS annos 23. Obiit anno 1048. sub Heinrico tertio. Sub hoc Abbate Monasterium cum omnibus ædificiis suis igne consumitur, quod ab eo, auxilio S. Gothardi tunc Hildeshaimensis Episcopi, & Richerij Abbatis Cassinensis restitutum est, anno 1033. XVI. XVII.

RVPERTVS. Vlricus, Marquardus, Comites. Aduocati.

DIETHMARVS annos sex, sub Heinrico tertio.

ADALHARDVS annos septem. Meinhardus & Asvvinius, Aduocati. XVIII. XIX.

WENZESLAVS annos sex, annalium Boiariæ scriptor, ab Heinrico quarto Imp. ad Conuentū Mantuā missus, Auent. lib. 5. fol. 549. 550. Obiit 557. XX.

WALKERVS sub Heinrico IV. anno 1069. 1079. aliàs Waltgerus. XXI.

WOLFRAMVS annos duos. XXII.

RVPERTVS anno 1100. XXIII.

LVIPOLDVS. Albertus Aduocatus. XXIV.

ADALFRIDVS, XII. anno. XXV

CONRADVS sub Conrado tertio, anno 1146. XXVI.

POLISLAVS. Berchtoldus Comes Aduocatus. XXVII.

DIETERICVS. XXVIII.

GERHARDVS. XXIX.

CVM Subaduocati nimis grassarentur in Monasteria Germaniæ, Adrianus quartus, Pont. Max. tempore Boleslai, Dietrici seu Gerhardi, Abbatum, nempe

circa annum, 1156. 7. vel 8. decreuit his verbis: Nos Eugenij Papæ instituta & Conradi & Friderici Imper. leges sequimur, qui nullum posthac in Teutonico regno Subaduocatum super aliquas Ecclesias decreuerunt vllatenus admitti. Omnibus igitur abiudicamus ius Subaduocatis. Fridericus Imper. sententia sua iudiciali prohibuit, Subaduocatos constitui, sub pœna amissionis iuris aduocatiæ. Extat diploma in Monasterio Wesselpronnen, de anno 1155.

Ipsis Aduocatis Heinricus quartus Imperator iam antea modum præscripserat, nempe primo ad placitum Aduocati solùm anno veniant, quando præceptum, secundo plus non exigant ibi, nisi 2. modios tritici 2. porcos, 3. cados vini vel medonis, 10. cados cereuisiæ, 5. modios auenæ in pabulum 30. equorum, &c.

XXX. VOLSGALCVS, Berchtoldus Aduocatus.

XXXI. VDALRICVS rexit annos sex.

XXXII. DIETMARVS secundus, annos 23.

XXXIII. POPPO I. annos 28.

Albertvs, Comes de Pogen, in magna caritate annonæ, in prouincia sua Abbati Popponi commodato ac vi vinum, ac frumentum ad valorem 200. librarum abstulerat: Abbas ipsum coram Rege Rom. ac Duce Bauariæ accusabat, Dux Concilium habiturus erat Straubingæ, Comes arbitris Baronibus terræ antea transegit, & dedit Monasterio tres curtes, vnam Isarstorf, alteram, quã D. Otto de Ratolstorff oppignoratam tenebat, tertiam, quam Conrado de Peuzkouen, Dapifero suo, ratione officij in beneficium tradiderat: Testes, Comes Rapoto, frater eius Heinricus, Co. de Ortenberch, D. Kalhochus de Kirchperg, D. Altmannus de Helingersperg, Gozbaldus de Schönenstain, Gerhochus de Fremleinsperg, Berchtoldus de Stainberg; Conradus Dapifer, Heinricus Pfolinger, Heinricus Polmer, Ebo de Palude, aliâs de Mos, Heinricus Iudex & frater suus Radolphus, Berchtoldus de Mitterfels, anno 1207. indictione 10. concurrentibus septem existentibus, regnante Rege Philippo fœliciter, Amen.

Altmannvs de Helingersperg arcem suam Helingersperg Testamento Monasterio huic legat. Abbas cum Conuentu, eam, ne ab alio occuparetur, solo æquare volens, ab Alberto Co. à Pogen fuit prohibitus, donec Poppo Abbas, data pecunia, eum in suam sententiam traxit, circa annum 1212. Auentinus in annalibus folio 662. &c. Berchtoldus Comes de Pogen obdelicta confirmat traditionem, quam fecit huic Monasterio, iturus Romam cum Ottone. Datum Plädling, anno 1217. regnante Friderico Imp. Testes, Rossel, Corat de Pâzenhouen, Albertus de Ovve, Wenigot de Puezkouen, puto esse Peüzkouen, qui fuit sub Abbate Poppone, Albertus de Haybach, &c.

f. Püeskouen.

Albertvs Comes de Pogen fatetur, cum Poppo Abbas, cuius ipse Aduocatus, Rapotonem & Henricum Com. de Ortenberg, fratres, Alramum & Albertum de Hals, fratres de Ahusen, pro grauibus damnis sibi illatis, apud Cæsarem, Papamque grauissimè accusaret: ipsiq; in inuidiam Alberti Com. satisfacere recusarent, nisi ipse polliceretur & caueret publicè, ne quicquam de prædiis, quæ daturi essent, iure aduocatiæ posceret, nec horum ratione ab Abbate aut Cœnobio quicquam postularet, consentit, permittit, &c. ne pax interturbetur, cedit quoque in prædiis, quæ Babo & Albero, Domini de Cecholuing contulêre Monasterio, precibus Poponis motus, quoniam, inquit, sæpius deliqui in D. Mauritium, &c. traditq; instrumentum publicum, nomina prædiorũ, in quibus iuris Aduocati nihil habet Smidorf, Pering, Thaimerspach, Walchenstorf, Oxing, Imzing, conceditque si molestus fuerit ipse vel sui iudices, Abbas eligat alium

um Aduocatum, Datum Pladling, anno 1222. Testes, Heinricus de Pholing, Calhohus de Winzer, Albertus de Nusperg.

ALBERTVS. Abbas Windtbergæ, vendidit huic Poponi quædam, præsente Aduocato, Comite Leupoldo, Item Berchtoldo de Stainberg, alnſq; Comitis ministris.

ALBERTVS Comes de Pogen confirmat traditionem fratris sui Berchtoldi mortui apud Damiatam, præsente Luipoldo, Duce Austriæ, vt ei morituro promiserat, de Ecclesia Emprukh, anno 1222. confirmat Otto Dux Bauariæ, anno 1242. Testes, Otto Comes de Gruenpach, Alramus de Hals, Alhardus de Prising, Sifridus de Frovvenberg, &c. Idem Comes Albertus, cùm ex mandato Sereniſſimi Imperatoris Friderici in Apuliam iturus esset, ob scelera commissa in Altacha Luipoldi fratris, bona iustè possessa ab Auis, Proauis, Progenitoribus, &c. Poponi Abbati tradidit, qui 47. libris ipsum Comitem à creditoribus liberauit, cui hactenus nullo beneficio responderat, dedit Pebrach, cum pertinentibus scilicet Vichtaha, Gerstal, Æniprukha, & quæ intrà minus ad id pertinent: Testes, Beringerus Com. de Leonberg, Herman de Liechtenberge, Conradus de Wichs, Gerhochus de Fræmirchsperg, Albertus de Erlpach, Mengoz, & frater eius de Peuzkhouen, anno 1225.

BERCHTOLDVS menses septem.

CONRADVS annos 11. Menses septem. XXXIIII.

DIETMARVS tertius annos decem. Anno 1233. 10. Calend. Octobris consecratur Templum S. Mauritij in Ingolstad ab Heinrico, Episcopo Aichstetensi, Magistro Hugone, Plebano, Canonico Ratisbonen. Diethmaro Abbate regnante. XXXV. XXXVI.

Hic Dietmarus benè rexit, mitram per Hermannum Monachum impetrauit à Gregorio Papa, vide Auent. de hoc Abbate lib. 7. fol. 676.

HERMANNVS annos 30. Menses 10. dies 16. vir diligentissimus. Huic confirmat Otto Dux Bauariæ Eunibrukhe donationem factam à Berchtoldo, Comite de Pogen, fratre suo; ea tamen lege, si fateatur sine suo & patris sui Ludouici Ducis consensu, eam donationem nihil valuisse: Testes, Otto Comes de Gruenpach, Alramus de Hals, Alhardus de Prising, Sifridus de Frovvenberg, Chuno de Tuschndorf, Albertus Iudex de Straubing, &c. Datum Straubing, anno 1242. Otto Dux Bauariæ commutatione recepit ab Abbate Flinsperg Castrū, quod Albertus quondam Comes de Pogen, frater suus, in prædiis Altachæ extruxit, cui ipse successerat, quod opportunum esset ad tuendam prouinciam Monasteriumque cum pertinentiis, villa Flinspach, Miterdorf, Satlarn, &c. dat pro illis prædia meliora, consentientibus Ludouico & Heinrico, Elisabeth, Sophia, Agnete, liberis suis, &c. Mundriching, 11. curias, 13. Huobas, molendinum cum hominibus, agris, prædium, in Otalinga, curiam vnam Ingolstat, Huobam Otling, &c. vnà cum aliis quibusdam decimis ac iuribus, &c. sigillatum à Duce, Agnete vxore, Hermanno Abbate: Testes, Rudigerus Episcopus Patauiensis, Hermannus Comes de Tilling, Fridericus de Trucheding, Ludouicus filius Friderici & Gebhardus Landg. de Leuchtenberg, Gebhardus Comes de Roteneck, Alramus de Hals, & Heinricus de Paumgarten, liberi, Heinricus Monasterij Præpositus, &c. anno 1244. XXXVII.

HVIC Hermanno ac Monasterio Albertus Episcopus Ratisbonensis, ob hospitalitatis obsequia, sibi & Antecessoribus exhibita, præcipuè ob religionem, de noualibus vbi prædia habent, duas decimarum partes dat, tertiam Parocho. Datum in Stauff, anno 1256.

COMES Albertus de Pogen iturus Hierusalem, venit Altach, dederat Abba-

ti Dietmaro Pebrach, Gerstal, quod renouauerat Naternbergæ, anno 1233. Sed cùm Otto Dux, frater Alberti Com. hæc & alia post mortem Alberti, sibi retinuisset in recompensationē Cambij prædiorum circa Flinsperg, & filius suus Heinricus Dux Castrum Flinsperg destruxisset, ac prædium Mundriching, cum aliis quibusdam bonis Monast. occupâsset; tandem restituit prædia circa Flinsperg, hoc est, villam Flinspach, Hermanno Abbati, anno 1257. & 1260. Testes, Sifrid. de Frauuenberch, Vlricus de Tannberg, Heinricus de Pholing, Gerhohus de Fremlinsperch, Marquardus Marschalcus de Schrofenhusen, Otto de Strubing.

ALBERTVS de Hals, hostis Heinrici Ducis, multa damna Monasterio dedit. Opera autem Hermanni Abbatis per Legatum Pontificium excommunicatus, coactus cum Duce in gratiam redire, arbitrio Ducis & quatuor Ministrorum eius, dedit Monasterio Harbach. Actum Deckendorf, anno 1263. Arbitri, Seifridus de Fraunberg, Henricus de Pholing, Gerhochus de Fremleinsperg & Albero Waller: Testes, Heinricus Notarius, Otto de Fraunberg, H. de Alnkouen, Albertus de Furt, Otto de Straubing, Cyrolphus Iudex, Ortliebus de Wald.

EODEM anno Hartliebus miles de Schvvarza dictus, de Lamina, dedit vnam Huobam pro leprosis; præsentibus Ottone Patauiensi, Leone Ratisbonen. Episcopis & Hermanno Abbate.

ISERHOVA per hostes Alberti Com. de Pogen ferè desolatâ, vepribus obsitâ, paceq; reddita, per mortem Comitis ab Ottone Duce Hermannus Abbas obtinuit campum diuidi per funiculos, iugera 12. Huoba iugerum habebat 12. piuangas, facta hæc partitio præsente Hermanno, anno 1247.

FRATER Albertus, miseratione diuina Ratisbonen. Ecclesiæ Episcopus, Parochis, Decanis, Vicariis, &c. Decimarum, quę noualia pendunt tertiam partem huic Hermanno Abbati, ob officia hospitalitatis tribuit. Datū Ratisbonæ Pontificatus die primo, anno 1260. Hic fuit Albertus Magnus. Auent. lib. 7. fol. 700. Hermannus hic Heinrici Ducis inferioris Bauariæ liberorum lustricus Pater, Historiographus, Flinsperg, Kurrberg Castrum, Mosam turrim solo æquat, circa annum Domini 1267. Auent. fol. 705. Wilhelmus de Kirchperg, vxor Gertrud tradidère Castrum Kirchperg, Avv, Schvveinpach, &c. per Albertum de Hals, Hermanno Abbati ambo religiosam amplexi continentiam; confirmat traditionē Heinricus Dux Bauariæ: Testes, Albertus de Hals, Albero Waller, Hiltprandus de Puechperg, H. de Alnkouen. H. de Mastorf, Albertus Closner, Rinaldus de Eia, Hugo, Hartvvicus, fratres de Freimdorf, Luipoldus de Haiming, Fridericus de Romsperch, H. de Pumpfling & alij. Datum Cham, anno 1267. Hermannus Abbas commutauit forum Regen, cum Heinrico Duce, anno 1270.

IDEM Herman. Abbas redemit ius aduocatiæ à Conrado & Rumboto de Schvvarzenburg & Heinrico Kelbelino, aliàs Vitulo, propter Colonos Althæ in Wissenregen & Hassenberge, multa ab his passos, autoritate & iussu Heinrici Ducis, qui se gratis patronum fore spondet, à Deo mercedem recepturus. Extat diploma Ducis, Datum Abach, anno 1272.

EODEM anno in Pogen, præsente Heinrico Duce, cessère quoq; Albertus & Heinricus Kelbelini, patrueles iuri suo: Testes, Albertus de Hals, Albero Waller, Heinricus Phollinger, Alramus de Rottau, H. de Alnkouen, Conradus de Nusperg, H. de Mosdorf, Magister curiæ, Berchtoldus de Starnberg, Reinoldus de Eia, Wicklerus Iudex, & gener suus Fridericus de Viechta, H. de Ottling, Diethmarus de Puechouen de Mülhaim, Henricus de Helingersperg, Berchtoldus Iudex de Chamm, Sifridus de Grauenvvisen, Henricus de Pumphiling, Conradus Hager, Luipoldus de Hainign, Henricus de Aurbach, Diepoldus Panholz, &c. Hermannus cessit Abbatiæ anno 1273.

ALBI-

ALBINVS annos sex, obiit Anno 1279. Hic emit Aduocatiam Ecclesiæ Mundrichingab Vlrico Dapifero de Eckmül, Anno 1275. confirmat Heinricus Dux, Anno 128. XXXVIII.

VOLKMARVS annos tres. Seditione àquibusdam Monachis contra hunc Abbatem facta, Monasterium à cognatis Monachorum consciorum direptum est: Abbas Danubium in fuga traiiciens, eminus sagitta interfectus est. Heinricus Dux inferioris Bauariæ Monachos conscios expulit, sex eorum cognatos, cædis autores Strubingam ductos, vltimo supplicio affecit. Auent. lib. 7. fol. 716. XXXIX.

POPPO II. rexit annos sex. Heinricus Gestelinus, vxor Kunigunt, cum filio Alramo, donat Monasterio prædium Mos, sub Poppone Abbate, approbat Heinricus Dux Bauariæ: Testes, Bernhardus Com. de Leonsperg, Albertus de Hals, Wolfgerus de Wart, Pero de Anznkirchen. Datum Landau, anno. XL.

WERNHARDVS annos 28. obiit 1317. XLI.

FRIDERICVS annos 5, XLII.

INGERVS annos 12. obiit 1335. XLIII.

OTTO I. annos octo, obiit 1343. XLIV.

PETRVS, hic cum conuentu cedit Ducibus Boiorum perpetuò, das Gericht Helingersperg / May vnnd Herbst Stewr / in dem Gericht Landaw / Anno 1352. XLV.

OTTO secundus annos sex, obiit 1366. XLVI.

ALTMANNVS annos 35. XLVII.

IOHANN newlich Edel / annos 12, obiit 1414. vel 13. XLVIII.

IOHANN secundus, annos 20. XLIX.

ERHARDVS annos 19. L.

ALBERTVS annum vnum, periit naufragio in Isara, Anno 1453. LI.

PETRVS secundus * annos 13. LII.

VVOLFGANGVS rexit annos octo, menses sex. LIII.

FRIDERICVS annos nouem, nominatus. LIIII.

HVIC coadiutor datus, Pater Gregorius Hauer, Magister artium, qui scripsit hac dicauit Georgio Duci Chronicam Anno 1478. Abbas deinde solùm autoritatem habuit sub infula cantandi. LV.

* Cõsiliar. Ducis Bauariæ Ludouici.

IOHANNES tertius, annos 13. LVI.

BERNHADVS 16. hebdomadas. LVII.

KILIANVS. LVIII.

L.

ADDITIONES.

Sequuntur Caroli M. aliorumque Impp. Regum, & Principum Diplomata, huic Monasterio concessa.

I.

A.

IN nomine Patris & filij & Spiritus sancti. CAROLVS Serenissimus Augustus à Deo coronatus, Magnus, pacificus, Imperator Romanorum gubernans Imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum. Quicquid enim ob amorem omnipotentis Dei ad loca sancto- *Priuilegia Caroli M. super Bretaha.*

ctorum venerabilium pro mercedis animæ nostræ augmento concedimus vel cõfirmamus, hoc nobis procul dubio ad æternam beatitudinem pertinere confidimus. Igitur notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini, præsentium scilicet & futurorum, quoniam nos in Eleemosyna nostra ad deprecationem GEROLDI Comitis fidelis nostri concedimus atque confirmamus ad Monasterium *S. Mauritij* quod est situm in Ducatu *Baioariorum*, in loco nuncupante *Altaha*, vbi *Orulfus* rector præesse videtur, locum quendam in *Auaria*, vbi *Bieloha* fluuius *Danubium* ingreditur. Est autem æstimatio illius loci, quasi 40. mansorum. Qui locus sub omni integritate partibus memorati Monasterij per hanc nostræ auctoritatis largitionem vel confirmationem perpetuis temporibus proficiat in augmentis. Præcipientes ergò iubemus, vt nullus quilibet fidelium nostrorum memorato Orulfo Abbati, vel successoribus eius, aut monachis in memorato Monasterio vitã degentib. vllam inquietudinem aut calumniam aut diminorationem de prædicto loco vllo vnquam tempore facere præsumat, sed perpetuis temporibus per hoc nostræ auctoritatis præceptum vel largitatis donum robustissimo iure pars ipsius monasterij teneat atque possideat. Et vt hæc præceptio nostra vel confirmatio nostris vel futuris temporibus melius conseruetur, de annulo nostro subtus sigillare iussimus. Datum 6. Cal. Decembr. anno Christo propitio Imperij nostri duodecimo. regni vero in Francia 44. atq; 37. in Italia, Indictione quinta. Actum *Aquisgrani* palatio regio, in Dei nomine feliciter.

Est annus Christi 812.

II.

Ludouici Pij super emunitate Ecclesiæ An. 821.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris IESV Christi. *Hluodouicus* I. diuina ordinante prouidentia Imperator Augustus. Notum sit omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenarijs vel agentibus, præsentibus scilicet & futuris. Qualiter vir venerabilis *Teutpaldus* Abbas ex monasterio, quod est constructum in honore *S. Mauritij* martyris, in loco qui dicitur *Altaha*, ad nostram veniens præsentiam indicauit nobis, quod per defensionem domini & genitoris nostri *Caroli* Imperatoris, vsq; in præsens tempus res & homines memorati Monasterij quieti absq; cuiuslibet iniusta interpellatione, residissent. Petitque vt nos eum cum rebus & hominibus supradicti Monasterij similiter sub sermone tuitionis nostræ susciperemus. Quod nos libenti animo fecimus. Idcirco has literas firmitatis nostræ ei conscribere iussimus, per quas iubemus atq; præcipimus, vt nullus nostrum aut iuniorum nostrorum, neq; ipsum *Teutpaldum* Abbatem, neque homines suos per quaslibet iniustas occasiones vexare, aut calumniã quamlibet ingerere præsumat, neque de rebus suis aut monasterij sui ad dominium eius legitime pertinentibus abstrahere vel minuere, vel paruum tollere muniatur. Sed liceat illi in monasterio suo & in possessionibus suis, ad eum legitimè pertinentibus quiete absq; perturbatione residere, & nobis ac filiis nostris deseruire. Et si talis causa contra illum aut contra homines suos exorta fuerit, quæ absque graui & iniquo dispendio in patria illius definiri non possit, liceat illi & suis potestatem habere ad nos veniendi, vt in nostra præsentia causa, quæ contra illum vel suos exorta fuerit, iustum & legitimum terminum accipiat. Et vt hæc auctoritas nostris successorumque nostrorum temporibus firmiorem valeat obtinere vigorem, manu propria subtus firmauimus, & de annulo nostro eam iussimus sigillari.

ad mundiburdio.

Signum

Signum  Hludouici Sereniſſimi Imperatoris, Sigibertus, ad vicem Fredegiſi Abbatis.

Data V. Cal. Aug. anno Chriſto propitio *Hludouici* piiſſimi Auguſti octauo, Indict. XIV. in Dei nomine Amen.

III.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris noſtri IESV Chriſti. *Hludouicus* I. diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Si petitionibus fidelium noſtrorum iuſta petentium aurem ſerenitatis noſtræ libenter accommodamus, & regium morem exercemus, eoſque proculdubio deuotiores in noſtro habebimus obſequio. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum induſtria, quia nos petenti cuidam Vaſallo fideli & familiari noſtro *Patagero* conceſſimus ad proprium quandam villam iuris noſtri prope fluuium *Eniſa*, in Comitatu *Geroldi* Comitis, quæ dicitur *Graneſdorf*, quæ eſt ſita in parte *Sclauanorum*, cum omnibus appenditiis ſuis, & de noſtro iure in ius & donationem præfati viri ſemper habendum contulimus. Hancitaque villam cum toto ædificio, domibus, mancipiis, terris, cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſyluis, aquis, aquarumue decurſibus, molendinis, adiacentiis, peruiis, etitib⁹ & regreſſibus, mobile & immobile, quæſitum & adinquirendũ, totũ & ad integrum, quantumcunque ad prædictam villam pertinere videtur, cum omni integritate eidem à præſenti die concedimus homini, & de iure noſtro in ius & poteſtatem eius liberalitatis noſtræ conferimus gratiam; ita videlicet, vt quicquid ab hodierno die & tempore, ipſe & ſucceſſores eius de prædictis rebus & mancipiis, vel his quæ ad eos pertinent iure poteſtatiuo facere vel iudicare voluerint, per hanc noſtræ auctoritatis largitionem libero, in Dei nomine perfruantur arbitrio faciendi quicquid elegerint. Et vt hæc auctoritas largitionis noſtræ per curricula annorum Deo protegente inuiolabilem atque inconuulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubtus firmauimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Datum XII. Cal. Ianuar. Anno Chriſto propitio [a] 21. Imperij Domini *Hludouico* piiſſimi Aug. Indict. 3. actum in loco *Aquiſgrani* palatij, in Dei nomine [b] Amen.

Extaſd. ſuper Graneſdorff.

[a] *Perſan an. 12. & nota numeri tranſpoſita ſunt.*

[b] *Anno Chriſti 821.*

IV.

Ludouici II.

LVdouicus diuina fauente gratia Rex *Baioariorum*. Cum regalis excellentia vnius fidelis rationabilem petitionem ad effectum perducere ſatagit, non ſolum ipſius, ſed etiam cunctorum fidelium ſuorum animos ad fidelitatem debitam ſynceriſſimè conſeruandã promptioresdeuotioreſq; efficit. Idcirca notũ eſſe volumus cunctis fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & Deo diſpenſante ſucceſſoribus noſtris, qualiter petente ac ſuggerente *Goshaldo* venerabili Abbate & fideli noſtro, complacuit nobis propter ſuum deuotiſſimum ergà noſtræ manſuetudinis obſequium, quaſdam res proprietatis noſtræ, quæ ſunt in villa quæ vocatur *Jngolſtat.*, & quas præfatus vir hactenus in beneficium habuit, ei deinceps ad proprium per noſtræ largitionis munificentiam concedere. id ſunt Eccleſiæ duæ, curtis dominicata, cum cæteris ædificiis deſuper poſitis, de terra arabili iornales centum triginta, de pratis vbi poſſunt colligi de fæno carradæ quadrin-

Super Ingoleſtat. legend. ſine dubio Ingoleſtat ſed damus ex fide apographi.

dringentæ. Mancipia infra curtem inter pueros & fœminas genecias, numero viginti duo. Manſi ſeruiles veſtiti ad eandem curtem aſpicientes viginti duo. Sint manſorum duodecim. Vnde etiam pro firmitatis ac maioris ſecuritatis ſtudio præſentem auctoritatem largitionis noſtræ fieri iuſſimus, per quam memorato Abbati rem ſuperius nominatam cum ſuis pertinentiis, campis ſcilicet, ſyluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, molendinis, mobilibus atq; immobilibus, ſeruis quoq; vel ancillis, & quicquid ad eandem curtem iuſte & legaliter pertinere dinoſcitur, & noſtri iuris atq; poteſtatis iure proprietatis eſt, totũ & ad integrum quod ille ſicut præfati fuimus, in beneficium habuit, largimur, de poteſtate noſtra in eius transfundimus dominationem iure proprietario ad habendum, ita vt ab hodierna die nulla perſona noſtris vel ſucceſſorum noſtrorũ temporibus, aliquam ex his præſumat ei afferre inquietudinem, ſed per hoc noſtræ donationis præceptum hoc eum quietè tenere liceat. Et inde quicquid elegerit, vel facere voluerit, liberam in Dei nomine in omnibus habeat faciendi poteſtatem. Et vt hæc auctoritas noſtræ largitionis inconuulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubtus eam firmauimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Datum XV. Cal. Septembr. anno VII. regni Domini Ludouici Regis in Orientali Francia, indictione IV. Actum *Heilicobrunno* palatio regio, in Dei nomine feliciter Amen.

al. mea

Eiuſdem, ſuper electione Abbatum noſtrorum.

V.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Ludouicus* diuina fauente gratia Rex. Si petitiones præſulum ſanctæ Dei Eccleſiæ iuſtè & rationabiliter aures ſerenitatis noſtræ petentium ad effectum perducimus, hoc nobis proculdubio ab æterna remuneratione præmia capeſſenda profuturum liquido credimus. Quapropter notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrisq; præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter vir venerabilis *Gotsbaldus Wirzburgenſis* Eccleſiæ Epiſcopus, noſtram adiens ſerenitatem, poſtulans vt fratribus in Monaſterio *S. Mauritij* martyris Chriſti, vocabulo *Altahæ* conſiſtentibus, qui nunc ſub eius regimine Deo famulari noſcuntur, poſt illius transactæ mortalis vitæ terminum, ſi talis frater inter illos inueniri poterit, qui fratris officio idonetur, & rationabiliter fungi valeat, eum eligendi noſtra eis licentia tribueretur. Cuius petitioni aurem manſuetudinis noſtræ accommodantes hoc ita perdonaſſe per præſentem auctoritatem noſtram omnium fidelium noſtrorum cognoſcat magnitudo, ita tamen vt præfatum eſt, ſi talis ſecundum regulam *S. Benedicti*, aptabilis & idoneus, tam in moribus, quam in ſcientia, ſeu cæteris bonis ornatus ad ſeruitium Dei omnipotentis ibi inuenitur, per præfati venerabilis Epiſcopi petitionem & amorem aſſenſum præbemus, vt eos melius delectet pro nobis proleque noſtra, & pro ſtatu totius regni noſtri Domini miſericordiam attentius exorare. Et vt hæc noſtræ largitionis auctoritas maiorem obtineat vigorem, manu propria noſtra ſubtus firmauimus, & annuli noſtri impreſſione aſſignari iuſſimus. Datum 8. Idus Martij, Anno propitio Chriſto, 14. regni Domini Ludouici glorioſiſſimi Regis in Orientali Francia, indictione 12. Actum *Regenſpurch* ciuitate Regia, in Dei nomine feliciter Amen.

VI.

Eiuſd. ſuper SPITZ.

IN nomine Domini noſtri IESV Chriſti Dei Omnipotentis. *Ludouicus* diuina fauente gratia Rex *Baioariorum*. Si igitur erga loca diuinis cultibus mancipata

-oid

propter amorem Dei, eorumq; in eisdem locis sibi famulantibus beneficia opportuna largimur, præmium nobis apud Dominum in æterna beatitudine recipere confidimus. Proinde notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisq; præsentibus scilicet & futuris, quia vir venerabilis *Cozbaldus* sacri palatij nostri summus Capellanus, & Abbas Monasterij quod dicitur *Altaha*, quod est constructum in honore *S. Mauritij* martyris Christi, adiens excellentiam nostram innotuit clementiæ nostræ, qualiter postquam terra *Auarorum* ex parte ab auo nostro Domino *Carolo* Imperatore capta fuisset, ipsius permissu atque consensu quædam res in ipsa *Marcha* ad ius regium pertinentes eidem monasterio collatæ fuissent, quas etiam vsq; nunc prædictum possedit Monasterium. Sed quia auctoritas traditionis exinde minime apparebat, deprecatus est idem *Gotsbaldus* Abbas, vt nostræ auctoritatis largitionem atque confirmationem eidem daremus monasterio, per quam ipsas res in posterum prædictum monasterium, eiusq; rectores absq; cuiuslibet impedimento aut contradictione tenere & dominari potuisset. Cuius deprecationem propter diuinum amorem & reuerentiã ipsius sancti loci libenter annuimus, & ipsas res perpetuò possidendas solenni datione eidem concessimus monasterio, id est locum, qui nuncupatur *Wachauua*, qui terminatur à fonte riuuli, qui vocatur *Mystrica*, vsq; ad eum locum vbi ipse *Danubium* influit, ac deinde tendit sursum in ripam *Danubij* vsque in *Bochbach*, & vltra *Bochbach* mansum vnum, & inde iuxta *Bochbach* iursum vsque in verticem montis, qui nuncupatur *Ahornica*, nec non & alium locum, nuncupatum *Accusbach* iuxta ripam *Danubij*, cuius mensura est in longitudine milliarium vnum & in latitudine similiter, nec non & campum vnum qui continet mansum vnum, quem interiacet causa Frisingensis Ecclesiæ. Has itaq; res cum mancipiis, domibus, ædificiis, vineis, terris, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, quantumcunq; infra terminia prædicta de eisdem rebus continetur, totum & ad integrum, in ius & dominationem prædictæ Ecclesiæ perpetualiter ad habendum conferimus. Ita videlicet, vt quicquid de ipsis vel in ipsis rectores vel ministri supra memoratæ sedis ob vtilitatem & commoditatem ipsius Ecclesiæ facere vel iudicare voluerint, liberam habeant in omnibus potestatem faciendi quicquid elegerint. Et vt hæc auctoritas largitionis atque confirmationis nostræ per curricula annorum inuiolabilem atque inconuulsam obtineat firmitatem, manu propria subtus firmauimus, & annuli nostri impressione signari iussimus. Adalleod. Diacon. ad vicem Gozbaldi recognoui. Datum prid. Non. Octobr. anno Christo propitio decimo septimo Regalis Imperij Domini Ludouici serenissimi Aug. an. V. regni nostri, Indict. nona, Actũ in *Regenspurch* ciuitate. In Dei nomine feliciter Amen. Signum Dñi Ludouici

Serenissimi Regis



VII.

Eiusd. De licentia cõmutandi.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Ludouicus* diuina fauente gratia Rex. Si petitionibus præsulum ac seruorum Dei iustè & rationabiliter petentium aures serenitatis nostræ accommodamus, hoc nobis proculdubio à remuneratore omniũ in æterna beatitudine credimus ad futurum. Quapropter nouerit omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumq; præsentiũ scilicet &

futurorum industria, quia vir venerabilis *Gotzbaldus Wirzburgensis* Episcopus necnon & rector monasterij, cui vocabulum est *Altaha*, nostram adiit celsitudinem, deprecans, vt sibi nostræ munificentiæ præceptum fieri iuberemus, vt vbi cunq; inuenire posset aliquas res & mancipia, quæ à nobilibus hominibus aptius & congruentius suo monasterio commutare valeret, nostræ benignitatis auctoritate sibi successoribusq; suis & aduocatis eorum licentia commutandi tribueretur. Et contra quæ à parte illius monasterij dantur his, qui cum eis cõmutare voluerint, ratã & stabilẽ perpetuo cõmutationem fieri, hac auctoritate nostra decerneremus. Cuius petitioni, quia iustè & rationabiliter inde nostrã mansuetudinem hortatũ est, sicut vnicuiq; fidelium nostrorum rationabiliter petentium aurem benignitatis nostræ accommodamus, ita istius petitionem ad effectum dignum duximus, statuentes, vt deinceps, quicquid pro vtilitate iam dicti monasterij præfatus Eps successoresq; illius & aduocati illorum cõmutauerint, in mancipiis cæterisq; rebus, syluis, seu etiã territoriis, per hanc nostræ beneuolentiæ concessionem firmum & inconuulsum perpetuo permaneant. Et vt nulli liceat illam commutationẽ infringere vel irrumpere, aut infestare, sed, vt diximus, quicquid pars altera alteri dederit stabilitatem & incontaminatum futuris temporibus consistat. Illud tamen omnimodis præcipientes, vt cum maxima cautela & diligentia consideretur, ne peius aut deterius vel minus in vllo isto negocio parti & potestati præfato monasterio ex illa commutatione proueniat. Et vt hæc nostræ concessionis auctoritas firmiorem atq; diuturniorem obtineat vigorem, & à cunctis fidelibus, sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisq; melius credatur, & diligentius conseruetur, manu propria nostra subtus firmauimus, & annuli nostri impressione signari iussimus. Data XI. Cal. Aprilis, Anno Christo propitio 19. regni Domini Ludouici gloriosissimi Regis in Orientali Francia. Indict. 14. Actum *Ratisponæ* ciuitate, In Dei nomine feliciter Amen.

VIII.

Diuisa. De Emunitate & inuestitura regali.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Ludouicus* diuina fauente gratia Rex. Si liberalitatis nostræ munere res sanctæ Dei Ecclesiæ, & loca diuinis cultibus mancipata per adpetitiones fidelium nostrorum nostro releuemus iuuamine, atq; regalis tuemur munimine, præmium inde nobis apud Dominũ æternæ remunerationis proculdubio rependi non diffidimus. Proinde noueritomnium fideliũ nostrorũ tam præsentium scilicet quã & futurorũ industria qualiter vir quidam *Otgarius* quem nos quidẽ ad Monasterium nomine *Altaha*, quod in honore *S. Mauritij* martyris Christi est constructum, Abbatem esse statuimus, obtulit obtutibus nostris non solum auctoritatem emunitatis beatæ memoriæ *Caroli* auï nostri Augustissimi Imperatoris, sed & *Tassilonis* quondam Ducis in Ducatu *Baioarico* super eadem re literas ostendit, in quibus continebatur insertum, quod præfatum monasterium sub suo nomine & defensione cum cellulis & locis sibi subiectis rebus & hominibus & omnibus illic pertinentibus hactenus ab inquietudine iudiciariæ potestatis munitum atq; defensum firmissimè fuisset. Vnde etiam pro rei firmitate suggessit vir prænominatus clementiæ nostræ vt paternum seu prædecessorum nostrorũ Regum videlicet morem sequentes, huiusmodi nostræ emunitatis præceptum ob amorem Dei & reuerentiam ipsius sancti loci circa ipsum monasterium conscribere iuberemus. Cuius petitioni libenter acquiescentes hoc emunitatis nostræ præceptum ergà ipsum monasterium gratia tuitionis & defensionis, ac pro diuini cultus amore, nec non & animæ nostræ conscribi decreuimus, per quod firmiter & omnibus modis imperamus, vt nullus iudex publicus vel quislibet ex iudicia-

diciaria potestate, aut vllus ex fidelibus nostris, tam præsentibus quam & futuris, neq; Comites, neq; Centenarij, neq; exactores in Ecclesias aut loca vel agros, seu reliquas possessiones, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem regni nostri iustè & legaliter tenet ac possidet, vel etiam in ea, quæ in iure ipsius monasterij voluerit diuina pietas augeri, ad causas audiendas, vel * freda & tributa exigenda, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius monasterij tam ingenuos quam seruos, sclauos & accolas super terram ipsius commanentes, nec iustè nec iniustè distringendo, & nullas redhibitiones vel mansiones aut paratas faciendas aut illicitas occasiones requirendas, nostris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quæ supra commemorata sunt, vllo vnquam tempore exigere præsumat, sed liceat memorato viro suisque successoribus res prædicti monasterij cum omnibus rebus sibi subiectis & hominibus, tam ingenuis quam seruis, cuiuscunque sint nationis, atque omnibus ad se pertinentibus vel aspicientibus, sub tuitionis atque emunitatis nostræ defensione, remota totius iudiciariæ potestatis inquietudine, & vulgari appellatione quieto ordine ac tranquilla securitate possidere. Et aduocati ipsius Ecclesiæ omnem causam inquirendam & discutiendam ipsi diiudicent, & finiant, & quicquid de præfatis rebus Ecclesiæ ius fisci exigere poterat in integrum prædicto viro *Ottgario*, suisque successoribus concessimus, scilicet vt perpetuo tempore ei ad peragendum Dei seruitium augmentum & supplementum fiat. Et vt hæc auctoritas emunitatis per futura tempora à cunctis fidelibus nostris melius conseruetur, veriusque credatur subtus eam manu propria nostra firmauimus, & impressione annuli nostri assignari iussimus.

* *forte*

Signum Hludouici Serenissimi Regis

Hildeberdus Subdiaconus ad vicem Grunoldi Archicapellani recognouit.

Data XI. Kal. Maij anno XXV. regni Hludouici serenissimi Regis, in Orientali Francia regnantis, Indictione V. Actum in villa *Potamo*, in Dei nomine feliciter Amen.

Incidit in annum Christi 898. secundum Auent. & Metrop. Salisburg. & eiusdem Ludouici donationem super Ingolstat, quæ anno ipsius regni septimo, sic Christi anno 850. data, adde 18. & fiunt 868.

IX.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Ludouicus* diuina fauente gratia Rex. Si enim ea quæ fideles regni nostri pro eorum opportunitatibus nos deprecati fuerint, implere studuerimus, non solum regium morem decenter implemus, verum etiam eos procul dubio fideliores & deuotiores in nostro efficimus seruitio, & ad æternam vitam feliciter obtinendam profuturũ liquidò credimus. Quapropter cõperiat omniũ fidelium nostrorum præsentiũ scilicet & futurorum solertia, qualiter *Bribinus* fidelis Dux noster veniens in procerum nostrorum præsentiam postulauit serenitatem nostram, vt de rebus proprietatis suæ, quas ei in proprietatem concessimus, liceret ei partem aliquam ob

Eiusd. Tradit. BRIBINI Ducis ad Salapiugiti.

Metrop. Salisb. Tom. II.

memoriam eius dare ad *S. Mauritium*, & ad Monasterium nostrum *Altaha* cui tempore illo Abbas *Ottgarius* præesse videbatur & rector, cuius petitioni libenti animo assensum præbentes decreuimus ita fieri. Deditizaque *Bribinus* fidelis Dux noster cum consensu & licentia nostra ad præfatum Monasterium *S. Mauritij* martyris Christi de sua proprietate in suo Ducatu quicquid habuit ad *Salapiugiti* inf. à terminos istos. In Orientem vltra *Salam* fluuiolum vsque in *Slougenzim* Marchan & *Stresmaren*, & sic sursum per *Salam* vsq; ad *Waltungestuch*, & sic inde vsque in *Hrabagisreit*, & ad *Chirisictin*. Postea vero præuictus fidelis Abbas noster *Otgarius* deprecatus est celsitudinem nostram, vt eadem res per nostræ auctoritatis præceptum confirmaremus. Cuius petitioni ob honorem Dei & *S. Mauritij* militis Christi, & bonum illius seruitium libenti animo assensum præbuimus. Et hoc ei nostræ auctoritatis præceptum fieri iussimus, per quod decernimus atque iubemus, vt sicut prædicti termini in prædictis locis diffiniti *f. diffiniti sunt* simè, ita deinceps ad iam dictum monasterium per hoc nostræ auctoritatis præceptum ipsæ res nullo inquietante Deo auxiliante perpetuis temporibus consistant in proprium. Et vt hæc auctoritas nostræ largitionis firmior habeatur, & per futura tempora à fidelibus nostris verius credatur, & diligentius obseruetur, manu propria nostra subtus eam firmauimus, & annuli nostri impressione roborare iussimus. Data 10. Cal. Martij. Anno Christo propitio 28. regni Domini Ludouici serenissimi Regis in Orientali Francia regnantis. Indictione 8. actum *Regenspurg* ciuitate regia. In Dei nomine feliciter.

X.

Ex lib. super CHVNZEN.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Ludouicus* diuina fauente clementia Rex. Si loca diuinis cultibus consecrata nostro releuemus iuuamine, & augmentum illis in rebus transitoris impendimus, hoc nobis procul dubio profuturum esse liquido credimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisq; præsentibus scilicet & futuris, qualiter nos ob petitionem *Eginulfi* fidelis nostri quasdam res proprietatis nostræ, quas quondam *Reginbertus* & *Reginolf* pater suus seruus noster possidens incolebat, ad Monasterium quod vocatur *Altaha*, cui *Otgarius* Abbas & rector præesse constituitur, ad proprium dedimus, datumque in perpetuum mansurum esse volumus. Quicquid *Reginbertus* prædictus, & *Reginolf* pater suus seruus noster de nostro iure habere visus fuit. Sunt autem ipsæ res in coniacentibus terminis prope monasterium *Altaha* in pago *Quinzingouue* situm, in territorio quod est inter *Suueinaha* & Monasterium *Altaha* contiguum. Sed pro integra firmitate petiit præfatus *Otgarius* nostræ auctoritatis præceptum super hac re sibi conscribi, cuius petitioni libenter annuimus, & hoc præceptū nostræ donationis scribere iussimus, per quod præcipientes imperamus, vt res superius comprehensæ, iure firmissimo in potestate eiusdem *Otgarij* successorumque ipsius perpetualiter sine vlla contradictione inconuulsæ permaneant. Et quicquid inde elegerit faciendum, plenariam deinceps & liberam faciendi potestatem habeat. Et vt hæc auctoritas nostræ largitionis firmiorem obtineat vigorem, veriusque credatur, atque diligentius conseruetur, manu propria nostra subtus eam firmauimus, & sigilli nostri impressione assignari iussimus. Data 15. Cal. Septembr. Anno Christo propitio 25. regni Ludouici serenissimi Regis in Orientali Francia regnantis. Indictione 5. Actum in ciuitate *Ratispona*, in Dei nomine feliciter. Amen.

XI. IN

XI.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Ludouicus* diuina fauente gratia Rex. Si liberalitatis nostræ munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficij, & necessitates Ecclesiasticas nostro releuamus iuuamine, atque regali tuemur munimine, id nobis & ad mortalem vitam temporaliter transigendam, & ad æternã feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, præsentiũ scilicet & futurorum solertia, qualiter venerabilis Abbas noster *Otgarius* adiit celsitudinẽ nostram, humiliter implorans, vt quasdam res proprietatis nostræ ad monasterium quod vocatur *Altaha* constructum in honore *S. Mauritij* in proprium concederemus. Nos itaq; petitioni ipsius libenti animo assensum præbuimus, & concessimus quasdã res proprietatis nostræ ad monasterium *Altaha*, id est villam quæ vocatur *Nawawinida* iuxta riuulum *Trebinam*. Admonuit etiam celsitudinem nostram prædictus Abbas, qualiter Dominus Auus noster *Carolus* licentiam tribuit suis fidelibus in augmentatione rerum Ecclesiasticarum Dei in *Pannonia* carpere & possidere hæreditatem, quod per licentiam ipsius in multis locis, & ad istud etiã monasterium factum esse dinoscitur. Fuerunt namq; in vestitura prædicti monasterij quędam loca nomine *Scalcobach*, sicut ipse riuulus fluit in occidentalem partem vsque in *Dagodeos Marcha*, & inde in Orientalem plagam vsq; in *Kyzara Marcha*, atq; in eum locum quem vocat *Cidalaribach* in saltu *Enisa* fluuij, qui coniacet inter *Danubium* & *Iboysam*, atq; *Hurulam* in meridianam partem, vsq; in verticem montis & ad *Biugen* mansos quinque & quicquid ad prædictas villas pertinet, hoc est in mancipiis, ædificiis, terris, cultis & incultis, vineis, pratis, syluis, venationibus, pascuis, aquis, aquarumue decursibus. Licet itaque fuissent in vestitura prædictæ res ad præscriptum monasterium, tamen ibi non erant confirmatæ per illius auctoritatis præceptum. Qua de re commoniti hos nostræ auctoritatis apices fieri iussimus, per quos decernimus atq; iubemus, vt prædictæ res cum omnibus prænominatis ad præscriptum monasterium *Altaha* in nostra eleemosyna atq; in remedio animarum antecessorum nostrorum inuiolabiliter perennis temporibus permaneant, nullo contradicente. Et vt hæc auctoritas nostræ largitionis firmior habeatur, & per futura tempora à fidelibus nostris verius credatur, & diligentius obseruetur, manu propria nostra subtus eam firmauimus, & annuli nostri impressione assignari iussimus. Data 16 Cal. Iulij, anno Christo propitio 31. regni Domini Ludouici serenissimi Regis in Orientali Francia regnantis. Indict. 10. Actum *Ostermutinga* villa regia, in Dei nomine feliciter.

Eiusd. sub per NAVWINI DA.

XII.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Ludouicus* diuina fauente gratia Rex. Oportet igitur nos, qui diuino sumus munere quodammodo præ cæteris mortalibus sublimati, eius in omnib. parere præceptis, cuius clementia prælati sumus, atq; cuius præcellimus munere, loca vti vnquã sibi sacrata per adpetitiones fidelium nostrorum nostro releuari iuuamine, atq; regali tueri munimine, atque in eis qui ibi Domino famulantur, munificentiam nostræ largitionis clementer impendere quoniam sit nobis & ad mortalem vitam temporaliter transigendam, & ad æternam feliciter obtinendam profuturum, liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet & futurorũ solertia, qualiter venerabilis *Otgarius* Abbas & vocatus Eps adiit celsitudinẽ nostrã deprecãs, vt ob mercedis nostrę augmentũ, loca quædã pertinẽ-

Eiusd. sub Per ODARINHVM cum aliis pluribus.

tia ad suum Monasterium *Altaha*, quæ ille vnà cum communi concilio fratrum ad illorum vsus necessarios deseruire constituit, nec non etiam quæ antea habuerunt, quorum locorum nomina hic subtus tenentur, inscripta, per nostræ auctoritatis præceptum eis perpetualiter habere concederemus. Cuius petitioni ob amorem Domini nostri IESV Christi libenti animo assensum prębentes, ita decreuimus fieri. Concessimus itaque præscriptis fratribus consistentibus in Monasterio *Altaha* ad illorum vsus necessarios res, quas antea habuerunt in istis locis, quorum nomina sunt, *Buechofen*, *Heidolfinga*, *Oparinhusa*, *Bogama* cum *Ansolfinga*, *Vrbach*, & quæ illuc pertinent cum *Schellmaha*, *Müliheim*. Nec non etiam eas res, quas venerabilis *Otgarius* Abbas ibidem ad illorum vsus necessarios postea per nostram licentiam adauxit in istis locis, quorum nomina sunt, *Altdorf* cum *Niunhusa* & ad *Walde*, post obitum *Odali*, *Zullinga*, *Vsterlinga*, *Smidaha* cum decem vineis ad *Wahouue*, ad *Bouhhæ*, post obitum *Slemari*, & loca quæ *Richoui* & *Richardo* ad obedientiam commendata sunt post obitum amborum. Et quod *Heribertus* habuit, post obitum eius & coniugis suæ, atque tertiam partem salis ad salinas, & si deinceps aliquis res suas ad præfatum Monasterium tradiderit, in prædictorum fratrum redigatur seruitium. Has itaq; præscriptas res cum omni integritate in prædictorum fratrum seruitio perpetualiter per hoc nostræ auctoritatis præceptum plenius in Dei nomine confirmatum permanere concedimus, ea videlicet ratione, vt nullus ex successoribus nostris inde quippiam auferre præsumat, neque Abbas, neque alia quælibet opposita persona, sed absque alicuius molestia vel inquietudine eadem res, ad illorum seruitium perpetualiter habeant, teneant, atque possideant. Reliquæ vero res vbicunque sint pertinentes ad Monasterium *Altaha* sub dominio & gubernatione Abbatis existant, quem ipsi fratres secundum regulam S. *Benedicti* elegerint. Et vt hæc auctoritas nostræ Largitionis firmiter habeatur, & per futura tempora à fidelibus nostris credatur, & diligentius obseruetur, manu propria nostra subtus eam firmauimus, & annuli nostri impressione assignari iussimus, nec non per manus *Carlomanni* roborari fecimus. Data 15. Cal. Ian. Anno Christo propitio 33. regni Domini *Ludouici* serenissimi Regis in Orientalia Francia regnantis. Indictione 12. Actum *Altaha* Monasterium, in Dei nomine feliciter.

XIII.

Caroli Calui super Winchilinga, Tundorf & OETTILINGA

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Carolus Caluus* diuina fauente clementia Imperator Augustus. Notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus nostrisque præsentibus scilicet & futuris, qualiter nos cuidam monacho nomine *Richo* ex monasterio quod dicitur *Altaha*, & cuidam præscripto nomine *Richart*, beneficium quod ab eodem monasterio visi sunt habere diebus vitæ illorum, sub vsu fructuario in proprietatem concessimus, hoc est in villa *Winchilinga* & *Tundorff* & in *Oettilinga* & *Schweinaha*. Ideoq; hoc nostræ auctoritatis præceptum eis inde conscribi iussimus, per quod decernimus atque iubemus, vt præfati homines *Richo* & *Richard* prædictas res diebus vitæ illorum sub vsufructuario teneant atque possideant. Post illorum vero obitum ad eundem Monasterium cum omni integritate earum reuertantur, ad luminaria facienda, & ad stipendia fratrum ibidem Deo famulantium. Et vt hoc nostræ auctoritatis præceptum verius credatur, & diligentius obseruetur de annulo nostro subtus iussimus insigniri. Data 4. Non. April. anno ab incarnatione Domi-

Domini 883. Indict. I. anno Imperij Caroli Imperatoris 3. Actum in *Regenſpurg*, in Dei nomine feliciter, Amen.

XIV.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Arnolfus* diuina fauente gratia Rex. Si pauperum noſtrorum deuotè fideliterque die ac nocte nobis ſerientium curam gerimus, præmia vitæ æternæ inde nobis prouenire minimè dubitamus. Quapropter omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum cognoſcat prudentia, qualiter nos rogatu & deprecatione procerum fidelium quenoſtrorum, ſeu etiam pro merito aſſidui & fidelis ſeruitij ſui, cuidam artifici noſtro *Coprecht* quaſdam res proprietatis noſtræ in proprium conceſſimus, hoc eſt in Comitatu *Cuniperti*, in pago *Thuonahgouve*, in loco *Symplicho*, quicquid *Wichad* & *Batto* & *Nanzo* antea, & iſte hactenus in beneficium ibi habuerunt, totum ei in proprium donauimus, cum curtilibus & ædificiis, cum mancipiis omnibus vtriuſque ſexus, cum terris, agris, campis, cultis vel incultis, pratis, paſcuis, ſyluis, aquis, aquarumue decurſibus, molinis, vel molinarum locis, piſcationibus, viis & inuiis, exitibus & regreſſibus, mobilibus vel immobilibus, quæſitis vel inquirendis, & cum omnibus iuſtè & legitimè ad ipſum locum, quem præfati homines, & iſte memoratus *Coprecht* ibi in beneficium habuerunt, pertinentibus, vel aſpicientibus in perpetuam proprietatem, per hoc præſens auctoritatis noſtræ præceptum donamus & tradimus, vt ab hodierna die de his omnibus ſecuram & firmiſſimam habeant poteſtatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid ſibi placuerit faciendi. Et vt hoc verius credatur, & diligentius conſeruetur, manu propria noſtra ſubtus eam firmauimus, & ſigillo noſtro aſſignari iuſſimus. *Arnolfi Regis, ſuper* SEMPLECHA.

Signum Arnulfi Sereniſſimi Regis.

Data 17. Cal. Maij, anno Dominicæ incarnationis. 890. Indict. 7. anno autem tertio regni Domini Arnulfi Sereniſſimi Regis. Act. *Regenſpurg*, in Dei nomine feliciter, Amen.

XV.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Arnulfus* diuina fauente gratia Imperator Auguſtus. Nouerit omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorumque, tam præſentium ſcilicet quam futurorum ſagacitas, quia nos per interuentum venerabilis ac dilecti Epiſcopi noſtri *Engelmari*, cuidam fideli operario noſtro nomine *Coprecht* quaſdam res proprietatis noſtræ in proprium conceſſimus, hoc eſt in pago *Tuonehgouve*, in Comitatu *Paponis* Comitis noſtri, in loco nuncupato *Strubinga* conceſſimus ei Hubam, quam ſeruus noſter *Tati* mihi habere viſus eſt, cum omnibus iuſtè & legitime illuc pertinentibus ædificiis, terris, agris, cultis & incultis, campis, pratis, paſcuis, ſyluis, viis & inuiis, aquis, aquarumue decurſibus, exitibus ac reditibus, quæſitis vel inquiſitis, totum quicquid ipſe *Tati* ibi habere dignoſcitur, per omnia, nihil extra dimittentes, quin ſibi in proprietatem traderemus. Et iuſsimus ei inde hanc noſtram *Eiuſdem, ſuper Huoba pro-* pe Strubin- gam. *inquirēdis*

stram scribi auctoritatem, per quam volumus firmissimeq; iubemus, vt iam dictus *Copertus* de supra nominatis rebus omnibus licentiam ex nostra habeat donatione præscriptam causam sibimet tenendi, donandi, tradendi, commutandi, vendendi, vel quicquid sibi placuerit faciendi sine vllius contradicentis obstaculo. Et vt hæc donationis vel largitionis nostræ auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora à cunctis fidelibus nostris verius ac certius credatur, ac diligentius obseruetur, manu propria nostra subtus eam firmauimus, & annuli nostri impressione assignari iussimus. Data 3. Non. Maij, anno Dominicæ incarnationis 898. Indict. 15. anno vero regni Domini Regis *Arnulfi* 10. Imperij 2. Actum ad curtem *Feldei*, in Dei nomine feliciter Amen.

XVI.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis *Ludouicus* diuina fauente gratia Rex. Si loca diuinis cultibus mancipata liberalitatis nostræ iuuamine releuemus, & erga ea paterno more beneuolentiam nostram ostendimus, mansura nobis gaudia inde prouenire posse non dubitamus. Idcirco notum esse volumus cunctis sanctæ Ecclesiæ fidelibus tam præsentibus quam futuris, quoniam nostris innotuit auribus, quasdam res de monasterio *S. Mauritij* quod dicitur *Altaha*, in loco *Bucinbura* in *Svvainahgovve* constituto, per quorundam prauam machinationem, & iniquam subreptionem esse abstractas, quamuis eiusdem domus Dei aduocatus nomine *Heriold* eas iuramento facto ad idem monasterium rite pertinere debere affirmando comprobaret. Sed ne per huiuscemodi iniquitatem vel maleuolorum fraudulentiam idipsum Cœnobium præscriptis rebus falsitatis ingenio iniuste priuaretur, per honorabiles Dei seruos *Erchanboldum*, *Zachariã*, *Tutonẽ* videlicet, & *Burchardum* Episcopos, *Luitboldum* quoq; *Sighartum* atq; *Iringum* Comites, cæterosq; natu maiores & consiliarios nostros fideliter admoniti, pro beatę memorię præcessorum nostrorũ æterna liberatione, animęq; nostræ remedio prędictum locum, id est *Bucinbura* cũ attinentiis suis per hanc nostræ authoritatis paginam iuris & dominium memorati monasterij reddimus, tradimus atq; confirmamus, ea duntaxat ratione, ne quisquam omnino temeraria præsumptione aliquam infestationis molestiam ipsi monasterio eiusq; prouisoribus pro iisdẽ rebus vlterius ingerere prævaleat. Sed omni remota aduersantium inquietudine, & iniusta exactione per infinita mundi curricula, sub iure & dominatione eiusdem sacrosancti Christi martyris *Mauritij* securè eædem res ex integro per hoc præsens celsitudinis nostræ præceptum consistant atq; permaneant. Et vt hæc confirmationis, atq; concessionis nostræ nullo impediente, sed Deo auxiliante perpetuis temporibus inuiolabili stabilitate roboretur auctoritas, manus nostræ subscriptione eam confirmantes, annulo nostro iussimus insigniri. Data 17. Cal. Martij, Anno incarnationis Dominicæ 905. Indict. * 5. anno vero septimo glorioſi Regis *Ludouici*. Actum *Regino* ciuitate. In Dei nomine feliciter.

1. Indict. 8.

XVII.

Eiusd. cõmutatio OTLING super SIMPLICHAINI.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, *Ludouicus* diuina fauente clementia Rex. Omne scilicet quod inter duas partes sani consilij vtriusque compendij diffinitum fuerit, prodesse propter euitanda futura maleuolorum iurgia conscriptionis vinculo obligare. Et ideo cuncti fideles nostri, præsentes videlicet & futuri cognoscant, qualiter quidam liber homo nomine *Ioperht* per licentiam nostram & consensum *Tutonis* venerabilis Episcopi tradidit proprietatem

suam

suam quam habuit ad *Strubingun* & *Simplicham* ad *S. Mauritium* hoc ad monasterium quod dicitur *Altaha*, complacitauit sibi vxoriquę suæ *Vastradæ* de rebus eiusdem matris locum *Oetilinga* nuncupatum, quamdiu viuerent retinendum, quo peracto duas chartulas pari tenore conscriptas inde fieri iussimus hoc modo, in quibus continetur. Tradidit igitur quidam liber nomine *Ioperht* ad *S. Mauritium* proprietatem suam, quam habuit in duobus locis *Strubinga* & *Simplicha* nominatis, cum ædificiis, curtilibus, terris, pratis, pascuis, syluis, aquis, mobendinis, & omnibus ad eadem loca iure pertinentibus, cum mancipiis etiam decem sic nominatis *Adalrich, Timo, Viotuni, Pero, Snelhart, Cringor, Gotalint, Irminisvvint, Willobirch, Liutker*, in perpetuam proprietatem in manum videlicet *Herigoldi* Aduocati. Econtrà vero iussu ex nostro, præsente iam dicto Episcopo, & cæteris fidelibus nostris eodemque Aduocato retradente, accepit idem *Ioperht* de rebus *S. Mauritij* locum qui dicitur *Oetilinga* cum Ecclesia & cæteris ædificiis, mansisque duobus & molina vna, omnibusque mancipiis ad idem beneficium pertinentibus, exceptis eis, si qua in curte aliqua ad opus nostrum pertinente vtiliter coniuncta fuerint. Vt hoc potestatiue vtatur vsu fructuario, vsque ad obitum suum, & *Vastradæ* vxoris suæ. Post discessum verò amborum, vtraque res, id est proprietas, quam dedit, & beneficium quod accepit, in ius & potestatem prædicti monasterij cum omni integritate redeant, nullo obsistente, nemine contradicente. Iussimus enim hoc præsens regalitatis nostræ præceptum exinde conscribi, vt eadem complacitatio ita per omnia semper firma & incorrupta, sicut hic & in chartis habetur, persistat. Et vt hæc auctoritas nostra inuiolabilem obtineat stabilitatis firmitudinem, & à cunctis fidelibus nostris verius credatur, & diligentius obseruetur, manu propria nostra subtus eam roborantes, annuloque nostro iussimus sigillari. Data III. Cal. Maij anno Dominicæ incarnationis 905. Indict. 8. Anno vero regni pij Regis Ludouici 7. Actum *Regina* ciuitate, in Christi nomine feliciter.

XVIII.

Heinrici II. siue sancti super A. RE A RA. TISBONEN.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis *Heinricus* diuina fauente clementia Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet & futuris, qualiter hos pium *Godehardi* Abbatis intendentes petitionem, quia nobis fideliter seruiuit, et dignus quem beneficiaremur fuit, quandam nostri iuris aream infra muros vrbis *Ratisponensis* sitam, habentem in latitudine pedes 40. & in longitudine pedes 80. quæ ex vna parte plateæ quæ ducit ad flumen, ex altera vero parte arcæ cuiusdam hominis nomine *Ruori* collimat, Monasterio *S. Mauritij*, cui idem venerabilis Abbas in loco, qui dicitur *Altaha* præesse dinoscitur, iure perpetuò retinendam per hoc regale præceptum contulimus, cum terminis suis, exitibus quoque & reditibus, siue cæteris, quæ quolibet modo vocari iustè & legaliter possunt, appenditiis, ea ratione, quatenus præfatus Abbas *Godehardus*, siue successores eius, liberam deinceps de eadem area habeant potestatem possidendi, vel quicquid pro vtilitatibus Monasterij illis libeat potestatiue faciendi. Et vt hæc nostræ traditionis auctoritas stabilis & inconuulsa permaneat, manu propria eam roborantes sigillari nostra imagine iussimus. Data III. Idus Iulij, anno Dominicæ incarnationis millesimo secundo, Indict. XV. Anno vero Domini *Heinrici* Regis primo. Actum *Babenburch*.

XIX. IN

XIX.

Diuſd. ſuper EMMITATE.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia Rex. Quia ſi piis Dei famulantium flagitationibus accommodamus benignũ auditum ſummæ ſalutis inde prouenire nobis incunctanter credimus remediũ. Idcirco omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium præſentium & futurorum nouerit religioſitas, quoniam tam animæ noſtræ conſulentes, quam etiam dilecti noſtri *Godehardi* Abbatis petitionibus obtemperantes, venerabilem *S. Mauritij* martyris Abbatiam *Altaha* nuncupatam, ſub noſtræ defenſionis *Mundiburdium*, ac tuitionem cum omnibus eidem prefatæ Abbatiæ aliquo modo adhærentibus, villis vero *Iſerahoff*, *Suarzaha*, *Cella*, *Gunzina*, *Munichdorff*, *Puechoff*, *Oberanhaus*, *Vſterlingen*, *Gotzzolting* *Otilingen*, *Riecherisdorff*, *Baltheninga* nuncupatis, ſeu etiam cæteris cuiuslibet vtilitatis commoditatibus, familiis, tributis, tributariis, rebus mobilibus & immobilibus, viis, inuiis, ſyluis, ſaginis, aquis, piſcationibus, molis, molendinis, paſcuis, compaſcuis, ſiue apium paſcuis, quæſitis & inquirendis, nec non iuſta acquiſitione eidem præfatæ Abbatiæ pertinentiis. Præcipientes igitur regali ſummitate edicimus, vt nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Schuldaſio, Scapio, ſeu aliqua magna vel parua perſona eundem iam dictum Abbatem ſuoſq; ſucceſſores, preſcriptis rebus inquietare, moleſtare, vel diſiuſtare præſumat. Si quis verò huius præſcripti noſtri, quod abſit, violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum. Quod vt verius credatur, diligentiuſq; ab omnibus obſeruetur, hanc chartam inde conſcriptam manu propria roborantes, ſigilliq; noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Data VI. Cal. Febr. Indict II. Anno Dominicæ incarnationis MIV. Anno vero Domini *Heinrici* II. Regis III. Actum in *Altſtetl.* In Dei nomine feliciter Amen.

XX.

Diuſd. ſuper FLINSPACH.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia Rex. Regalis enim excellentię decet maieſtatem, rationalibus ſibi à Domino ſupplicationibus miſericorditer concedere perpetrationem, quatenus eorũ aſſiduis precibus & ſeculariter tranquilliterq;, & æternaliter cæleſtis brauij diademate coronetur. Quocirca vniuerſalis fidelium noſtrorũ præſentium ſcilicet & futurorum nouerit induſtria, qualiter quidam venerabilis *Godehardus* Abbas, prouiſor verò *Altahenſis* monaſterij celſitudinem potentiæ nobis à Deo conceſſæ, ſubiit, humiliter implorans, vti nos quandam villam *Flinſpach* dictam, in pago *Svveinichgouin* ſitam, & in comitatu *Tiemonis* Comitis, olim prædicto monaſterio ſuo pertinente, dolore non paruo tactus perdere quod iuſte viſus eſt habere, debere, eò reſtituere dignaremur. Cuius nos condignæ petitioni, aſſentiendum fore exiſtimantes, eandem iam dictam villam noſtra regali traditione atq; pagina ad antedictum *S. Mauritij* monaſterium in *Altaha* conſtructum cõcedentes reſtituimus, reſtauramus, donauimus, atq; firmiſſimè ſubſcribentes eò conſolidauimus ad ædificandũ, reſtaurandũ, maceriandum prefatũ monaſterium cũ aliis Eccleſiis, cœnobiumq; fratrum, quia ob hoc prædictus Abbas requiſiuit, quoniam terra arenoſa eſt, macerieq; vtilis. Tradentes igitur in proprũ *S Mauritio* ſubſcriptoque Abbati nec non & ſuis ſucceſſoribus quicquid inter *Winter* & *Hoffkirchen* videtur iacere, vel etiam ad anteſcriptum monaſterium inibi reſpicere cum omnibus rebus mobilibus & immobilibus, terris, cultis vel incultis, vineis, vinetis, molendinis, viis, inuiis, ædificiis, exitibus & reditibus, ſyluis, venationibus, pratis, paſcuis, compaſcuis, ſiue apium paſcuis, aquis aqua-

aquarumue decursibus, piscationibus, familijs vtriusque sexus, quæsitis & inquirendis, seu omnibus quæ dici, vel scribi, intrinsecus seu extrinsecus possint, pertinentiis & vtilitatibus. Et vt hæc nostræ traditionis auctoritas stabilis & inconuulsa permaneat, hanc chartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilliq; nostri impressione insigniri iussimus. Data Nonis Nouembr. Indict. I. Anno Dominicæ incarnationis MV. Anno verò Domini Heinrici secundi Regis IV. Actum *Werdæ* in Dei nomine feliciter.

XXI.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis *Heinricus* diuina fauente clementia Rex. Si quid nos Ecclesias Dei, vel in eisdem seruientes de nostris ditare studuerimus, procul dubio immarcessibile præmium in futuro capessere credimus. Qua de re cunctis fidelibus nostris præsentibus scilicet & futuris notum esse volumus, qualiter nos æternæ vitæ desiderio inflammati, tam pro remedio animæ nostræ, quam parentum nostrorum, nec non & interuentu dilectæ contectalis * nostræ *Chunigundæ*, & pro dilectissimi Altahēsis Abbatis *Godehardi* gratissimo obsequio, eidem Ecclesiæ, cui ipse præesse videtur, in vsum monachorum inibi Deo famulantium, in Comitatu *Thiemonis* præsidis, prope monasterium in villa *Helingerinperk* dicta mercatum habenti Thelonium tam viantium quam nauigantium exigendi in perpetuum per hoc regale præceptum contulimus atque concessimus. Quod si qua persona eidem loco abstulerit, in futuro iudicio examinanda erit. Et vt hæc nostræ traditionis auctoritas stabilis & inconuulsa permaneat manu propria eam roborantes sigillare nostra imagine iussimus. Data VII. Idus Iunij, Indict. VII. Anno Dominicæ incar. MIX. Anno vero Domini *Heinrici* Regis secundi regnantis VIII. Actum *Merseburg* feliciter Amen.

Einsd. fuè per HELINGER.

** Cunrē*

XXII.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia Rex. Si Ecclesias Dei alicuius doni incremento ditare vel sublimare studuerimus, nobis id profuturum esse minimè dubitamus. Quapropter nouerit omniū Christi fidelium nostrorumq; industria, qualiter ob remedium animæ nostræ, & interuentum dilecti Abbatis nostri *Godehardi* suum iuge deuotumq; seruitium inspicientes, monasterio suo *Altaha* dicto ad seruitium & ad vsum fratrum Deo ibidem seruientium, in villa *Mundrichinga* dicta, vnam Ecclesiam cum dotali manso, & duabus partibus decimationis, ad eandem Ecclesiam pertinentibus, & in villa eâdem alium mansum cum mancipiis *Frudun* & vxore ipsius & filiis eorum; in *Siffinchouen* autem tres mansos cum mancipiis in his habitantibus: in *Mangoltingen* verò superius molendinarium cum molendino, in pago *Wonaulgouve*, in Comitatu vero *Ruotberti* Comitis sitis, cum omnibus appenditiis siue vtilitatibus, quæ dici aut nominari possunt, per hanc nostri præcepti paginam concedimus atq; largimur. Et de nostro iure ac dominio in eorum ius ac dominium omnium transfundimus, ea quippe ratione, vt prædictus Abbas suiq; successores, vna cum fratribus inibi Deo famulantibus, de prænominato bono eius vtensilibus dehinc liberam potestatem ad communē vsum fratrum, quidquid eis libuerit faciendi, omnium hominū contradictione remota. Et vt hæc auctoritas nostræ donationis stabilis & inconuulsa permaneat omni tempore, hoc præceptum inde conscriptum manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Data octa. Idus Aprilis, Indict. VII. an. ab incar. Domini MIX. Anno vero Domini *Heinrici* secundi regnantis VIII. Actū *Regenspurg* Amē.

Einsd. fuè per MYNDERICHING.

f. omnino

XXIII. IN

XXIII.

Eiusd. super APPATISDORF.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Heinricus* diuina fauente clementia Rex. Si quid nos Ecclesias Dei vel in eisdem seruientes de nostris ditare studuerimus, procul dubio immarcessibile præmium in futuro capessere credimus. Qua de re cunctis fidelibus nostris præsentibus scilicet atque futuris notum esse volumus, qualiter nos æternæ vitæ desiderio inflammati tam pro remedio animæ nostræ, quam parentum nostrorum, nec non & interuentu dilectæ contectalis nostræ *Chunigundæ*, & pro dilecti Altahensis *Godehardi* gratissimo obsequio, eidem Ecclesiæ, cui ipse præesse videtur, in vsum monachorum inibi Deo famulantium in Marcha & Comitatu *Heinrici* Marchionis, decem regales mansos inter hos terminos sitos, item in orientali plaga de illo vallo & duabus arboribus vulgo *Ieleuun* dictis, subtus villam *Abbadorf* dictam, vsque in fluuium Danubij, & inde rursum in latitudine vsque in occidentalem plagam, ad terminum ministerij *Sigimares*, *Weride*, in longitudine verò, de *Danubio* vsque ad *Wagreim* ad Aquilonem terminantur, per hanc nostri præcepti paginam concedimus atque largimur cum omnibus appenditiis ad eosdem pertinentibus, areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, aquis aquarumue decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus, syluis extirpatis, vel adhuc extirpandis, seu cum omnibus, quæ dici aut nominari possunt, vtensilibus, & de nostro iure ac dominio in eius ius ac dominium omnino transfundimus. Ea quippe ratione, vt prædictus Abbas, suique successores exinde liberam habeant potestatem tenendi, commutandi, vel quidquid eis in vsum prædictorum fratrum agere libuerit. Et vt hæc nostræ donationis auctoritas, omnium hominum contradictione remota stabilis & firma constet, hanc chartam ex nostra iussione conscriptam ac signatam propria manu subtus firmauimus. Data VII. Calend. Iulij. Indict. IX. Anno dominicæ incarnationis M. XI. Anno vero Domini Heinrici secundi regnantis X. Actum *Regenspurg*.

XXIV.

Eiusd. super ABSTORF.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis *Heinricus* diuina clementia fauente Romanorum Imperator Augustus.

Si quid Ecclesias Dei, vel in eisdem seruientes de nostris ditare studuerimus, procul dubio immarcessibile præmium in futuro capessere credimus. Qua de re cunctis fidelibus nostris præsentibus scilicet & futuris notum esse volumus, qualiter nos æternæ vitæ desiderio inflammati, tam pro remedio animæ nostræ, quam parentum nostrorum, nec non & interuentu dilectæ contectalis nostræ *Chunigundæ*, & pro dilecti Altahensis Abbatis *Godehardi* gratissimo obsequio, eidem Ecclesiæ, cui ipse præesse videtur, in vsum monachorum inibi Deo famulantium, in Marcha & Comitatu *Adalberti* Marchionis decem regales mansos inter hos terminos sitos, ab occidentali videlicet plaga super villam, quæ *Abstorf* nuncupatur, de medio *Danubij* alueo vsque in riuulum, qui vocatur *Smidaha*, latitudine ad Orientalem plagam, longitudine vero contra *Wagreine* vergente in locis probabilibus vsuique semper aptis. Insuper etiam paruulam insulam in *Danubio*, contra eandem villam iacentem, per hanc nostri præcepti paginam concedimus atque largimur cum omnibus appenditiis ad eosdem pertinentibus, areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, & compascuis, viis & inuiis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus, syluis extirpatis vel adhuc extirpandis, seu cum omni-

omnibus quæ dici vel nominari possunt vtensilibus, & de nostro Imperiali iure, in eius ius ac dominium omninò transfundimus. Ea quippe ratione, vt prædictus Abbas suique successores, exinde liberam habeant potestatem tenendi, commutandi, vel quicquid eis in vsum prædictorum fratrum libuerit. Et vt hæc nostræ donationis auctoritas omnium hominum contradictione remota stabilis & firma constet, hanc chartam ex nostra iussione conscriptam ac signatam manu propria subtus firmauimus. Data VII. Idus Aprilis, Indict. II. Anno Dominicæ incarnationis MXIX. Anno vero Domini *Heinrici* secundi regnantis XVII. Imperij Anno VI. Actum Merseburg feliciter, Amen.

XXV.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Heinricus* diuinæ fauente clementia Rex. Si Ecclesiasticis ædificationibus misericorditer subuenimus, à DEO misericordiam consequi indubitanter confidimus. Quapropter omnium Christi nostrorumq; fidelium tam futurorum quam præsentium solers industria nouerit, qualiter nos pro amore diuino, & ob iuge & nobis acceptabile seruitiũ *Ratmundi* Venerabilis Abbatis Ecclesiæ *Altahæ* dictæ, in honorem beati *Mauritij* constructæ decem mansos regales circa flumen *Zaiaha* dictum, ab eo quidem loco vbi iuxta nostræ donationis & præceptionis mensuram prædium *Sigefridi* Marchionis certis limitibus terminatur, præceptali nostra auctoritate in proprium tradidimus, sitas in pago & in Comitatu *Sigefridi* Marchionis, cum omnibus suis appendiciis, hoc est areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinisque, piscationibus, syluis, venationibus, exitibus & redditibus, viis & inuiis, quæsitis & inquirendis, cum omni vtilitate quæ vllo modo inde poterit prouenire. Ea videlicet ratione, vt prædictæ Ecclesiæ Abbas eiusque successores de præfato prædio liberam dehinc potestatem habeant obtinendi, tradendi, commutandi, precariandi, vel quicquid illis ad vsum Ecclesiæ placuerit inde faciendi. Et vt hæc regiæ nostræ traditionis auctoritas stabilis & inconuulsa omni tempore permaneat, hanc chartam inde conscriptam manu propria, vt infra videtur, corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. *Henrici III. super dicte mansis regalibus.*

Signum Domini Henrici tertij Regis inuictissimi.

Theodoricus Cancellarius vice Bardonis Archicancellarij recognoui. Data III. Non. Iunij, anno Dominicæ incarnat. MXLV. Indict. XIII. Anno autem Domini *Henrici* tertij ordinationis eius XVI. Regni vero VI. Actum *Berstich*. In Dei nomine feliciter.

XXVI.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Henricus* diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Ad communẽ regni nostri statum, & ad salutem animæ nostræ credimus multum proficere, quotiescunq; cõmonemur vtili- *Eiusdẽ sup. tributa regalib. mansis.*

vtilitatibus Deo famulantium prospicere; non dubitamus etiam animas parentum nostrorum nono tripudio in conspectu Dei gratulari, cum per nostram liberalitatem contingit defectus Monasteriorum aliquo modo meliorari, vt diuina laudatio sine querela possit celebrari, & ita sanctorum intercessio melius valeat obtineri. Quocirca nouerit omnium fidelium vniuersitas, qualiter nos diuinæ remunerationis spe incitati, interuentu etiam dilectæ contectalis nostræ *Agnæ*, rogatu quoque venerandi Ratisponensis Episcopi *Gebehardi*, Eichstadensis quoque Præsulis *Gebehardi* & *Rathmundi* venerandi Abbatis commoniti cuidam Monasterio *Altahæ* dicto in honorem S. *Mauritij* glorioſi martyris constructo, ob fidele seruitium eiusdem Abbatis concessimus tres Regales mansos nostri juris in Orientali pago iuxta flumen *Suuarzha* nominatum, à termino scilicet proprietatis, quam ibi possidet *Vdalricus* filius *Tiemonis* Comitis sursum per eundem fluuium pleniter mensuratos, cum omnibus appendiciis iure ad eosdem mansos pertinentibus, id est, Domatibus, agris, syluis, pratis, pascuis, aquis aquarumq; decursibus, molendinis, piscationibus, exitibus & redditibus, viis & inuiis, quæsitis & inquirendis, & omnibus quæ quolibet modo inibi fieri possunt vtilitatibus, per hanc Imperialem paginam in proprium largimur, & perpetuo iure stabilimus, ea videlicet ratione, vt nulla potestas aliquam habeat potestatem præfatæ Ecclesiæ eandem proprietatem auferre, vel vsibus Fratrum Deo ibi sub monachica professione seruientium vllo modo abalienare, sed prædictus Abbas *Ratmundus*, eiusq; successores liberam exinde habeant potestatem, quidquid eis placuerit faciendi, ad vtilitatem duntaxat Fratrum Deo sanctoq; *Mauritio* militantium, remota contradictione omnium hominum. Et vt hæc nostræ confirmationis & largitionis auctoritas stabilis & inconuulsa omni permaneat æuo, hoc præceptum inde conscriptum propria manu corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domini *Heinrici*
Tertij Regis inuictiss. secundi
Romanorum Imperatoris Augusti.

Wintherius Cancellarius ad vicem Bardonis Archicancellarij recognoui. Data VI. Idus Aprilis, anno incarnat. dominicæ MXLVIII. Indict. I. anno autem Domini Heinrici tertij Regis Imperatoris secundi, ordinationis eius XIX. Regnantis quidem IX. Imperantis autem II. In nomine Domini. Actum *Ratisponæ* feliciter, Amen.

XXVII.

Eiusd. super theloneo.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Heinrius* diuina fauente clementia Imperator Augustus. Si quid nos Ecclesias Dei, vel in eisdem seruientes de nostris ditare studuerimus, proculdubio immarcessibile præmium in futuro capessere credimus. Quapropter cunctis fidelibus nostris, præsentibus scilicet atq; futuris notum esse volumus, qualiter nos æternæ vitæ desiderio inflammati, tã pro remedio animæ nostræ, quam parentum nostrorum, necnon & interuentu dilectæ contectalis nostræ *Agnetis*, & pro Altahensis Abbatis *Dietmari* gratissimo obsequio, eidem Ecclesiæ, cui ipse præesse videtur, in vsum Monachorum inibi Deo famulantium, in Comitatu Thiemonis præsidis propè Monasterium, in villa *Helingerüberk* dicta, Mercatum habendi, theloneum tam viantium quam nauigantium exigendi ius perpetuum per hoc Imperiale præceptum Imperiale contulimus atque concessimus. Quod si qua persona eidem loco abstulerit, in futuro iudicio examinanda erit. Et vt hæc nostræ traditionis auctoritas stabi-

stabilis & in conuulsa permaneat, manu propria eam roborantes sigillari nostra imagine iussimus.

Signum Domini Henrici tertij Regis inuictissimi, secundi Romanorum Imperatoris Augusti.

VVintherius Cancellarius vice Bardonis Archicancellarij recognoui. Data XI. Kal. Martij. Anno Dominicæ incarnationis MXLVIIII. Indict. II. Anno autem Domini Henrici tertij Regis, Imperatoris secundi, ordinationis eius XX. regni quidem X. Imperij autem III. In nomine Domini. Actum *Babenberck* feliciter, Amen.

XXVIII.

EVgenius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis, *Conrado* Abbati monasterij S. *Mauritij* Altahensis, eiusque fratribus tam præsentibus quàm futuris, monasticam vitam professis, in perpetuum. Quotiens illud à nobis petitur, quod rationi & honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti cõcedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes vt quaelescunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum iustè & canonicè possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis Deo propitio poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ecclesias videlicet de *Zaia*, de *Abbatisdorff*, de *Grie*, de *Chunezen*, de *Cassen*, de *Mynchendorff*, de *Iserhouen*, de *Puchouen*, de *VVialtorf*, de *Erlbach*, de *Sinichingen*, de *Munterte*, de *Ingolteſtat*, de *Otelingen*, de *VVilbach*, de *Peringen*, de *Vsterlingen*, de *Peirbach*, de *Metmenhusen*, de *Ibach*, de *Suarza*, de *Pfolingen*, de *Palkingen*, de *Suarza*, de *Rorbach*, de *Vrbach*, de *Loting*, de *Tundorf*, de *Aicha*, de *Winchlingen*, de *Regen*, de monte *S. Godehardi*, de *Neszelbach*, de *Heaidosinigen*, de *Cella*, *Montem* S. Mariæ de *Scholiunge*, *Runichenae*, *Tagmanpach*, *Winchingen*, *Hohenoe*, *Aesbach*, cum vineis & portu. Vineas de *Spizze*, *Schongeringen*, *Otenesheim*, *Gerlochesperch*, *Willensingen*, *Mannendorf*, *Hofdorf*, *Rauuenstetten*, *Ranthingen*, *Caesebalchesreiden*, *Kadingen*, *Adelboldingen*, *Asingen*, *Iallingen*, *Teuuelsperch*, quidquid iuris habetis in *Halla*. Præterea quæcunq; bona tam in decimis quam familiis iustè & canonice possidetis, vobis nihilominus confirmamus. Decernimus ergò vt nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conseruentur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate, & Diœcesanorũ Episcoporum canonica reuerentia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentauerit, secundo tertioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini nostri IESV Christi aliena fiat, atq; in extremo examine districtę vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus, sit pax Domini

Eugenij P.P. III.

noſtri IESV Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Aũ. Aũ.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.

✠ Ego Oddo Diac. Cardinalis S. Georgij ad velum aureum ſſ.
✠ Ego Octauianus Diac: Card. S. Nicolai in carcere Tulliano ſſ.
✠ Ego Gregorius Diac: Card: S. Angeli ſſ.
✠ Ego Iacintus Diac: Card: S. Mariæ in Coſmedin ſſ.

Datum Remis per manus Guidonis S. Romanæ Eccleſiæ Card: & Cancellarij III. Kal. Aprilis Indict. XI. Incarnat. Dominicæ Anno M. CXLVIIII. Pontificatus verò Dñi Eugenij PP. III. Anno IIII.

XXIX.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus* diuina fauente clementia Rex Romanorum. Quia placuit altiſſimo, vt nos vnctione miſericordiæ ſuæ inungeret, & regni faſtigio ſublimaret, nos quoque Eccleſias Dei & perſonas Eccleſiaſticas, more prædeceſſorum noſtrorum Regum & jmperatorũ, regali munificentia honorare, & exaltare decreuimus. Quapropter piæ petitioni & deſiderio dilecti & fidelis noſtri *Eberhardi* ſecundi *Bamberg.* Epiſcopi acquieſcentes, Abbatiam noſtram *Altaha* dictam, tam in temporalibus quam in ſpiritualibus, peccatis exigẽtibus omni iam pene ſolatio deſtitutã ad ſubleuãdũ religionis caſum prædilecto fideli noſtro eiusq; ſucceſſoribus & ſanctæ Bambergenſis Eccleſiæ poteſtatiue contradimus, ob noſtrã videlicet & Domini ac patrui & prædeceſſoris noſtri *Chunradi* Regis ſecundi, in prædicta Eccleſia corporaliter quieſcentis iugem & perpetuã recordationem. Statuimus igitur vt prætaxatus Babẽbergenſis Epiſcopus *Eberhardus*, vel quicunque eidem canonicè ſucceſſerit, prædicti Monaſterij Abbatem inueſtiat. Aduocatiam quoque ministerialibus & omnibus vtriuſque ſexus mancipiis, aliiſque rebus quibuslibet ad prædictam Abbatiam pertinentibus, in ius & proprietatem ſæpe iam dictæ Babenbergenſis Eccleſiæ transfundimus. Adiicientes ſpecialiter vt Abbati & Monachis ſuis ſtipendia ſua intacta & imminuta permaneant. Ea vero quę fiſco exinde annuatim ſoluebantur, in vſum Epiſcopi de cætero transeant, quatenus Epiſcopus vice Abbatis plenius & deuotius Curiæ Regali deſeruire, & neceſſitatibus prædicti Mona-

Monasterij commodius & vberius prouidere valeat. Vt autem hæc traditio rata & inconuulsa omni æuo permaneat, præsentem paginam conscribi, & sigilli nostri impressione signari fecimus. Testes sunt Arnoldus Colonien. Archiepiscopus. Hermannus Constantiensis Episcopus. Ortliebus Basiliensis Episcopus. Cuniebaldus Corbeiensis Abbas. Adelbertus Marchio Saxoniæ. Marchvvardus de Grumbach, Actum Aquisgrani, Anno incarnat. Dominicæ M. C. L II. Indict. X V. IIII. Id. Martij. Regnante Domino Friderico Rege Romanorum Anno I. Data per manum Arnoldi Cancellarij, vice Heinrici Moguntinen. Archiepiscopi.

XXX.

Eckeberti Episcopi Babenbergen.

INnomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Dei gratia *Eckebertus* Babenbergen. Episcopus vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Locis religiosis quibus ipso iure patrocinari tenemur, eo maiora subsidia porrigere intendimus, quo indebitis pressuris & calamitatibus vrgentur. Vnde ad notitiam vniuersorum pertingere volumus, quod cum *Altach* Ecclesia, quæ ad nos spectare videtur, bellis, incendiis, depopulationibus, & Comitum de *Pogen* indefessis deprædationibus desolata iaceret. *Poppo* eiusdem loci fidelis noster & dilectus Abbas, veniens ad nos in ciuitatem *Patauien.* nobis significare curauit. Quod *Albertus* Comes aduocatus suus sub quodam contractu peteret ab eo centum talenta, ea pactione vt prædictam Ecclesiam à proximo festo S. Michaëlis per annum ab omni rapina & indebitis exactionibus illæsam; insuper proprio iure suo prætermisso, cum quieta & omnimoda pacis securitate relinqueret. Quod cum nobis parum momenti habere videretur, scientes eum huiusmodi contractus & conditiones antea plures violasse, vehementius precando instiit, dum saltem precibus eius pro votis annuimus. Porro prædictus Comes cum Abbate ad nos perueniens celebrandi contractus stabilitatem in manus nostras ponendo pleno iure aduocatiam confirmare voluit. Quod contradicendo facere omnino non consensimus, præsertim dum ipse eandem aduocatiam à nobis & à proximo decessore nostro iure feudali nunquam receperit. Veruntamen instanti rogatu ipsius ad vltimum in hoc pro commodo Abbatis consensimus, quatenus quidquid præfatus D. Comes in aduocatiam iuris habere videretur in manus ponendo prænoratum confirmaret contractū. Ea verò conditionis interposita lege hoc factum constat, vt nec ipse nec quisquam iudicum suorum, aut exactorum infra præfinitum terminum, scil. a festo S. Michaëlis per annum, vel in proprio, vel legitimo suo iure, vel iudiciis, siue per noctationibus, seu quibuslibet exactionibus quidquam potestatis habeat, sed omnia interim in vsum cedant Ecclesiæ. Quod si huius confirmationis temerator extiterit, atque omni reclamationis remedio aduocatia libere in nostram potestatem redire debet, ita vt in arbitrio nostro positum sit, concedere eam cui potissimum voluerimus. Ad maiorem huius facti euidentiam præsentem paginam sigillo nostro testes subscribendo insigniri iussimus. Gundeloch. Sifrid. item Sifrid. Magister Luipoldus. Heinricus Kalhoch de Winzer. Walkun. Alram. Item Alram Canonici Patauien. Kalhohus. Cunradus maior Plebanus. Heinricus de Petembach. Cunrad de Pirenbach, milites. Conrat de Gundilehouen, Gerhoch de Vramlinesperge, Meinhalm, Bernhart. Oulricus Prustl. Herbort, & alij multi.

XXXI.

QVia rerum gesta quanquam magnifice fuerint acta temporaneo decursu ab hominum memoria, penitus arcentur, vbi literarum perpetuitati nō mandantur. Idcirco ad præsentes futurasq; fidelium Christi nationes huius paginæ continentiam transmittamus: Notum facientes, quod ego *Popo* Abbas de inferiori Altaha, dum Ecclesia nostra per aduocatos nostros Comites videlicet de *Bogen* multis vndiq; circumfusa fleret periculis, verum quoq; grauibus indesinenter doleret ruinis, Regem *Philippum* accedens, qui tunc Romana sceptra moderando gubernabat, causam illi deiectionis nostræ & doloris flebilis exposui. Cuius itaq; Curiam multis impensis insequendo, laboris & periculorum nostrorum misertus, tribulationes nostras & grauamina scuto protectionis suæ, & auctoritatis sententia releuare ordinauit, & auctoritates periculorum nostrorum procellas iudiciali rigore exparte temperauit. Quo tandem de medio sublato, spei nostræ anchora in profundo deperiit, quia acriores in nos tyrannos & seuiores prædictos Comites mors regis suscitauit. Veruntamē Deo Ecclesiæ suæ Imperatorē Ottonē prouidente, ipsum longo itinere & impensis fatigatus, & in Lōgobardiā profectus, in Alexandria inueni; cui omnem tenorē causæ nostræ præsente Duce Bauariæ, multisq; terræ nostræ Baronibus lachrimosē recitaui. Equidem querelas nostras Imperialis Maiestas pio affectu suscipiens, totā causam iustitiæ rigore terminandam Duci Bauariæ delegauit, & vt Ecclesiam nostram ab omni damno illæsam & sine omni vtilitatis exactione, vsq; ad aduentum suum tuendo conseruaret, districtè per sententiam imperauit. Qua commissione susceptā, dum præfatus Dux in Ciuitate Ratispon. celebrem postea ageret comitiam, causa nostra coràm Principibus & optimatibus terræ nostræ ipsis aduocatis astantibus solemniter innotuit, & diu ventilatum quid per sententiam de nobis commissum haberet, diutulgauit sigillum & cum literis imperatæ sententiæ eisdem defensoribus nostris Imperiali auctoritate in propatulo tradidit. Nulla tamen compositione ibidem admissa, dum diuersos in modos negocium nostrum verteretur; Ipse Dux, vsque in consequens placitum quid acturus erat in *Plædelingen* agendæ compositionis rationem distulit. Interea legatus noster de Imperatore reuersus secundum præceptum prioris sententiæ ferens, quatenus causam nostram debito fine terminaret Duci præcipiendo mandauit. Tandem in audientia Principum hanc compositionis conditionem obtentu maiorum admisimus, vt nihil à proximo festo Michaelis, vsque ad triennium per omnem aduocatiam iuris exercerent, præter statutum ius, quod eis ex antiqua attinere & seruire noscitur, illud & per nostros eis porrectum, de nullo causari tenentur: nec in quoquam fideles nostros tàm clericos quam laicos, aut in pernoctationibus, vel in Stiuris, seu regalibus, siue in qualibet re, licet minima molestare debent. Præterea si quicquam inter nostros emerserit, furtis vel homicidiis, aut quolibet casu, quod correctione dignum aliquid apportare videretur, illud per officiales nostros determinatur, ipsis cum summa pace & communitate porrigendum est. Porro si quisquam præconum suorum pullum, vel caseum, seu quamlibet rem, quantumlibet exiguam, duplicem restituere cogendus est. Quod si iteratò repetat, dignam pro tali facto pœnam soluat. Insuper hanc iuris conditionem in bonis nostris consequi tenentur, quam habent reliqui Comites, sub quorum ditione bona nostra iacent, sine vlla aduocatiæ ratione, vel exactionis occasione. Igitur ob huius facti ratam & inte-

intemeratam confirmationem Comes *Bertholdus* patrimonia sua in *Concelle* cũ villis & decimis, & omnibus suis attinentiis in manus Palatini *Rapotonis* delegauit. Similiter Comes *Albertus* patrimonia sua, scilicet *Vrku*, & duas villas in *Riede* cum villis & decimis, & vniuersis attinentiis suis, & proprietate in manus prædicti Palatini consignauit, ea conditionis lege, quod si iam dictæ compositionis ratio qualibet temeritate soluatur, præmemorata amborum prædia per manum supradicti delegatoris Ecclesiæ nostræ sine omni contradictione ipso delegatore defendente contraderentur, & in ius proprietatis cedant, Et si iustitiam de bonis nostris & prædiis, quæ ministeriales eorum violenter possident, ordine iudiciario per eos non consequemur, querelæ nostræ nudæ & aperte, sicut à primo persistant, & damna nostra, quæ quinque millia librarum numerum excedunt, præter porcos, boues, & pullos, & caseos, quæ ad infinitum tendunt, nobis cum integritate restituant. Huius igitur tàm solemnis contractus testes sunt, Episcopus Patauiensis. Episcopus Frisingensis. Palatinus Comes, Eberhardus de Dornberc. Comes Conradus de Mosburc. Kathoch de Kirchperc. Comes Meinhardus de Rottenekke. Cunrad de Horbach. Alram de Vtendorf. Alram de Halse. Wernhart de Hagenovve. Heinrich de Staine. Albertus Lintzeman. Comes Perenger de Leunberc. Grimolt de Staine. Sifrit Kopf. Eberhart Camerarius. Pertolt de Schiltperc. Popo de Gotulfingen. Cunrad de Prunouue. Harvvart de Autingen. Rutland de Puhse. Otto de Haichsenbach, Mangolt de Aheim. Henricus de Stritvviſen. Altman de Helug. Gozpold de Schonstain, Bertold de Stambe. Gozpolt de Nuzperc. Heinrich de Ratgozzingen. Henricus Pfolinger. Palmar. Rosset. Et alij quam plures.

XXXII.

Ludouicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, omnibus in perpetuum. Quoniam labilis est memoria hominum, ideo ne ea, quæ ritè aguntur, postmodum renocentur, consueuerunt scripti munimine roborari. Quapropter confitemur & notum esse cupimus vniuersis, tam præsentibus quam futuris, quod venerabilis Dominus noster *Ekbertus* Babenbergensis Episcopus, Nos & *Ottonem* filium nostrum Palatinum Comitem Rheni, nostrosq; hæredes omnes, qui iure feudali succedere debent, nobis feudo, quod *Albertus* Comes antiquus de *Pogen* pater istius Comitis, qui nunc superstes est, ab Ecclesia *Babenberg* tenuit, & frater suus contra iustitiam, & præter voluntatem prædicti Episcopi violenter tenuerunt, rationabiliter infeudauit: Illo videlicet, quod à *Patauia* ex vtraque parte *Danubij* versus *Ratisponam* & vltrà protenditur: hoc interposito pacto, quod nos de eodem feudo nihil infeudare, nec obligare, nec vendere, nec aliquo modo alienare debemus ab Ecclesia, vel possimus, nisi de speciali consensu prefati Episcopi vel successorũ suorum, & canonice substitutorum. Adiectum fuit præterea, quod nos & noster filius, nostrique hæredes contenti debeamus esse antiquo iure aduocatiæ, quod per priuilegia, vel per seniores illius terræ poterit declarari. Præterea firmiter promisimus, quod Ecclesiã *Pambergensem* in possessionibus, iustitiis vel hominibus manuteneamus & defendamus. Item omnia jura Ecclesiæ Babenbergen, promisimus pro nobis & pro nostris hæredibus nos inuiolabiliter obseruaturos. Excepit prænominatus Episcopus villam *Nezelbach* & alias villas intermedias vsque *Winzer* cum suis attinentiis liberas ab omni iure Aduocatiæ ipsi & ipsius Ecclesiæ retinendas; Ita tamen quod numerus mansorum duodenariũ non

excedat. Et vt hæc à nobis & nostro filio nostrisque hæredibus firma permaneant, & inconuulsa, præsentem paginam sereniſsimi Domini nostri Henrici Romanorum Regis, Adalberti Magdenburgensis Archiepiscopi, Eckeberti Babenbergen. Episcopi, Henrici VVormacensis Episcopi, Heinrici Eystatensis Episcopi, Leopoldi Ducis Austriæ, & nostro, nostrique filij Ottonis Palatini Comitis Rheni fecimus muniri. Testes autem huius sunt Cunradus præfectus de Nürnberch, Hermannus Marchio de Baden, Rudolph Comes Palatinus de Tuvvingen. Vlricus & Eberhardus Comites de Helfenstain. Hartmannus Comes de Dilingen. Rupertus Comes de Castel. Fridericus de Truheding. Dapifer de VValburch. Conradus Pincerna de Wintherstetin. Conradus de Winsperch. & alij quamplures. Acta sunt hæc apud *Esseling*, Anno Domini MCCXXVIII.

XXXIII.

OTto Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ. Notum esse cupimus vniuersis. Quod nos ad petitionem Domini *Hermanni*, venerabilis Abbatis de inferiori *Altach* talem de familia nostra & suæ Ecclesiæ admisimus condicionem, vt quandocunque aliquis de familia Ecclesiæ Altahensis vxorem duxerit de familia nostra, si liberos habuerint. primogenitus ipsorum Ecclesiæ attineat supradictæ. Reliqui verò æqualiter diuidantur. Testes Rapoto Comes Palatinus. Comes Chunradus de VVazzerburch. Alraramus liber de Halz, Henricus Protonotarius. Alhardus de Preisinge. Sifridus de Frauuenberch, Sifridus de Fravvenhouen, & alij quam plures. Actum *Altahæ* Anno Domini MCC. Quadragesimo tertio. Quarto Kal. Augusti.

XXXIIII.

NOs *Fridericus* Dei gratia Dux Austriæ & Styriæ, & Dominus Carniol. Notũ fieri volumus tam præsentibus quam futuris, quod *Hermannus* venerabilis Abbas Ecclesiæ *Altahen*, coràm nobis per priuilegia probauit sufficienter, quod eadem Ecclesia in prædio suo, videlicet villam in *Abstorff* inferiori nullum pati debeat aduocatum, nisi quem ipse & successores sui Abbates & fratres dicti Cœnobij liberè sibi & spontanè duxerint eligendum: infringentem jura ipsorum in alium vtiliter commutando. Nos igitur progenitorum nostrorum, in singulis quæ ad salutaria diriguntur inhærere vestigiis cupientes, probationem & concessionem memoratam, huius scripti testimonio fauorabiliter duximus renouandam, præcipientes firmiter & districtè, vt is, quem loco nostri ipsis pro tempore dederimus defensorem, nullas exactiones indebitas faciat in prædium memoratum, sed jure suo, videlicet decem solidorum solutione monetæ vsualis tantumodo sit contentus, & tribus placitis in anno, in quibus solummodo discutiat quæ pacem violant, saluis per omnia rebus Ecclesiæ memoratæ, nec non jure prædicto, videlicet, vt pro arbitrio sibi alium eligant defensorem, cum transgressio vel inutilitas illius postulauerit, qui pro tempore datus erit, in priuilegiis dictæ Ecclesiæ vidimus contineri. Vt autem hæc facta per nos renouatio robur obtineat perpetuæ firmitatis, præsens Instrumentum confectum in euidens testimonium prædictorum iussimus sigillorum nostrorum munimine roborari. Actum in Castro *Medlico*, Anno Domini MCCXLIII. Prid. Non. Febr.

XXXV. Nos

XXXV.

NOS *Heinricus* Dei gratia Babenbergensis Episcopus, per præsens scriptum notum fieri cupimus vniuersis, quod nos Priuilegium bonæ memoriæ *Ludouici* Palatini Comitis Rheni, Ducis Bauariæ, quod repositum habemus in sacrario nostro in Babenberg peruidimus sigillatum sigillis quondam *Henrici* Romanorum Regis inclitæ recordationis, & aliorum Principum, quorum nomina in eodem Priuilegio continentur, non abolitum, non cancellatum, non in aliqua sui parte vitiatum. Cuius tenor per omnia talis est.

Ludouicus Dei gratia. &c. Vide supr. num. XXXVII.

Quia igitur Altahensis Ecclesia Bambergensi Ecclesiæ taliter est annexa, vt quod contingit vnam, alteram tangere videatur, & specialiter in hoc facto, quod Aduocatia Ecclesiæ Altahensis esse de feudo prædicto, ne forte possit ei præiudicium generare, si Duces Bauariæ præsentes vel futuri in aliquo venirent contra Priuilegium prænotatum. Nos ad petitionem venerabilis in Christo, & nobis dilecti *Hermanni* eiusdem Ecclesiæ Abbatis ipsum Priuilegium, quod etiam Illustres Domini *Ludouicus* & *Henricus* nunc Duces Bauariæ approbantes & renouantes sigillis suis confirmauerunt, rescribi fecimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum in Altach, Anno Domini MCCLIV. mense Nouembri.

XXXVI.

HEinricus Dei gratia Dux Bauariæ. Omnibus iudicibus suis gratiã suam. Charissimi genitoris nostri O. quondam Ducis sequi beneuolentiam cupientes, Monasterio de inferiori *Altach* liberaliter indulgemus, vt si quis de familia ipsius Ecclesiæ, militaris vel rusticana persona, mulierem de nostra familia duxerit, & liberos ex ea genuerit, primogenitus ipsorum attineat Ecclesiæ memoratæ, reliqui vero pueri æqualiter diuidantur. Mandamus itaque vobis, vt cum venerabilis Abbas dicti Monasterij à vobis duxerit requirendam partitionem secundum præscripta de prędictis hominibus facientes, illos qui suæ parti obuenerint cogatis, vesibi & Ecclesiæ suæ fidelitatis exhibeant Sacramentum, alios autem homines eiusdem Ecclesiæ sibi debitum fidelitatis sacramentum facere compellatis. Dat. in *Naternberch.* Anno Domini MCCLVI. IV. Kal. Ianuarij.

XXXVII.

NOS *Otto* Dei gratia Palatinus Comes Rheni, Dux Bauariæ, præsentibus profitemur. Quod multorum meritorum deuotionem, quam nobis & quondam charissimo patri nostro diuæ recordationis Altahense Monasterium vtiliter & reuerenter impendit, specialibus gratiæ nostræ fauoribus reponere & recognoscere cupientes, hanc pro salute & remedio progenitorum nostrorum, & specialiter præscripti Patris nostri charissimi, sibi fecimus gratiam specialem, quo commodius continuatæ subuentionis nostræ onera valeat supportare, quod quilibet Abbas eiusdem Monasterij qui pro tempore fuerit, tria talenta maioris ligaminis, & duodecim minoris salium, semel in anno deducere valeat per mutas nostras in *Burchusa* & *Schârding* absque exactione cuiuslibet thelonij siue mutæ, ita quod occasione præmissorum nihil exigatur penitus ab eisdem, vel procuratoribus eorundem, vel quibuscunque aliis, quibus prædictæ libertatis negocium duxerit committendum. Et hæc præmissę liber-

libertatis conceſſio perpetuis temporibus duratura, proceſſit de chariſſimorum fratrum noſtrorum *Ludouici* & *Stephani* expreſso beneplacito atque voto. In quorum omnium euidens teſtimonium atque robur, præſens Inſtrumentum eis dedimus, noſtri maioris ſigilli robore communitum. Datum & actum apud *Straubingam* Anno Dñj. MCC. Nonageſimo ſecundo, proxima quarta feria ante Sebaſtiani Martyris.

XXXVIII.

NOs *Otto* Dei gratia Palatinus Comes Rheni Dux Bauariæ, tenore præſentium profitemur, quod multorum meritorum deuotionem, quam nobis & quondam dulciſſimo Patri noſtro inclytæ recordationis Altahenſe Monaſterium vtiliter libenter impendit, ſpecialibus gratiæ noſtræ fauoribus repoſcere & recognoſcere cupientes, hanc pro ſalute & remedio progenitorum noſtrorũ, & ſpecialiter præſcripti genitoris noſtri chariſſimi, ſibi fecimus gratiam ſpecialem, quo commodius continuatę ſubuentionis noſtræ onera valeat ſubportare, quod quilibet Abbas eiuſdem Monaſterij, qui pro tempore fuerit, tria talenta maioris ligaminis, & duodecim minoris Salium ſemel in anno quocunque tempore voluerit, deducere valeat, per mutas noſtras in *Burchuſa* & *Schârding*, abſque exactione cuiuslibet Thelonei ſiue mutæ, ita quod occaſione præmiſſorum nihil exigatur ab eiſdem, vel procuratoribus eorundem præmiſſis, & adijcimus, quod ſi prædictus Abbas prædictæ libertatis negocium pro tempore cuiuslibet anni, alicui, vel aliquibus committendum duxerit, ſeu vendendum, is vel ijdem eâdem per omnia gaudere debeant libertate. Et hæc præmiſſæ libertatis conceſſio perpetuis temporibus duratura, proceſſit de chariſſimi Fratris noſtri Stephani expreſſo beneplacito atque voto. In quorum omnium euidens teſtimonium atque robur præſens Inſtrumentum ſibi dedimus, noſtri maioris ſigilli robore communitum. Datum & Actum apud *Straubingam*, Anno Domini MCCXCVIII. in [vigilia] Natiuitatis Virginis gloriosæ.

reponere

Monaſterium *Altahæ* inferioris à prima origine ſua, vſque ad noſtra tempora ſemper fuiſſe Bauariæ Regibus & Principibus immediatè ſubditum, **Ein Bayriſcher Landſtand/ des Prælatenſtands/** nec vnquam ad Imperium pertinuiſſe, tam euidens eſt, & certum, quam vnquam quidquam dici dariue poteſt certiſſimum. Et hoc ipſum innumeris tum diplomatis, tum actibus poſſeſſorij comprobari poteſt, adeoq; comprobauit, nuper defunctus Abbas *Bernhardus* in iudicio contradictorio, ac obtinuit. Erroneum igitur eſt, quod in Metropoli pag. 177. refertur; & delenda ſunt hæc verba: MAXIMILIANVS *Imperator tutelam Monaſterij & ius Aduocatiæ Alberto Duci Bauariæ, & omnibus hæredibus maſculis in perpetuum tradidit, Anno 1506. Ita vt Cœnobium omne id præſtet eidem Duci, quod præſtare debuit Imperatori & eius ſucceſſoribus.* Res', vt ſupra dixi, longè ſecus habet; & fuit Monaſterium à prima fundatione Bauariæ Principibus ſubiectum; nec non Abbates fuerunt recenſiti inter Prælatos, qui primum conſtituunt ſtatum Prouinciæ; **Deß Prælatenſtands**, vt vulgò vocari ſolent.

D.

Status vero nomine, non Reipublicæ, alicuius, vel Regni, aut Prouinciæ caput, aut ſupremam poteſtatem hoc intelligimus: ſed Prouinciæ regniue corpus in membra ſua, ſiue ordines probè diſpertitum, deſignamus.

gnamus. Sunt autem siue Regni siue Ducatus Boioariæ status, more iam inde à Tassilone, Carolo M ante etiam & post, recepto, & ad nostra vsque hæc tempora deriuato tres distincti. Primus Clericorum: **der Geistlichen/der Pfaffheit** (Sic habent vetusta diplomata) **oder Prælaten Stand**. Alter Nobilium: **der herrn/ Ritterschafft/ vnd vom Adl**. Tertius, Plebeius: **Der Stett vnd Märckt**. Et hoc quidem prudenti consilio, maturo iudicio, vtilitate quoque haud contemnenda sic constitutum fuisse, multis rationibus probari potest: nec quisquam sanè mentis in dubium reuocabit. Vetustissimis documentis conuincitur, Abbatem Altahensem inter Prælatos Boios primum semper obtinuisse. Sed de his plura in Aduersariis nostris Bauaricis lector reperiet.

VICTOR dictus Lauser de Lantshuta, antea XX. annis parochus & curam animarum gerens in Spitz, rexit nouem menses. E. LIX.

CASPARVS Abbas dictus Leitgeb, rexit annos XI. LX.

MATTHIAS dictus Terischerz de Thuendorf, rexit an. V. LXI.

PAVLVS Abbas dictus Gmainer rexit an. XXXIV. mens. VIII. dies XXVIII. obiit an. 1585. LXII.

AVGVSTINVS Strobelius artium liberalium Magister, ac SS. Theologiæ Doctor, prid. Cal. Augusti an. 1585 in Abbatem huius loci electus, post modum Calend. Aug. eiusdem anni insula est insignatus. Obiit autem diem suum 10. Calend. Martij, 1592. hora secunda matutina, post quam monasterio an. 6. totidem menses, & d. 20. laudabiliter præfuit. LXIII.

QVIRINVS, aliàs Balthasar Grasenauer de Plädling, eum sedecim annis Præposituræ munus in Rinchnah, summa laude ac fide obiret, & præter alia multa laudabiliter acta Monasterium illud ære alieno eximeret prorsus, atq; ædificiis ornaret non spernendis; ann. 1592. XII Calend. Maij canonicè in Abbatem huius loci est electus & confirmatus. Quo itidem anno, V. Calend. Ianuarij post nouem mensium regiminis sui circulum piè feliciterq; non mitratus, in Christo vitam finiuit. LXIV.

BERNHARDVS tertius huius nominis Abbas Hengerspergianus atque de non obscura Hilziorum familia oriundus, cum hic nouendecim propè annis reisfrumentariæ præfectum dignè ac cum laude ageret, & post modum ad Eberspergense Monasterium euocatus, ritè ac prudentissimè ibidem tam spiritualium quam temporalium administrationem aliquandiu gereret, tandem diuina fauente clementia, & mediante Patrum Fratrumque Cœnobij huius vnanimi consensu, VIII. Calend. Martij anni supra sesqui millesimum Nonagesimi tertij summo omnium applausu Antistitis nomen & munus & meruit, & canonicè adeptus: ac præterea XVII. Calend. Iunij, anni præfati per solemnem benedictionem mitra insignitus est. LXV.

JOHANNES HENRICVS Lutzius. Magnifici Nobilis & Clarissimi viri Wolfgangi Lutzij 3. in summo Sacr. Rom. Imperij Tribunali Spiren. olim assessoris; Serenissimorum Bauariæ Ducum Alberti V. Guilielmi V. & Maximiliani consiliarij & Cancellarij Tetrarchiæ Strubinganæ &c. dignissimi filius, Bernhardi Abbatis successor, omnibus Officiis Monasterij hactenus ab aliquot annis optimè functus, viuat fauente numine quam diutissime, & feliciter gubernet.

DE

DE FVNDATIONE MONASTERII RINICHNACH, ET QVA OCCASIONE HOC COENOBIVM ALTAIchenſi ad. incorporatum fuerit.

GVNTHERIVS, apud Turogos nobiliſſima familia oriundus, contemptis rebus humanis, factus eſt Monachus Altaichenſis, anno 1006. inde in eremum Nardvvald conceſſit, anno 1008. & permiſſu Heinrici ſancti Imperatoris Eccleſiam ibidem ædificauit, & ordinem S. Benedicti inſtituit, quod Cœnobium Rinichnach. vocatur. Huic Heinricus Imperator ad interceſſionem Kunegundis coniugis ſyluam ibi, intra quoſdam terminos, dono dedit, año eodem. Quam donationem renouauit, aliquot finibus additis, Conradus Imperator, ad interceſſionem Giſalæ coniugis & filij ſui Henrici, anno 1029. Quo anno à Perengero, Epiſcopo Patauien. Monaſterium hoc conſecratum.

Hoc deinde Monaſterium iam dictus Heinricus tertius Rex ad inſtantiam præfati Guntherij, cum omnibus poſſeſſionibus & pertinentiis, incorporauit Cœnobio Altachenſi; bona verò iſta in Schvveincoua ſunt ſita in Comitatibus Adalberti Marchionis & Diethmari Præſidis, vt patet ex diplomate Heinrici, Anno 1040.

GVNTHERIVS autem iſte poſteà vixit 5. annos in vlteriori eremo Breznich, vbi obiit Anno 1045. Per Pradislaum Ducem ducitur ad Monaſterium Bohemiæ Brevvnovve, ſub Pragenſi Epiſcopatu vbi ſepultus, deinde canonizatus eſt. Hermannus contractus meminit, & teſtantur priuilegia Caroli quarti. Dominus Hartvvicus Senior de Degenberg conſtruxit Eccleſiam, in Eremo dictam zů vnſer Frawen Aw/ bey der Flädnitz/ ex qua volebat facere Monaſterium S. Benedicti, quod ad Cœnobium Rinichnach pertinere debuit; quemadmodum hoc ad Alteichenſe. Ad huius inſtituti promotionem Imperator Ludouicus dedit ei, tanquam præfecto aulæ ſuæ, fundum, ſupra quem Eccleſia ædificata fuit, & ſyluam circum circa duorum milliarium in latitudinem, trium in lõgitudinem, cum omni iuriſdictione, proprietate, & plenaria vſurpatione, Anno 1341.

CVM verò Hartvvicus cogitaret iſtam fundationem, detrimento futuram Cœnobio Rinichnach, ſyluam ſibi à Ludouico conceſſam, eiuſdem Ludouici Imperatoris permiſſu, nec non cum conſenſu Nepotum ſuorum, Ioannis Hartvvici & Ebervvini de Degenberg, Monaſteriis, inferiori & ſuperiori Altach, donauit; reſeruata tamen ſibi aduocatia, pro quo illi & ſuis hæredibus Abbas Altaichenſis dare teneretur tunicam agninam, ein Lemmeren Herren Peltz/ & præpoſitus in Rinichnach duos calceos, gefültzt Schůch/ circa feſtum Michaëlis. Reſeruauit item ſibi Hartvvicus iuriſdictionem capitalem in homines ſceleratos, nempe propter furta, violenta ſtupra, rapinas, homicidia & incendia, &c. cum tamen certo moderamine circa bona damnatorum & iuris aduocatię, iuxta literas Ludouici Imperatoris, de Anno 1342. & ipſius Hartvvici, Anno 1352. Hanc donationem confirmauit Carolus quartus, Anno 1358. Item Sigiſmundus Cæſar. Idem Hartvvicus telonium in Zvviſel ab Abbate ex gratia ad dies vitæ impetrauit, Anno 1320. cuius tertiam partem Duces Bauariæ habuerunt, eo tempore, quæ Cœnobio Altaichẽ, vnà cũ decimis in Reng & Kirchperg, cum aliis bonis ac redditibus oppignorat; ſed poſteà conſenſu Ludouici Imper. per Hartvvicum redempta, & eidem per Ludouicum Imperatorẽ in feudum conceſſa fuerũt, teſtantur litteræ datæ Añ 1347. Hoc ipſum fatentur in aliis literis, de Añ. 1337. D. Hartvvicus, Altman, Fridericus & Obervvinus de Degẽberg & hoc amplius, quòd cũ aliis redditibus. Item iuriſdictione, præterquàm

quæ ad

quæ ad teloneum pertinet, Item cum steuris in vico Zvviſel, ipſi penitus nihil negotij aut iuris habere debeant; poſt habitis tamen his literis & donationibus, Degenbergenſes ſeſe paulatim magis ac magis intruſerunt, in prædicto circuitu iuxta tenorem literarum Imperatoris Heinrici & aliorum Caſtella, pagos & domos, ædificare ac erigere, & non ſolùm telonium in Zvviſel iuxta prædictas literas, verùm etiam ius venandi, piſcandi aduocatiæ, Angariarum, proangariarum, & iuriſdictionem vſurpare; Hinc grauis diſſenſio orta à Degenbergenſibus, anno 1450. coram Duce Alberto, Com. in Vochburg, Monachij lis mota, vbi rei ad libellum reſpondere iuſſi, prouocârunt ad Fridericum Imperatorem, qui anno 1455. ſententiam Monacenſem confirmauit, & ambas partes ad priorem iudicem remiſit, poſteà res ad Cameram Imperialem deuoluta eſt, tandem, 1534. Ludouicus Dux Bauariæ negotium compoſuit. Abbas Altaichen. omnibus iuribus, actionibus & liti propter dominatum in Zvviſel renunciauit, pro quo illi Degenbergenſes 3500. florenos ſoluerunt; reſeruato tamen, tam pro ſua, quàm pro Eccleſia in Rinichnach, iure cedendi ligna: Quod ſi deinceps inter prædictas partes, propter hunc ipſum dominatum ſubditos aut prædia in Zvviſel, lis oriretur, prædicto Duci Ludouico ac ipſius Succeſſoribus tanquam ordinariis cauſæ iudicibus decidenda relinqueretur. Actum vt ſuprà.

ADDITIONES.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Henricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Plantationis cuiusque ſurculus trunco viridi imputatus, quantò ſæpius aquis circumfuſis irrigatur, tantò citius ramis creſcentibus in arborem erigitur. Eccleſias igitur DEI comparationi eidem nos recompenſantes, vbicunque locorum nouiter plantatas, ſi bonis noſtris aliquantò benignius adhibitis ſubleuantur, tanto eas citius in diuina feliciter laude excreſcere, tantoque nos firmius Imperij noſtri culmen ſtabilire fideliter confidimus. Quapropter omnium Dei fidelium vniuerſitati notum eſſe volumus, qualiter nos ob interuentum ac petitionem dilectæ coniugis noſtræ *Chunigundæ* Imperatricis Auguſtæ, & *Brunonis Auguſtenſis* Eccleſiæ præſulis, nec non *Godehardi Hildeshaimenſis* venerabilis Epiſcopi, & cæterorum fidelium noſtrorum, Gebehardi Ratiſponenſis, Bennonis Patauienſis Epiſcoporum, ad Eccleſiam ſitam in Eremo, quæ vocatur *Nortvvald*, Guntherio Monacho inibi primitus eremiticam vitam ducente conſtructam in honore victorioſiſſimæ *Crucis*, ſanctæque DEI genetricis Mariæ, nec non beati Ioannis Baptiſtæ, in vſum fratrum ibi Dei ſub regula S. Benedicti ſeruientium, quiquid habuimus à fonte aquæ quæ vocatur *Leipfluiſa*, vſque ad locum qui vocatur *Svvartzahavvinchil* & inde vſque ad montem qui vocatur *Ekkirichesbuoch*, & ita vſque ad aquam quæ vocatur *Forchenbach*, & inde ad *Holerenberch*, vſque dum venias *Plechentenſtain*, & inde ad *Grachenbach*, & ſic ad fontem ipſius aquæ & ita per aquam quæ dicitur *Flinſpach*, & hinc vt ſubterminatum eſt ad flumen *Regin*, & per deſcenſum *Regin* fluminis vſq; in * illam *Piperaha*, quæ duarum *Pipera* media interfluit, & ſic ſurſum per eandem *Piperaha* vſque ad lacum qui è monte *Hadavvich*, & inde per curſum aquæ quæ vocatur *Sebach*, & ſic inde, vt modo terminatum eſt, vſque ad locum vbi *Kelbirpach* cadit in album *Regin*, vſq; in *Affaltrespach*, & inde ad

A.

* *Villam Piperach, eſt in mõte Atvvich.*

magnum lapidem, qui ex orientali plaga propè stratam iacet, quæ in *Bauariam* tendit, & sic per stratam vsque ad nigrum *Regin*, & sic sursum per eundem
Fladniz fluuium ad locum vbi interfluit aqua *Fladniza*, & inde ad fontem eiusdem aquæ, & ita vsque ad *Nauffinna*, cum omnibus atensilibus, cum areis, ædificiis, agris, terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, syluis, venationibus, aquis, aquarumue decursibus, piscationibus, molis, molendinis, viis & inuiis, exitibus & redditibus, quæsitis & inquirendis, sed cum omni vtilitate quæ vllo modo inde prouenire poterit, per hoc nostrum præceptum in proprium donauimus atque confirmauimus, & videlicet ratione, vt nemo vlterius absque eiusdem Ecclesiæ prouisoris, suorumque successorum licentia potestatem habeat Noualia faciendi, piscandi, aut vllo ingenio feras decipiendi, aut qualibet potestate infra præscriptum terminum exercendi. Et vt hæc donationis nostræ auctoritas stabilis & inconuulsa omni permaneat æuo, hanc chartam inde conscriptam, subtusq; manu propria roboratam sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domini Henrici Regis inuictissimi.

Guntherius Cancellarius vice Willigisi Archicapellani recognoui.

Data VII. Idus Iunij, Indict. VII. anno Dominicæ incarnat. M. IX. anno vero Domini Henrici secundi regnantis VIII. Actum Merseburg feliciter, Amen.

B. IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Conradus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Plantationis cuiusque surculus trunco viridi nouiter imputatus, quanto sæpius aquis circumfusis irrigatur, tanto citius ramis crescentibus in arborem erigitur. Ecclesias igitur Dei comparationi eidem nos recompensantes vbicunque locorum nouiter plantatas, si bonis nostris aliquantò benignius adhibitis subleuamus, tanto eas citius in diuina laude feliciter exercere, tantoque nos firmius Imperij nostri culmen stabilire fideliter confidimus. Quapropter omnium Dei nostrique fidelium vniuersitati notum esse volumus, qualiter nos ob interuentum & petitionem dilectæ coniugis nostræ *Gisle* Imperatricis Augustæ, & amantissimæ nostræ, prolis *Henrici* Regis, & *Brunonis* Augustensis Ecclesiæ Præsulis, nec non Godehardi Hildenisheimensis venerabilis Episcopi & cæterorum fidelium nostrorum, Gebhardi Ratisponensis, Bennonis Patauien. Episcoporum, ad Ecclesiam sitam in heremo qui vocatur *Nortvvald* à *Guntherio* Monacho inibi primitus heremiticam vitam ducente constructam in honore victoriosissimæ *Crucis*, Sanctæque Dei genitricis *Mariæ*, nec non beati Iohannis Baptistæ in vsum fratrum ibi Deo sub regula sancti Benedicti seruientium, quicquid habuimus à loco vbi aqua *Leipfluisa* cadit super viam quam præscriptus *Guntherius* Monachus nouiter præparauit, & sic deorsum per *Leipfluisa* vsque in aquam *Rinichnach* & sic per *Rinichnach* sicut terminatum est, vsque in *Vollenbach* & ita per decursum *Vollenbach* vsque in *Mettma*, & per descensum eiusdem aquæ vsque ad locum vbi *Forhenbach* influit eandem

dem *Mettmam*, & de *Forhenbach* vt subterminatum est vsque in *Sala*, & sic deorsum per *Salam* vsque in flumen *Regin*, & per descensum *Regin* fluminis, vsq; in illam *Petrach*, quæ duarum *Petraha* media interfluit, & sic sursum per eandem *Petrah* vsque ad lacum qui est in monte *Hâtvvich*, & inde sicut intercisum est vsq; in exortum *Svvarzaha*, & sic inde vsq; *Büchohimberch*, & inde vt modo terminatum est vsque ad locum vbi *Kelberſpach* cadit in album *Regin*, & ita per album *Regin* vsque in *Affollserſvverchet*, & inde ad magnum lapidem qui ex Orientali plaga prope stratam iacet, quæ in *Bauariam* tendit, & sic per stratam & supernigrum *Regin*, vsque ad eandem nouam viam à *Gunthero* Monacho præparatam, & sic per viam vsque in *Leipſluiſa* cum omnibus vtensilibus, cum areis, ædificiis, agris, terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, campis, siluis, venationibus, aquis aquarumue decursibus, piscationibus, molis, molendinis, viis & inuiis, exitibus & redditibus, quæsitis & inquirendis, seu cum omni vtilitate, quæ vllo modo inde prouenire poterit, per hoc nostrum præceptum in proprium donauimus atque confirmauimus. Ea videlicet ratione vt nemo vlterius absque eiusdem Ecclesiæ prouisoris suorumque successorum licentia potestatem habeat noualia faciendi, piscandi, aut vllo ingenio feras decipiendi, aut quamlibet potestatem infra præscriptum terminum exercendi. Et vt hæc nostræ donationis auctoritas stabilis & inconuulsa omni permaneat æuo hanc certam inde conscriptam, subtusque manu propria roboratam, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Data Kal. Ianuarij, Indict. XII. Añ. Dominicæ Incarnationis Millesimo XXIX. Anno autem Domini Conradi secundi regnant. V. Imperij vero secundo. Actum Augustæ. Signum Domini Conradi inuictissimi Romanorum Imperatoris Augusti. Vdalricus Cancellarius vice Aribonis Archicapellani recognouit.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Rex. Omnes Ecclesiæ filios oportunum est lætari Dei seruitium vsquam terrarum amplificari, vbi enim omnipotentis laudi aliquid contrahitur, ibi aduersariæ potestati detrahitur. Volumus igitur fidelibus notum esse modernis temporibus Dei seruitium per ipsius prouidentiam, in nostro regno accreuisse. Vnde constet hostem antiquum doliturum esse. Magnifico *Henrico* regnante, Nobilis quidam *Guntherius* diues terrenarum rerum mundialia deseruit sponte, ac sub potestate Deo digni *Godehardi* Abbatis *Altahensis* Monachicæ conuersationi se inseruit, hic in Monasterio aliquamdiu laudabiliter conuersatus diuino instinctu heremi secreta concupiuit; ergò à prædicto Abbate accepta benedictione consentiente Regis *Henrici* collaudatione, heremum *Nortvvald* intrauit, hancque non ociosus heremita colere cepit, diuina siquidem gratia cooperante, in eâdē heremo Ecclesiam construxit, & in hanc in honorem S. Iohannis Baptistæ per Patauiensem Episcopum consecrari impetrauit; ibiq; fratres regulam S. Benedicti obseruantes subrogauit *Henrico* itaq; Imperatore defuncto, atque *Chunrado* Imperij regimine functo licentiam ab eo accepit, inidipsum cartam etiam ab eo regalem obtinuit, quæ bona inibi ab eo acquisita & acquirenda sibi confirmauit. Ipso etiam beatæ memoriæ *Conrado* parente nostro vita excedente, Idem *Guntherius* pro meritorum probitate amicabiliter vsus est nostra familiaritate, proinde mansuetudinem nostram rogauit, quatenus Ecclesiam præfatam ad titulum sancti *Mauritij* Altaha nostræ potestatis auctoritate traderemus', quod & fecimus'. Vnde scire volumus

C.

D.

hos terminos in præsenti haberi, vel in futuro elici potest, quos prædictus fidelis noster *Chunradus* Abbas in priuilegio suo distinxit, ad vsus fratrum in monte *S. Godehardi* Deo seruientium contradidit, nos quoque Regia auctoritate traditionem illam confirmamus. Edicto regali statuentes ne aliquis successorum nostrorum Regum seu Imperatorum, aut alia quælibet persona, magna seu parua, prædicti Abbatis donationis, nostræ auctoritatis concessionem infringere præsumat, sed confratres in præfato monte Deo seruientes omni futuro in posterum tempore prædictum fundum libera & quieta possessione obtineant. Et vthæc nostra concessio firma permaneat, hanc chartam inde conscriptam impressione sigilli nostri consignari iussimus, nec non & testes annotatj, sub quorum præsentia hæc acta, & firmata sunt. Henricus Ratisponensis Episcopus, Henricus Morauiensis Episcopus. Eberhardus Bambergensis Episcopus. Adam Ebernensis Abbas. Henricus Dux Bauariæ. Otto Palatinus Comes. Henricus præfectus Ratisponensis, Hartvvicus Comes.

Signum Domini Chunradi Romanorum Regis secundi.

Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Maguntini Archiepiscopi & Archicancellarij recognoui.

Data IV. Idus Iulij. Indict. VIII. anno Dominicæ incarnationis MCXLVI. Regnante Chunrado Romanorum Rege secundo, anno regni eius nono. Actũ in Episcopatu Ratisponensi, in Christo feliciter Amen.

WIr Ludwig von Gottes genaden Römischer Kayser / zu allen zeiten mehrer deß Reichs / thun kundt / offentlich mit disem Brieff / wann vnser getrewer Hartwig vom Degerberg vnser Hofmaister in Beyrn / mit andacht vnd guter bekandnuß hintz Gott / vnd daß vnserm Herrn dessen mehr lobes vnnd dienste erbotten werde an vns bracht vnd zuerkennen geben hat / dy wonung vnd statt die er Gott zu lob vnd zu dienst erkoren hat / das da haissen vnser Frawen Awe bey der Flädnitz / do ein Gotshauß Sanct Benedicten Orden werden solt / vnd das zu dem Kloster Rienach gehören soll / das zu dem Kloster zu Nidern Altach gehört / Nun haben wir alzeit Gotsdienst gern gefürdert vnd gemehrt / vnd wann die ehegenant Stifft vnnd Gotshauß an vnser hilff gab vnd fürderung nicht fürgank gehaben mag / haben wir durch Gott / vnd durch aller vnser fordern Kayser / König vnnd Hertzogen zu Beyrn Seel willen / vnnd durch heil vnser vnd vnser Nachkommen / vnd auch durch fleissig bett vnnd der getrewen dienst willen / diß vns der vorgenant Hartwig von Degenberg getan hat / demselben Gotshauß vnser Frawen Awe geben vnd geaigent / den Grundt da es stett / vnd darzu deß Walds mit dem Grunt zwo meil an der brait / vnd drey meil an der leng mit allen Nutzen vnd Herrschafften die da werden mügen / vnnd de man da gestifften gemachen oder erzeügn mag / mit welcherley sachen das geschehen mag / es sey an Feldern / Äckern / Wyßmad / Wayd / Holtz vnd Wasser / vnd was man vrber in demselben Kraiß zwaier meil brait / vnnd dreyer langk gemachen mag / Es seyn Höf / Güeter / Lehen der Dörffer / vnnd darzu die Leut / die da sitzend oder seßhafft werden / wie man das zu nutz vnnd zu frücht bringen mag / damit das Gotshauß fürganck gewinne / mit Reutten / Stöcken / mit Freihelfin Dorffer auß zulassen / das haben wir im alles gefreyet vnnd geaigent / vnnd freyen vnnd aigen im das alles mit disem Brieff / vnnd E,

fideles præsentes atq; futuros qualiter nos prædicti *Guntheri* rogatione, atq; fidelissimorum nostrorum interuentione Pobbonis Patriarchæ Aquilegien. Dietmari Archiepiscopi Iuuauen. Berngeri Patauien. Brunonis Würtzburgensis, Nithardi Leodicen. Heriberti Eichsteten. Ecclesiam in *Nortvvald à Gunthero Rinichnach* dictam ad Monasterium *S. Mauritij* in potestatem *Ratmundi* Abbatis ac successorum eius consignauimus atque tradidimus, cum omnibus appendiciis ad eundem locum pertinentibus, cum areis, ædificiis, agris, terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, campis, siluis, venationibus, piscationibus, aquis aquarumue decursibus, molis, molendinis, viis & inuiis, exitibus & redditibus, mobilibus & immobilibus, quæsitis & inquirendis, seu cum omni vtilitate, quæ vllo modo poterit inde prouenire. Ita vt nemo vlterius absque Altahensis Abbatis licentia potestatem habeat noualia faciendi, piscandi, aut vllo ingenio feras decipiendi, eo scilicet pacto, vt neque præfatus Abbas Ratmundus, nec aliquis successorum eius potestatem habeat regulare vitã inibi destruere, bona verò ista quæ in *Svveincovva* sunt sita in Comitatibus *Adalberti* Marchionis, & *Dietmari* præsidis inclusa terminationibus istis à loco vbi aqua *Leipsliusa* cadit super viam quam sæpedictus *Guntherius* Monachus nouiter præparauit, & sic vsque ad locum qui vocatur *Svvarzahavvinchül*, & inde vsque ad montem qui vocatur *Ekkiristiich*, & ita vsque ad aquam quæ vocatur *Ferhenbach*, & inde ad *Holernbach*, vsque dum venias *Bleckchenstain*, & inde ad *Grassenbach*, & sic ad fontem ipsius aquæ, & ita per aquã quæ dicitur *Flinspach*, & hinc vt subter terminatum est ad flumen *Regin*, & per descensum *Regin* fluminis, vsque in illam *Pebrach*. quæ duarum *Pebrach* media interfluit, & sursum per eandem *Pebraha* vsque in montem qui vocatur *Hâdvvich*, & inde per decursum aquæ quæ vocatur *Seebach*, & sic inde vt modo terminatum est vsq; ad locum vbi *Kelberspach* cadit in album *Regin*, vsq; in *Affolterspach*, & inde ad magnum lapidem qui ex orientali plaga propè stratam iacet, quæ in *Bauariam* tendit, & sic per stratam vsque ad nigrum *Regin* & sic sursum per eundem fluuium, vbi interfluit aqua *Fladnitz*, & inde ad fontem eiusdem aquæ, & ita vsque in *Lelpffaha*. Et vt hæc auctoritas nostræ donationis inuiolabilis in secula permaneat, subtus eam manu propria roborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Data XVI. Kal. Februar. Indict. VIII. anno Dominicæ incarnationis Millesimo XL. an. autem Domini Henrici tertij ordinationis XII. Regni verò I. Actum Augustæ feliciter, Amen.

Signum Domini Henrici tertij, Regis inuictissimi.

D. Theodoricus Cancellarius vice Bardonis Archicapellani recognoui-

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Chunradus diuina fauente clementia Romanorum Rex secundus. Si ad reformandum cultum diuinæ Religionis consilio & petitioni religiosorum acquiescentes, assensu vel opere contulerimus, id nobis in præsenti ad firmam regni nostri stabilitatem, in futuro ad æternam remunerationem profuturum esse non dubitamus. Ea propter omnium tàm futurorum, quam præsentium nouerit industria, qualiter nos consilio & petitioni dilecti nostri *Chunradi* Abbatis de Altaha, nec non *Willehalmi* religiosi viri assensum præbentes, montem qui dicitur *S. Godehardi*, cum circum iacentibus agris, pratis, pascuis, syluis, cultis & incultis, aquis, aquarumque decursibus; cum omni demum vtilitate, quæ infra

hos

gebieten allen vnsern Ambtleutten/ Vitztumben/ Pflegern/ Vogten/ vnd allen andern die jetzo sind oder fürbaß werdent/ ernstlichen/ dz sie dem vorgenanten Härtwigen zu den Stifften geholffen seyn/ wo er jhr darzu bedürfft/ daß sy fürgangk gewinnet vnd dz sy jn mit kainen sachen an dēselben Stifft irren noch hindern/ sonder wöllē wir/ dz sy denselben Stifft schirmen/ wo in das not geschech/ vnnd nicht gestatten/ dz in dise vnser gnad vnd freyung vberfaren werde/ bey vnsern hulden/ zu Vrkundt diß Briefs/ der geben ist ze Küfstein/ am Mitwochen nach Sant Michaels tag/ versigelt mit vnserm Kayserlichen Jnsigel/ nach Christus Geburt dreyzehen hundert Jar/ vnd in dem ain vnd viertzigisten Jar/ in dem sibn vnd zweintzigisten Jar vnsers Reichs/ vnnd in dem vierzehenden deß Kayserthumbs.

F. WJr Ludwig von Gottes genaden Römischer Kayser zu allen zeitten mehrer deß Reichs/ veriehen vnd thun kundt offentlich mit disem Brieff/ für vns vnd für all vnser Erben vnd Nachkommen/ wann vnser lieber getrewer Hertwig vom Degenberg/ vnser Hofmaister zu Veisen ein wonung vnd Statt het außerkorn/ Gott vnd seiner lieben Mutter/ vnd allem Himlischen Heer zu lob vnd zu ehrn zu vnser Frawen Awe bey der Flädnitz/ do ein Kloster Sanct Benedicten Ordens solt worden seyn/ vnd do hetten wir jm durch Gott/ vnd durch vnsern fordern Seelen willen/ vnd vnser Erben vnd Nachkommen Seeligkeit/ vnd durch der getrewen dientz willen di vns der ehegenant Härtwig trewlichen geben hat/ vnd noch täglich mit trewen thut/ zugegeben vnnd gerigert/ deß wilden Waldes vmb vnser Frawen Awe drey meil nach der leng/ von der Körnach/ vntz gen Peebrach/ vnd zwo meil von der Flädnitz nach der brait ein gen Beheim/ mit allen ern rechten vnd nutzen/ vnd mit aller der Frucht die dauor mit allen sachen mecht erzeügt vnnd volbracht werden/ besucht vnnd vnbesucht/ Freyheiten den Wald außzulassen/ Pauleütten zu arbeiten/ Zechleütten/ mit erdtrich/ erpawen/ vnd vnpawen/ mit Välldern äckern vnnd Wüßmad/ mit Waydt/ Wassern/ Bächen/ Vischwaiden/ Höltzern/ mit allem geiaide/ mit Wegen vnd Strassen/ auß vnd jn/ Müln vnd Mülstetten/ vnd darzu die Läwtt/ von wannen oder wes sie weren/ die in der Gebiett sässen/ oder seßhafft würden/ mit allen Gerichten die an den Todt gend/ vnd auch andere Gericht stöckt vnd Galgen/ vnd all Herschafft/ die wir jm darzue gegeben vnd geaigent hetten/ vnd auch mit der Freyheit daß all die Leut/ die in den ehegenanten gebiet sitzen vnd wonend werden ewigklichen aller Steür/ es sey Maysteür/ Herbststeür vnd aller ander Steür vberhaben zullen seyn/ wann wir noch kain vnser Erbe vnd Nachkommen/ noch kain vnser Ambtman die jetzo sind oder fürbaß werden/ es seyn Vitztumb/ Richter/ Pfleger/ Schergen/ oder wie die genant seyn ewigklichen in der ehegenanten Gebiet nichts zuhandlen noch zuschaffen zullen haben/ vmb kainerley sache/ wie die mag genennt seyn/ wann wir vns der aller verzigen haben/ vnd jm gar vnd gentzlich gegeben/ geaigent vnd gefreyet/ Nu besorgt vnser ehegenanter Hartwig/ daß die Zölle zu Bynchnach dauon möcht schaden nemmen/ vnd die Genad/ Freyung vnd Gab die wir jm getan haben/ hat er mit vnserm willen vnd gunst gebē Sand Mauritzen gen Nidern Altaich/ vnd Sand Johanß Baptisten hintz der Zell zu Rinchnach/ vnd die aigen wir je auch/ vnd bestättigen die mit disen gegenwürtigen Brieff zu einem ewigen Seelgerädt/ den Wald als er oben benennt ist/ drey meil an der leng/ vnd zwo an der braidt/ ewigklichen/ mit allen rechten/ ehren/ vnd nutzen/ die da erzeugt mägen werden/ dz es also ewigklichen hintz den obgenanten Klöstern soll gehören. Es hat auch vnser ehegenänter Hartwig jm selber vnd seinen Erben die Vogtey in der ehegenanten Gebiet gehalten/ mit der beschaiden/ dz jm der Abbt von Nidern Altach alle jar nicht mehr geben soll dauon/ dann einen leissern Herrnpeltz/ vnd der Brobst zu Rynechen ach zween geulzt Schüch vmb Sand Michels tag/ Er hat auch jm selber behalten dz gericht/ das an den Todt gehet/ därff/ Notnünfft/ Straßraub/ Todschleg/

vnd

vnd Prannt / da soll er in der Gebiet vber richten / vnd was der schedlich mensch / da er nach dem Todt vberrichten / hab lätt / der soll gewalten dem Abt zu Nidern Altach / vñ dem Brobst zu Reychnach dz drittail / vnd dem Vogt dz drittail / vnd seiner Haußfrawen vnnd Kindern das drittail / hat er weder Weib noch Kindt / so solles seiner Seel angelegt werden / vnd wolt sy ein Vogt verrer treiben / vnd andere sach an sie mueten / dann oben verschriben ist / daß sy mit warheit beweisen mögen / So mügen sy in verkeren / darnach wann sie wöllen mit ainem andern ains seinem geschlecht / der in nutz vnd gut ist / ob sy deß vnter seinem geschlecht vngeuärlich nicht gehalten möchten / so mögen sie in verkehren / vnd mit einem andern wann sie wöllen / der vns vnd vnserm Lande zugehört / vnd soll derselb die rechte haben / die der Vogt gehabt hat / den sy absetzent / vnd nicht mehr / doch soll die Vogktey auff desselben geschlecht nicht erben / Aber wann sie ainen Hartwigs geschlächt haben mögen / der in zu der Vogtey guet ist / dem sollen sy die Vogtey lassen / vnd kainen andern / vnd soll auch die Vogtey auff Härtwigs Geschlächt erben / vnd auff kain ander Geschlecht / die sie zu Vogt nemmen / die andern sache alle sullen sy richten / oder der den sie an jr statt setzent / vnd wann vntzher bey zehen Priestern daß Rinichenach sind gewesen / sullen fürbas ewigklich sechtzehen Priester da seyn / die Gott gedienen mügen / doch also dz d' Conuent zu Nidern Altach dauon nit soll gemindert werden. Vnd nach dem Priester der jetzo daß vnser Frawen Awe ist / sullen sy auch jres Ordens zween Priester ewigklich haben / was auch Pfarrein der ehegenanten Gebiet wirt / die soll ein Abbt von Nidern Altach leyhen / was auch vrtail in der Gebiet zukrieg werdent / die sullen für den Vogt gedingt werden vnnd pracht / was auch gült in der ehegenanten gebiet werden mag / es sey Pfenninggült / Traidgült / oder welcherley gült da mag werden / die soll zu der zall zu Reichnach gehören / vnd auch dabey ewigklich beleiben / doch also daß der Brobst zu Rinichnach dem Abten zu Nidern Altach gehorben soll seyn mit allen geistlichen züchten / vnd mit rechter gehorsamen / vnd mit allen sachen / als es von alter gewohnher ist kommen / vnd das die genad als sy vorgeschriben seynd / stätt gantz vnd vnzerbrochen beleiben / vnd auch fürbas vor vns / von vnsern Erben / Nachkommen vnd Ambtleütten mit keinen sachen ewigklich überfaren werden / geben wir disen Brieff zu einem Vrkunde / besiglet / mit vnserm Kayserlichen Insigl / der geben ist zu Puechhausen / an der Mitwochen vor Sand Margarethen tag / da man zelt nach Christus Geburt dreyzehenhundert jar / darnach in dem zway vnnd viertzigisten jar / in dem acht vnd zwaintzigisten jar vnsers Reichs / vnd in dem fünfftzehenden deß Kayserthumbs.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. Karolus quartus diuina G. fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemiæ Rex. Ad perpetuam rei memoriam. Inter alia pietatis opera quibus celsitudo Cæsarea vberius exornatur, liberalitas obtinet principatum. Illa præcipuè quæ ad vtilitatem, prouectum & commodum Ecclesiarum, Monasteriorum & aliorum sacrorum ac venerabilium locorum exercetur. Nam etsi à terreno principe particula parua datur, interuentu illius qui affluenter tribuit *quidem* vniuersa, qui dat ad eum cum fænore multo reuertitur, maximè cùm per hoc pro terrenis æterna commutatione prouida mereatur. Cùm itaque dudum, pro vt fidedignorũ testimonio veraciter accepimus, ad *Cellam Angeam* dictam beatissimæ Virginis Mariæ iuxta fluuium dictum *Flådnitz* situatam, ad Præposituram *Rinichnach* spectantem, & Monasterio Inferioris *Altach* ordinis sancti Benedicti Patauien. Diocesis in spiritualibus & temporalibus subiectam, ex libera donatione & pia largitione Christi fidelium, vallis in qua eadem Cella sita & locata existit vna cum silua vallis eiusdem, quæ ad duo milliaria in latitudine & tria milliaria in longitudine se extendit, nec non vniuersis & singulis

vtilitatibus fructibus & dominiis, qui nũc sunt aut prouenire poterunt quomodolibet in futurum, in quibuscunque rebus consistant, siue sint siluæ, agri, prata, pascua, campi, aquę, fluuij, & quicquid in eodem districtu in duorum milliarium latitudine & trium longitudine vtilitatis siue prouentus procurari aut fieri poterunt, siue etiam sint prædia, feoda, siue villæ. aut homines nunc in eisdem bonis residentes, vel in posterum ibi suos fecerint incolatus, cum vniuersis & singulis bonis, quæ ibidem extirpari poterunt, nec non libertatibus, iurisdictionibus, judiciis, aliisque suis vtilitatibus, pertinentiis, attinentiis, vniuersis, quibuscunque nominibus censeantur titulo veri dominij & proprietatis ritè & rationabiliter peruenerint, per fratres eiusdem Cellæ temporibus perpetuis possidenda. In quorum omnium possessione pacifica & quieta fratres dictæ Cellæ ibidem Deo famulantes continuo, sine impedimento quorumlibet noscuntur extitisse. Nos itaque attendentes quod Deus omnipotens supremi dispensatione consilij ad hoc nos, quamuis insufficientibus meritis misericorditer euocauit, vt augustalis potentiæ dignitati feliciter præsidentes inter cæteras sollicitudinum curas quibus pro subditorum optata salute incessanter distrahimur, ad ea singulariter quadam specialis prærogatiua fauoris intendere debeamus, quæ diuinæ laudis augmentum & gloriam, & sanctarum Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum piorum locorum commodum respiciunt & honorem, iustisque religiosi Petri dicti Monasterij *Inferioris Alte* Abbatis, compatris nostri carissimi supplicationibus inclinati, fauorabiliter donationes & largitiones prædictorum bonorum & rerum omnium, eidem Cellæ per † quascunq; personas rite factas, cum suis pertinentiis & vtilitaibtus vniuersis, in quibuscunque, vt præmittitur, rebus consistant, siue censeantur nominibus, approbamus, ratificamus, appropriamus, de nouo concedimus, ac tenore præsentium animo deliberato, non per errorem aut improuidè, sed ex certa nostra scientia, sano Principum, Comitum, Baronum, & aliorum nostrorum & Imperij sacri fidelium accedente consilio, auctoritate Cæsarea, de plenitudine eiusdem potestatis benignitate solita, & ex innata nobis pietatis clementia gratiosius confirmauimus, nostris & Imperij sacri ac aliorum iuribus semper saluis. Supplentes nihilominus, auctoritate Cæsarea præfata omnem defectum, si quis ratione personæ donantis, seu personarum donantium, seu formæ donationis, siue modo alio repertus fuerit in præmissis, & quolibet eorumdem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Maiestatis paginam infringere, vel ei ausu quouis temerario quomodolibet contraire. Si quis autem contrarium attemptare præsumpserit, indignationem nostram, & pœnam centum librarũ puri auri, quarum medietatem Imperialis fisci, reliquam vero iniuriam passorum vsibus applicari decernimus, totiens quotiens contra factum fuerit, eo ipso se nouerit irremissibiliter incursurum. Signum Serenissimi Principis & Domini, Domini Karoli quarti, Romanorum Imperatoris inuictissimi, & glorioſissimi Bohemiæ Regis. Testes huius rei sunt Venerabiles, Arnestus Pragensis Archiepiscopus, Iohannes Luthomüstensis, sacræ Imperialis aulæ Cancellarius, Iohannes Argentinensis, Pretzlaus Vratislauien. Iohannes Olmũcensis, & Thedoricus Mindensis Ecclesiarum Episcopi. Illustres, Iohannes Marchio Morauiæ, frater noster, Petrus Borbonen. Bolko Svvidnicen. Benzeslaus & Ludouicus fratres, Lignicen. Conradus Oelsnicen. Iohannes Vsuuicen. Iohannes



† *Notet lector implacabile odium Caroli IV. in Ludouicũ IV. Imp. optimũ & piissimum. Hic ipse Ludouicus est qui omne ad monasterium Ranchnach & Infer. Altaha cõtulit pie, liberaliter, laudabiliter, ipsiusmet Caroli confessione, quod hic quodammodo arroganter, sibi tribuit: de quo ne Christi quidem Bohemus largitus est. Sanioris mentis fuit filius Karoli Sigismundus Imp. Et videre est ex literis eius infra sub litera I. insertis, quis Ludouicum IV. serenissimũ Imperatorem agnoscit, & clarè pronunciat.*

hannes Stinouien. Iohannes Opaniæ. Belko Falkenbergen. Bolko Opulien. Primislaus Teschinen. Duces. Spectabiles Iohannes de Rotz Burgrauius Magdeburgen. Vlricus & Iohannes fratres de Lüttenberg, Comites. Nobiles Heinricus aduocatus de Plàuüen, Albertus Pûechheimer, Fridericus de Wallsee, Rudolfus de Wartta, Burckhardus de Ellrebach, Thimo de Kûldroz, Bernherus de Landsperg, ac alij quamplures nostri & Imperij sacri fideles dilecti, præsentium sub nostræ Imperialis Maiestatis sigillo testimonio literarum. Datum Pragæ anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo octauo, Indict. XI. IV. Non. Maij. Regnorum nostrorum anno duodecimo, Imperij verò quarto. Per Dominum Cancellarium Rudolfum de Fridperg.

H. IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis feliciter, Amen, Karolus quartus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi celsitudo Cæsarea, & eius circumspecta benignitas vniuersos fideles, quos Romanum ambit Imperium, de consuetæ benignitatis clementia desiderat prosequi, tamen illos gratiosè singulari quadam prærogatiua amplis gratiarum donis, & gratiosis prosequitur fauoribus, qui tabescentis mundi vanitate relicta, sub debitæ religionis honore nituntur altissimo in simplicitate mentis & corporis iugiter famulari. Sanè pro parte religiosorum Petri Abbatis compatris nostri ac Conuentus Monasterij *Inferioris Altach*, ordinis Sancti Benedicti Patauien. Diœcesis deuotorum nobis dilectorum Maiestati nostræ fuit humiliter supplicatum. Quatenus quoddam Priuilegium seu rescriptum Papale nonnullas gratias continens, quas ipsi Religiosi à Sede Apostolica aliàs impetrasse noscuntur, ratum & gratum habere, nec non bona temporalia in eodem Priuilegio seu Rescripto Apostolico contenta, vt alia temporalia bona non expressata, sed inferius exprimenda, præfatis Abbati & Conuentui qui nunc sunt, & qui pro tempore erunt & ipsi Monasterio approbare, ratificare, de nouo concedere & confirmare, & ipsum Monasterium *inferioris Altach*, cum personis ibidem degentibus, ac bonis, rebus, iuribus, priuilegiis, & libertatibus suis, in nostram & sacri Imperij protectionem recipere auctoritate Cæsarea dignaremur. Tenor vero priuilegij seu rescripti Apostolici per omnia talis est: Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis *Dietmaro* Abbati Monasterij in *Altach* eiusque fratribus tàm præsentibus quàm futuris regularem professis vitam in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium in *Altach* Patauien. Diœcesis, in quo estis diuino obsequio mancipati, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti Priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo monasticus, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem Monasterium in præsentiarum iustè ac canonicè possidet, aut in futurum concessione, Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; locum ipsum in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus

nibus pertinentiis suis. De *Ingelstat*, de *Mündreichinge*, de *Erlpach*, *Haidelsinge*, *Svvarzaha*, *Poschenge*, *Pfölding*, *Svvarzaha*, & de *Regen* Ecclesias, cùm omnibus pertinentiis earundem. De *Vrpach*, de *Lelinge*, *Nesselpach*, *Flinspach*, *Czell*, *Tserhouen*, *Puchouen*, de *Kliruz*, *Oerlinge*, *Pering*, *Ceholsing*, *Spitze*, *Akespach*, *Absdorf* & *Zaiah* Ecclesias cũ omnib. pertinentiis earundẽ, Decimas quas habetis in *Ingolstat* *Mündreichinge* *Haydelsinge*, & *Spitze*, cũ pratis, vineis, terris, nemoribꝰ, vsuagijs & pascuis in boscо & plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & omnibus alijs libertatib. & imunitatibus suis. Sane noualiũ vestrorũ, quæ propriis manib. & sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siue vestrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoq; vobis clericos & laicos liberos & absolutos è seculo fugientes ad cõuersionem recipere, & eos absq; contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper vt nulli fratrum vestrorũ post factũ in Monasterio vestro professionem phas sit, sine Abbatis sui licentia de eodẽ loco, nisi arctionis religionis obtentu discedere. Discedentes vero absq; cõmunium vestrarum literarũ cautione nullus audeat retinere. Cum aũt generaliter interdictum terræ fuerit, liceat vobis ianuis clausis, exclusis excomunicatis & interdictis, nõ pulsatis campanis suppressa voce diuina officia celebrare, dũmodo causam non dederitis interdicto. Crisma verò, oleum sanctum, consecrationes altariũ seu basilicarum, ordinationes clericorũ vestrorũ, qui ad ordines fuerint promouendi à Diocesano suscipietis Epo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiã & communionẽ sacro sanctæ Romanæ sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, vt infra fines parochiæ vestræ nullus sine assensu Diocesani vestri Epi & vestro Capellani, seu oratorium de nouo construere audeat, saluis Priuilegiis Pontificũ Romanorũ. Adhæc nouas & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Epis, Archidiaconis seu Decanis, aliisq; omnibꝰ Ecclesiasticis secularibusue personis à vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturã quoq; illius loci liberam esse decernimus, vt eorũ deuotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, aut ctiã publicè vsurarij, nullus obsistat. Salua tamen iustitia illarum Ecclesiarũ à quib. corpora mortuorũ assumuntur. Decimas præterea & possessiones ad ius Ecclesiarũ vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias ad quas pertinent, reuocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte verò te nũc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorũ, nullis ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quẽ fratres cõmuni consensu, vel fratrum maior pars consilij sanioris secundum Deum & B. Benedicti regulã prouiderint eligendũ. Paci quoq; & tranquillitati vestræ paterna in posterũ sollicitudine prouidere volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, vt infra clausuras locorũ seu grangiarum vestrarum, nullus rapinã seu furtum facere, ignẽ apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & imunitates à prædecessorib. nostris Romanis Pontificibus Monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum, à Regibus & Principibus vel aliis fidelib. rationabiliter vobis indultas auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti priuilegio cõmunimus. Decernimus ergo vt nulli omnino hominũ liceat præfatum Monasteriũ temere perturbare, aut eius possessiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet exactionib. fatigare, sed omnia integra conseruentur, eorũ pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate, Diocesanorum Episcoporũ canonica iustitia, & in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Si qua igitur in futurũ Ecclesiastica secularisue persona hãc nostræ cõstitutionis paginã sciens, contra eã temere venire tẽptauerit, secundo tertioue cõmonita, nisi reatũ suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo cor-

corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri IESV Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri IESV Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum Lateran. per manum Fratris Iacobi sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarij. XVII. Kal. Maij, Indict. XII. Incarnationis Dominicæ anno Millesimo Ducentesimo Tricesimo nono. Pontificatus vero Domini Gregorij Papæ noni anno tertiodecimo. Ego Gregorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ſſ. Ego Iacobus Tusculanus Episcopus ſſ. Ego Romanus Portuensis ac S. Rufinæ Episcopus ſſ. Ego frater Iacobus Prænestinus Episcopus ſſ. Ego Ginfredus Sabinensis Episcopus ſſ. Ego Ramerius S. Mariæ in Cosmidin Diaconus Cardinalis ſſ. Ego Rupertus S. Eustachij Diaconus Cardinalis ſſ. Ego Riccardus sancti Angeli Diaconus Cardinalis ſſ. Ego Thomas tt. S. Sabinæ presbyter Cardinalis ſſ. Ego Simbaldus tt. Laurentij in Lucin. presbyter Cardinalis ſſ. Ego Stephanus S Mariæ trans Tyberim tt. Calixti presbyter Cardinalis ſſ. Nos verò dictorum Religiosorum vitam exemplarem, conuersationis honestatem, contemplationis deuotionem, aliasq; plurimas condiciones laudabiles, quæ ipsos præ cæteris Deo dicatis Deo & hominibus commendabiles repræsentant, & gratos quam plurimum reddunt & acceptos, rationabiliter attendentes, volentes ipsorum iustis & licitis supplicationibus, de rationis fonte emanantibus benignitate solita inclinari, ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, & intemeratæ virginis genitricis eius, ac sancti *Mauritij*, cuius glorioso vocabulo decoratur titulus antedicti Monasterij, Nec non consideratione multiplicium virtutum, meritorum ac approbatæ fidei & deuotionis constantia, quibus ipsi Religiosi apud nostram celsitudinem rerum experientia docente multipliciter commendantur. Et vt ipsi, & qui eis in ipso Monasterio succesſerint, pro nostra, prædecesſorum & succesſorum nostrorum Roman. Imperatorum & Regum iugi salute ac Imperij sacri augmento, & statu felici vota sua & pia orationum libamina in perpetuum fundant vberius atque deuotius omnium conditori, animo deliberato, non per errorem aut improuidè, sed ex certa nostra scientia, sano & maturo Principum, Comitum & Baronum Nobilium, & aliorum nostrorum & Imperij sacri fidelium accedente consilio, supradictum Priuilegium seu rescriptum Papale & contenta in eo, sicut dignè possumus, auctoritate Cæsarea rata & grata accepimus, Nec non bona temporalia in eodem rescripto contenta ac etiam Præposituram in *Rinchnach*, quam beatus *Guntherus* heremita quondam professus dicti Monasterij *inferioris* ℭ*Altach*, cuius corpus in Monasterio *Brunouien. Pragen.* Diœcesis reconditur, fundasse dinoscitur, & Curiam in ℭ*Abesperg*, nec non Cellam beatæ Mariæ in ℭ*Augea* iuxta fluuium *Flâdniz* sitam, ac oppidum *Hengensperg* cum theolaneis ibidem, & Curias in *Erlaco Rechsendorff* & in *Chanse*, ac dictorum Religiosorum & Monasterij homines, Vasallos, vasallagia, iudicia, iurisdictiones, honores, libertates, Priuilegia, iura, villas, dominia, bona, redditus, census, siluas, prædia, piscinas & molendina, cum eorum attinentiis, in quibuscunque consistant, quæ, quos seu quas iustè possident in præsenti, & in posterum iustis modis absque alieni iuris dispendio poterunt adipisci, auctoritate Imperiali approbamus, ratificamus, de nouo concedimus, & gratiosius confirmamus. Eosdem Religiosos & Monasteria eorum, cum omnibus & singulis supra scriptis, in nostram & sacri Imperij protectionem assumentes, nostris, Imperij sacri & aliorum iuribus semper saluis. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc nostræ Maiestatis paginam infringere, vel ei ausu temerario quomodolibet contraire.

traire. Si quis autem contrarium attemptare præsumpserit, indignationem nostram, & pœnam centum librarum puri auri, quarum medietatem Imperialis fisci, reliquam vero iniuriam passorum vsibus applicari decernimus, totiens quotiens contra factum fuerit, eo ipso se nouerit irremissibiliter incursurum. Signum Sereniſſimi Principis & Domini Domini Karoli quarti, Romanorum Imperatoris inuictiſſimi, & glorioſiſſimi Bohemiæ Regis. Teſtes huius rei ſunt, Illuſtris Rudolfus Dux Saxoniæ, ſacri Imperij Archimareſcalcus, Venerabiles Arneſtus Pragenſis Archiepiſcopus, Iohannes Luthomislen. ſacræ Imperialis aulæ Cancellarius, Iohannes Argentinen. Iohannes Olomucenſis & Theodoricus Mindenſis Eccleſiarum Epiſcopi. Illuſtres, Iohannes Marchio Morauiæ frater noſter, Belko Svvidnicenſis, VVenceslaus & Ludvvicus fratres de Ligniz, Conradus Oelſnicenſis, Iohannes Vſvvicenſis, Iohannes Stimauienſis, Bolko Falckenvvergenſis, Iohannes Opaniæ, Bolko Opolienſis, Przimislaus Teſchinenſis Duces, & alij quam plures præſentium ſub noſtræ Imperialis Maieſtatis ſigillo teſtimonio literarum. Datum Pragæ anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Quinquageſimo octauo, Indict. vndecima, III. Non. Maij. Regnorum noſtrorum anno duodecimo, Imperij vero quarto.

1. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis feliciter, Amen. Sigiſmundus diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Vngariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croaciæ &c. Rex. Ad perpetuam rei memoriam. Inter varias Reipublicæ curas quibus cor noſtrum cottidiana ſollicitudine pro ſubditorum ſalute diſtrahitur, ad illud præcipuè aciem noſtræ mentis ſtudioſè conuertimus, & ſedulum deſtinamus affectum, qualiter Dei & ſanctorum eius baſilicas & Eccleſias, nec non perſonas Eccleſiaſticas cęleſtis imperatoris mancipatas obſequiis, ab indebitis moleſtiis præſeruemus, eorum iura, laudabiles conſuetudines libertates & emunitates ac vetera priuilegia ipſis à prædeceſſoribus noſtris Rom. Imperatoribus & Regibus ritè collata & collatas, nunc innouando & augendo, nunc verò eis noua Priuilegia iura & gratias largiendo, ſicut iuxta locorum & temporum qualitates conſpicimus expedire. Sane pro parte venerabilis & Religioſi Erhardi Abbatis Monaſterij *Inferioris Altach*, ordinis S. Benedicti Patauien. Dioceſis deuoti noſtri dilecti nobis oblata ſupplex petitio continebat, Quatenus ſibi & ſuo Conuentui ac Monaſterio prædicto, vniuerſa & ſingula eorum Priuilegia ipſis à celebris memoriæ Romanorum Imperatoribus & Regibus noſtris prædeceſſoribus, & præſertim à Sereniſſimis Principibus *Henrico* ſecundo, & *Henrico* tertio ac *Conrado* Romanorum Regibus, nec non *Ludouico* Romanorum Imperatore, atque *Karolo* Quarto Romanorum Imperatore & Bohemiæ Rege noſtro genitore, ac aliis Principibus & Chriſti fidelibus, ſuper eorum bonis, donationibus, poſſeſſionibus, libertatibus, gratiis, iuribus & emunitatibus datas & conceſſas, ac data & conceſſa, nec non ipſorum bona, poſſeſſiones, iura, libertates, gratias, & iuriſdictiones, & ſignantes infra ſcriptam Priuilegialem literam ipſis à præfato ſereniſſimo Principe & Domino Carolo genitore noſtro cariſſimo, ſuper certis eorum donationibus, poſſeſſionibus, libertatibus, gratiis & iuribus conceſſam, approbare, ratificare, innouare, & confirmare gratioſius dignaremur. Cuius quidem literæ tenor ſequitur per omnia in hæc verba: In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, &c. vide ſupra litera G, Nos igitur Sigiſmundus præfatus petitionibus huiuſmodi, vtpote rationabilibus atque iuſtis fauorabiliter inclinati, præſertim ad honorem Dei omnipotentis, & eius intemeratæ genitricis Virginis Mariæ, & ſanctorum *Mauritij* & eius ſociorum,

nec

nec non Sancti *Godeardi* & omnium sanctorum reuerentiam specialem, animo deliberato, sanoque Principum, Comitum, Baronum, Procerum & Nobilium nostrorum accedente consilio, & de certa nostra scientia præfatis Abbati & Cõuentui, & Monasterio Inferioris *Altach* ac eorum successoribus vniuersa & singula eorum Priuilegia ac literas ipsis à Diuæ memoriæ præfatis Romanorum Imperatoribus & Regibus nostris prædecessoribus & aliis Principibus ac Christi fidelibus super eorum bonis, donationibus, possessionibus, libertatibus, gratiis & juribus datas, & concessas, nec non ipsorum bona, possessiones, jura, libertates, gratias, & jurisdictiones, vt signanter suprascriptum Priuilegium, & omnia in eodem contenta, in omnibus suis sententiis, tenoribus, punctis, articulis, prout scripta & scriptæ sunt, & sicuti præscripta Priuilegialis litera de verbo ad verbum expressatur superius, approbauimus, ratificauimus, innouauimus, & confirmauimus gratiosè, ac tenore præsentium approbamus, ratificamus, innouamus, & de gratia speciali auctoritate Imperiali confirmamus. Decernentes expresè ea & eas perpetuò inuiolabilis obtinere roboris firmitatem. Supplentes nihilominus omnes defectus, si qui in præmissis ex defectu verborum, solemnitatis omissæ, sententiarum obscuritate, aut alia quauis occasione viderentur admissi, de plenitudine Romanæ Imperatoriæ potestatis. Nulli ergò omninò hominum cuiuscunq; status, condicionis aut præeminentiæ seu dignitatis existat, hanc liceat nostræ Innouationis, approbationis, ratificationis, confirmationis, Decreti aut suppletionis paginã infringere, aut ei quouis ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, nostram & Imperij sacri indignationẽ grauissimam, ac pœnam in Priuilegiis eiusdẽ Monasterij expressam, ac pœnam quadraginta Marcarum aurj puri se nouerit incursurum. Quarum medietatem ærario siue fisco nostro, residuam verò partem præfatorum Abbatis & Monasterij vsibus decernimus applicandam, præsentium sub Bulla aurea typario nostræ Maiestatis impressa testimonio literarum. Datum Pragæ, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo Septimo, die vero Sexta mensis Septembris, Regnorum nostrorum Anno Hungariæ, &c. Quinquagesimo primo, Romanorum vigesimo septimo, Bohemiæ decimo octauo, Imperij vero quinto.

ALTAICH SVPERIVS.

VTILO Dux Bauariæ, instinctu S. Pirminij, Episcopi Metẽsis, qui tunc apud ipsum erat, sex Monasteria construxit, vnum prope Menem lacum Noricorũ, quinq; in inferiori Bauaria juxta Danubium, Patauiæ Nidernburg, pro sacris Virginibus, Osterhouen, Pfaffenmünster, Altach superius & inferius, quæ S. Pirminius dedicauit ad Monasterium Althæ superioris: Eto Argentoratensis Episcopus dedit Monachos S. Benedicti, & hoc circa Annum Domini 739. Aduocati huius Monasterij Althæ superioris fuerunt Comites de Pogen, qui multa beneficia ei contulerunt. Nam Asvvinus & Fridericus, Comites à Pogen, Monasterium hoc ab Vngaris exustum ac desolatum, Anno 1102. instaurârunt: Vnde non solùm pro Aduocatis, verùm etiam pro alteris fundatoribus illius Monasterij habiti sunt. *Auent. sue annalib. f. 291. & 255.*

ALBERTVS Comes, primus huius nominis de Pogen, Altaich superius à Progenitoribus suis conditum, hoc est, restauratum, cum Friderico consanguineo suo immunitate donat, Monachis priuilegium dat Abbatem liberè eligendi, Anno 1125. *Auent. fol. 691.*

ALBERTVS quartus & vltimus, Comes de Pogen, iturus militatum in Asi-

am & Africam, legat tertiam partem bonorum & reddituum, quos frater suus Luipoldus in foro Pogen reliquerat, ad Monasterium Altach superius : Testes, Gebhardus de Menna, aulæ præfectus, Hartvvicus de Eia, Albertus Hagenbach & Rapotho Mennius. Actum Naternperg, Anno 1220. regnante Friderico Imperatore fœliciter. Diploma ibi vel in inferiori Altaich extat.

SVB Ludouico Imperatore, circa Annum Domini 1340. Monachi Althæ superioris Danubium, quòd nimium vicinus Templo agros, prata, excederet, ab antiquo meatu, qui locus adhuc vetus Danubius dicitur, graui impendio, alio deriuant⁹, nouum alueum decem continuis annis effodiunt⁹, mille amplius libras Ratisbonen. expensas referunt, &c. Auentinus libro septimo, folio 784.

LVDOVICVS, Marchio Brandenbergen. filius Ludouici quarti Imperatoris, & fratres sui nominant Abbatem hunc, den Ersamen Geistlichen Fürsten/ tribuen. illi Parochiam beatæ Mariæ virginis in Landau, pro remedio animæ suæ, Anno 1348.

SVNT ibi sepulti, Nicolaus, Episcopus Patauiensis, qui exul Anno Domini 1340. ibi mortuus ac sepultus est, deinde Nobiles de Satlbogen, & Stainberg.

ADDITIONES.

A. IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Albertus Comes de Bogen, omnibus in perpetuam memoriam. ✠ Quia sicut aqua ignem, ita & eleemosynam extinguere peccatum & credo, & scio. Vnde ad notitiam præsenti pagina omnium eam intuentium peruenire volo, quod ego in obsequium Crucifixi ad transmarinas partes proficisci volens, pro remedio animæ meæ, meorumq; venia delictorũ contuli Ecclesiæ in *superiori Altha* vnam partem Fori mei, quod *Bogen* dicitur in perpetuum vsum Fratrum ibidem Deo famulantium, cum omnibus attinentiis suis & prædiis siue hominibus, seu etiam omni forensi jure ac prouentu, Sanctoq; Petro Apostolo delegans omnem proprietatem eiusdem tertiæ partis, quæ hæreditariè contingebat fratrem meum *Leopoldum* cum omnibus appendiciis supradictis. Vniuersis etiam bonis eiusdẽ Ecclesiæ, quæ hactenus à me violenter possessa & occupata iniustè, vel alienata sunt, integre renuntio, nullum in his, & in præmemoratis bonis Ecclesiæ præfatæ à me collatis jus hæreditatis aut potestatis in posterum, aliqua prorsus interueniente donatione vel pactione, relinquens. Nomina verò bonorum iniustè possessorum sunt hæc. Quatuor cutiæ in *Puchberc*. In *Vtendorff* prædium vnum. *Wæssenberge* prædium vnum. In *Öde* prædium & vinea. In *Kagore* prædium. *Höuelin* prædium. In *Tannovve* pratum. Dotem in *Menna*. Curia in *Talstetten*. Curia in *Sante*. Curia in *Straskirchen*. Quatuor Curiæ in *Ratesstetin*. Curia in *Lugenarn*. Duæ Curiæ in *Haide*. Duæ in *Ride*. Molendinum in *Lauffe*. Duæ Curiæ in *Melbach*. Ad maiorem igitur meæ donationis & renunciationis effectum; præsentes inde conscribi, & sigilli mei munimine duxi roborari. Testes Ioannes Abbas de Binneberge. Gebehardus Marscalcus de Menna. Hartunc de Eia. Hainrich in Prüel, Albertus de Heybach. Rapodo Præpositus de Menna, & alij plures. Actum & datum in Naterberc, Anno Dominj M. CC. XX. Indictione septima. Octaua Kal. April.

HOnorius PP. II. seruus seruorum Dei, cunctis fidelibus salutem & apostolicam benedictionẽ. Priuilegium libertatis *Altachensis* Cœnobij vti subscriptũ est, nostra authoritate firmamus, & sub Banno S. Petri & nostro constringimus, ne quis-

ne quisquam eidem loco & bonis ad eum pertinentibus aliquam vim iniustè inferat, aut mali aliquid faciat, quod si quis hoc transgressus fuerit æterno anathemate se damnatum sciat. In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, ad comprobandam & declarandam bonorum industriam notum facimus, & memoriæ posteris tradimus, vt vniuersi Ecclesiæ filij præsentes sciant & recognoscant qualiter locus *Superior Althæ* nominatus, omnipotentis Dei seruitio sit institutus & Romanæ libertati traditus, anno ab incarnatione Domini 1125. Indictione octaua III. Id. Decembris. Primo anno *Lotharij* regis Saxonici, Deo annuente, & *Luidegero* eiusdem loci Abbate plurimum in hoc annitente, conuenerunt ad eundem locum cum plurimis amicis & nobilibus viris & militibus suis *Fridericus* aduocatus Ratisponensis Ecclesiæ cum consensu contectalis suæ, & *Adelbertus* Comes de *Windeberch*, cum vxore & filiis admodum paruis, ad quorum ditionem idem locus hæreditario jure pertinebat; Ergò per Spiritum Sanctum admoniti & compuncti, eundem locum cum omnibus appendiciis suis, agris, vineis, siluis, pascuis, cultis & incultis, quæ ipsi aut parentes eorum dederant, aut aliqua consanguinitatis, & propinquitatis eorum deditionis jure ad eundem locum pertinebant, vel à militibus suis, vel ab vllo antecessorum eorum, vel à quoquam hominum eò collata sunt, omnino vsui suo atque potestati abalienauerunt, & absque omnium hominum retractione & contractione, Deo & Sancto Petro dederunt, tradiderunt, condonauerunt, & perpetuo liberum esse decreuerunt, nimirum pro animarum suarum & parentum suorum saluatione & absolutione. Ne ergò hæc traditio & confirmatio ab vllo hominum, vel ab ipsis, vel à posteris nepotibus suis vnquam possit infringi aut adnullari, communi consilio decreuerunt, vt eundem locum in manum prædicti *Adalberti* Comitis pariter delegarent, scilicet vt ipse Romam iens hanc delegationem super altare Sancti Petri, in conspectu Apostolicæ sedis Episcopi & Romanorum Principum confirmaret & stabiliret, ea videlicet condicione, quatenus singulis annis exinde aureus nummus in testimonium persoluatur: Et ne cuiquam hominum, Regum, Principum, Episcoporum locus ipse cuiusque seruitij amplius subiaceat. Cæterum hæc traditio eo tenore facta est, vt Monachi ibidem Deo seruientes habeant potestatem eligendi Abbatem secundum Regulam Sancti Benedicti quemcunque velint, aut inter se, aut aliunde, qui tamen electus accipiat baculum de altare. Hæc etiam conditio inter eos facta est, de aduocatione, videlicet vt *Fridericus* qui tunc temporis Aduocatus erat, si filium genuerit, ipse & posteri eius jura aduocationis semper retineant, si autem absque liberis excesserint jura aduocatiæ ad *Albertum* Comitem, & ad posteros eius pertranseant, & quisquis inter eos natu maior fuerit, ipse aduocatus consistat. Qui tamen Aduocatus nihil aliud juris aut potestatis quam quod subscriptum est, ibi retinebit. Semel in anno ratiocinationem cum familia habere debet, & non alibi nisi in eodem loco hanc exercere valebit. Si autem vtilitas loci popposcerit, vt illi adueniat, hoc ei in seruitio suppeditabuntur, sex vrnæ vini, & vna mellis, & viginti vrnæ Ceruisiæ, quatuor modij frumenti, & totidem porci, & duodecim modij auenæ; ita tamen vt si ibi rationem habeat, hæc ei omnia dentur; nec alicubi aliò deferantur, nec habeat potestatem, hæc cuiquam in beneficium dare aut præstare. Qui tamen Aduocatus si fratribus grauis, & monasterio inutilis fuerit, amoto eo, alius substituatur. Harum rerum omnium testes per aurem attracti sunt, Fridericus Aduocatus, duo filij Adelberti Comitis Berchtoldus & Adelbertus;

Retractatione & contradictione.

bertus, Dietricus de Buchusen, Dietmarus & frater eius Ekkerich de Silichingin, Dietmar de Wenniggesdorf, Marchvvart de Ebermundesdorf, Werigant de Wolfaha, Ratpott de Slipphingen, Eberhart de Rota, Willehalm de Geppenhaim, Werinheri de Holzen, alius Werinheri & Gotschalch de Heninchouen, Altman de Welinchinberg, Svviker de Berindorff, Vdelrich de Ahahusen, Liupolt de Vheffigen, Gotzpolt de Retenpach, Hi omnes nobiles viri, exin militantes, Adelhart de Hiutta, Gotpolt de Ruberdorff, Landold de Landoldesberch, Wolchmar de Mennaha, Gotzpreht de Harda, Gumpolt de Herimutesdorff, Eppo de Drahsala, Rudolph de Vremerichesberck, Adelpreht de Houedorff, Megingoz & frater eius Hiltibolt, Marchvvart & Werincheri de Nuzpach, Berinhart de Gebinchouen, Marchvvart de Niunchirchen, Sigibot de Chunenzella, Pabo de Gesvventa, Hagano de Geshusen; & alij quam plurimi. Datum est Laterani in Palatio, Anno Dominicæ incarnationis 1126. Indict. 4. 11. Kal. April. Ottone Cancellario Sanctæ Romanæ sedis.

C. HOnorius Episcopus seruus, seruorum Dei, Dilectis filiis Abbati & Conuentui Monasterij Sancti Petri de *Superiori Altaha*, salutem & apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domini filij, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas & Monasterium vestrum cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum præstante Domino justis modis poterit adipisci, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, specialiter autem de *Aiterhouen*, de *Monte Sanctæ Mariæ*, de *Chriſenkirchen*, & de *Mitterfels* Ecclesias cum pertinentiis suis, nec non possessiones ac alia bona vestra, sicut ea omnia juste Canonicè ac pacificè possidetis, vobis & per vos eidem monasterio vestro authoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani 4. Idus Iunij, Pontificatus nostri anno octauo.

D. WIR Ludwig / Stephan vnd Ludwig von Gottes Genaden / Marggrafen zu Brandenburg vnd zu Lusitz / Pfaltzgrauen bey dem Rheyn / Hertzogen in Bayrn / Embieten dem Ersamen Geistlichen Fürsten / dem Abbt zu Obern Altach vnd dem Conuent daselbsten / vnsern Demütigen Lieben / vnsern Grueß vnnd alles Guts / durch den guten Willen / Gunst vnd Freundtschafft / die die Hochgebornen Fürsten vnser Vorfahrn / die Hertzogen von Bayrn / vnser lieber Genediger Herr vnd Vatter Kayser Ludwig von Rom / seelig / zu euch gehabt habent / vnd wir auch durch der redtligkeit willen / die wir an Euch vnd an Euren Gottshauß erfunden haben / vnnd täglich erfinden. Geben vnd eygen wir Euch / endem Gottshauß / dem Herrn / die jetzund lebent / oder fürbas da künfftig werdent / auff das / daß jne Gott dester baß gedienet vnd ehren müg / vnd daß jhr für vnsern Vorfahrn / vnsers lieben Herrn Vatters seeligen / vnser / vnsern Erben vnd Nachkommen Seelen Seelen Hayl vnd Seeligkeit / mit einer ewigen gedächtnuß willen desto fleißlicher bitten soll / vnd müge / die Pfarrkirchen zu vnser Fra-

ser Frawen / die gelegen ist in vnser Statt zu Landaw / mit allen jhren zugehörn / nutzen vnd rechten / die von alter / vnd von guter gewohnheit darzu gehört habent / vnd gehörent / wie die genant seyn / oder wo die gelegen seint / ewigklichen zuhaben vnd zu nutzen / ohn alle hindernuß vnser / vnseren Erben / Nachkommen / Ambtleut / wie die genant sein / rübigklich zubesitzen / vnd verzeyhen vns für vns / vnser Erben / vnd all vnser Nachkommen der vorgenanten Kirchen / vnd aller jhrer nütze vnd zugehörten / wie die genant seint / als vorgeschriben steht / die vns angehört habent / angehörent / oder in eine weiß angehören möchten / mit guten willen / vnd wolbedachtem muth / mit disem Brieff / vnd wöllen noch sollen vns fürbaß daran kein ansprach nach forderung haben / ewigklich / noch behalten / nach deß Erbarn Mannes / Herrn Vlrichs von Ahdorff todt / der jetzund Pfarrer ist derselben obgenanten Kirchen / darumb gebieten wir allen vnseren Ambtleuten / Vicedomb / Richtern vnd Pflegern / wie die genant sind / die jetzunt sint / oder künfftig werdent / in vnsern Landen zu Bayrn / daß sie den vorgenanten Geistlichen Fürsten / den Abbt / vnd die Conuent Brüder / die jetzund sind vnd künfftig werdent / an der vorgenanten Kirchen aigenschafft / an vnser stat fristen / vnd schirmen / daß in daran keinerley stoß / laid / hindernuß noch beschwerung widerfahre / föstigklich / bey vnsern hulden / vnd das zu einem Vrkundt / haben wir jm geben disen Brief / versiglten mit vnserm Jnsigl / der geben ist zu München / nach Christi Geburt / dreyzehenhundert Jahr / darnach in dem Acht vnnd viertzigisten Jahr / deß nechsten Montags nach S. Laurentzen tag.

CATALOGVS ABBATVM MONASTERII Superioris Altach.

I. ERNESTVS *vixit an. 765. & mentionem eius facit Auentin.* Annal. Boior, *lib. 3. f. 302. sequentium reperiuntur nomina Sola in Mortilogio.*
II. HERMANNVS *ob. 2. Ianuarij.*
III. WOLFBERTVS *ob. 10. Ianuarij.*
IV. RATIMVNDVS *ob 18. Ianuarij.*
V. ERCHAMBERTVS *ob 30. Ianuarij.*
VI. LEOPOLDVS *ob. 26. Febr.*
VII. REGENWARVS *ob. 13. Maij.*
VIII. OTGERVS *ob. 26. Maij.*
IX. YMNIO *ob 31. Maij.*
X. OLPALDVS *ob 5. Iunij.*
XI. GRIMOALDVS *ob. 2. Iulij.*
XII. WOLFRAMVS *ob. 26. Augusti.*
XIII. VROLF *ob. 27. Aug.*
XIV. IRMBERTVS *ob. 28. Aug.*
XV. REGINHARDVS *ob. 2. Septembris.*
XVI. DIETMARVS *ob. 6. Sept.*
XVII. RICHWINVS *ob. 9. Septemb.*
XVIII. SIGMARVS *ob. 10. Septemb.*
XIX. WENCESLAVS *ob. 21. Septemb.*
XX. WOLFRAMVS *ob. 3. Octob.*
XXI. LAMPERTVS *ob 31. Octob.*
XXII. ADALHARDVS *ob. 14. Nouemb.*
XXIII. ADALBERTVS *ob. 18. Nouemb.*

XXIV. WALTHERVS, *ob. 23. Nouembr.*
XXV. ARNOLDVS, *ob. 29. Nouembr.*
XXVI. DIETBOLDVS, *ob. 12. Decembr.*

Extradit. Monast. Vid. Fr. Arnold. Wich. in lign. Vit. libr. 4. cap. 39. & Catalog. Episcoporum Eystetn.

Vastatum ab Hungaris Anno 907. Monasterium, cum durasset à prima fundatione annis 168. & desolatum in cinerib. suis jacuisset per annos circiter 195. restaurauit Comes Fridericus à Pogen, huius nominis primus vna cum coniuge sua Dn. Adelheide, Anno Christi 1102. ob. dictus Comes Fridericus restaurator siue secundus fundator huius Monasterij Anno 1104. relictis duobus filijs Vlrico clerico & Friderico II. nec non filia Adelheide, coniuge Ernesti Marchionis Nordgoniæ.

Sequuntur Abbates post Restaurationem siue fundationem secundam.

XXVII. I. EGINO *cum fratribus aliquot suis An. 1102. a Friderico adductus, ob. 1105.*
XXVIII. II. ERNESTVS *eligitur an 1106. ob. an 1115 die 17. Martij.*
XXIX. III. LVDGERVS, *el. an. 1115. ob. an 1137. 28 Nouemb.*
XXX. IV. RVTHARTVS, *el 1137. ob. an. 1154.*
XXXI. V. GOPPOLTVS, *el. 1154 ob. 1159 die 16. Martij.*
XXXII. VI. THEODORICVS, *electus ann. 1159 eo ipso anno decessit.*
XXXIII. VII. GERHARDVS, *el. 1159. ob an 1184. 29. Maij.*
XXXIV. VIII. WOLFRAMVS, *el 1184 ob. 1194. Februarij die 18.*
XXXV. IX. LEOPOLDVS, *electus an 1194. remouetur à Prælatura an. 1215.*
X. HENRICVS, *subrogatus Leopoldo ob. an 1221.*
XI. CONRADVS, *el an. 1221. ob 1245 sub hoc præsule confirmauit PP. Honorius III. Monasterio Ecclesias, S Mariæ in monte Pogen, Ayterhouen, Krit Zenkirchen, & Mitterfels.*
XII. VDALRICVS, *el an. 1245. quo anno Monasterium conflagrauit. annis aliquot elapsis Vdalricus Abbas postulatur Ratisbonam ad S. Emmeramum, remouetur ibid. an. 1251. & obijt tandem an 1263. in Ahausen.*
XIII. HAIMO, *el. an. 1248. ob an 1252.*
XIV. BVRCKHARDVS, *el an. 1252 ob. 1260.*
XV. POPPO, *postulatur An. 1260 ex Monasterio Nideraltach, Vir Deo & hominibus acceptus, Monasterij sui reformator industrius. Ordini suo adscripsit. B Confessorem Albertum Comitem de Haigerloch. Leuauit insuper reliquas Comitis Friderici fundatoris alterius, eiusque fratris Aswini ac coniugum vtrorumque ex crypta montis Pogen in sacellum S. Vlrici Ecclesiæ monasterij, An. 1279. die 4. Aug. Postquam autem Abbas Poppo optime præfuisset, annis 22. repetitus fuit à fratribus sui Monasterij Infer Altaha & Abbas renunciatus, quod per sexennium vtiliter rexit, donec pie obiit an 1289. mensis Ianuarij die 27.*
XVI. CONRADVS II, *Piper cognominatus, vir pius, elig. An. 1282. ob. an. 1297. Sepultus in Choro ante sum altare cum hoc Epitaphio.*
Det benedictus sit vt à Christo Benedictus,
Flos Prælatorum Chunradus genimaq; morum.
Qui obijt Anno Domini 1297. IX. Calend. Augusti.
XVII. CONRADVS III. *An. 1297. ex Monasterio Tegernsee postulatus resignauit & obiit An. 1311. 28 Decembr. quo ipso anno B. Confessor Albertus quoque denatus est, post quã quinquaginta annos vixisset in ordine. Huius animam vidit Christina Solitaria in Pogen dum precibus immoraretur, in forma splendentis faculæ è monasterio in cælum ascendere, claruit miraculis tàm in vita quàm post mortem.*
XVIII. HENRICVS II. *Postulatur ex Cœnobio Kinchnach, ob. 27. Ian. An 1316.*

XIX. HEN-

XIX. HENRICVS, III. *Postulatur ex Mon. Tegernseensi Abbas. ob. 1330, quo anno turri montis Pogen fulgure tacta perierunt campanæ, Ecclesia & tres parietes, quæ omnia restaurauit Abbas Henricus industria sua, & piorum subsidio fultus restaurauit. Sub hoc Abbate capit monasterium Mariæ cella, de quo infra suo loco plura dicentur.*

XX. VDALRICVS *el. An. 1330. ob. 24. Iulij An. 1338.*

XXI. WOLFGANGVS *electus an. 1338. ob Cal Septembr. An. 1346, Cum circa hæc tempora Danubius cursu suo Monasterio multum noceret, jussu Imp. Ludouici alueus eius aliò derivatus fuit, duravitq; labor iste per annos decem, magnis Monasterij impensis. Dedit igitur opt. Imperator Monasterio in recompensam damni accepti quædam bona priuilegia & jura nempe,* den Jrlhof zu Jtling / sambt dem Sanct hof vnd Strohof. Die Refirung deß Kirchhofs zu Jttling / das Vogtrecht zu Ebling / vnd zu Jttling / die anschütt (vis aluuionis) in der Thonaw zu Bogen von der Lehenschafft / auch die newe Thonaw / sambt befreyhung der Maut durch das gantze Landt.

XXII. FRIDERICVS *præficitur an. 1346. defunctus an 1358. die 20. Nouemb huius temporib. fundatur Cœnobium S. Elisabethæ Cella & Monasterio Oberaltaha incorporatur; sed posteriorib. temporibus desijt, & fundatio loci istius est in manibus hæredum Dominorum. de Schvvart Zenburg.*

XXIII. LAVTWINVS *el an. 1358. ob. 1362.*

XXIV. RVGERVS *el an 1362. deponitur rursum in festo S. Catharinæ, An. 1366. vacat Prælatura an 1. mensem 1 & dies aliquot.*

XXV. EBERWINVS *An. 1368. in festo S. Thomæ Apostoli postulatur ex Monasterio Metten. Ob. Kal. Decemb. An. 1380 sub huius regimine iterum fulgure tacta fuit turris in monte Pogen perierũt vna cum tectis ex ligno factis, duæ maiores campanæ an. 1379. die Lunæ ante festum B. Virginis fundauit Dux Fridericus Landishutanus in templo montis Pogen anniuersarũ datis 160 libris denar. Ratisponen. obtulit insuper imaginem S. Mariæ deauratam coram qua dictus Dux genibus flexis cernitur.*

XXVI. PETRVS *Vrsenpëck ab Vrsenbach, nobilis Boius eligitur An. 1380. mense Decembr. Ob an. 1403 die 30. April.*

XXVII GALLVS, *elect an 1403 è viuis excedit an 1405 in die Natiuitatis Christi.*

XXVIII. IOHANNES *Vogel elig. in die S. Syluestri, an. 1405, ob. 1423. Sub hoc prælato contigit, anno 1413. vt in die S. Parasceues puer quidam in Montis Pogen tẽplo inter alios communicantes, corpus Dominicum acciperet, ac in reuertendo, eo ipso loco, vbi nunc Capella nuncupata apud Dn. nostrum ædificata est, euomeret, quæres diuinitus reuelata, & sacra hostia ibi loci in terra jacens integra inuenta fuit & incõtaminata. Fama hac ad Iohannem Abbatem perlata, cum toto Cõuentu suo processionaliter veniens, sacram hostiam veneratus in templum montis asportauit, & in honorem Saluatoris mundi ligẽum Sacellũ construi fecit. Et ex templo miracula quædam ibi facta fuer. t. Annis circiter quinquaginta post, Abbas Benedictus pro ligneo lapideum sacellum in hodiernum diem durans substituit, quod in honore S. Saluatoris dedicatum Episcopi aliquot Indulgentijs condecorârunt.*

XXIX. IACOBVS *Gletner Ratisbonen. elig. in festo Concept. B. Virginis, impetrauit pro se & suis successoribus ab Eugenio PP. IV. Pontificatus An. 1431. ob. an 1418. die 4. Septembr.*

XXX. IOANNES *Asperger, dictus Paurnpeele, Deckendorfio oriundus Eligitur 6. Septembr. an 1438. vtilis fuit monasterio ob an 1463 in octaua assumptionis B. M. Virg.*

XXXI. BENEDICTVS *Beham, ex nobili familia, præficitur an. 1463. optimè rem monasterij familiarem gessit, multa coëmit bona & decimas, vtilia quoq; ædificia construxit, ob. an. 1476. Dominica Reminiscere.*

XXXII. IOANNES *Irlbeck, ex pago Aytterhouen ortus el. an. 1476. depositus die Martis ante festum S. Luciæ an. 1481. Romam profectus an. 1482. ibi moritur die 13. Iulij.*

XXXIII. RAPHAEL *Neupöck Subprior & professus monasterij in Tegernsee postulatur an. 1481. die Mercurij ante festum Natiuitatis Domini, vir pius & doctus. Obijt epidemia in istis partibus grassante die 13. Nouembr. ann. 1483.*

XXXIV. CHRISTANNVS *Tesenpacher Salisburgen. Vir literatus, & disciplinæ regularis probe gnarus præficitur Monasterio An. 1484 per Ducem Boiariæ Albertum, vt disciplinam monasticam, ibi introductam continuaret: id quod singulari industria perfecit, nec non rem familiarem multimodis auxit. Ob. An. 1502. in festo SS. Ioannis & Pauli. Transtulit hic Abbas fundatorum ossa ex Capella S. Vlrici, in templum Monasterij, & ante altare B. Virginis in nouo sepulchro eleuato condidit An. 1485. post festum S. Dionysij. Idem Abbas Christannus seruauit lipsana B. Confessoris Alberti ex suo tumulo, in quo an. circiter 178. quieuerat; & in Choro templi, juxta summum altare sub fornice ad parietem locauit.*

XXXV. GEORGIVS *Dinspier Deckendorffen, eligitur an 1502. propter innocentiam suam multa ab aduersarijs perpessus; & pater famil. optimus, ob. 7. Augusti An. 1519.*

XXXVI. GEORGIVS *Perckhamer Ratisbonen. elig. An. 1519. Ob. 20. Augusti, An. 1521.*

XXXVII. GREGORIVS *Pauuer Hirsauuiensis, el An. 1521. Ob. 25. Octob. An. 1527.*

XXXVIII. BERNHARDVS *Mayer Tölicen. Vir diuino Zelo feruens, el. An. 1527. Ob. 19. Iunij, An. 1541. An 1533. in Vigilia Ascensionis Domini fulgur fratrem vnum, cum duobus aliis campanas pulsantem exanimauit.*

XXXIX. ANDREAS *Wild de Sinching, Boius, postulatur ex Monasterio Tegernsee An. 1541. imperitus fuit œconomiæ; bona quædam alienauit, debitaque contraxit: resignauit tandem An. 1551. & obijt decima octaua Februarij, Anno 1553.*

XL. SEBASTIANVS *Hofmann Sulzpacen. Palatinus, professus Monasterij Tegernsee, venit in Monasterium super Altaha cum confratre suo Abbate Andrea; qui constituit illum Priorem: eligitur tandem Abbas an. 1551. Legitur de illo, quod res Monasterij pessimè administrauerit, prædia multa vel oppignorauerit, vel vendiderit: grande æs alienum contraxerit. Ob. 2. Ianuarij, An 1564.*

XLI. WOLFGANGVS *Pogner, huius nominis secundus ex vico Pogen oriundus. An. 1564. Prima Martij Administrator designatur, præfuit mens. duntaxat sex.*

XLII. IOAN. BAPTISTA *Lochner, Ingolstadien. Postulatur ex Monasterio S. Emmerami Ratispon. An. 1564. cum Prælatura per annum integrum patre & pastore destituta fuisset: ipse quoque administrandæ rei familiaris ignarus, debita adauxit, & resignauit tandem Anno 1593. & obiit die 20. Nouembr. eodem Anno.*

XLIII. CHRISTOPHORVS *Glöckler Landishutanus, el An 1593 benè præfuit, multaque debita dissoluit. Obijt Anno 1614. die 7. Martij. Sub huius regimine Monasterium multa damna ex incendiis & fulgurib perpessum fuit.*

XLIV. VITVS *ex Kirchenleybach prope Bioruthum apud Nariscos oriundus, eligitur anno 1614. die XV. Aprilis, & etiamnum præest.*

ALDER-

ALDERSPACH ORDINIS CTSTERCIEN.

ALDERSPACHENSIS Monasterij primi fundatores fuerunt, Bernardus cum filiis, Ruperto & Calocho (familiam Auentinus non ponit) circa Annũ Domini 1050. deinde expulsis popularibus mystis, instante Diuo Bernhardo, ibidem ordo Cistercienſis instituitur, circa Annum 1147. Huic Monasterio tradidit Ludouicus Dux decimas ad castrum Fraimãring pertinentes, Anno 1224. Et Otto filius Ludouici donauit eidem Cœnobio decimas in Dechkendorf & Landau, Anno 1231. Anno 1204. Nobilis Baro Conradus ab Aist ibidem sepultus est, habet in clypeo lilium, de qua familia, & cuius nationis fuerit, nihil aliud reperio.

ADDITIONES

MOnasterium *Aldersbachenſe*, quamuis primum & verum fundatorem sibi vendicet S. *Ottonem* Episcopum Babenbergenſem: qui, sicut ex literis eiusdem Anno Domini 1139. (quo viuere desiit) patet, ad instantiam & petitionem *Ascuini* Præpositi & fratrum eius, Ecclesiam quam in loco isto ædificare cœperat, vnà cum Ecclesia *S. Petri*, & decimis ab Episcopo *Patauienſi Reginmaro* in permutationem aliorum septem Mansorum acceptis, atque cum positione quadam siluæ *Nortvvald* (quæ modo *Hardt* appellatur) Deo & B. Petro Apostolorum principi obtulit, statuens vt inibi fratres secundum B. Augustini regulam degerent; quibus & jus eligendi Præpositum & Aduocatum indulsit: Constat tamen ex Priuilegio *S. Leopoldi* Marchionis Austriæ, qui anno 1136. ex humanis excessit retroactis temporibus Monasterium, asceterium sacrum, conditum fuisse ibidem, quo in loco Villagium extabat, *Allerſpach* dictum, & ad minus in quatuor prædia partitum, quæ deinceps Monasterio accesserunt. Remisit dictus *D. Leopoldus* Marchio censum ex vinea in *Chrembs* ad Monasterium *Allerſpach* pertinente. Alij quoque viri Nobiles & pij huic loco multa prædia & possessiones contulerunt, in quibus commemorantur *Rupertus* & *Calochus*, aliiq; non tamen ideo ipsi veri ac primi fundatores sunt consendi.

Translatis postmodum aliorsum Augustinianis Canonicis, Monasterium religionis *Cistertienſis* Monachis cessit, & cum ista mutatione ordinis, Patroni quoq; mutati constitutique fuerunt, B. *Virgo Maria*, & S. *Iohannes Baptiſta*, cum B. *Vrsula*: & ab isto tempore Cistercienſis familia Monasterio *Alderſpacen.* vsq; in hodiernum diem potitur.

Priuilegium Ottonis Episcopi Babenbergenſis.

OTto Dei gratia *Babenbergenſis* Episcopus *Alcuino Alderſpacenſi* Præposito, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum. Quamuis secundum doctrinam Apostolicam, neq; qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus: nos tamen de misericordia Dei confidentes loca diuino cultui mancipata fouere & promouere studuimus; scientes quoniam vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Quapropter dulcissime in Domino frater A Præposite, tuis & fratrum tuorum justis petitionibus libenti animo consentientes Ecclesiam quam nos in loco *Alderspach* dicto fundare cepimus vna cum Ecclesia & decimis ab Ecclesia *Patauienſi* legitimè commutatis, & cum parte siluæ in *Nortvvalt* tibi assignata, pariterque cum omnibus aliis eidem loco quorumlibet fidelium oblatione

tione juſtè collatis, vel adhuc conferendis, Deo ac Beato Petro principi Apoſtolorum offerimus, ſtatuentes vt ibidem Fratres ſecundum Regulam Beati Auguſtini religiosè cõuerſantes in perpetuum maneant, qui perfectionis ſuæ meritis apud Deum, noſtræ imperfectioni ſubueniant. Fratribus autem eiſdem liberam facultatẽ concedimus, vt Præpoſito vel Aduocato ſuo decedente, alium quemcunq; voluerint Præpoſitum vel Aduocatum idoneum & competentẽ ſibi eligant: quatenus ſalua proprietate & jure noſtræ Eccleſiæ *Bambergenſis*, nec non etiam debita ſubiectione *Patauienſis* Eccleſiæ, nulli licentia pateat exactionibus vel quibuslibet moleſtiis eos prægrauandi; ſed quiete debita perfruentes ita tẽporaliter Domino militare valeant, vt & à Domino laboris ſui mercedẽ accipiãt, & nos cum defecerimus in æterna tabernacula ab ipſis recipi mereamur. Omnibus benefacientibus, & hæc jura dicto loco ſeruantibus à Domino pax multiplicetur: contemptoribus autem & tranſgreſſoribus huius noſtræ inſtitutionis, niſi ſecundo tertioue commoniti reſipuerint, & exceſſus correxerint, in diem juſti judicij Dei debita vindicta reſeruetur. Vt autem hæc noſtræ inſtitutionis pagina æquitate & juſtitia roboretur, communi Fratrum noſtrorum ſubſcriptione, & Sigilli noſtri impreſſione eam communiuimus. Huius autem rei & inſtitutionis teſtes ſunt dilectiſſimi Fratres noſtri Bambergenſis Eccleſiæ maioris Canonici, Eberhardus Præpoſitus. Egilbertus Decanus & Præpoſitus, Tiemo Præpoſitus, Kizelimus Præpoſitus. Cunradus Cuſtos, Tuto Scholaſticus, Magiſter Eberhardus, Volemarus, Vdalricus, Hermannus, Leopoldus, Perchtoldus, Henricus, Voltmarus, Pero, Chunradus, Meginhardus, Otto, Vdalricus, Otto, Vdalricus, Adalbertus, cum cæteris omnibus. Liberi autem homines: Rapoto Comes de Vraneſtorf, Eberhart, Heinrich, Megingoz & fratres eius de Vruſſane. Adelbero de Stainach, Heinrich & Marcvvart de Rohenhoſtete. Miniſteriales autem, Billunc, Gundeloch, Ezzo, Vto de Purgelin. Pero Herdegen, Solnant, Leopolt, filij eius de Wiſentouue, Gotefrid, Tremo, Heinrich, filij eius de Aiske, Folnant Hartung de Miſſendorf, Vdalrich de Hadelogedorf, Rudolf, Gotbolt, Hartlieb, Arnolt de Oſterhouen, Eberhard de Winzer, Rapato filius eius, Dietmarus de Podingen, Perchtolt de Tetlingen, Ridiger de Ebringen, & alij quamplures. Anno ab incarnatione Domini MCXXXIX. Indictione ſecunda. Acta ſunt hæc Bamberg feliciter.

Priuilegium Regenberti Epiſcopi Patauienſis Eccleſiæ.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis *Regenberdus* Dei gratia *Patauienſis* Epiſcopus *Aſtvvino Præpoſito* Beati Petri in *Alderſpach* eiuſque ſucceſſoribus Canonicè ſubſtituendis in perpetuum. In arduo Pontificalis dignitatis culmine diuina fauente clementia conſtituti ſollicitè penſare debemus, qualiter à cunctis qui ſub noſtro ſunt regimine per legitimos tramites omnium calumniantium iniquitates propulſare valeamus, vt quemadmodum patres cenſemur nomine, ita comprobemur & opere. Quapropter dilecte in Domino frater *Aſtvvine* Præpoſite, tibi tuiſque ſucceſſoribus legitimis & fratribus veſtris in *Alderſpach* Deo inclinantibus præſentis ſcripti auctoritate tradimus denuo & corro-

corroboramus Ecclesiam cum decimis à Domino *Reginmaro* bonæ memoriæ prædecessore nostro per interuentum fundatoris vestri Domini videlicet & patris nostri Venerabilis *Ottonis Babenbergensis* Episcopi piæ recordationis, sub commutatione septem mansorum vobis collata, quatenus & vos perfectionis vestræ studiis imperfectioni nostræ apud Deum subueniatis, atque in æterna tabernacula cum defecerimus, nos recipiatis. Insuper omnia à prædicto loci vestri fundatore vobis tradita, vel aliis quibuslibet fidelibus collata vel conferenda sub nostram protectionem suscipimus, sub interminatione banni nostri præcipientes, ne aliquis ausu temerario vos infestare, aut vestra diminuere præsumat. Statuimus etiam vt locus vester immunis sit omni tempore, ab omnimoda prægrauatione & exactione ordini vestro contraria. Adiicientes vt ibidem ordo vestræ professionis omni æuo illibatus permaneat. Liberam quoque facultatem per successiones personarum & temporum eligendi vobis Præpositum vel Aduocatum, quemcunque volueritis idoneum, quantum in nobis est, vestræ fraternitati concedimus. Omnibus hæc jura prædicto loco seruantibus gratia & pax multiplicetur, contemtores autem & transgressores huius nostræ constitutionis tremendi judicis iram incurrant, & excommunicationi perpetuæ subiaceant, nisi resipuerint, & ad satisfactionem venerint. Fiat, fiat Amen. Actum Anno Dominicæ incarnationis M. C. XXXIX. Indictione II.

Eugenij III. Papæ Priuilegium

EVgenius Episcopus Seruus Seruorum Dei, Dilecto filio *Sifrido* Abbati Sanctæ Mariæ de *Alderspach*, eiusque fratribus tàm præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est facilem præbere consensum. Ea propter dilecte in Domine fili *Sifride* Abbas tuis justis postulationibus clementer annuimus, & beatæ *Mariæ* Monasterium, cui Deo auctore præesse dignosceris sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Statuentes vt quascunque possessiones quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum justè & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum videlicet in quo ipsum monasterium situm est. *Gumprechtingen, Aessingē* & *Gundoldingen*. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium nullus à vobis decimam exigere præsumat. Decernimus ergo vt nulli omnino liceat præfatū monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesani Episcopi Canonica justitia. Si qua ergò in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundò tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendauerit potestatis honorisque sui digni-

dignitate careat, reamq; se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini nostri aliena fiat: atq; in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa seruantibus sit pax Domini nostri Iesv Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Datæ *Altfiodorj* per manum Gvvidonis S. R. E. Diaconi Cardinalis & Cancellarij, Idus Augusti, Indict. X. Incarnati Domini, Anno MCXLVII. Pontificatus Domini Eugenij III. Papæ anno III.

Priuilegium Domini Clementis Papæ III.

CLemens Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus Ratispon. & Frisingen. Episcopis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum Abbatis & Conuentus de *Aldersbach* in audientia fuit nostra propositum, quod nobilis vir *Albertus* de Kam jus aduocatiæ in monasterio & rebus eorum, licet frater ipsius per sententiam illud amiserit, sibi per iniuriam nititur vendicare, cuius occasione eis dampna plurima & iniurias irrogare præsumit. Quocirca fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus si verum est quod asseritur, militem memoratum ab eorundem fratrum vexatione indebita compescatis, & vt ablata restituat, pro vt justum fuerit, eum per censuram Ecclesiasticam postposita appellatione compellatis. Datum *Laterani*, VII. Idus Iulij, Pontificatus nostri anno primo.

Priuilegium Dni. Innocentij Papæ III.

INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis *Ludovvico* Abbati de Alderspach, eiusq; fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum conuenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos à proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium Sanctæ Dei genitricis & virginis Mariæ, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti Priuilegio communiuimus. Inprimis siquidem statuentes, vt ordo monasticus qui secundum Deum & Beati Benedicti regulam atq; institutum Cistertiensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunq; possessiones quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum justè & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino adipisci poterit, firma vobis vestrisq; successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Grangiam *Straze*, Grangiam *Wifling*, Grangiam *Gumprechtingen*, Grangiam *Atzenperge*, Grangiam *Prennebach* & Grangiam *Gneuusendorf*, possessiones quas habetis in *Reyvte*, in *Pentzing*, in *Celle*, in *Batrichsperge*, in *Kaste*, in *Cirknarn*, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, vsuatiis, & pascuis, in vosco & plano, in viis & semitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, tàm de terris cultis quam incultis, siue de hortis & virgultis, & piscationibus vestris, vel de nutrimentis animaliũ vestrorum nullus à vobis decimas exigere

gere vel extorquere præsumat. Liceat quoq; vobis clericos vel Laicos liberos & absolutos è seculo fugientes ad conuersionem recipere, & eos absq; contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem phas sit, absque abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem vero absq; communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Quod si quis retinere præsumpserit, licitum vobis sit in ipsos monachos vel conuersos regularem sententiam promulgare. Illud districtius inhibentis, ne terras seu quodlibet beneficium Ecclesiæ vestræ collatum, liceat alicui personarum dari siue alio modo alienari absq; consensu totius Capituli vel maioris aut senioris partis ipsius. Si quæ verò donationes aut alienationes aliter quàm dictum est, factæ fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hæc etiam prohibemus, ne aliquis Monachus siue conuersus, sub professione vestræ domus astrictus, sine consensu & licentia Abbatis, & maioris partis Capituli vestri pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat vltra pretium capituli vestri prouidentia constitutum, nisi propter manifestam domus vestræ vtilitatem, quod si facere frater præsumpserit, non teneatur Conuentus pro his aliquatenus respondere. Licitum præterea sit vobis in causis propriis, siue ciuilem, siue criminalem contineant actionem fratrum vestrorum testimoniis vti, ne præ defectu testium jus vestrum in aliquo valeat deperire. Insuper auctoritate Apostolica inhibemus, ne vllus Episcopus vel quælibet alia persona ad Synodos vel conuentus forenses vos ire, vel judicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subiacere compellat: nec ad domos vestras causa ordines celebrandi, causa tractandi, vel aliquos conuentus publicos conuocandi venire præsumat: nec regularem electionem Abbatis vestri impediat, aut de instituendo vel remouendo eo, qui pro tempore fuerit contra statuta *Cistertiensis* ordinis se aliquatenus intromittat. Si verò Episcopus, in cuius parochia domus vestra fundata est, cum humilitate & deuotione, qua conuenit, requisitus, substitutum Abbatem benedicere, & alia quæ ad officium Episcopale pertinent, vobis conferre renuerit, licitum sit eidē Abbati, si tamen sacerdos fuerit, proprios nouitios benedicere, & alia quæ ad officium suum pertinent, exercere: & vobis omnia ab alio Episcopo percipere, quæ à vestro fuerint indebitè denegata. Illud adjicientes, vt in recipiēdis professionibus, quæ à benedictis vel benedicendis abbatibus exhibentur, ea sint Episcopi forma & expressione contenti, quæ ab origine ordinis noscitur instituta: vt scilicet Abbates ipsi saluo ordine suo profiteri debeant & contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur. Pro consecrationibus vero altarium vel Ecclesiarū, siue pro oleo sancto, vel quolibet alio ecclesiastico sacramento, nullus à vobis, sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquā audeat extorquere: sed hæc omnia gratis vobis Episcopus Diocesan⁹ impendat. Alioquin liceat vobis quemcunq; volueritis Catholicum adire antistitē, gratiā & communionem apostolicæ sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate, vobis quod postulatis impendat. Quod si sedes Episcopi vacauerit, interim omnia Ecclesiastica sacramenta à vicinis episcopis accipere libere & absque contradictione possitis, sic tamen vt ex hoc in posterum propriis Episcopis nullum præjudicium generetur: Quià verò interdum propriorum Episcoporum copiam non habetis, si quem Episcopum Romanæ sedis vt diximus, gratiam & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum & vestium, consecrationes altarium, ordinationes monachorum auctoritate apostolicæ sedis recipere valeatis. Porro si Episcopi vel alij Ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inicon-

Contromersiam

bi constitutas suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgauerint, siue etiam in mercenarios vestros, pro eo quod decimas non soluitis, siue aliqua occasione eorum, quæ ab ipsa Apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu benefactores vestros, pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate præstiterint, vel ad laborandum adiuuerint in illis diebus, quibus vos laboratis, & alij feriantur, eandem sententiam protulerint, ipsam tanquam contra sedis apostolicæ indulta prolatam, duximus irritandam. Nec literæ vllam firmitatem habeant, quas tacito nomine *Cistertiensis* ordinis, & contrà tenorem apostolicorum priuilegiorum constiterit impetrari. Præterea cum commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis nihilominus in vestro monasterio exclusis excommunitatis & interdictis diuina celebrare. Paci quoque & tranquillitati vestræ paterna in posterum sollicitudine prouidere volentes auctoritate apostolica prohibemus, vt infrà clausuram locorum seu Grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ordini vestro concessas, nec non & libertates, & exemptiones secularium exactionum, à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti Priuilegio communimus. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concepta sunt, vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire temptauerit, secundo tertioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sanctissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus fiat pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum *Romæ* apud Sanctum Petrum, per manum Raynaldi Domini Innocentij Papæ III. Acolyti & Capellani X. Kalend. Aprilis, Indictione II. Incarnationis Dominicæ anno M. CC. XIII. Pontificatus vero eiusdem Domini Innocentij anno septimo decimo.

Priuilegium Domini Friderici Imperatoris super amotione aduocati.

FRIDERICVS diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus, in perpetuum. Quia nihil nobis adeò familiare est, sicut humanitas, eam ad omnes quidem, maximè tamen ob fauorem religionis, ad personas extendimus Ecclesiasticas. Inde est quod nos Venerabili Fr. *Eberhardo* Abbati in *Alderspach* per se querenti Ecclesiæ suæ iniurias, justitiæ suæ præbuimus audientiam.

Conquestus

Conqueſtus ſiquidem eſt in auribus noſtris, quod *Alramus* de *Kambe* injuſtè ſuam grauaret Eccleſiam, vendicans ſibi quæ nullo ei jure competebat eiuſdem Cœnobij aduocatiam. Cumque nos eundem *Alramum Nirnberg* conuenire-mus actione iniuriarum ſub frequentia Principum in Conſiſtoria dixit, ſe eandem aduocatiam nomine beneficij tenere à dilecto conſanguineo noſtro *Ottone Babenbergenſi* Epiſcopo. Porro requiſitus ſuper hoc verbo prædictus Epiſcopus, aſſeruit, & legitimis teſtibus probauit in præſentia noſtra, quod aduocatiam hanc feodali jure ab *Alramo* euicisſet, quoniam certum fuit eum perperam vſurpaſſe. Cum itaque præfatum Monaſterium ab eiuſdem *Alrami* injurioſa vendicatione ſit exemptum, petitione clerici conſanguinei noſtri præfati *Babenbergenſis* Epiſcopi, conſtituimus vt ſi placuerit Abbati *Alderspacenſi* defenſorem rerum ſuarum eligere, in perpetuum in optione eius ſit cum conſilio Epiſcopi *Babenbergenſis* idoneam ſibi ad hoc onus inuenire perſonam, quæ ſi forte grauis ei fuerit & moleſta, libera ſit Abbati facultas alium eligendi, adhibito conſilio Epiſcopi. Vt autem hæc rata & inconvulſa permaneant, & perpetuæ firmitatis vigorem obtineant, præſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione, & idoneorum teſtium ſubſcriptione roborauimus. Teſtes ſunt Rugericus Kameracenſis Epiſcopus, Diepoldus Patauienſis Epiſcopus, Leúpoldus Dux Auſtriæ, Berchtoldus Marchio Hyſtriæ, Berchtoldus Dux de Meran. Comes Berchtoldus & frater eius Vlricus de Berge, Comes Albertus de Eberſtein, Comes Theodericus de Waſſerburg. Conradus Præfectus de Nirnberg. Comes Heinricus de Altendorf, Fridericus de Truhedingen, Reinhardus & Eberhardus de Reiphenberg, Conradus Pincerna de Cipſe, Conradus Dapifer de Rotenberg, Herdegno de Grindele & alij quamplures. Datum apud *Nirnberg* Anno Domini M. C. LXXXIII. Indictione I. III. Idus Martij.

Priuilegium Dn. Philippi Romanorum Regis ſuper Aduocatia.

PHilippus ſecundus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, omnibus Imperij fidelibus tàm præſentibus quàm futuris duximus innoteſcendum, quod conſtituti in præſentia noſtra Abbas de *Alderspach* & confratres ſui, dictante ſententia obtinuit, quod juxta venerandam Ordinis *Ciſtertienſis* conſuetudinem licitum ſit ipſis ſuper omnia bona monaſterij ſui quemcunque voluerint eligere defenſorem, & eundem etiam procedente tempore, ſi fortè idoneus & ipſis vtilis non ſit, ab ipſa aduocatia remouere. Porrò ſententiam eandem diuinæ remunerationis intuitu auctoritate regia confirmantes ſtatuimus, & ſub pœna gratiæ noſtræ diſtrictè præcipimus, vt nullus hominum eam infringere audeat, vel occaſione aliqua poteſtatem vllam ſuper prædictorum fratrum poſſeſſiones, præter voluntatem eorum ſibi vendicare: quod qui facere attemptauerit, iram omnipotentis Dei, & noſtræ magnitudinis offenſam ſe nouerit incurriſſe. Datum apud *Babenberg*. II. Kalend. Martij. Indictione VI.

Eiusdem Priuilegium de amotione Aduocati.

PHilippus secundus diuina fauente clementia Romanorum Rex & semper Augustus. Diuinam majestatem nobis propitiam reddimus, si personis religiosis & locis diuino deputatis obsequio humanitatis nostræ acclinabimus fauorem, amouendo ab eis cuiuslibet infestatoris molestias regia protectione. Ea propter nouerit Christi & Imperij fidelium præsens ætas, & posteritas, successura, quod accedentes ad præsentiam nostram sub frequentia Principum apud *Nirnberg Eberhardus* Venerabilis Abbas in *Alderspach* cum confratribus suis quibusdam, Autenticum prædilecti patris nostri Friderici quondam Romanorum Imperatoris diui Augusti nobis exhibuerint, in quo manifestis cognouimus indiciis, quod memoratus abbas coràm ipso patre nostro recolendæ memoriæ monasterij sui aduocatiam jure omnimodo, & legitimis probationibus cuicit à quodam *Alramo* de *Chambe*, qui eam sibi illicite, & nullo fretus jure vsurpauerat. Diuinæ igitur remunerationis intuitu ratum habere volentes & inconuulsum, quod Pater noster feliciter sanciuit, & à posteris suis statuit obseruandum, *Alramum* de *Chambe Alberti* filium, & omnes hæredes suos ab eadem Aduocatia, sicut prius est, nec non coràm nobis & Principibus, prorsus remouemus, & nullam sibi vel alicui in ea præstamus Warandiam. Cum enim juris sit eorundem fratrum in bonis suis assumere sibi quem voluerint aduocatum & defensorem, & ipsi ad hoc excellentiam nostram idoneam elegerint perpetuo defensionis vinculo eam nobis aduocatiam annectimus, à nostra & Imperij potestate nunquam alienandam. Ad huius autem facti robur hanc paginam conscriptam impressione sigilli nostri communiuimus. Testes huius rei sunt Conradus Moguntinus Archiepiscopus, Diemo Babenbergensis Episcopus, Wolfgerus Patauiensis Episcopus, Otto Frisingensis Episcopus, Ludovvicus Dux Bauariæ, Leupoldus Dux Austriæ, Berchtoldus Dux Moraniæ, Ekkibertus Præpositus, Fridericus Præfectus de Nirnberg, Diepoldus Lantgrauius de Leuckenberg, Comes Ludvvicus de Oetingen, Comes Geucher de Tollinstain, Waltherus de Lobinhausen, Heinricus Marsalcus de * Tollindin, & alij quam plures. Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini M. C. XCVIIII. Indict. * Datum *Nirnberg* per manum Conradi regalis aulæ Protonotarij XV. Aprilis.

* Tollindia.

Priuilegium Domini Ottonis Regis Romanorum super exclusione Aduocatiæ.

OTto qnartus diuinâ clementia Romanorum Rex & semper Augustus. Diuinam majestatem nobis propitiam reddimus, si personis religiosis & locis diuino deputatis obsequio humanitatis nostræ acclinabimus fauorem, amouendo ab eis cuiuslibet infestatoris molestias regia protectione. Ea propter nouerit Christi & Imperij fidelium præsens ætas & posteritas successura, quod accedentes ad præsentiam nostram sub frequentia Principum apud Herbipolim *Ludovvicus* Venerabilis Abbas in *Alderspach* cum confratribus suis quibusdam, autenticum Friderici glorioſi quondam Rom. Imperatoris diui Augusti nobis exhibuerunt, in quo manifestis cognouimus indiciis, quod memorati Abbatis anteceſſor *Eberhardus* nomine, coràm præfato Imperatore recolendæ memoriæ monasterij sui aduocatiam omnimodo & legitimis probationibus

nibus euicitâ quodam *Alramo* de *Chambe* qui eam sibi illicitè & nullo fretus jure vsurpauerat, diuinæ remunerationis intuitu ratum haberi volentes & inconuulsum, quod prædictus Imperator feliciter sanciuit, & à posteris suis statuit obseruandum, *Alramum* de *Chambe*, *Alberti* filium, & omnes hæredes suos ab eadem Aduocatia, sicut prius factum est prorsus remouemus, & nudam sibi vel alicui in ea præstamus Warandiam. Cum enim juris sit eorundem fratrum in bonis suis assumere sibi quem voluerint aduocatum & defensorem, & ipsi ad hoc Excellentiam nostram idoneam elegerint, perpetuo defensionis vinculo eam nobis aduocatiam adnectimus, à nostra & Imperij potestate nunquam alienandam. Ad huius autem facti robur hanc paginam conscriptam impressione sigilli nostri communiuimus. Testes autem huius rei sunt, Hugo Hostiensis & Veltrensis Episcopus Cardinalis, sedis apostolicæ legatus. Conradus Spirensis Episcopus & aulæ regiæ Cancellarius. Otto Herbipolensis Episcopus, Manegoldus Patauiensis Episcopus. Siboto Hauelburgensis Episcopus. Henricus Comes Palatinus. Ludovvicus Dux Bauariæ, Leopoldus Dux Austriæ, Cunradus Marchio de Landsberch, Emicho Comes de Lirningen, Berchtoldus Comes de Hennenberg, Hartmannus Comes de Wirtenberg, Ludvvicus Comes de Oetingen, Heinricus Marscalcus de Challindin, & alij quam plures. Acta sunt hæc anno incarnationis Dominicæ M. C C. I X. Indictione X I I. Datum apud *Herbipolim* pridie Kalend. Iunij.

Fundatio S. Ottonis Babenbergensis Episcopi.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Otto* Dei gratia X I. *Babenbergensis* Episcopus. Suo ordine Ministerium dispensationis nostræ exequimur, si latera Ecclesiæ nostræ super id quod possunt temptari non patimur. Nos itaque scientes *Alramum* de *Chambe* occasione aduocatiæ, quam sibi vendicabat, grauem esse cœnobio de *Alderspach*, legitimis citatum induciis super iniuria eiusdem Eecclesiæ conuenimus. Tandem post multas hinc inde habitas controuersias, eum ab aduocatia, quam perperam feodali jure exclusimus. Quod factum in audientia Domini Imperatoris sub frequentia Principum *Nirnberg* legitimo testimonio renouando firmauimus. Cum itaque præfatum monasterium jam dicti *Alrami* jurisdictioni sit exemptum, licet ei deinceps eligere quem voluerit defensorem suum, & rerum ei pertinentium, habito tamen consilio Episcopi *Babenbergensis* eiusdemque successorum. Totiens autem liceat ei pro consilio Episcopi commutare defensoris personam, quotiens eum perspexerit sibi minus idoneam. Vt autem hæc rata & inconuulsa permaneant, & perpetuæ firmitatis vigorem obtineant, præsentem paginam sigilli nostri impressione, & idoneorum testium subscriptione roboramus. Testes sunt horum: Theobaldus Patauiensis Episcopus. Leupoldus Dux Austriæ. Berchtoldus Marchio Ystriæ, Filius suus Berchtoldus Dux Meraniæ, Comes Berchtoldus & fratres eius, Vdalricus de Bergen, Comes Albertus de Eberstein, Comes Theodericus de Wasserburg. Conradus præfectus Nirbergensis, Comes Henricus de Altendorf, Fridericus de Truhedingen, Regenoldus & Eberhardus de Riphenberch, & alij quàm plures. Acta sunt hæc Anno Dominicæ incarnationis M. C. L X X X I I I. Indictione I. Regnante inuictissimo Imperatore Friderico, præsidente X I. Babenbergensi Episcopo Ottone secundo.

Friderici I. Imp. confirmatio Ducis Lupoldi donationis Mutæ.

FRIDERICVS Dei gratia Romanor. Imperator semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex. Vniuersis Mutariis suis apud *Danubium* constitutis, fidelibus suis, gratiam suam & omne bonum. Ex parte venerabilis Abbatis & Conuentus de *Alderspach* fidelium nostrorum nostro fuit culmini humiliter supplicatum, vt gratiam & libertatem ab Illustri Duce *Leopoldo* felicis memoriæ, super vectigalibus vini & victualium suorum per loca mutarum Ecclesiæ suæ indultam nostræ approbationis dignaremur munimine confirmare. Nos itaque pietate solita, qua personis religiosis fauor adesse consueuit, deuotis eorum precibus fauorabiliter inclinati; gratiam & libertatem, quam ab eodem Duce *Leopoldo* in suis hactenus obtinuerunt priuilegiis, certa * victualia vini, & victualium suorum eisdem Abbati & * Conuentui auctoritate præsentium duximus confirmanda. Mandantes * vniuersitati vestræ firmiter præcipientes, quatenus gratiam & libertatem eandem, & hanc nostram eiusdem indultæ libertatis approbationem juxta formam priuilegij sui prædictis fidelibus nostris in antea more solito conseruetis: vt justam de vobis non habeant materiam conquerendi. Datum apud *Viennam*, IX. Kalend. Febr. X. Indictione.

Priuilegium Ottokari Ducis Austriæ, super Muta.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. Nos *Ottokarus* Dei gratia Dux Austriæ & Styriæ, & Marchio Morauiæ innotescimus vniuersis dilectis nobis viris venerabilibus Fratribus in *Alderspach*, Deo sub Monastica religione militantibus, pro remedio animæ nostræ, ceterorumque progenitorum nostrorum hanc libertatem jure perpetuo indulsisse, vt bona sua quæ eis de prædio suo prouenire poterunt, quod in Austria possidere videntur, in vino, frumento, vel quocunque emolimento, sine *haulo*, quod vulgò possumus dicere *mutam*, ad sua liberè deducant. Et nihilominus si quid ad opus præfati prædij eis necessarium fuerit, sub eadem condicione sine omni contradictione reducatur. Hoc autem ne processu temporis obsolescat, & succedentibus aliis in obliuionem cadat, præsentem paginam conscribi jussimus, & sigilli nostri munimine roborari, nominibus testium subnotatis, qui sunt: Otto & Chunradus de Hardegk, Otto de Sleuntz. Albero de Chunringen, Henricus frater suus dictus Göpanus. Henricus Pincerna de Halspack, Vlricus frater suus, Otto de Missavve, Chunradus de Hintperch. Rudolphus de Potendorff, Otto de Potenburch, Henricus de Liechtenstein, Albertus de S. Petronella. Chunradus de Zelking. Otto de Perchtoldestorff. Perchtoldus de Engelshalsuelde, Vlricus de Viechouen, Otto de Walchuneskirchen, Henricus de Svvarzensee, Ebranus de Ernsprunne, Henricus de Geueld, Albero Dapifer de Holsperch, Henricus de Moresvvanck, Wolfkerus de Parovv. Chunradus de Greiffenstein. Item Bohemi, Lorsikh Purgrauius de Ellpogen, Wolko Iohan de Wisthenavv, & alij quamplures. Actum & datum *Viennæ*, Anno Domini M. CC. LIII. V. Kal. Octobr.

Confir-

Confirmatio Rudolfi Cæs. I.

RVDOLFVS Dei gratia Romanorum Rex Augustus, Illustri Comiti *Alberto* primogenito suo, vel alij, quicunque Princeps seu Vicarius terræ Austriæ pro tempore fuerit, gratiam suam & omne bonum. Ad hoc in eminenti dignitatis specula nos locauit altissimus, quod licet vniuersorum fidelium nostrorum commoditatibus debeamus intendere, personas tamen religiosas in suis tenemur libertatibus & gratiis specialiter confouere. Sanè cum Illustris quondam Dux Austriæ *Leupoldus* religiosis viris fratribus de *Alderspach* hanc gratiam duxerit faciendam, quod ijdem fratres bona sua quæ ipsis de prædio, quod habent in Austria, poterunt prouenire in vino, frumento & alio emolimento quocunq; deducant liberè sine muta. Et nihilominus si quid eis ad opus prædicti prædij necessarium fuerit, sub eadem conditione sine qualibet contradictione reducant, prout in ipsorum Priuilegio plane vidimus contineri: Nos eosdem Fratres in concessis sibi libertatibus & juribus conseruari volentes fidelitati tuæ mandamus, quatenus eisdem fratribus grâtiam libertatis huiusmodi à Mutariis omnibus, & quibuscunque aliis illibatam & inconuulsam per omnia facias obseruari. Datum *Ratisbonæ*, II. Idus Innij. Indictione IX. Anno Domini M. CCLXXXI. Regni verò nostri Anno octauo.

Confirmatio Alberti Ducis Austriæ.

ALBERTVS Dei gratia Dux Austriæ & Stiriæ, Dominus Carniolæ & Marchio Portus Naonis. Vniuersis suis fidelibus grâtiam suam & omne bonum. Deuotorum & Religiosorum virorum, videlicet Abbatis & Conuentus monasterij in *Alderspach* cupientes prouectum & commodum ampliare, ipsosque specialiter in suis libertatibus & gratiis confouere, id instar Illustrium quondam *Liupoldi* & *Friderici* Ducum Austriæ, nec non Sereniſſimi Domini & genitoris nostri kariſſimi Domini *Rudolfi* Romanorum Regis inuictissimi, fauorabiliter admittimus, concedimus, & indulgemus: Quod ijdē fratres bona sua, quæ ipsis de prædio quod habent in *Austria*, poterunt euehire in vino, vel frumento, & alio emolimento, quocunque deducant liberè, sine muta. Et nihilominus si quid eis ad opus prædicti prædij necessarium fuerit, sub eādem condicione sine qualibet contradictione reducant. Propter quod vniuersis vobis & singulis iniungimus firmiter & mandamus, ne quis vestrum dictos fratres in gratia libertatis huiusmodi præsumat aliquatenus impedire, vel ausu temerario prægrauare. Præsentium testimonio literarum nostri sigilli munimine munitarum. Datum *Wiennæ*, II. Non. Decemb. Anno Domini MCC. octogesimo quarto.

Priuilegium Domini Rudgeri Episcopi super libertate mutæ in Patauia.

RVdgerus Dei gratia *Patauiensis* Episcopus in perpetuum. Tenore præsentium innotescat tàm præsentibus quàm futuris, quod nos dilectis in Christo fratribus Abbati & Conuentui in *Alderspach* indulgemus, vt naues ipsorū victualia deportantes liberè transire valeant *Patauiæ* sine muta, quibuscunq; rectorib⁹ vel ductoribus existentibus in nauibus memoratis. Et ne super tali jure calumpniæ in posterum ipsis debeant suboriri, præsentem paginam, sigilli nostri appensione & testiū subscriptione ipsis dedimus roboratā. Testes sunt hij. Cunrad⁹ Decanus. Cunradus maior plebanus. Meingotus de Saldegk. Vlricus de Memingē

Canonicus Patauien. Hadmarus de Weſen. Conradus de Volckenſtein. Vlricus de Lonſtorff. Otto de Poſtmünſter, miniſteriales, & alij quamplures, Datum *Patauiæ* Anno Domini M. C C. XXXVIII. III. Non. Iunij X. Indictione. Acta ſunt hæc ſub Alberto Iudice Patauiæ exiſtente.

Epiſcopi Rudberdi Priuilegium ſuper domo Monaſterij Aldersbacen. Patauiæ.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis'. *Rudpertus* Dei gratia Eccleſiæ *Patauien.* Epiſcopus'. Omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Multa quidem benè, illa vero per optimè collata pro Deo collata videntur beneficia, in quibus verus Chriſtus honoratur, & virorum religioſorum Deo ſeruientium indigentia releuatur. Itaque Dn. *Sigfridum* pium ac venerabilem *Alderſpacen.* Monaſterij Abbatem, ſimul & fratres ſuos libenter exaudientes in Domino, ſub ſpe retributionis æternæ arcam quandam ſecus *Danubium* in *Patauia*, quæ noſtri juris & proprietatis erat, fratribus noſtris' maioris Eccleſiæ Canonicis ea tradidimus condicione, vt eandem prædictus Abbas & fratres ſui, eorumque ſucceſſores à præſentibus & futuris Patauienſis Eccleſiæ Canonicis in perpetuum accipiant & obtineant beneficium. Veruntamen quia in circuitu nimis ſtricta & arcta fuit area prætaxata, ac Abbatis & Monachorum vtilitati minus poterat ſufficere, aream adiacentem nos & fratres noſtri de choro, ad quos ſpectat vtraque area, prædictorum Abbatis & Monachorum charitate deuicti in augmentum gratiæ ſuper addidimus eiſdem; eximentes eaſdem areas & domos conſtruendas in eis ab omni exactione Stevvrarum, quatenus prædicti fratres diuinis liberiùs vacent contemplationibus, dum eaſdem incolunt, & in ſuis' neceſſitatibus poſſint proficere fructuosè. In quorum teſtimonium ad perpetuam rei memoriam, præſentis' paginæ teſtamentum & ſubſcriptarum teſtimonium perſonarum inde conſcribi, & ſigillo noſtro muniri & in armario noſtro contra obliuionem & violentiam obtrectatorum præcepimus' conſeruari. Teſtes' de Clero ſunt qui aderant, Sighardus' Decanus Scholarum Magiſter, & Henricus' Chunzlinus archipresbyter, Otto Subdiaconus de Ried, Fridericus presbyter, Pilgrinus Gazvvinus, Dietmarus, Albero, Gerhardus &c. Ex laicis verò nobilibus Rapoto Comes de Ortenberg, Dietricus de Pabingarten, Popo de Mezzing, Otto de Strubin, Rudgerus de Aheim, & multi alij fide digni. Dat. & act. Patauiæ Anno Domini M.C. Sexageſimo quarto Kalen. Auguſti.

Archiepiſcopi de Salzburg ſuper Sale noſtro in Saling Priuilegium.

EBerhardus Dei gratia Salzburgenſis Archiepiſcopus Apoſtolicæ ſedis Legatus omnibus præſentem paginam intuentibus, ſalutem in Domino Ieſu Chriſto. Ne geſta rerum elabantur cum tempore modernorum ætas conſueuit ea literarum teſtimonio perennare. Hoc igitur ſcripto notum facimus tàm præſentibus quàm futuris quod defectum quem Cœnobium in Aldersbach in Salibus patitur attendentes moti viſceribus pietatis eidem Cœnobio

bio ob nostrorum prædecessorum & propriorum veniam delictorum nudi Salis libram dimidiam Cuppullarum, quod **ain halbs Pfundt füderlein**, vulgariter appellatur in Salma nostra tradidimus annuatim. Ita quod sæpedicto monasterio dicta salis quantitas apud Salmam nostram annis singulis in festo Pentecostes ab officialibus nostris qui ibidem officium Salmæ pro tempore tenuerint assignetur. Et vt talis donatio perpetuo gaudeat robore firmitatis memorato Conuen. signum euidens hanc paginam dedimus sigilli nostri munimine obsignatam. Sunt etiam huius rei testes Rudgerus venerabilis Patauien. Episcopus, Otto Salzburgen. Præpositus, Waltherus Abbas in Raitnhaslach, D. Cellarius eiusdē Cœnobij, Dominus Gerochus de Salzburg, Dominus Æbhardus de Lengerbach, Dominus Heinricus de Harskirchen, Dominus Ortolfus Vulpis, Dominus Hertmundus de Noppingen, & alij quam plures. Datum huius apud Burchausen. VI. Idus Ianuarij. Anno Domini MCC. XLVI. Indictione IIII.

Absolutio à thelonio siue muta in Vilshouen.

NOs Heinricus Dei gratia Palatinus Comes Rheni Dux Bauariæ, præsenti litera vniuersis ad quos peruenit declaramus, quod dilectis ac venerabilibus Abbati & Conuentui in Alderspach hanc fecimus gratiam specialē, quod vinū eorū ac etiam victualia quæ ad præbendam fratrum inibi seruientium spectare noscuntur, in muta nostra Vilshouen sine omni exactione liberum habeant transitum ac securum, siue per terram transeat vel per aquam. Vt autem talis nostra donatio ipsis permaneat inconuulsa, præsentem literam Sigilli nostri robore communitam ipsis decreuimus assignare. Acta sunt hæc in Landavv. Anno Domini M.CC. LVI. III. Idus Decembris.

Priuilegium Domini Heinrici Ducis Bauariæ super hoc quod duntaxat conueniri debeamus in Landavv.

HEinricus Dei gratia Palatinus Comes Rheni Dux Bauariæ, omnibus per sui Dominij districtus præsentem literam inspecturis Salutem & omne bonum. Quanto præeminentiori titulo dotatus est ordo Cistertiens. quantaq; deuotione professores ipsius Conuentum Ecclesiæ in Alderspach circa honorem nostrum promptos inuenimus & paratos, tanto ipsorum indemptnitati fauorabilius prouidentes ne secundum situm prediorum per vexationes impetentium dispendiose ad diuersa judicia pertrahantur, ipsis de nostra gratia tenore præsentium specialiter indulgemus, vt si quis contra eos de causis quocunq; respectu prædiorum per nostros terminos habuerint actionem, coram judice nostro de Landavv qui pro tempore fuerit conueniri debeant, ac sine quolibet supterfugio respondere. Datum in Landavv Anno Dominicæ incarnationis M.CC.LXIIII. V. Idus Ianuarij.

Priuilegium Dn. Nicolai Papæ IIII. propter Nobiles de Henzing.

NICOLAVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Dilecto filio Abbati Monasterij de Alderspach Superiori Ratisbonensis Diœcesis Salutem & apo-

& apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis Abbas & Conuentus Monasterij de *Alderspach Cistertiensis* Ordinis, quod Wernardus Heinricus & *Henricus* de *Henzing* Laici Patauiensis Diœcesis super terris, debitis possessionibus & rebus aliis ad Monasterium ipsum spectantibus injuriantur eisdem. Ideoque discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis audias causam, & appellatione remota debito fine decidas, faciens quod determinaueris per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili compellas veritati testimonium perhibere. Datum *Romæ* apud Sanctam Mariam maiorem, Idus Martij, Pontificatus nostri anno tertio.

Confirmatio Priuilegiorum.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. *Otto* Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bauariæ, Omnibus præsentia inspecturis in perpetuum. Quia à Deo remuneratore omnium bonorum meritum recepturos non exiguum nos speramus, si eos alis protectionis specialius confouemus, qui diuino sunt obsequio mancipati, & pro nostra ac progenitorum nostrorum salute preces effundunt jugiter creatori. Sanè cognitis grauibus oneribus hospitalitatis, & rigida sui Ordinis obseruantia, quibus Ecclesia in *Alderspach Cistertiensis* Ordinis sequotidie exercet, ipsam exemplo karissimi patris nostri *Henrici* diuæ recordationis Ducis Bauariæ, qui multis fauoribus eandem, vt ex ipsius manifestè Priuilegiis declaratur ditauit Ecclesiam & donauit, speciali gratia duximus prosequendam, ac gratiam à memorato patre nostro Heinrico. Siquidem perpetua prohibemus inhibitione, ne aliquis prætextu juris alicuius aduocatiæ vel alterius cuiuscunque Herberg: procuratoribus pabulorum, vel exactionibus qualibuscunque prædia aut homines eorum grauare præsumat, imò ab omnibus præstationibus realibus & personalibus eos liberos esse volumus & immunes. Item vt præfatis famulis Dei quies securior præparetur, nolumus homines dictæ *Alderspacensis* Ecclesiæ attinentes, imò etiam alios, siue aduenas sursum aut deorsum venientes aut nobis duntaxat videlicet proprietatis titulo attinentes, & in prædiis dictæ Ecclesiæ residentes aliqua judicum nostrorum quærere placita, sed huiuscemodi homines siue Coloni superius expressi coràm Abbate ipsius Ecclesiæ vel officiali suo juri stare in omni quam ad inuicem inter se habuerint materia contentionis, sed & alij extranei si fortè aliquam aduersus supra nominatos colonos habuerint materiam contentionis similiter coràm Abbate ac Officiali supradictis, tanquam forum rei sequentes volumus stare juri, ac exposcere complementum justitiæ ab eisdem, nisi forte dictus Abbas aut Officialis eius talibus negligeret justitiam exhibere, quo legitimè probato, ad diffinitionem nostrorum judicum eosdem recurrere volumus, & examen. Hoc tamen excepto, quod si homines memoratæ Ecclesiæ contra alium, qui extra condicionem, vt præmissum est, dicto Cænobio non attinet, quicunque talis fuerit, noster vel alterius, tunc examinatio vel diffinitio talis causæ ad Abbatem aut Officiales suos non pertinet, sed Iudex noster, quicunque fuerit, debebit tales actiones cognoscere & judicio terminare. Item si aliquis hominum

num dicti monasterij, in furto, latrocinio, homicidio vel raptu, aut simili maleficio, quod vltimum supplicium vel pœnam sanguinis requirit, notoriè deprehensus fuerit, de talibus Iudex noster cognoscet, & cum morti addictus fuerit, omnes res contingentes prædia prælibati monasterij, in quibus resederat, Abbati seu Ecclesiæ liberè ac pacificè remanebunt. Si vero res alias habuerit, de his congrua pars dabitur nostro Iudici, secundum quod discretis, qui præsentes fuerint, videbitur expedire. In quorum omnium euidens testimonium atque robur præsens Instrumentum sigilli nostri munimine de karissimorum fratrum nostrorum *Ludovvici* & *Stephani*, beneplacito atq; voto jussimus communiri. Datum apud *Straubing*, Anno Domini MCCLXXXX. V. Id. Decemb. Indictione VIII.

Priuilegium duorum Comitum de *Schavvnbergk*.

Bernardi & *Henrici* ex parte salis, & alia bona liberè sine muta in *Aschа* pro Monasterio deducendi.

WIr Bernhard vnd Heintich von Schawmberg / thun allen den kunt / die disen Brieff vernemmen / daß wir durch besonder Liebe / die wir haben zu dem Erbaren Abte Heinrich von Alderobach / demselben Gotshauß die gnade habē gethan / doch zuuorderst durch Gott / den man jhne ein Pfundt Saltzes deß weiten Pans zu einem mahl in dem Jahr furn. Auch sollen sie herauff wider Wasser fürn vngemaut was jhnen würd Weins in jhren Weingärten / vnd was in Getraides würd auff jhren Aeckern / vnd soll das jhr Pott bewären daß das vorgenant Gut in worten sey auff jhren Aeckern vnd in jhren Weingärten. Was sie vas bedörffen Alt oder New / die sollen auch vngemaut fürgehen. Sie sollen auch jhren Hof ob sie verbrünnen / oder so fawl wurden / daß sie Zimmers bedürfftig / als vil jhr notturfft darzu ist. Darumben geben wir disen Brieff versiglet mit vnsern Insigln zu einem vrkundt mit disen Gezeugen / Der Erbar Abbte Wolffram von Wilhering / vnd Bruder Haug / Bruder Gebhart von Alderspach / Herr Anhart Sohn von Schawberg / Herr Leupold / Heinrich vnnd Bernhard die Brüder / Herr von Furt / Ludwig Schwer / Hartneit von Liechtenwinckel / Vlrich vnd Lentolod Brüder von Ritterberg / Herr Stall von Inlbach / vnd ander Piderleuth / Der Brieff ist geben zu Schowen / nach Christus Geburt vber Tausent Jahr / zweyhundert Jahr / vnd in dem vier vnd achtzigsten Jahr / an S. Matthias tag.

Priuilegium Episcopi Ratisbonen. super donatione Iuris patronatus Ecclesiæ in Geirstal.

NOs *Cunradus* Dei gratia Ecclesiæ *Ratisponensis* Episcopus constare volumus vniuersis, quod cum Illustres Principes Domini *Otto* & *Stephanus* Palatini Comites *Rheni*, Duces *Bauariæ* Ius patronatus parochialis Ecclesiæ in *Geirstal* nostræ Diocesis, quod eisdē Ducibus à progenitorum successoribus vsq; ad hoc tempus competebat in Venerabilem Abbatem & Conuentum seu Monasteriū in *Alderspach* Cistertiensis Ordinis, Patauiensis Diocesis plenè ac integraliter trāsfuderūt, & transtulerūt, ipsisq; idē jus patronatus purè propter Deū donauerint,

ac pro

ac pro se suisq; successoribus & hæredibus liberaliter assignauerint, perpetuo possidendum. Sic vt quamprimum eandem Ecclesiam quantum ad eum qui nunc eiusdem Rector esse dinoscitur cedendo vel decedendo, seu per quemcunque alium modum deinceps vacare contigerit, ex tunc Abbas dicti Monasterij, qui pro tempore fuerit, suo ac Conuentus sui nomine nobis seu successoribus nostris Rectorem seu plebanũ tanquam verus patronus ad ipsam Ecclesiam in *Gairstal* de cætero debeat & habeat præsentare. Nos ipsorum Dominorum Ducum deuotis precibus, præmissorumq; Abbatis & Conuentus supplicationibus fauorabiliter annuere cupientes, translationi, donationi seu assignationi huiusmodi nostrum adhibemus consensum, ipsamq; ratam & gratam habentes auctoritate ordinaria duximus approbandam. In cuius rei testimonium præsentes damus literas nostri sigilli munimine roboratas. Datum *Ratisbonæ*, Anno Domini MCC. Nonagesimo nono. VI. Kal. Septembr.

Imp. Ludovici, Bauariæ Ducis donatio Ecclesiæ Münster.

Ludouicus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Vniuersis Christi fidelibus præsentium inspectoribus, salutem in perpetuum. Cum incrementum & diuini cultus ampliationem pio fauore prosequi & singulari studio nostris temporibus generaliter & omnibus ordinibus intendamus, Hoc ipsum tamen singulariter & præcipuè circa sacram religionem videlicet ordinem *Cistertiensem* eò magis & amplius affectamus, quo instantius & feruentius dictum ordinem in nostri Saluatoris obsequiis præ cæteris ordinibus vigere conspicimus, & florere. Ea propter tenore præsentium profitemur & constare volumus tàm præsentibus quàm futuris, quod ad honorem ipsius Dei ac redemptoris nostri Abbati & Conuentui monasterij in *Alderspach* Patauien. Diœcesis, quo sacris studiis & contemplationibus inuigilare, & Deo quietius ob nostram, & nostrorum progenitorum salutem valeant famulari & hospitalitatis opera cõmodius exercere, Ius patronatus in Ecclesia *Münster*, in Dominio nostro *Griesbach* sita, Diœcesis prædictæ, quod ad nos pertinere dinoscitur, liberaliter concessimus & concedimus, donauimus & donamus. Ita videlicet quod quam primum discretum virum *Erasmum Pincernam* de *Anznkirchen* rectorem eiusdẽ Ecclesiæ & pastorem cedere vel decedere contigerit, vel alias vacare dicta Ecclesia ceperit, donatione nostra quam ex nunc constare voluimus tunc in effectum plenam sortiatur & recipiat firmitatem. Sic quod Ius patronatus dictæ Ecclesiæ *Münster* cum pleno suo onere & honore in antea perpetuis vsibus memorati monasterij annectatur. In cuius rei testimonium præsentes literas nostræ maiestatis sigillo prædicto monasterio dedimus communitas. Datum in *Scherdinga* decima die mensis Februarij, Indictione vndecima. Anno Domini MCCC XLIII. Regni nostri anno vicesimo nono, Imperij verò sexto decimo.

Gotfridus Dei gratia *Patauiensis* Ecclesiæ Episcopus omnibus præsentes literas inspecturis in perpetuum. Cum & plantare sacram religionem & plantatam fouere tradant Canonica instituta, id profecto exequimur, cum personis Deo dicatis sub regulari obseruantia Deo famulantib⁹ charitatis stipendia elargimur, vt ex augmento temporalium, sine quibus spiritualia persistere nequeunt tantò Deo feruentius famulentur, quanto apud se Dei gratiam conspiciunt largiorem. Sanè cum Illustres & Magnifici Principes Dominus *Ludouicus* Marchio

chio *Brandenburgenſis*, & Dominus *Stephanus* Dux *Bauariæ* preces ſuas nobis direxerint, vt Eccleſiã *Münſter*, noſtrę Diœceſis, cuius Ius patronatus quod ad ipſos ratione Dominij Ducatus Bauariæ pertinebat, liberaliter & gratuitè donauerunt Religioſis Abbati & Conuentui Monaſterij in *Alderſpach* Ordinis *Ciſtertien.* noſtræ Diœceſis. Sicut & quondam Sereniſſimus Dominus *Ludouicus* ipſorum genitor, prout in literis inde cõfectis cernitur, libere ordinauit, cum ratificatione donationis prædictæ eidem Abbati & Conuentui ſuoq; Monaſterio incorporare, vnire, ipſorumq; præbendæ perpetuò annectere dignaremur. Nos eorum votiuis precibus inclinati dictam donationem Iuris patronatus ratificamus, & gratam habemus, & de Venerabilis Capituli noſtri conſilio & aſſenſu ipſam Eccleſiam *Münſtern* prædictam, cum omnibus prouentibus redditibus, ac juribus ſuis eidem Monaſterio incorporamus, vnimus & annectimus. Ita quod quandocunq; & quotieſcunq; vacare contigerit, dicti Abbas & Conuentus nobis vel ſuceſſorib⁹ noſtris vnum presbyterum ſeculare præſentare debebunt, qui de manibus noſtris inſtitutionẽ Canonicã, & curam ſuſcipiat animarum, quiq; de obuentionibus & redditibus dictæ *Eccleſiæ*, præfatis Abbati & Conuentui ſingulis annis ſine omni cõtradictione & protractione in omnem euentum, non attentis ſeu allegatis quibuſcunq; dampnis & defectibus, ſub pæna infrà ſcripta ſoluet & ſoluere debebit viginti quatuor talenta denariorum in feſto B. Michaëlis Archangeli immediate ſequenti, de reſiduis vero fructibus & redditibus eiuſdẽ Eccleſiæ, in quibuſcunq; conſiſtant, quos ſe adhuc tam copioſe cognouimus extendere fide dignorum relatione, quos ad hoc deputauimus, quod idem perpetuus Vicarius ſiue Rector decenter & benè tranſire poterit, ipſe Sacerdotes & miniſtros pro Eccleſia & diuino cultu ac decentem familiam cum hoſpitalitate & honore debitis tenere, omniaque onera conſueta cum quibuſcunque juribus, exactionibus, ſeu requiſitionibus Papalibus, ſeu Legatorum, delegatorum, nunciorum ſedis Apoſtolicæ, procuratoribus, collectis & ſubſidiis Archiepiſcopalibus, Epiſcopalibus, jure Archidiaconi & Decani ſuſtinere debebit, ſine quouis detrimento vel diminutione penſionis, dictis' Abbati & Conuentui prædictis terminis tribuendæ. Adjicientes quod ſi idem Vicarius ſiue rector dictam penſionem viginti quatuor talentorum in prænominatis terminis non perſoluerit, & per ſex dies ſtatim ſequentes, quos ſibi vna cum interpellatione terminorum præfatorum pro ammonitione Canonica præfigimus, contra voluntatem Abbatis & Conuentus' protraheret, ex tunc ipſe Vicarius' ab ingreſſu Eccleſiæ ſit ſuſpenſus', præcipientes ex nunc Præpoſito Eccleſiæ Patauienſis, vt etiam per grauiores pœnas & ſententias, ſi neceſſe fuerit, poſſit & debeat authoritate noſtra & ſucceſſorum noſtrorum procedere contra ipſum. In cuius confirmationis, donationis, & incorporationis ac ſingulorum teſtimonium, & euidentiam pleniorem præſentes literas conſcribi, & ſigilli noſtri ac Venerabilis Capituli noſtri de certa ſcientia authoritate ordinaria duximus communiri. Datis & actis *Patauiæ* pridie Non. Maij, Anno Domini M. CCC. LI.

Confirmatio Alexandri Papæ IV. ſuper Nidernobernhauſen.

Alexander Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati & Conuentui Monaſterij in *Alderſpach Ciſtertien.* Ordinis Patauienſis Diœceſis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſollici-

tudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Sanè exhibita nobis vestra petitio continebat, quod R. quondam Episcopus Patauiensis Diœcesanus vester Ecclesiam de *Nidernobernhausen* eiusdem Diœcesis cum pertinentiis suis, in qua jus patronatus habebat, sui super hoc capituli accedente consensu, prout spectabat ad eum vobis in proprios vsus pia ac prouida liberalitate concessit, prout in literis inde confectis ipsius Episcopi sigillo munitis dicitur plenius contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem Episcopo prouidè factum est ratum habentes & gratum, id auctoritate apostolica confirmamus: & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Laterani*, II. Idus Februarij, Pontificatus nostri anno III.

ABBATES ALDERSPACENSES.

I. SIFFRIDVS *ex monasterio Eboracensi in Francia Orientali, monachus ibidem professus, cum quibusdam fratribus & conuersis Alderspachium destinatus, vir magnæ religionis, & qui Monasterij moderamen vigilanti cura per annos triginta sex strenuè continuauit, hic anno 1147 primum ab Eugenio PP. III. Apostolicum Priuilegium impetrauit: tandem plenus dierum in festo conceptionis gloriosæ virginis, vitam cum morte commutauit, An. 1182.*

II. EBERHARDVS *post obitum Siffridi electus, coram Imp. Friderico I. in Comitijs Norimbergæ anno 1183 habitis contra Comitem Adalramum de Chamb, qui sibi jus aduocatiæ super Ecclesia Alderspacen. arrogabat, sententiam obtinuit, & Priuilegium Cæsareum (An. 1184.) vt Babenbergen. Episcopi consilio libera sit Abbati potestas, juxta ordinis Cistertiensis institutum, tutorem eligendi, quem idoneum judicauerit, eundemque, si grauis & molestus Cœnobio fuerit, abijciendi, aliumque assumendi. Vixit annis XVI. Ob. in vigilia S. Bartholomæi Apostoli, anno 1199.*

III. LVDOVICVS, *Vir non vulgaris doctrinæ & experientiæ, jura & possessiones Monasterij non modò non distraxit, verum etiam auxit, priuilegia & plures libertates conquirendo. Adhuius Ludouici instantiam Otto IV. Cæsar Priuilegiũ Imp. Friderici I. confirmauit: & Comitem Adalramũ de Chamb ab aduocatia monasterij malè vsurpata penitus secluſit, tenuit pastorale officium per annos XVII Ob. Id April. An. 1216.*

IV. NICOLAVS *nihil à religione & laudabili regimine suorum anteceſſorium declinauit. Dux Bauariæ Ludouicus omnem decimam quorumcunque prouentuum ad castrum Vremering pertinentium (quod non longè à Landavv tùm nondum oppido distabat) ex Ducali munificentia donauit an. 1224 & Dux Otto filius eius omnem fructuum decimam in granarijs Landavv & Teckendorff accumulauit, anno 1231. Sub isto Principe Ottone Ecclesia Allerspacen. in Ducum Baioariæ potestatem redacta est, vt illi non sit libera tutorem eligendi facultas, præter terræ principem. rexit Nicolaus annos XVII. Ob. in festo D. Lamberti martyris, An. 1232.*

V. ANSHELMVS *succeſſit de cuius gestis parum inuestigari potest: monasterium in debita collapsum. Ob. circ. annum 1239.*

VI. THEODORICVS *primò eligitur an. 1239. sub cuius regiminis initio Dns Eberhardus Salisburg. Archiepiscopus monasterio dimidiam nudi salis librã in oppido Hallin annuatim circa festum Pentecostes subministrandam accedente consensu omnium Canonicorum, liberè donauit, an. 1246. cessit Theodoricus regimine an. 1253.*

VII. ALBER-

VII. ALBERTVS *Prior in Kaitenhaslach Theodorico subrogatur, quo clauum tenente Henricus Bauariæ Dux Monasterium Allerspach apud oppidum Vilshouen ab omni exactione & teloneo de quibuslibet rebus eiusdem ibidem transuehendis absoluit, an. 1256. Albertus vixit parùm supra quinq; annos. Ob. an 1258.*

VIII. THEODORICVS *defuncto Alberto denuò assumitur, rexitq; monasterium per decem & nouem annos. His temporibus fundatur monasterium Fürstenueld à Duce Bauariæ Ludouico; cuius primus Abbas fuit Anshelmus Cellarius Alderspacen. Sed resignans officium in monasterium suum redijt. Theodoricus autem à Duce Baioariæ Henrico priuilegium conquisiuit, vt in causis monasterij ac prædiorum eius nullibi præterquàm in Landauu apud Præsidem comparere teneantur. Ob. Theodoricus an. 1277. in crastino S Briccij.*

IX. ALBERTVS *sub Theodorico maior Cellarius monasterio præficitur: qui ob causam nescitur quam, exacto vix triennio sponte cessit, & in Cella Principum diem clausit extremum.*

X. HENRICVS *Bamberg. anno 1280. Dominica Inuocauit ex Conuentu Eboracensi Abbas constituitur, vir doctus, maturus, prudens, atq; ad singula negocia accommodatus. Ob. an. 1295.*

XI. HVGO *Straubinga, de honesta familia oriundus per decennium Cellæ Principum Abbas, anno 1295 in die quatuor Coronatorum concordi electione ad Alderspacensem prælaturam transfertur: vir fuit maturus prudens & mansuetus, & magna rerum omnium experientia præditus; ita vt ad ardua Principum negocia adhiberetur Monasterio suo per tredecim fermè annos benè & vtiliter præfuit, ac de Generali Capitulo ex Cistertio rediens, apud Monasterium Fontis salutis in infirmitatem incidit, & ibidem mortem obijt anno 1308 XVII Kal. Nouembr.*

XII. CVNRADVS *ex Budweis in Bohemia oriundus, eodem anno 1308 eligitur: vir doctus, sagax, & prouter temporaliũ rerum experientiam superioribus Abbatibus præferendus. Cum monasterium XX annos & quod excedit gubernasset post vindemias ex Austriâ rediens infirmatus Ob feria V. ante Paschа. An 1330.*

XIII. HEINRICVS *Abbas Cellæ Principum per tres annos, eligitur in Prælatum Allerspacen per Conuentuales, præsente Dno Alberto Abbate Eboracen Ob. anno regiminis sui septimo in crastino S. Bartholomæi Apostoli. Anno 1336.*

XIV. CHRISTIANVS *concorditer electus per Dn Albertum Abbatem Eboracen. instituitur & confirmatur: vir maturus, & multarum rerum expertus: debita monasterij pro maiori parte redemit. Abbatiæ Sacellum instituit atq; sub Apostolorum Philippi & Iacobi memoria consecrari fecit. Præfuit duobus fermè an. Ob. VI Kal. Aug. An 1338.*

XV. VLRICVS *Stetinger ex Conuentu eligitur: post biennale regimen cessit, & multos annos superuixit.*

XVI. HEROLDVS *eligitur in festo B Laurentij, anno 1341. vir satis quidem maturus, senio tamen confectus: qui dum Patauiæ inter medicos commoratur, Ob. in festo S. Luciæ, anno 1343. regiminis tertio, sepultus in Monasterio Allerspach.*

XVII. CHVNRADVS *Prælaturam accepit in die S. Damasi Papæ, An. 1343. sub cuius regimine Monasterium in possessionibus nonnihil auctum fuit. præsedit per decem & septem annos. Ob in Octaua S. Agnetis, An. 1361.*

XVIII. LIEBHARDVS *Anno 1361. D Gregorij festo præsidente Abbate Ottone de Eboraco, & assistentibus Cellæ Principum & Cellæ Dei Abbatibus, cum in electione non concordarent fratres (quia nimirum ex vndecim fratrum Electorum votis sex pro se haberet,) per viam Compromissi datus & electus est Monasterij Abbas Liebhardus dictus Milt bursarius: cuius electioni Henricus Liebiunck Cellarius maior reclamauit; cui tunc Visitator Dns Ebôracen. Abbas silentium imposuit. Sed Henricus Auenionem*

profectus vt prætensum jus suum prosequeretur, defuncto Pontifice vacuus rediit: dũq; incautius circa Monasterij limites diuagaretur per Albertum de Nusperg Straubingæ arreptus, per decem septimanas in castro Hilckersperg compedibus vinctus detentus, tandem interuentu Liebhardi Abbatis, facto prius juramento quod jus electionis prosequi cessaret, datis insuper obsidibus pro C libris Ratisponen. denariorum, liber dimissus fuit. Sed promissi immemor, denuò ad Curiam proficiscitur, & ab Vrbano Pont. Max. Mandatum Apostolicum impetrat datis pro causæ discussione judicibus Friderico S. Nicolai Præposito, & Gundaccaro Patauien. Ecclesiæ Decano. Durauit ista contentio per annos quinq; integros, cum graui Monasterij jactura: & in Patauiensi quidem Curia an. 1365. Henricus contra Liebhardum præualuit sed appellatione ad Pontificem facta, Liebhardus cõfirmatus, Henricus verò tanquã Monachus procax, ebriosus, & rerũ Monasterij dilapidator, dignis vindictis adiudicat fuit. Cessit regimini Liebhardus an. 1367.

XIX HENRICVS *anno 1367. Kal. Iulij concordi electione fit Abbas: & cum annis quinque vtiliter præfuisset, vltrò resignauit,*

XX. NICOLAVS *An. 1372. Abbas instituitur. rexit annis XXII circiter, cessit an. 1395. Ob. vt monumentum eius insinuat an. 1407.*

XXI. ANDREAS *Cellæ Dei Abbas, Monasterio Alderspacen. præficitur circa annum 1395 quamuis non satis idoneus, tribus circiter annis præfuit. Et Dux quidem Albertus, monasterij ruinam atq; miseriam perpendens pro eius reparatione sub annum Domini 1394 secularem dispensatorem siue Præfectum Eglofum Schermer de Märckelkouen, virum probum, & qui pro suis laboribus nihil à Monasterio exegit, instituit, qui temporalium curam per quatuor annos administrauit. Andreas Abbas grandæuus. Ob. VII. Kal. Octobr. an. 1398.*

XXII. HEINRICVS *de Ekkarting oriundus, post obitum Andreæ electus, decem annis præfuit; resq; Monasterij sub ipso fuerunt mediocres. Priuilegia quædam à Duce Henrico impetrauit: possessiones impignoratas ab Abbate de Cella Principum, & ab aliis redemit. Ob. IV. Non Decembr. An. 1408.*

XXIII. HENRICVS *in Osterhouen natus in die S. Syluestri ex Conuentu Allerspacen. elegitur: sub quo magna monasterio incommoda irrogata fuêre. Anno 1410. Romam Priuilegia quædam impetraturus proficiscitur, & Bononiam vsque veniens, ibi sub habitu, vt fama est, seculari per bienniũ ferè fecit: ac tandem reuocatus à fratribus, consumptis pecuniis vacuus ad monasterium rediit nihil autem melior factus aut Monasterio vtilior, à fratribus carceri mancipatur, & per Eboracen. Abbatem depositus, è monasterio eliminatur: profectus inde in Vngariam, vltrà non comparuit.*

XXIV. IACOBVS *Abbas eligitur in festo S. Vdalrici, An. 1422. qui tunc possessionum Monasterij curam gerebat. Is in principio sui regiminis à Duce Boiariæ Ioanne Coadintores in temporali administratione accepit, Nobiles ac Strenuos viros Georgium Aichberger è Seldenaw, & Wilhelmum Fraunberger de Weinting, ad triennium: & sua libertati restitutus aliqua quidem pignora reluit: multas autem Monasterij possessiones impignorauit. Tenuit pastoralem curam annis nouem. Ob. Prid. Kal. Martij, Anno 1431.*

XXV. GODHARDVS *ex gremio congregationis Monasterij Alderspacen. accersito Visitatore Herimanno Abbate Eboracen. eligitur, & confirmatur, vir probus & satis doctus: sed lepra mox à limine sui regiminis percussus. Animaduertens igitur morbum & defectus suos, nullique cupiens esse oneroſus, cum præfuisset an. III. sponte cessit & resignauit in manus Dni. Iohannis de S. Cruce, Generalis Commissarij Ordinis, competente accepta sustentatione.*

XXVI. IOHANNES *in Monasterio Cellæ Principum professus, Godehardo substituitur, anno 1434. Prid. Non. Maij præfuit an. VIII & cum in regimine suo*

non

non solùm non profecisset, sed maiorem etiam in modum defecisset, dignitate cessit, reuersus in eum vnde venerat locum.

XXVII. IOHANNES *cognomento Plüetl ex Holtzkürchen, eligitur circa annum Domini 1442. vir sagax, quamuis minus facundus, sub cuius regimine Monasterium, quod jam ab annis octoginta se inclinare cæperat caput aliquantulum erigere cæpit. In Concilio Basileen. impetrauit Anno 1444. vt Abbas mitra, annulo, cæterisque Pontificalibus insignijs vti possit, sacramque supellectilem pro monasterij vsu benedicere; atq; in Ecclesiis ac Monasteriis subiectis, post Missarum solemnia, solemnem etiam benedictionem elargiri. Præfuit annos VI. & quod excurrit, Ob X. die Mensis Martij, An. 1448. de Ecclesia sua benè meritus.*

XXVIII. IOHANNES PLVER *Franco præficitur Monasterio die X. mensis Aprilis, An. 1448 vir impiger; qui rebus Monasterij interdiu noctu inuigilauit: prædia distracta redemit: creditoribus multis satisfecit: & possessiones abalienatas fermè ad plenum restituit: multa ædificia reparauit: aliqua de nouo construxit: & cum esset zelo religionis feruentissimus, religionem in suis Monasteriis subiectis intrepidè reformauit. Præfuit Monasterio Annos XV. menses VI. ac morti vicinus fratres ad se vocatos paternè atq; sollicitè ad concordem successoris electionem commonefecit. Ob in nocte exaltationis S Crucis, An. 1463.*

XXIX. VITVS *ex congregatione Alderspacen. electus in S Dionysij festo eodem anno sufficitur. Vir probus & ad negocia gerenda promtus senio tamen confectus. Præfuit an. II cum dimidio; & apoplexia tactus resignauit: obiitq; adhuc in dignitate constitutus, in festo S. Floriani martyris, an. 1466.*

XXX. GEORGIVS *Conuentualis Alderspacen ex oppido Osterhouen oriundus, eligitur V II Id. Maij, an. 1466. honestus & deuotus in conuersatione; diligens in temporalium administratione: qui jugiter boni pastoris officium amplectens, fratres non verbo solum, sed viuo etiam exemplo semper ad meliora prouocauit. Præfuit Monasterio annis XX. minus tribus mensibus, Ob. Patauij sub Cura medicorum. an. 1486. VI. Calend. Febr.*

XXXI. SIMON *ad mandatum Ducis Baioariæ Georgij diutinam Monasterij vacationem ingratam habentis, per Abbates in Cella Principum & Raitenhaslach, in vigilia annunciationis B. Virginis eligitur. Missi quoque ab eodem Principe adfuerunt Dn. Ioannes de Scala, & Doctor Petrus Paumgartner. Electus cum difficultate quadam confirmationem à Visitatore obtinuit, qui electionem se absente factam grauiter tulit. non inutilis fuisset monasterio, si à vino sibi temperasset. Oppidum Rubmansfelden Dno à Degenberg oppignoratum reluit: & aliis modis multis Monasterio profuit. Circa finem suæ vitæ ob aduersam valetudinem aliquandiu mente captus fuit; antequam tamen in illam infirmitatem incideret, Ecclesiasticis ritè præmunitus Sacramentis, cum præfuisset annis quindecim cum dimidio, sexagenarius in die SS. Proti & Hyacincti ex hoc seculo migrauit, an. 1501.*

XXXII. IOHANNES *Rimer, ex Vilshouen oriundus, in die S Francisci dicti anni, præsidente Visitatore Abbate Ethracen. eligitur. magnum æs alienum contraxit; multa prædia & possessiones ac census Ecclesiæ alienauit. Oppidum Rutmansfelden cum Michaële Abbate Cellæ Principum pro nonnullis possessionibus, in limitibus Naternperg situatis permutauit anno 1503 Ob. Patauij an. 1514. quinta die Maij funus ad Monasterium reductum, ibi sepelitur.*

XXXIII. WOLFGANGVS *Marius annos tũc quadraginta natus Anno 1514. eligitur 2. die Iunij, præsentibus Visitatore Abbate ex Ebora. & assistentibus Georgio ex Raitenhaslach, à Principe deputato, & Georgio Cellæ Principum Abbatibus: præsente etiam Henrico à Seibolsdorff apud Vilshouen Ducali Præfecto. Vix triennio peracto creditoribus singulis satisfecit, & non vilem impignoratorum partem*

prompto ære absoluit: sed & nonnullos census qui scribarum Laicorum in curia neglecti per multos annos erant, & ex libris censualibus prorsus eliminati, diligenti registrorum collatione in Monasterij vsus reduxit: sarta quoque antiqua tecta restituit & aliqua de nouo necessaria erexit: anno 1529. nouum dormitorium perfecit. Hic ipse Abbas diemq. extremum clausit 11. Octobr. an. 1544.

XXXIV. IOANNES *Zanckler præfuit an. circiter 8. è viuis sublatus 7. Iunij, an. 1552.*

XXXV. BARTHOLOMÆVS *Madavver, elig 11. Iulij, an. 1552. cum præfuisset an. 27. moritur die 25. Aug. An. 1579.*

XXXVI. ANDREAS *Haydecker ex Monasterio Keysersheim postulatus an. 1579. an. septem & quod excurrit prælaturam gessit, resignauit die 25 Octobr. an. 1586.*

XXXVII. IOANNES DIETMAIRVS *ex Monasterio Fürstenfeld ad Prælaturam Alderspacensem à prædecessore resignatam electus die 25. Octob. an. 1586. SS. Theolog. D. magnorum Theologorum judicio & in heis admod. Reuerendi & Manifici Dn. Alberti Hungeri Procancellarij Academiæ Ingolstadien. nec non Reuerendi admod. P. Gregorij de Valentia Soc. IESV de religione Catholica optimè promeriti, fel. recordat. Vir nulli sui æui & ordinis quà quà doctrina secundus, Abbatiam præter, Visitatoris quoq. sui ordinis muneri sibi demandato vtiliter, magnaq. cum laude gessit an prope quinque, vltrà viginti piè defunctus die 22. Ianuarij An. 1612 durantibus, quibus patriæ bono intererat Monachij Prouincialibus Comitiis.*

XXXVIII. MICHAEL *Abbas modernus. Cui ob spectatam hactenus in Deum pietatē, ac de suo ordine subditū, adeoq. omnibus benè promerendi indefessum studiū, boni omnes fauens* NVMEN *exorant.*

ALTENHOCHENAV.

HOC Cœnobium sacrarum Virginum ordinis D. Dominici, fundauit Conradus Com. Wasserburgen. vnà cum Kunegunda coniuge, qui Hofmarchiam Altenhohenau à Monasterio Rott, permutando cum Moshaim, acceperant, &c. tradentes eandem Hofmarchiam, cum omnibus suis pertinentiis Monasterio dicto, Anno 1235. Confirmauit hanc fundationem Gregorius Pontifex Max. & Fridericus Romanorum Imperator.

HÆC priuilegia denuò confirmauit Stephanus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Anno 1400. postridie S. Vlrici.

ADDITIONES.

A. IN nomine Sacrosanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Chunradus* Dei gratia Comes in *Wasserburg*, omnibus in perpetuum, Amen. Cum vtiq; quilibet mortalium ad promerendam vitam æternam bonis studere debeat operibus, & de peccatis suis abolendis gratum Deo, ac animæ suæ salubre facere remedium; nos ea propter diuino amore accensi, nouellam plantationem sororum ordinis *S. Sixti*, consilio Prædicatorum, & aliorum prudentium virorum, in veteri *Hochenavv* inchoauimus. Et quia eandem Curiam, & Curiam quæ *Moshaim* vocatur, cū suis appendiciis Ecclesiæ *Rotensi* in testamento dederamus, alteram post mortem, videlicet *Moshaim*: alteram post mortem nostram & vxoris nostræ, scilicet *Hochenavv*; jam dictas Curias à prædicta Ecclesia, mediante eiusdem Ecclesiæ Domino *Henrico* Abbate, datis aliis possessionibus nostris per cōmutationem, absoluimus. In remissionem igitur omnium peccatorum nostrorum, & vxoris nostræ *Chunegundis*, de plena voluntate ipsius, prædictas Curias, cum agris, pratis, pascuis, syluis, & omnibus aliis appendiciis suis, cultis & incultis, liberè, & sine omni jure aduocatiæ, & qualibet vexatione contradimus volētes, ne prædicta donatio propter superuenientem filiorum natiuitatē, vel propter enormitatem donationis possit infirmari. Et ne aliquid possit in posterū prędictæ donationi opponi, vel dubitari de illa; ipsam auctoritate præsentium, & muni-

munimine sigillorum, nostri, nec non ipsius Abbatis, & Conuentus fecimus roborari. Testes autem sunt hi; Henricus Abbas de Roth. Hartvvicus Monachus. Poppo plebanus de Mundrichingē. Henricus Plebanus de Emmeringen. Rapoto frater eius. Dietmarus Diaconus, Carolus de Selhuben. Menigoltus Pincerna de Roth, Henricus Buggilingarius, & H. filius suus. Pertoldus Buorarius, & alij quamplures. Acta sunt hæc anno incarnationis Domini MCCXXXV. 3. Non. Febr. Datum apud Wasserburg.

B. *Gregorius* Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis in Christo filiabus Priorissæ Monasterij S. *Petri* in *Altenhochenavv*, eiusq; sororibus, tàm præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam eligẽtibus Apostolicũ conuenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eas à proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis eneruet. Ea propter dilectæ in Domino filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Monastetium S. *Petri* in *Altenhochenavv*, Salisburgen. Diœcesis, in quo diuino estis mancipio mancipatę, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus; & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidẽ statuentes, vt ordo Canonicus, qui secundum Deum & B. Augustini regulam, atq; institutionem Fratrum Prædicatorum in eodem Monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunq; bona idem Monasterium in præsentiarum justè & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, & eis quæ vobis successerint, & illibata permaneant. Adhęc nouas & indebitas exactiones ab Archiepiscopis & Episcopis, Archidiaconis seu Decanis, aliisq; omnibus Ecclesiasticis, Secularibusue personis à vobis omninò fieri prohibemus. Decimas præterea & possessiones ad jus Ecclesiarum vestrarũ spectantes, quæ à Laicis detinentur, redimendi & legitimè liberandi de manib⁹ eorum, & ad Ecclesias ad quas pertinent reuocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Præterea omnes libertates & immunitates, à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis fidelib⁹ rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti Priuilegio communimus. Decernimus ergò, vt nulli omninò hominum liceat præfatum monasterium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integrè conseruentur earum, pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate, & Diœcesanorum Episcoporum Canonica justitia, & in prædictis decimis moderatione Cõcilij generalis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contrà eam temerè venire tentauerit, secundò tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui careat dignitate, reamque se diuino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat: & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei ac Dñi Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ subiaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantib⁹, sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Datum *Lugduni* per manum Magistri Lanfranci Archidiaconi Pergamen. S. R. Ecclesiæ Vicecancellarii. X. Cal. April. Indict III. Incarnationis Dominicæ anno 1274. Pontificatus verò Dñ. Gregorij Papæ X. anno tertio.

FRIDERICVS Dei gratia Rom. Imperator semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex. Vniuersis per Romanum Imperium constitutis gratiam suam & omne bonum. Præsenti scripto notum fieri volumus vniuersis Imperij fidelib⁹ tam præsentib. quàm futuris, quod nobis feliciter transeuntibus per Bauariam, Priorissa & Conuentus in veteri *Hohenovve*, Salceburgensis Diœcesis nostræ celsitudini supplicarunt, quatenus Monasterium, ipsas, & bona earum, quæ in præsenti possident, & in antea justo titulo poterunt adipisci, sub nostra & Imperij protectione recipere dignaremur. Nos igitur piis earum precibus fauorabiliter annuentes, illius intuitu, cui sacra Cœnobia sunt dicata, apud quem fæminei sexus deuotio locum non infimum promeretur, prædictum Monasterium, Priorissam pariter & Conuentum, familiam, & omnia bona earum sub nostra & imperij protectione recipimus speciali: Vniuersis huius scripti auctoritate mandantes, quatenus nullus sit, qui prædictum Monasterium, Priorissam & Conuentum, eiusdem familiam & bona earum audeat contra præsentem confirmationis nostræ paginam inquietare, vel temerè perturbare. Quod qui præsumpserit, indignationē nostri culminis se nouerit incursurum. Ad huius itaq; protectionis nostræ memoriam & robur perpetuò valiturum, præsens scriptum sibi fieri fecimus, & sigillo Maiestatis nostræ jussimus communiri. Datum apud *Ratisponam*, Anno Dominicæ incarnationis M. C C X X X V. Mense Iunij. V III. Indictione.

CATALOGVS PRIORISSARVM MONASterij Altenhohenavv.

BENEDICTA.
MÆCHTHILDIS *vix. an. 1334.*
CATHARINA.
GERTRVDIS *Geroltbin, an. 1372.*
ADELHAIDIS, *an. 1381.*
EHRENTHRVDIS, *an. 1395.*
ANNA *Krayburgerin.*
CATHARINA *Troscherin, an. 1400.*
ELISABETHA *Volckvveinin an. 1421.*
WANDELBVRG *Savverin.*
WANDELBVRG *Ederin, an. 1456.*
APPOLONIA *im Hof.*
MARGARETHA *Kienzelmannin an. 1483.*
BARBARA *Schuolerin.*
ANNA *Zinnerin.*
CLARA *Rueshamerin an. 1518.*
CATERINA *Fravvnhoferin, an. 1521.*
HILDEGARDIS von Vtnriedt/ *an. 1524.*
MARGARETHA *Füxin, an. 1540.*
ANNA HVNDIN, *an. 1553.*
APHRA *Stadlerin, an. 1560.*
ELISABETHA *Stettnerin, an.*
ANNA *Degenhartin, an. 1916.*

ALTO-

ALTONIS MONASTERIVM, VVLGO Altenmünster/ ORDINIS S. BRIGITHÆ.

PRIMA fundatio & dotatio loci & Monasterij Altomünster, vt habent monumenta vetera illius Monasterij, facta est per Christianissimum Regem Franciæ Pipinum, qui circa Annum Domini 750. magnam partem syluæ dono dedit S. Althoni Scoto, qui tunc temporis in isto loco circa fontem vt peregrinus & eremita Deo seruiuit; cuius industria & labore magna pars syluæ extirpata, & circa fontem Ecclesia fabricata, & tandem ex Christi fidelium oblatione in Monasterium religiosorum fratrum excreuit, quorum S. Altho primus Pater & Abbas extitit, clarus miraculis in vita & post mortem, cuius Ecclesiam vnà cum fonte S. Bonifacius, Episcopus Moguntinus Martyr consecrauit. Et claruit S. Altho temporibus S. Virgilij, Episcopi Salisburgensis, & S. Corbiniani, Episcopi Frisingensis, vt ex Chronica Ottonis, Episcopi Frisingensis, lib. 5. cap. 24. facilè colligitur. Auentinus in compendio impresso sub arbore Welphonum ponit Etichonem, Comitem Licaciorum, & in Ambergau ibidem Monasterium instituisse, Henricum filium eius, posteà Monachos inde in Altomünster transtulisse. Sed successiuis temporibus malitia temporum & aliquorum Tyrannide ac violentia, Monasterium hoc in singulis suis possessionibus spoliatur, totumque desolatum & collapsum relinquitur, vsque ad tempora Guelphonis, Bauariæ Ducis, sub quo facta est secunda fundatio & dotatio huius Monasterij; qui instituit ibi Abbatiam ordinis S. Benedicti, magnificèque eam dotans: Cuius posteri rursus mutârunt, transferentes Monachos ex Altomünster, in Cœnobium suum Altorfense, quod **Weingarten** dicitur, ac Moniales ordinis S. Benedicti, quæ ibidem commorabantur, traduxerunt in locum istum S. Althonis, quòd licilicet hic Monialibus, alter verò Monachis aptior esset. Quæ translatio facta est circa Ann: Domini 1047. aliàs 1057. & prima Abbatissa, Hiltrudis nomine, inuestituram accepit. Accessit insuper liberalis dotatio, nobilis Dominæ Ithæ, Comitissæ Tyrolis, vxoris Guelphonis, ibidem sepultæ, quæ se alteram fundatricem exhibuit in Ecclesia S. Althonis. Et sic claruit Monasterium hoc sub ordine S. Benedicti, vsque ad Annum Domini 1487. Quo D. Georgius, Com. Palat. Rheni, Dux Bauariæ, locum istum tunc iterum malitia temporum, & negligentia aliquorum ferè desolatum, collapsum, vbique ruinosum, bonisque temporalibus multis alienatis, distractis & perditis destitutum, reformare & restaurare curauit: Et Monasterium hoc ordini Saluatoris, aliàs S. Brigithæ, accedente consensu summi Pontificis & ordinarij applicauit, & quasi tertium instauratorem & fundatorem præstitit, cuius negotij religiosus frater Wolfgangus Sandiceller fidelis procurator & solicitator extitit, Anno Domini 1494. *Auent. fol. 292.*

PRIMA Abbatissa in Brigitano Cœnobio Manigen electa est, pro Cœnobio Altomünster, Anna Huterin, quæ obiit, Anno 1527.

ADDITIONES

BEatus igitur ALTO nobilissima *Scotorum* stirpe progenitus, iuxtâ teutonicam nominis sui etymologiam ab ipsâ puerili ætate seniles maturosque annos agebat, postponens scilicet breuissimam affectuum carnalium voluptatem, & attendens jugiter ad perpetuam spiritualis vitæ jucunditatem, non vllam amplæ possessionis gloriam, non parentum vel propinquorum gratia ab intentione retraxerat incepta, sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditatus *Lib. tradit.*

meditatus est die ac nocte. Cumq; maturitate hac in proposito suo magis proficeret, & Euangelicæ perfectionis ardor in animo feruescceret: admonitus à Domino per visionem. Abrahæ Patriarchæ exemplum secutus, vt relinqueret terram suam & cognationē, transiretque in longinquā Germanorum regionem. Hanc ergo dominicā admonitionē implere festinans patrię terrenę relinquens habitationem, vt aliquam percipere mereretur cælestium mansionum, de quibus Dominus noster in Euangelio dixit: in domo patris mei mansiones multæ sunt. Progrediens itaque vt dictum est Vir Dei ex patria venit in *Bauariam* infra Australem plagam Germaniæ positam: vbi in syluam quandam ingressus, cæpit illic fieri colonus, victum sibi inde acquirens, ne quem grauaret circumquaque discurrens, memor Apostoli dicentis: Non manducauimus panem gratis ab aliquo, ne quem vestrûm grauaremus. Et Psalmistæ qui dicit: Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & benè tibi erit. Cum autem
An. 750. ibidem conuersatus multorum aures dulci respergens fama, ad *Pipinum* etiam *Francorum* Regem *Caroli* Magni genitorem, qui eo tempore regnans prouincias quàmplures suo subiugauit regno, deferebatur notitia. Qui quoniam peregrinorum pauperum, Deoque famulantium curam gessit, magnam syluæ illius partem, in qua S. *Alto* habitauit, sibi potestate habita tradidit. Vnde factum est, vt quem Rex tanta donatione venerabatur, à plurimis, tàm longè quàm propè positis honoraretur: certarentque fideles & religiosi quilibet de *Alemanniæ* & *Bauariæ* partibus, in quarum confinio situs est ipse locus, qualiter illum visitarent, eique de substantiis suis ac facultatibus ministrarent. Huiusmodi ergò beneficiis vndique suffultus, maximam syluæ traditæ portionem extirpauit, & in planiciem frugiferaque jugera coæquauit. Deinde cum post aliquot annos ex manuum suarum labore, aliorumque sibi subuenientium supplemento terra exculta messem copiosam edidisset, pariterque ex oblatione fidelium quotidie ad eum confluentium substantia, rerum victualium feliciter excreuisset, cepit vir Dei sollicito corde tractare, qualiter hæc omnia ad honorem illius, à quo sibi nouerat attributa, posset retribuere: Hæc eo tractante construxit habitacula seruitio diuino apta, nec non monasterium religiosorum, & spiritualis vitæ amatores assumpsit; secumque habitare fecit. Quapropter vsque in diem hodiernum locus ipse dicitur *Altonis* monasterium. Quo constructo sanctus Præsul *Bonifacius*, qui eo tempore in Germania verbi diuini propagator eximius habebatur, visionis diuinæ nutu quodam admonebatur, vt S. *Altonis* monasterium celeriter pergeret consecrandum. Cumque ille aduenies more solito vellet ita consecrare, vt mulier nulla deberet illud intrare: postulauit B. *Alto*, ne tali pacto suum Oratorium consecraret, dixit maximè opus viris, sæpius ad opera varia procul egressis, vt vxores eorum domi remanentes orent pro se suisq; viris. Cuius petitioni consentiens mox S. *Bonifacius* Ecclesiam quidem consecrando tam fœminis quàm viris fecit esse cummunem, sed fontem quendam in eodem loco juxta Ecclesiam positum eâ benedixit ratione, vt mulieri nulli liceret ad eum accedere & haurire. Quæ nimirum vtraque, vsque ad nostræ ætatis perseuerabant tempora. Sed quomodo sub temporibus nostris horum quædam immutata fuerint, subsequens ratio declarabit. Oratorio ergo constructo, vt dictum est, atque consecrato, sub incepto sanctæ conuersationis proposito permansit, & obiit ibidem S. *Alto*, multis refulgens virtutibus atq; signis, quæ referuntur literis tradita. Sed postmodum, proh dolor, furtiuè ablata, vnde & nemo debet mirari cum paucula virtutum insignia deprehenderit hic enarrari.

Post obitum verò B. *Altonis* præpotens quidam ex *Alemannia*. parens vide-
Adelf licet eximij illius Comitis, qui vulgo nomen quoddam est sortitus, quod latinè exprimi-

exprimitur *Catulus*, nescio qua traditione, quâue lege vendicantes sibi eius monasterium, omniaq; quæ ad hoc pertinebant pro hæreditario jure possidebant. Qua de re accidit, vt cum tanti loci possessores pompę secularis, & curæ familiaris studiosi fuissent magis, quã diuinæ seruitutis, locum eundẽ paterentur aũullari, nullaq; venditione congrua visitari. Hoc igitur modo, hac negligentia S. *Altonis* monasterũ per multa habebatur curricula annorũ, donec sub Comitis prędicti Catuli tempore cuidã venerabili viro per visionẽ apparuit idem S. *Alto*, dicens ei: Vade & dic illis senioribus, sub quorum corporaliter requiesco potestate, Ego sum *Alto*, quoniã valde molestũ est mihi, quod sub negligentia corporis mei locus jamdiu habetur: quodq; nulla seruitutis diuinæ cura ibi exercetur. Si ergò hæc emẽdauerint, magnũ exinde præmiũ se percepturos nouerint. Si autẽ neglexerint, nouerint proculdubio, quoniã super eos ventura erit magna vltio. Facta igitur visione tali, cõtinuò surgens is cui reuelata est, suæ intimat vxori. At illa vna de stultis mulieribus, parum curans de cœlestibus præceptis, respondit ei dicens: Nõ mihi videtur vtile talia tantæ dignitatis hominibus indicare, quoniam nil aliud quàm odium exinde consecuturus eris. Cuius obtemperans vir consilio, siluit de iniuncto sibi mandato. Post paucos verò dies iterum in visione S. *Alto* eidem viro dixit, quare jussionem meã contempsisti? Vade modo & annuntia quæ tibi præceperam: alioquin aliqua passurus es aspera. Veruntamen, sicut antea, eadem distulit jussa. Tertia autem vice Monachus quidam visus est astare eidem homini dicens illi: Dominus meus misit me ad te, vt interrogarem quare toties eius spreuisses mandata? At ille, quis est, inquit, Dominus tuus? Respondit Monachus dicens; S. *Alto* Dominus meus est, & ipse me misit ad te. Et vt ita agnoscas esse, flagella quæ tibi ipse minando vicibus duabus prædixit ventura, modo senties illa. Moxq; inter hæc increpationis verba ferire incipiens, verberibus nimiis afflixit. Deinde ei dixit: Si igitur ideò hactenus distulisti S. *Altonis* implere mandata, quia non habuisti signa, quibus fides esset adhibenda, fidei jam signa tene, & mandata eius concitus imple. Quibus visis euigilans homo, nihilq; vltrà hæsitans de præcepto, perrexit; & Comiti prædicto hæc omnia sibi indicta denunciauit: qui statim credens & obediens visionis huius mandato, nisibus totis illud adimplere curauit: adeo vt prædiis nonnullis donatione publica traditis, monachisq; etiã congregatis, Abbatẽ venerandũ nomine *Rudolphum*, his omnibus regulariter prælatũ efficeret. Sed postquam idẽ *Rudolphus* S. *Altonis* monasterium annis plurimis strenuè gubernans ex hac assumptus est vita, successerunt ei tantummodo duo Abbates; *Eberhardus* videlicet, probitate rara insignitus, nec nõ *Henr. Abbas* etiã monasterij huius, * cui & adhuc sagaciter præest, præsenti vita potitus. Horum autẽ memoriam idcirco hic inserui, vt omnia, quæ de S. *Altonis* reuelatione, super monasterij sui renouatione facta retuli, tàm præsentium quàm futurorũ notitiæ pateant, magisq; credibilia fiant. Inter hæc etiam pariter cõmemorandum est, quod venerabilis Itha † scilic. mater prænominati * pro institutione tali deuotione tanta apud ipsum intercedendo laborauit, vt pro diuini officij augmento suas delitias, suamq; familiã minui gauderet, & in eodẽ S. *Altonis* monasterio sepulturam suam fieri decerneret. Dixisse quoq; fertur, quia ideò forsitan genus omne parentũ & propinquorum nostrorum instabile, minusque longæuum hactenus fuit, quod S. *Altonis* monasterium sub tanta negligentia relinqueretur. Emendemus ergò in melius, quod ignoranter peccauimus. Eâdẽ vero *Itha* defuncta, ibique quo decreuerat sepulta, defuncto quoq; Viro, filioq; eorũ *Catulo* prædicto, veneranda Matrona *Irmendrut* dicta, parentibus nobilissimis orta, eiusdem scil. *Catuli* per annos iam multos vidua, adhuc disponente Deo in vita præsenti posita, qua etiã optamus vt perfruatur, mundoq; perclitante per eandem Deus succurrẽdo misereatur.

Varia * alius

† Comitissa Tyrolen. * fort. Comitis.

Hæc

Hæc inquam Matrona, cum Viro filijsque suis defunctis ad solius hæreditatem atque potentiam omnis eorum possessio deuenerit, tali deuotione tantáq; humilitate Christo se subiecit, vt non solum ea quæ ab Antecessoribus suis ad S. *Altonis* Monasterium donata sunt, non minueret, sed etiam plurimum augeret.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. In suprema apostolicæ dignitatis specula meritis licet insufficientibus diuina dispositione sublimati, curis assiduis agitamur, vt per nostræ prouisionis ministerium, Monasteria quælibet, quæ siniſtra temporum conditio deformauit, ad reformationis & restaurationis optatæ effectum perducantur, eorumque statum aliquando in melius immutamus, prout Catholicorum Principum exposcit deuotio, ac rerum & temporum qualitate pensata, id conspicimus in Domino expedire. Sanè dudum pro parte dilecti filij Nobilis viri *Georgij Comitis Palatini Rheni*, inferioris & superioris *Bauariæ Ducis* nobis expositio, quod inter quam plurima Monasteria diuersorum ordinum vtriusque sexus personarum in suis territoriis, & dominiis per eius progenitores fundata & dotata, erat inter cætera Monasterium Monialium in *Altomünster* Ordinis B. Benedicti Frisingen. Diœcesis, Episcopo Frisingensi immediatè subiectum, quod temporum malitia, & illi pro tempore præsidentium incuria & negligentia ad tantam ruinam deuenerat, quod eius structuræ & ædificia solo quasi æquata, eiusque bona disperdita, alienata, & distracta erant, ipsumque Monasterium à Monialibus omninò desertum & inhabitatum remanserat, ac inibi nullum diuini cultus exercitium fiebat, quodque ipse *Georgius* Dux propter singularem deuotionis affectum, quem ad Ordinem *Saluatoris*, aliàs *Sanctæ Brigittæ* sub regula S. Augustini gerebat, desiderabat aliqua Monasteria eiusdem ordinis *Saluatoris* in suis Dominiis construi & ædificari facere, ac pro nonnullis vtriusque sexus personis inibi perpetuò altissimo famulaturis, congruis redditibus dotare, & pro parte ipsius *Georgij* Ducis nobis humiliter supplicato, vt inter cætera in dicto Monasterio *Altomünster* Abbatissalem dignitatem & dictum Ordinem S. Benedicti penitus supprimere & extinguere, illiusque fructus, redditus, prouentus, jura & bona omnia, alicui Monasterio dicti Ordinis *Saluatoris* erigendo applicare dignaremur. Nos tunc ex præmissis & nonnullis aliis causis votis eiusdem Ducis annuere volentes, Venerabili fratri nostro *Wilhelmo* Episcopo *Eystetен.* & eius proprio nomine non expresso, Abbati Monasterij in *Scheyrn* Frisingens. Diœces. per nostras literas in forma breuis dedimus in mandatis, vt vocatis Procuratoribus dicti *Georgij* Ducis & Prælatis dicti Ordinis S. Benedicti, ac omnibus sua interesse putantibus de præmissis etiam extrajudicialiter & summariè se informarent, & quæ super his in veritate reperirent, nobis per eorum literas quamprimum significare curarent. Postmodum verò dilecti filij *Georgius* Abbas dicti Monasterij in *Scheyrn*, & *Georgius Trechsel* Canonicus *Ratisponen.* Licentiatus in Decretis, cui prætatus *Wilhelmus* Episcopus super hoc commiserat vices suas, ac tunc Vicarius in spiritualibus generalis dicti Episcopi Frisingens. ad executionem dictarum literarum, vocatis qui fuerant euocandi, & aliàs ritè procedentes oculata fide inuenerunt dictum Monasterium in *Altomünster* totaliter dirutum & destructum, ac ad construendum dictum Monasterium pro vsu & habitatione Monachorum, & Sororum dicti Ordinis *Saluatoris* aptum & congruum fore. Et deinde hæc omnia nobis per suas literas significârunt. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti *Georgij* Ducis petitio continebat, ipse suum pium & laudabile desiderium continuando summopere exoptet in loco dicti Monasterij in *Altomünster*, aut alio loco illi propinquo, ad id conuenienti & honesto, vnum aliud Monasterium pro vsu & habitatione vi-

ginti

ginti quinque Monachorum, & sexaginta Monialium, siue sororum dicti Ordinis *Saluatoris*, quarum vna Abbatissa sit, ex bonis à Deo sic collatis, cum Ecclesia, campanili, campanis, claustris, Refectoriis, Dormitoriis, hortis, hortalitiis, & aliis necessariis officinis construi, & ædificari facere, illudque pro congrua sustentatione Monachorum & Monialium eorundem opportunis redditibus dotare, ac ipsius Monasterij fructus, redditus, prouentus, bona & jura deperdita, & alienata, pro posse recuperare intendat, pro parte ipsius *Georgij* Ducis nobis humiliter fuit supplicatum, vt in dicto loco in *Altomünster* Abbatissalem dignitatem, & dictum Ordinem S. Benedicti penitus extinguere & supprimere, ac sibi vnum aliud Monasterium ibidem aut alio loco illi propinquo, ad hoc congruo & honesto, sub inuocatione B. *Mariæ* Virgin. pro vsu & habitatione viginti quinque Monachorum & sexaginta Monialium dicti Ordinis Saluatoris aliàs S. *Brigittæ*, quarum vna Abbatissa sit vt præfertur, construendi & ædificandi, seu construi & ædificari faciendi licentiam concedere aliasque in præmissis oportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui religionis propagationem, & diuini cultus augmentum sinceris desideriis exoptamus, eiusdem *Georgij* Ducis pium & laudabile propositum huiusmodi plurimùm in Domino commendantes, ipsum *Georgium* Ducem à quibuscunq; excommunicationis, suspensionis & interdicti, ac aliis Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure vel ab homine quauis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harū serie absoluentes. & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati in dicto loco in *Altomünster* Abbatissalem dignitatem & Ordinem S. Benedicti huiusmodi auctoritate Apostolica tenore præsentium penitus extinguimus & supprimimus, ac præfato Duci *Georgio* vnum aliud Monasterium ibidem, aut alio loco propinquo ad hoc commodo & congruo, sub inuocatione prædicta pro vsu & habitatione viginti quinque Monachorum, & sexaginta Monialiū dicti ordinis *Saluatoris*, aliàs S. *Brigittæ*, sub Regula S. Augustini huiusmodi, quarum vna Abbatissa sit, vt præmittitur, altis & fortibus muris ab inuicem separatorum cum Ecclesia, Campanili, Campanis, claustris, Refectoriis, Dormitoriis, hortis, hortaliciis, & omnibus aliis necessariis officinis construendi & ædificandi, seu construi & ædificari faciendi licentiam eâdem auctoritate concedimus. Et nihilominus omnia & singula, fructus, redditus, & prouentus, bona & jura dicti olim Monasterij Monialium eidem nouo Monasterio perpetuò, dicta auctoritate applicamus & appropriamus, nec non eisdem vtriusq; sexus religiosis, & aliis personis in dicto nouo Monasterio pro tempore habitantibus, & illi deseruientibus vt omnibus & singulis, priuilegiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, fauoribus, gratiis, & indultis quibuscunque aliis Monasteriis locis & personis dicti Ordinis *Saluatoris* vbicunque existentibus, per sedem Apostolicā vel alias in genere vel in specie quomodolibet concessis, & in posterum concedendis vti, potiri & gaudere liberè & licitè valeant, nec non tàm eisdem religiosis vtriusque sexus & aliis personis dicti noui Monasterij, quæ pro tempore fuerint, quam omnibus & singulis aliis fidelibus, qui Ecclesiam dicti Monasterij in Sancti *Petri* ad *Vincula* & eiusdem S. *Brigittæ* festiuitatibus ac Dominica *Lætare Ierusalē* in Quadragesima deuotè visitauerint, & ipsis alijs fidelibus, qui pro cōseruatione & manutentione dicti Monasterij manus porrexerint adjutrices, omnes singulas Indulgentias & peccatorum remissiones in *Watzstein*, in *Sovetia* & *Paradisi* extrà muros *Florentin.* nec non *Syon* in *Anglia* ac omnibus & singulis aliis Monasteriis & Locis dicti Ordinis *Saluatoris* vbilibet constitutis, ac toti ipsi Ordini, per sedem eandem vel alias quomodolibet concessas & in posterum

concedendas eisdem auctoritate & tenore concedimus, & vltrà hæc Decem annos & totidem Quadragenas de injunctis eis pœnitentiis ipsis in Domino misericorditer relaxamus, præsentibus, perpetuis futuris temporibus duraturis. Præterea personas ipsas, ac dictum nouum Monasterium, nec non omnia ac singula eorum bona mobilia & immobilia, præsentia & futura, vbicunq; consistentia ab omnibus & singulis Steurarum, aduocatiarum, & aliorum onerum quorumcunque & qualiumcunque per Dominos temporales imponi, peti & exigi solitorum, exactionibus & solutionibus, eisdem auctoritate & tenore penitus eximimus & totaliter liberamus, & libera ac exempta fore decernimus & declaramus, districtius inhibentes quibusuis temporalibus dominiis cuiusque præeminentiæ & excellentiæ fuerint, sub excommunicationis pœna quam singulos contrafacientes ipso facto incurrere decernimus, ne Monasterio & personis prædictis Steuras, aduocatias, aut cuiuscunque alterius generis onera imponere, aut illa ab eis petere vel exigere quoquo modo præsumant. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis ac statutis & consuetudinibus Monasteriorum & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriis contrariis quibuscunque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, suppletionis, extinctionis, concessionis, applicationis, appropriationis, relaxationis, exemptionis, liberationis, constitutionis, declarationis, inhibitionis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noueritincursurum. Datum *Romæ* apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo. Prid. Kal. Martij, Pontificatus noſtri anno quarto.

Iulius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conuentui Monaſterij Monialiũ beatæ *Mariæ Altemünſter* Ordinis S. *Brigittæ* ſancti *Saluatoris* nuncupati, ſub Regula S. Auguſtini Friſingenſ. Diœceſis, & dilecto filio, earum Confeſſioni generali, ſalutem & apoſtolicam benedictionẽ. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilectæ in Domino filiæ & dilecte fili veſtris juſtis poſtulationibus grato cõcurrentes aſſenſu perſonas veſtras & locum in quo diuino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, & in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub noſtra ac Beati Petri protectione ſuſcipimus. Nec non omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per Priuilegia ſiue alias indulgentias vobis & Monaſterio veſtro conceſſas: nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum, ab Imperatoribus, Regibus & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus vobis & eidem Monaſterio veſtro rationabiliter indultas: ſpecialiter autẽ decimas, primitias, oblationes, cenſus, fructus, poſſeſſiones, agros, & alia bona veſtra: nec nõ omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, eidem Monaſterio veſtro canonicè vnita, annexa & incorporata, cum omnibus juribus & pertinentiis eorum, ſicuti ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã noſtræ confirmationis & cõmunionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noueritincurſurum. Datũ *Romæ* apud S. Petrum, Año Incarnationis Dominicæ. Milleſimo quingenteſimo quarto, IV. Non. Martij. Pontiſ noſtri anno ſecundo.

ABBA.

ABBATISSAE MONASTERII ALTOMVNSTER.

I. ANNA *Hutterin ob. an. 1527. die 21. Iunij.*
II. CATHARINA *Ortlerin ob. die 10. Maij. An. 1530.*
III. VRSVLA *Khlôbling ob. die 4. Decemb. an. 1537.*
IV. OTILIA *Offlerin defuncta 28. Febr. an. 1557.*
V. MARGARETHA *Petschnerin ob. die 9. April. an. 1563.*
VI. BARBARA *Steidlin ob. die 28. Avril. an. 1570.*
VII. CATHARINA *Plaicherin è viuis sublata die 21. Ianuar. an. 1582.*
VIII. ANNA *Preissin. ob grandiorem ætatem resignauit an. 1604. defuncta an. 1609. die 28. Septembr.*
IX. ANNA *Dietherin, & ipsa ætatis prouectioris resignauit die 18. Iulij, an. 1618.*
X. ANNA *Mayrin, moderna Abbatissa.*

Alt Capell zu Regenspurg.

ECCLESIA Collegiata. Heinricus sanctus Imperator, sub Gebhardo Episcopo Ratisbonen. Ecclesiam S. Mariæ Virginis, ad veterem Capellam, olim à Theodone, Sicut & alia Otingæ ab Ottone, eius fratre, Principibus Bauariæ, constructam, in Collegium Canonicorum extulit, ampliauit, & plumbo texit, secundùm Iohannem Auentinum in annalibus, fol. 507. circa Annum Domini 1023. Altare priscum, olim à S. Rudperto dedicatum, mansit immobile, quod vsque hodie monstratur in gradibus. Hæc Ecclesia respicit Bambergensem Cathedralem, ex eoque ab antiquo, semper habent Præpositum ex Bambergensibus Canonicis. Sed quod ad jurisdictionem Episcopalem, pertinet ad Ratisbonensem Ecclesiam, &c. Hæc ex Conrado de Maidenburg.

ADDITIONES.

VIde Marc. Velser Boiar. IV. pag. 215. *Liber M. S. Collegiatæ huius Ecclesiæ, cui titulus de limitibus parochiarum Ciuitatis Ratispon. cap. VI. refert* Capellam Beatæ Virginis Ratisponæ, quæ nunc vetus Capella dicitur fuisse inchoatam temporibus Caroli Magni, post expugnatam ab illo ciuitatem Ratisponam. *Et cap. IX. B.* Henricus Imp. fundator Ecclesiæ veteris Capellæ. A

CATALOGVS PRAEPOSITORVM IMPERIALIS COLLEGIATÆ ECCLESIÆ B. MARIÆ VIRGINIS AD VETEREM CAPELLAM RATISBONÆ, QUORUM NOTITIA HABERI POTUIT: PLURIUM ENIM NOMINA HACTENUS NON EXSTANT.

I. Dn. GOTTFRIDVS, *an. 1215.*
II. Dn. LEOPOLDVS *Comes de Pogen, an. 1226.*
III. Dn. OTHNANDVS *à Shôllenberg, an. 1232.*
IV. Dn. HENRICVS *de Walduve, an. 1245.*

Eunucho. V. Dn. FRIDERICVS *de Bolandia, an. 1272.*
VI. Dn. EMICHO *Decanus Bambergenſ. an. 1274.*
VII. Dn. GOTTFRIDVS *de Pikenbach, an. 1285.*
VIII. Dn. CVNTO *de Reicheneckh, an. 1326.*
IX. Dn. EBERHARDVS *de Hohenberg, Canonicus & Scholaſticus Bambergenſis, an. 1333.*
X. Dn. IOANNES *de Pariis, an. 1363.*
XI. Dn. HILTPRANDVS *de Sönsheim, an. 1364.*
XII. Dn. HEINRICVS *de Hohenſtein Canonicus Bambergenſ. an. 1379.*
XIII. Dn. ALBERTVS *de Wertheim Canonicus Bambergenſ. Parochiam in Moſheim incorporauit Scholaſteriæ Veteris Capellæ. an. 1381.*
XIV. Dn. IOANNES *Kleinheer, an. 1405.*
XV. Dn. THOMAS *Comes de Wertheim, Præpoſitus Bambergenſ. an. 1414.*
XVI. Dn. IACOBVS *Seeburg, Canonicus Ratisbonenſ. an. 1417.*
XVII. Dn. CONRADVS *Chonhouer, an. 1424.*
XVIII. Dn. VDALRICVS *Deichsler, an. 1442.*
XIX. Dn. WERNHERVS *de Auffſes Canonicus Bambergenſ. an. 1445.*
XX. Dn. CASPARVS *Schenck an. 1467.*
XXI. Dn. CONRADVS *Schenck Canonicus Aichſtadianus & Auguſtanus an. 1472.*
XXII. Dn. MARCVS *Fugger, an. 1477.*
XXIII. Dn. IOANNES *Gans, an. 1478.*
XXIV. Dn. AMBROSIVS *Schvvarzenhouer, an. 1493.*
XXV. Dn. IOANNES *Dietenheimer, an. 1516.*
XXVI. Dn. PAVLVS *Neidecker, an. 1553.*
XXVII. Dn. MARQVARDVS *de Berg, Canonicus Moguntinus Bambergenſ. & Auguſtanus, poſtea Epiſcopus Auguſtan. an 1557.*
XXVIII. Dn. PANCRATIVS *de Rabenſtein Canonic. Bambergenſ. an. 1565.*
XXIX. Dn. IOANNES *Neuſtetter Præpoſitus Bambergenſ an. 1592*
XXX. Dn. IOANNES *Georgius de Stadion, Canonicus Bambergenſ. & Auguſtanus, Vicedominus Carinthiæ, an. 1598.*
XXXI. Dn. IOANNES *Caſparus à Lamersheim, Canonicus Bambergenſ. Vicedominus Carinthiæ, &c. modernus Præpoſitus, an. 1620.*

ALTMVLMVNSTER AD ALTMILAM FLVVIVM.

DOMVS Teuthonicorum militum ordinis S. Ioannis. Hæc fuit aliquando Ratisbonæ, apud S. Leonhardum ſedes Commendatorum, quæ propter nimis tenues redditus translata eſt in Altmülmünſter, ad Altmilam fluuium, ſupra vicum Rietenburg. Pro hiſce militibus inſtitutum eſt iſtud Altmülmünſter, olim per Heinricum, & fratrem eius Ottonem, Comit. de Rietenburg, Burggrauios Ratisbonenſes. De quo Auentinus lib. 7. annalium, fol. 654. Ita ponit eadem tempeſtate Heinricus & Otto, fratres Rietenburgen. Reguli Tyſſiam atque Alemanni Monaſteriũm equitibus ſacris, quos à Templo Palæſtino cognominant, hoc eſt, templariis dedicauêre, quod hiſce exciſis Rhodiis, quos Iohannitas vocant, traditur.

ADDI-

ADDITIONES.

Generosi viri ac Domini Henricus *atque* Otto *fratres*, Riettenburgenses *Comites, hoc Monasterium Equitibus Sacris, quos à* Templo Palæstino *cognominant, dedicauêre, Anno restitutæ per Christum salutis humanæ generis* MCLV. *Hisce autem excisis fratribus Sancti* Iohannis Hierosolymitanis, *quos Equites* Rhodios vocant, *ab Illustrissimo vtriusque Bauariæ Duce* Ludouico *traditur, anno ab incarnatione Dominica* MCCCXI. *Vetustate vero plerisque in locis labefactum ac collapsum, sumptibus, curâ, & industriâ* Ioannis Myridij, Melitensis *eiusdem Ordinis presbyteri & Commendatorij restauratur. An. Domini* MDLXXXVI. Lib. 4. cap. 11.

Tutores & Aduocati Domus huius declarati fuerunt Freystadij *iudicialiter per sententiam; Summus Pontifex: Imperator Romanus. Dux Bauariæ. Episcopus Eystetensis. Dn. ab Haideck. Dn. de Abensperg. Dns. de Labar. Dn. Marescalcus de Pappenheim. & Iudex Cæsarei iudicij Comitatus Hirspergen.*

ICh Wilhalm von Wolffstain Ritter/ Landrichter in der Grafschafft zu Hirsperg/ Bekenne mit dem Brieff offentlich/ das für mich kam zu Gericht/ mit fürsprechen/ der Ehrwürdig Geistlich Herr Bruder Vlrich/ Comenthur deß Hauß vnd Stiffts zu Münster/ an der Altmül gelegen/ S. Johanns Ordens/ von dem H. Capittel zu Jerusalem/ &c. vnd behab mit volg vnd mit frag/ vnd mit dem rechten/ vnd mit voller gantzer Clag/ vnnd anlait/ daß er vnd seine Mitbrüder aine ersessen haben als recht ist/ vnd als er bezeugt hat mit Gerichtsbrieffen/ vnnd mit den Geschwornen Fronbotten/ der darumb gesagt hat auff sein Ayd/ daß sie behabt haben mit dem rechten/ alle die Gueth vnd Haab/ Gebauts vnd Vngebauts/ Besetztes vnd Vnbesetztes/ Grundt/ Boden/ Wasser/ Waid/ Holtz/ Holtzmarck/ Ecker/ Höff/ Hueb/ Widen/ Zehent/ Pfenning/ Gült/ Traitgült/ Keßgült/ Hünergült/ Wißmad/ Wißgült/ sonder die Wisen bey dem Irlach/ die d' Erchtag Meß gen Mülbach gebē ist/ Seelgereth vñ Gotsgab/ mit sambt dem Prunnen bey Münster/ vnd auch alle Nutzsam/ die sie mit guter löblicher gewoheit genossen/ hergebracht/ vnd gebraucht haben. Sie haben Brieff darüber/ oder nit/ es seye benennt oder nit/ vberal nichts außgenommen/ das ehegemelten Hauß vñ Gotshauß zu Münster zugehört/ gemaint/ geordnet vnd geben ist/ zu Lob vnd zu Ehren deß Allmächtigen Gottes/ der lieben Heyligen/ vnd durch Hail willen der lieben Seelen thue/ die solch Gut daselbsthin gemaint/ geben vnd geordent haben/ durch das Lob Gottes/ vnd demütige andacht/ das sonderlich verbracht/ vnd geyebt werde/ das alles hat der benant Herr Vlrich seinem Gottshauß behabt/ für ihr aigen geben/ vnd gebraucht Gut/ der sie auch in widerumb mit recht gesetzt sind/ in redliche nutz vnd gewer/ vnd der aller vnterthenig getön/ mit dem rechten/ das keinlaugen darfür ist. Sie sollen auch die besetzen vnd entsetzen/ nutzen/ niessen vnd brauchen/ nach ihr notturfft/ für ihr aigen geben vnd erlangt Gut/ ohne einsprachen allermenigklichs/ vnd seind in deß schirmb mit recht erthailt/ all Fürsten auß Bayrn/ mit namen/ die hochgebornen Fürsten vnnd Herrn/ Herr Ernest vnd Herr Wilhelm/ gebrüder/ vnnd Pfaltzgrafen bey Rheyn vnd Hertzogen in Bayrn/ &c. Der Hochwürdig Fürst vñ Herr Albrecht Bischof zu Eichstät/ &c. all Herrn von Haydeck/ Herr Hans/ Herr zu Abensperg/ vnd all Herrn von Laber/ Herr Hanbr/ vnd all deß Röm. Reichs Marschälck zu Papenheim/ All Reichsstände/ vnd wer Landrichter ist/ vnd alle die deß helffen/ die thun recht/ vnd nit vnrecht. Geben mit Vrthail vñ Landtgerichte Sigill/ zu der Freystatt/ am Montag nach vnser Frawen tag Natiuitatis, da man zehlet nach Christi vnsers lieben Herrn Geburt/ tausent/ vierhundert/ vnd in dem dreissigisten Jahr. An. 1430.

VOn Gottes Gnaden/ wir Wilhelm Pfaltzgrafe bey Rheyn/ Hertzog in Bayrn/ ꝛc. deß heiligen Concili zu Basel beschirmer/ vñ verweser/ an statt vñ im Namen deß Allerdurchleuchtigisten Fürsten vñ Herrn/ Herrn Sigmunds/ Römischen/ Vngerischen Königs/ vnsers gnedigisten Herrn/ bekennen für vns/ all vnser Erben vñ Nachkoñen/ vnd thun kundt allermenigklich/ die den Brieff sehen oder hören lesen/ daß wir aigentlicher fragt/ vnd auch das selbs gesehen haben/ daß das Gotshauß zu Münster in vnserm Landt vnd Burggraffschafft zu Riettenburg/ an der Altmül/ in Regenspurger Bistihum gelegen/ vast verarmet ist/ Also daß die Herrn darein gestifft/ nach S. Johannes Orden von Jerusalem/ nicht nahrung haben/ nach dem als dann Geistlichen Priestern vnd Personen zugehört/ das hat vns in vnserm Hertzen erbarmet/ vnd vnser Gewissen daran geweiset/ daß wir durch Gottes/ auch vnser Voreltern/ vnser vnd vnser Erben Seelen Hail willen/ dem armen Gotshauß mit etwo zu statten kommen/ daß die Herrn darumm Gott dest embsigklicher vnd fleissigklicher dienen mügen/ hierauff mit wolbedachtem muth/ zeitigen rath vnserer Räth/ gelerten vnd vngelerten/ so haben wir an der Kirchen Zelle/ zu nechst bey Münster gelegen/ vnsere recht/ die zu latein heissen Ius patronatus, dem daßgenanten Gotshauß auch dem Comentur vnd Conuent daselbsten vbergeben/ vnd geben jnen die vber in crafft deß Briefs/ in der form vnd rechten/ als das vor Geistlichen vnd Weltlichen Gerichten crafft vnd macht soll haben/ vnd verzeyhen vns auch der gar vnd gantzlich für vns/ vnser Erben vnd Nachkoñen/ vnd haben darauff gebeten den Ehrwürdigen in Gott Vatter/ vnsern lieben Freund/ Herrn Conraden Bischofen zu Regenspurg/ vñ auch sein Capittel deß Thumbs zu Regenspurg/ freundlichen vnd vberflüssigklichen/ daß sie dise vnser gabe mit jrem Brieff bestätten/ vnd die genanten Kirchen Zell deß Gotshauß zu Münster incorporiren/ oder einleben/ alsdann geschribene Geistliche Recht außweisen/ Hierauf wir/ all vnser Erben vnd Nachkoñen/ auch fleissigklichen bitten/ vnd allen vnsern Ambtleuten/ Vitzthomen/ Pflegern/ Rentmeistern/ Landschreibern/ Richtern vnd Schörgen/ deßgleichen allen vnsern Vnderthanen/ vnd getrewen/ in Obern vnd Nidern Bayrn/ die jetzt seind/ oder fürbaß werden/ vestigklichen vnd ernstlichen gebieten/ daß jhr disen vnsern guten willen stät haltet/ den nicht brecht/ noch niemand brechen last/ wann die Herren deß Gotshauß zu Münster darumb vnsern Vordern/ vns vnd vnsern Erben einen Jartag begehen/ vnd gedächtnuß in der Kirchen an der Canzel haben/ vnd Gott für vns/ aller Seelen guts bitten wöllen. Aber welcher Mensch das vberfür/ vnd vnsern vorgeschribnen willen zerbreche/ der wurde das an dem Jüngsten Gericht verantworten/ gegen dem gerechten Richter/ vnserm lieben Herrn Jesu Christo. Vnd daß disc vorgeschribene Gab vñ verzeihen/ mit vnserm willen/ in obgeschribener maß geschehen seye/ zu wahrem vrkundt haben wir vnser Jnsigel an disen Brief heissen hengen/ vnd geben zu Basel den vierzehenden tag in dem Monat May/ als das heilig Concili daselbst/ in dem H. Geist gesamlet was/ deß Jars da man zehlt von Christi vnsers lieben Herrn Geburt/ vierzehenhundert Jar/ vnd darnach in dem zwey vñ
An. 1432. dreissigisten Jahr.

VOn Gottes Genaden/ Wir Ernst Pfaltzgraff bey Rheyn/ ꝛc. Bekennen für vns/ vnd vnsern lieben Vettern Hertzog Adolphe deß Vormunder vnd Pfleger Wir sein/ vnd für all vnser Erben offenlich in dem Brieff/ Nach dem vnd wir vber das Gottshauß zu Altmünster/ S. Johanns Ordens/ gelegen in der Grafschafft Riettenpurg/ rechter Landts Fürst vnd Vogtherr sein/ So wöllen wir vns dasselbig Gottshauß/ auch den Comentur/ vnd Herrn darinnen/ vnd alle desselben Gottshauß Leutte/ die in vnserm Landt wohnhafft seind/ gnädigklich lassen beuohlen seyn/ vnnd treulich schützen vnd schirmen/ vor vnrecht/ als vil wir können/ vnd mögen/ Mehr ist zuwissen/ daß wir dem Comentur vnd Brüdern deß obgenanten Gottshauß die Gnad gethon haben/ von solcher naigung wegen/ die vnser lieber Bruder seeliger zu der benanten

Stifft

Stifft gehabt hat/vnd wir noch haben/vnd thun die wissentlich in crafft diß Brieffs/daß wir fürbas weder vns/vnser Erben/noch keinen vnsern Pflegern / noch jemand andern der dann Egersperg oder Rietrenburg innhat / von den Leuthen / die auff deß Gotts-hauß vier Hofstätten in dem Dorff Münster bey dem Closter sitzen / vnd mit nahmen derselben Hofstatten jetzo besitzen / Hainrich Hacker/die ander Bastel Hacker/ die dritte Hans Stadel / die vierte Georg Wullen / oder andern Leuthen/die fürbas in künfftigen zeiten auff den jetzgeschribenen vier Hofstätten / oder andern Hofstätten / die ein Comentur daselben von newen dingen besetzen würd / kein Faßnacht Hennen nemmen/ noch die Scharwerck mehr haben sollen / wann wir erindert sein / daß es ein neuigkeit / vnd von Adelichen Leuthen/die vor zeitn Egersperg haben ingehabt / durch gewalt darauff kommen sind/hierauff wir allen vnsern Erben vnd Nachkommen fleissilichen bitten/daß jhr dise vnser Genad stet habet/ darzu allen vnsern Pflegern vnd Richtern / oder allen andern/die dann Egensperg vnd Riettenpurg inhaben/ernstlichen gebieten / daß jhr wider dise vnser Genad auch nit thut/noch jemand last thun/sonder euch allen das obbenant Gottshauß/durch Gottes vnd vnser Seel Hail willen/last beuohlen sein. Zu warer vrkund vnd ewiger gedächtnuß/so haben wir vnser Insigl an den Brieff haissen hengen/vnd geben zu München an S. Andreas abend / in dem Jar als man zalt nach Christi vnsers lieben Herrn Geburt/vierzehen hundert vnd im fünff vnd dreissigisten Jahr. An. 1435

IOn Gottes Genaden wir Albrecht Pfaltzgraf bey Rheyn/ Hertzog in Bayrn ꝛc. vñ Graue zu Vohburg/bekennen für vns/vñ alle vnsere Erben/offentlich mit dem Brieff/Nach dem wir vber das würdig Gottshauß zu Altmülmünster S. Johan Ordens/gelegen in vnsern Grafschaft Riettenpurg/rechter Landsfürst vñ Vogther sein/so wöllen wir vns desselben Gottshauß/auch den Comentur vñ Herrn darinn/vñ alle desselbē Gottshauß Leut vñ Gut/ die in vnserm Land gnedigklich lassen befohlen sein/ vñ treulichen schützen vñ schirmen/vor vnrecht/als ferr wir köñen vñ mügen/Darauf haben wir auch durch Gott/vñ zu einem rechten Seelgereth/vns selbs vñ allen vnsern Vorfordern vnd nachkoñen/Fürsten zu Bayrn/ den andechtigen vnd geistlichen Leuten/ dem Comentur vnd Brüdern/deß obgenants Gottshauß/alle die Recht vñ Freyheit/Brieff vñ guten gewonheit/die dasselbig Gottshauß an Leuten vñ Gütern mit aller zugehörung bey allen vnsern Vorfordern/vergangner Herrschafft/Römischen Kaisern/Königen/vñ Fürsten zu Bayrn / vnd sonder von Herrn vnd vnsern lieben Vettern Hertzog Ernsten/ vnd von vnsern lieben Vettern Hertzog Wilhelmen aller seeliger vnd löblicher gedächtnuß / auch von vns vnd andern hergebracht / erlangt / vnd gehabt / vnd haben sollen/ von besondern Gnaden bestätt haben / von solcher sonderer naigung wegen / so die vorgenanten vnser lieber Herr vnd Vatter / vnd vnser lieber Vetter / zu der benanten Stifft gehabt / vnnd wir noch haben/vnnd bestätten jhnen auch die wissenlich mit disem vnserm Brieff / Also daß wir / noch vnsere Erben / jhn / vnd jhren nachkommen / nicht darein greiffen/oder die vberfahren/noch sofern wir mügen / den vnsern nit gestatten zuüberfahren/noch kein beschwerung darwider thun lassen sollen/doch in solchem allem vns/vñ vnsern Erben / vnd den vnsern nit gestatten / an vnsern Fürstenthomen / herrligkeiten vnd gerechtigkeiten vnschädlich vnd vnentgolten / Hierauff gebieten wir allen vnsern Ambtleuten/Vitzthomen Pflegern/Richtern/Vnderthanen vñ getrewen / die wir jetzt haben/ oder fürbaß gewinnen / daß jhr den obgenanten Comentur / Brüdern vnd Gottshauß / in solcher vnser Gnad vnd Freyheit so jhn von vns mit disem Brieff bestätt vñ geben ist/ nit greiffet/darwider nit thut/ oder vberfahret/ noch sofern jhr nit/ sonst keinen der vnsern vberfahren lasset in der weiß/bey vnsern hulden/ alles treulich vnd vngefährlich. Deß zu wahrer vrkundt geben wir jhn disen Brieff/mit vnserm angehangenen Insigl/ꝛc. versiglet/zu München an S. Lucien/der H. Junckfrauen tag/deß Jars als man zalt von Christi vnsers lieben Herrn Geburts/vierzehundert/ vnd darnach in dem siben vñ vierzigisten Jahr. An. 1447.

VOn Gottes Genaden Wir Johannes vnd Wir Sigmund Gebrüder/ Pfaltzgrauen bey Rheyn/ Hertzogen in Ober vnd Nidern Bayrn/ ꝛc. bekennen als Regirent Fürsten/ für vns vnd vnser liebe Brüder/ Hertzog Albrechten/ Hertzog Christoffen/ vnd Hertzog Wolffgang/ die noch zu jren vogtparen Jaren nit kom̃en seyn/ vñ all vnser Erben offentlich mit dem Brieff/ Nach dem vnd wir vber das Würdig Gotshauß zu Altmülmünster S. Johann Ordens/ in vnserer Graffschaft Kierrenburg gelegen/ rechte Landsfürsten vñ Vogtherrn seyen/ So haben wir dasselbe Gottshauß/ auch den Comentur vñ Bruder darinn/ vnd alle desselben Gottshauß Leut vnd Guth/ in vnsern Landt wonhafftig/ vnd gelegen/ in vnsern sondern Schutz vnd Schirmen genummen/ wöllen sie auch gnedigklich vor Vnruhe schützen vnd schirmen/ als ferr wir können/ vñ mögen/ vnd darauf dem Allmächtigen Gott zu lobe/ vnd zu einem rechten Seelgerete vns selbs/ auch allen vnsern Vorfarden/ vnd Nachkommen Fürsten zu Bayrn/ ꝛc. So haben wir den andächtigen Geistlichen Leuten/ dem Comentur vnd Brüdern/ deß obgedachten Gottshauß/ alle die Recht/ Freyheit/ Brieff/ vnd gut gewonheit/ die dasselb Gottshauß an Leuten vnd Gütern mit aller zugehörungen/ bey vnsern Vorfordern/ vergangener Herrschafften/ Römischen Kayserm/ Königen vnd Fürsten zu Bayrn/ vñ sonder von vnsern lieben Anhern/ Hertzog Ernsten/ vnd vnsern lieben Vettern/ Hertzog Wilhelmen/ vnd auch von vnsern lieben Hern vnd Vattern/ Hertzog Albrechten/ aller löblicher vnd seliger gedächtnuß hergebracht/ erlangt vnd gehabt hat/ vnd haben sollen/ von besonderen Gnaden bestattet/ vnd confirmirt, bestetten vñ confirmiren, jnen auch die/ wissentlich/ in crafft diß Briefs/ also daß wir/ noch vnser Erben/ jnen vñ jren Nachkom̃en nit darein greiffen/ oder die vberfahren/ noch so verr wir mügen/ den vnsern nicht gestatten zu vberfahren/ noch kein beschwerung darwider thun lassen sollen noch wöllen/ doch in solchem allem/ vns vnd vnsern Erben/ vnd der vnsern an vnserm Fürstenthumbs/ herrligkeiten/ vnd gerechtigkeiten vndschödlich/ vnd vnentgolten/ Vnd darauff gebieten wir allen vnsern Vitzthomben/ Pflegern/ Richtern/ vñ Ampleuten/ auch andern vnsern Vnderthanen/ vnd getrewen/ die wir jetzo haben/ oder füro gewinnen/ ernstlich/ vñ vestigklich/ daß jhr den obgenanten Comentur/ Brüdern/ vnd Gottshauß zu Altenmülmünster/ in solche vnser Gnade vnd Freyheit nit greiffet/ darwider nicht thut/ noch so verr jhr müget/ niemand andern darwider zuthun gestattet/ in kein weiß/ bey vnsern Hulden vnd Gnaden. Alles treulichen vnd vngefährlichen/ mit vrkund diß Briefs/ der geben/ vñ mit vnsern anhangenden Jnsigl versiglet ist/ zu Regenspurg an S. Simons vnd S. Judas tag/ der heiligen zwölfbotten/ deß Jars als man zalt nach Christi vnsers lieben Herrn
An. 1462. Geburt/ vierzehen hundert/ vnd darnach in dem zwey vnd sechtzigisten Jahr.

VOn Gottes Genaden/ Wir Wolffgang Pfaltzgrafen bey Rheyn/ Hertzog in Ober vnd Nider Bayrn/ ꝛc. deß Hochgebornen Fürsten/ vnsers lieben Vettern Herrn Wilhelmen auch Pfaltzgrauen bey Rhein/ Hertzogen in Ober vñ Nidern Bayrn/ ꝛc. mit sambt andern verordneter Vormunder/ Bekennen sambt den vnsern Mituormundern in crafft vnser vnd jhrer Vormundschafft/ an statt vnd von wegen jetztgemelts vnsers Pflegsohns/ offenlich mit dem Brieff/ daß für vns kom̃en ist der würdig/ vnser lieber getrewer Michael Schlauerpach/ Commentur S. Johann Ordens/ deß Gottshauß Altmülmünster/ vnd vns fürgetragen hat die Genad/ Freyheit/ vñ Bestättigung/ so seinen Vorfaren vnd Gottshauß/ von Weilund dem Hochgebornen Fürsten/ vnsern lieben Hern vñ Vatter/ Hertzog Albrechten in Bayrn/ ꝛc. löblicher gedächtnuß gegeben ist/ mit vnterthäniger bitt/ daß wir jme/ seinen Brüdern vnd Gottshaus solche Genad vnd Freyheit/ die sie bißher von aller vergangener Herrschafft in Beyrn/ vnd insonderheit von Weilund vorgenanten vnsern lieben Hern vnd Vatter Hertzog Albrechten haben/ auch gnedigklich confirmiren, vnd zubestetten gerhuten. Sollich jr demütig bitte vnd ersuchen/ vnd insonderheit vnser vnnd vnsers Pflegsohns Voreltern Begnadung/ darzu auch die Gehorsam vnd Willig erzaigung/ der er sich vnnd

seine

seine Mitbrüder/ gegen vns vnnd vnsern Pfleg Sohn bißher geflissen/ vnnd fürohin zu thun erbietig seynd/ haben wir angesehen/ vnd darauff vorgenanten vnsers lieben Herrn vnd Vatter Freyheit vnd Bestättung für augen genommen/ die dann von wort zu wort lautt/ wie hernach geschriben stehet.

GOtt Gottes Genaden Wir Albrecht/ Pfaltzgrauebey Rhein/ Hertzog in Bayren/ vnd Grauezu Vochburg/ &c vt supra. Hierauff confirmiren/ erneweren/ vnd bestätten Wir vnd vnsere Mitvormunder jhme/ seinen Brüdern vnd Gotshauß/ sollich hievor geschribne Jhr Freyheit/ wissentlich/ vnnd in crafft diß Brieffs/ in aller form vnd maß/ wie jhnen die vorbenanter vnser lieber Herr vnd Vatter seliger gedächtnuß/ nachlaut deß hie einverleibten Brieffs/ alles seines Inhalts/ in allen Artickeln vnd Puncten confirmirt vnd bestättet hat/ Gebieten darauff allen vnd jeden vnsers vorgenanten Pflegsohns Vitzthomben/ Hauptleuten/ Pflegern/ Rentmeistern/ Landtschreibern vnd Landtrichtern/ vnd allen vnsern Amptleuten vnd Vnderthanen/ gegenwertigen vnd künfftigen/ ernstlich vnnd vestiglich mit dem Brieff/ daß jr dem gedachten Commenthur/ seine Mitbrüder vnd Gottshauß/ bey solcher Confirmation, erneverung/ bestättung vnd Gnad/ auch jhren Freyheiten/ wie sie vieherbracht haben/ vnbekrenckt vnd vnverletzt bleiben lassen/ handthabet/ schützet vnd schirmet/ vnd jhnen darinn kein vnbillich irrung/ eintrag noch verhinderung zufüget/ noch deß jemand andern gestattet/ bey vermeydung vnser/ vnd vnsers Pfleg Sohns vnd straff/ Daran thuet jhr vnser ernstlich haissen/ vnnd mainung/ Alles ohn geverde/ deß zu vrkundt haben wir vnser Vormundtschafft Jnsigl an disen Brieff gehangen/ der geben ist zu Jngolstatt/ am heiligen Palmtag/ als man zalt von Christi vnsers lieben Herrn Geburt/ fünffzehenhundert vnd im neunten Jahr.

ANDECHS.

MONASTERIVM ordinis S. Benedicti, vulgò **Auff dem heiligen Berg Andechs.** Ludouicus, Boiariæ Princeps, Pater Ludouici Imperatoris, Andechs ædem, quæ cum arce ante 50. annos diruta erat, refecit, Auentinus fol. 725. Vide Comites Andecenses, & tractatum singularem, de fundatione & sacris reliquiis Andecensibus impressum. Item Vitum Arnpeck in Chronica Bauariæ, folio 183. cum sequentibus. Anno 1388. sacra, quæ ibi diutius sub terra latuêre, hinc mons Andechs sacer appellatus, à Iacobo Dachauer Franciscano reperta, jussu Principum Monachium translata sunt, Ibidem ostensa populo, posteà ad montem sanctum Andechs relata sunt per Ernestum Ducem, qui ibi Collegium pro septem mystis instituit. Albertus Dux Bauariæ, Comes Vochburgensis, filius Ernesti, autoritate S. P. amotis, Præposito & Canonicis secularibus, ibi substituit Monachos Benedictinos. Item Vitus Areopeck, fol. 184. Auent, fol. 834.

ADDITIONES.

PEtrus Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus *Augustanus*, ad perpetuam rei memoriam. Summi magistri dignatio nos quamquam immeritos in sollicitudinis partẽ deputauit & miseranter in Põtificalis dignitatis Cathedrã collocauit: cui ad instar vigilantis in specula præsidẽtes, leuamus vigilis more pastoris tâm corporeos quàm mẽtales oculos nostros in circuitu, visuri quid gregi nobis cõmisso expediat, & quid operis circa iniunctũ nobis ministeriũ debeat impẽdi: vt illius fulti præsidio, cuius sunt terræ cardines, cui cogitationes hominũ præparantur, quiq; actus mortalium superat, & infirmos robore potenter attingit,

partes

Expendamus. partes officij salubriter & vtiliter exponamus ad ea, quæ diuini cultus efficiunt incrementum: vt aliquid penitus ibi non desit, quod ad ipsius propagationem per nos valeat procurari. Sanè nuper pro parte Illustrissimi Principis & Domini, Dñi *Alberti* Comitis Palatini Rheni & Bauariæ Ducis nobis expositò, quod felicis recordationis quondam Dñs *Ernestus* pater & pater suus zelo deuotionis accensus, ac cupiens terrena in cælestia, & transitoria in æterna felici commertio commutare, Capellam S. *Nicolai* in monte *Andechs*, nostræ Diœcesis, in suis ædificiis & structuris penitus quasi collapsam, pro suæ, ac quõdam Dñi *Wilhelmi* etiam Comitis Palatini Rheni & Ducis Bauariæ, germani sui aliorumque progenitorum & successorum suorum animarum remedio & salute, de bonis sibi à Deo collatis de nouo restaurauit, & construxit sumptuosè, in eaque ad omnipotentis Dei, ac eius gloriosæ genitricis virginis Mariæ, totiusq; cælestis curiæ laudem & honorem Præposituram ac sex Canonicatus & totidem præbendas pro sex Canonicis, & vno qui præsit eisdem Præposito, inibi missas, horas Canonicas, & alia diuina officia celebraturis instituit, & pro illorum sustentatione sufficientes ad Præposituram ac Canonicatus & præbendas huiusmodi, pro ipsorum dote redditus assignauit, ipsamq; Capellam libris, calicibus & aliis ad diuinum cultum necessariis decenter adornauit, fuit nobis humiliter supplicatum, vt restaurationi, constructioni, institutioni & assignationi prædictis, ac etiam Indulgentiis, libertatibus & immunitatibus dictæ Capellæ concessis, pro illorum subsistentia firmiori, robur nostræ confirmationis adiicere dignaremur. Nos igitur qui cultum diuinum vigere, & augeri intensis desideriis affectamus, super præmissis sufficienter edocti, supplicationibus huiusmodi fauorabiliter inclinati, restaurationem, constructionem, institutionem & assignationem supradictas, ratas & gratas habemus, & auctoritate nostra ordinaria in Dei nomine confirmamus & approbamus, robur firmum & firmitatem Canonicam perpetuis temporibus decernentes habituras: nec non possessiones & bona dictæ Capellæ assignata, & quæcunq; in futurum donanda & eroganda, eidem Capellæ annectimus, vnimus & incorporamus, præsentium per tenorem, supplentes auctoritate eâdem omnem defectum, si quis in præmissis interuenerit quoquomodo. Ius patronatus seu præsentandi ad Præposituram ac Canonicatus ac prębendas prædictas pro hac vice, & quotiens illam & illos deinceps vacare contigerit, personas idoneas nobis & successorib. nostris, per nos & eosdem nostros successores in illis instituendas, prædicto Domino *Alberto*, hæredibus, & successoribus suis auctoritate prædicta reseruando. In cuius rei testimonium præ-
An. 1439. sentes literas exinde fieri, nostroq; sigillo maiori fecimus communiri. Datum, & actum *Augustæ*, anno à Natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo nono, XVI. Kal. Ianuarij.

Nicolaus Bernyr, Notarius.

PEtrus miseratione diuina tituli *S. Vitalis*, Sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis, & Apostolicæ sedis permissione Episcopus *August.* ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis, nobis iniuncti ministerij sollicitudo assi-
intendamus *exclamus* duè nos compellit, vt circa Ecclesiarum statum salubriter dirigendum, ac vtiliter & feliciter adaugendum, paternis affectibus maneamus, consulendo ipsorum necessitatibus, & oportunitatibus prouidendo. Volentes igitur dilectis nobis in Christo Præposito, Decano & Canonicis Ecclesiæ Sancti *Nicolai* in monte *Andechs* nostræ Diœcesis consideratione Illustris. Principis Domini *Alberti*

Duci

Ducis Bauariæ & Comitis Palatini Rheni, cuius progenitores dictam Ecclesiam in suis ædificijs & structuris penitus quasi collapsam instaurarũt, de alicuius subuentionis auxilio, qer quod congruentius sustentari, & onera ipsis incumbentia supportare valeant, salubriter prouidere, parochialem Ecclesiam *S. Martini* in *Perckingen*, dictæ nostræ Diœcesis, quam venerabiles nobis in Christo sincere dilecti Heinricus Truehses Præpositus, Gotfridus Harscher Decanus, & totum Capitulum Ecclesiæ nostræ Augusten. ad quos eiusdem Ecclesiæ collatio pertinuit donatione perpetua & irreuocabili eis donauerunt, de & cum cõsensu & voluntate expressis eorundẽ Præpositi, Decani & Capituli, cum omnib⁹ fructibus, redditib⁹, prouentibus, Decimis, pertinentijs, juribus & obuentionibus suis vniuersis, supra dictis Prępposito Decano & Canonicis auctoritate nostra ordinaria duximus incorporanda, annectenda & vnienda, ac tenore præsentium perpetuo incorporamus, annectimus & vnimus, ita quod cedente vel decedente rectore dictæ Ecclesiæ in *Perckingen* qui nunc est, aut ipsa Ecclesia alias quomodolibet vacante, liceat dictis Præposito, Decano & Canonicis pro tempore existentibus possessionẽ dictæ Ecclesiæ parochialis, fructuum, reddituum, prouentuum, decimarum, pertinentiarum, jurium & obuentionũ prędictorum propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere, fructusque redditus, prouentus, decimas, pertinentias, jura & obuentiones eiusdem Ecclesiæ in vsus proprios & onerum suorum supportationem conuertere, nostra aut successorum nostrorũ seu alterius cuiuscunq; licentia super hoc minimè requisita: reseruata tamen de fructibus, redditibus, prouentibus, decimis, pertinentijs, juribus & obuentionibus huiusmodi cõgrua portione, pro perpetuo Vicario inibi in diuinis Domino perpetuo seruituro, de qua idẽ Vicarius cõgruè sustentari, Episcopalia & archidiaconalia jura persoluere ac alia sibi incumbentia onera valeat cõmode supportare. Volumus etiam vt vacationũ temporibus supradictis Præpositus, Decanus & Canonici primarios fructus de dicta Ecclesia etiam de parte eos contingente nobis & successoribus nostris integrè persoluant, quibus & alijs juribus nostris Episcopalibus & archidiaconalibus, nobis & successoribus nostris ac ipsi archidiacono in dicta Ecclesia quomodolibet debitis nolumus per præmissa aliquatenus derogari. Et vt præmissa omnia & singula perpetuò in suo robore inconuulsè subsistant, & permaneant duratura, præsentes nostras literas exinde fieri, nostrique sigilli vnà cum præfatorum Præpositi Decani & Capituli sigilli appensione jussimus & fecimus communiri. Et nos Hainricus Truchsess Præpositus, Gotfridus Harscher Decanus, totumque Capitulum Ecclesiæ Augusten. fatemur, notum facimus, & testamur præfatam incorporationem & vnionem ac alia præmissa, de nostris voluntate, beneplacito & consensu processisse, & propterea sigillum nostrum quo ad negotia huiusmodi communiter vtimur vnà cum supradicti Domini nostri Cardinalis & Episcopi sigillo in testimonium præmissorum præsentibus appendisse. Datum & actum *Augustæ*, Anno à natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo secũdo. V. Kal. Nou. An. 1452.

Bulla Papæ Adriani.

ADRIANVS Episcopus seruus seruorũ Dei. Dilectis filijs & fratrib⁹ Capellanis in *Andezz*, & *Ottoni* Comiti de *Wolfertshausen* & vxori suæ *Iustitiæ*, & *Pertholdo* Comiti de Andezz, & vxori eius Sophiæ filijs nostris, apostolicæ gratiæ protectionem. Prædictis fratribus & Capellanis de *Andezz* tàm præsentibus quam futuris ibi regulariter subintrãtibus. Ad hoc vniuersalis Ecclesiæ cura nobis à prouisore omnium bonorum Deo commissa est, vt religiosas personas, & earum diligamus Ecclesias, mansiones & loca Sanctorum, & ne à prauorum hominum infesta-

infestationibus rerum suarum detrimenta sustineant, apostolicæ defensionis nos munere his conuenit prouidere. Quapropter dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus indita benignitate audiuimus, & locum montem *Andezz*, qui quondam fuit castrum, quod Deo resignatum est, primo ab *Hainrico* Imperatore, qui fuit filius *Leopoldi* Comitis de *Andezz*, secundo à filio nostro *Pertoldo* Comite de *Andezz* & religioso viro, & facto monacho in monasterio S. *Lamperti* in *Sevvn* diocœsis *Saltzburgensis*, qui in propria persona coram nobis Deo hæc omnia resignauit, & sanctis eius, & principaliter pretioso thesauro, videlicet *Sacramento* Sancti *Gregorij* Papæ, & præcipuè Sanctis quorum vel quarum reliquiæ ibi latent & absconsæ sunt, & ad locum prædictum translatæ sunt à monasterio *Saluatoris*, & fundatione Beati *Razzonis* Comitis *de Razzenberg* piæ memoriæ, quem locum destruxit *Arnolffus* impius Comes Palatinus de *Scheyrn*, ac locum Monialium de *Weissenzell*. Hæ reliquiæ magnæ & multæ omnes latent in monte ℭ*Andezz*, quæ reliquiæ per manus fratrum de loco prædicto ad Castrum ℭ*Andezz* portatæ sunt. Quas Deus reliquias in eodem loco perpetuo voluit habere, quod nobis certissimum est per filium nostrum *Perchtholdum* Comitem de *Andezz*, cum voluit intrare monasterium *Sevvn*, & religionem, tunc recepit secum Sacrosanctum *Sacramentum* Sancti *Gregorij* Papæ, & alias reliquias, & voluit eas portare secum in *Sevvn* propter diuinum cultum. Ast cum ascenderunt equos, omnes incuruati facti fuerunt, & se à loco non potuerunt commouere. Tunc descendit de equo Comes *Perchtoldus* prædictus, & intrauit Capellam & prosternebat se genuflectendo coràm altari, vt demonstraretur sibi, quid sibi esset faciendum, & quod Deus reuelaret sibi hoc facere esset paratus. Indicatumque fuit sibi, quod Deus vellet habere hoc Sacramentum perpetue in eodem loco. Et sic prædictus Comes prædictum Sacramentū dimissum & Deo & sanctis eius liberè ad eandem Capellam resignauit & perpetuè contribuit sacramentum & reliquias Sanctorum. *Pertholdus* prædictus & Comes de ℭ*Andezz* omnia sua Deo resignauit, & religionem intrauit, & principaliter montem & omnia circumiacentia montem & hæreditaria bona, agros, ligna, pascua, prata, piscariam de lacu decimam eius, quia lacum liberum dimisit circa præfatum montem *Andezz* jacentia, gratias, priuilegia, libertates Papales & Imperiales ad Capellam prædictam, & ad perpetuam laudem, gloriam, & honorē Dei ac Sanctorum, quorum reliquiæ ibidem sunt, & ad perpetuam memoriam nominis sui, & successorum suorum, ne memoria eorum vadat à memoria hominum. Et *Pertholdus* Comes prædictus ad Capellam prædictam perpetuè ordinauit religiosas personas ad reliquias prædictas, vt perficiant ibi diuinum cultum cottidie sine mora. Nos igitur locum ℭ*Andezz* & fratres prædictos in prædicto loco, in quo diuino mancipati estis obsequio sub Beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti Priuilegio communimus, statuentes vt ordo monasticus, qui secundum Beati Benedicti regulam in eodem loco ad petitionem filij nostri & Dñi *Pertholdi* Comitis de ℭ*Andezz*, & religiosi viri ordinis sancti Benedicti instituimus esse perenniter, & perpetuis temporibus statutis ibidem inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunq; possessiones, quæcunq; bona eidem loco ad Capellam in præsentiarum justè & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant, sicut Illustris Imperator *Hainricus* filius *Leopoldi* Comitis de ℭ*Andezz* inceptor huius boni, & sicut prædictus Comes *Pertholdus* filius noster post illum ordinauit, & fratrum etiam vestrorum nulli fas sit, post factam in eodem loco ℭ*Andezz* professionem, absq; Abbatis vel fratrum licentia

centia inde recedere, vel à loco transire, discedentem vero nullus Episcoporum vel Abbatum suscipere audeat, vel retinere permansurum. Nos ergò præsenti Decreto sancimus, concedimus & confirmamus omnes reliquias & indulgentias, quæ in eodem loco transpositæ absconsæ sunt, vel translatæ ab alijs Ecclesijs ad Capellam illam ☞*Andezz*, & præcipuè pretiosum thesaurum & *Sacramentum* Sancti *Gregorij* Papæ, & indulgentias suas ad hoc largitas tempore & diebus ab ipso Sancto institutis & à successoribus eorum XXX. Pontificibus perpetuè duraturas in eodem loco & Capella ☞*Andezz*, & à nobis similiter ad petitionem deuoti filij nostri *Ottonis* Comitis de *Wolffartzhausen*, & vxoris suæ deuotæ *Iustitiæ* filiæ humillimæ nostræ largimur, & indulgentias damus ad Capellam ☞*Andezz* perpetuè duraturas ibidem, propter memoriam inuentionis reliquiarum, quæ inuentæ fuerunt circa horam, quando pulsantur *Nonæ* in die *Ascensionis*, ab illa hora *nona*, vsq; ad horam *nonam* feriæ *Sextæ* sequẽtis post diem *Ascensionis*, omnes Indulgentiæ Sancti *Gregorij* integræ simul & semel, quæ per totum annum habẽtur in Capella prædicta à *Sacramento* Sancti *Gregorij* à meridie vsq; ad *meridiem* durant & inuenitur ab omnibus quærentibus illas, confessis & cõtritis, à nobis specialiter quarta pars à pæna & culpa, & à nobis illa gratia largitur omnibus fidelibus à feria sexta post diem *Ascensionis* ab illo festo per tres septimanas duraturas omnibus quærentibus illas. *Quatuor* temporum post festum *exaltationis* Sanctæ *Crucis* feria *sexta*, sedecim diebus post illam gratiam & * quia Capella * fabricata est in honore Beatæ Virginis *annunciationis* eius. Et in die *Cœnæ*, in die *Parasceues*, in die *Resurrectionis*, *Pentecostes*, *Natiuitatis* Christi, quarta pars remissio omnium peccatorum à pæna & culpa. Et in die *Resurrectionis* ante ortum Solis, hora resurrectionis Christi celebratur vna missa coràm *Sacramento*, sicut Sanctus *Gregorius* fecit: illi qui intersunt, nunquam descendunt ad aliquod purgatorium. Vel Sacerdotes celebrantes ea hora resurrectionis ex deuotione, istis omnibus largiuntur à Sancto *Gregorio* septima pars peccatorum, & à nobis *quarta* pars peccatorum, à sola illa missa: & ad huc possunt eo die in alijs Ecclesijs suis celebrare per concessum Beati *Gregorij* Papæ, sicut habetur in libro rationali super hoc indulgentia antè præmissa, quam largiti sumus in *tribus* festis Ecclesiæ, & in *Septimo* Domini, hoc est, feria *sexta* post diem Paschæ; omnibus Sacerdotibus concedimus præsente Sacramento ob memoriam passionis Domini, & apparitionis Sancti *Gregorij* Papæ, deuotè recolentibus & venerantibus hoc *Sacramentum* ipso die feria *sexta* post diem *Paschæ*, & alius alium potest absoluere ab omni irregularitate, & hoc præsente *Sacramento* omni anno, hoc facit ille in fine vitæ suæ potest sibi eligere confessorem, & habet eum absoluere ab omni pæna & culpa. Concedimus etiam omnem indulgentiam & gratiam Sancti Patris *Gregorij* Papæ primi, & confirmamus eam, quam ipse largitus est ad hoc *Sacramentum*, quod illa permaneant & durent circa *Sacramentum* prædictum & Capellam ☞*Andess*. Et inhibemus omnibus, ne aliquis *Sacramentum* prædictum & reliquias deportet de loco & Capella ☞*Andess*. Et ille qui deportaret, sit maledictus, & excommunicatus, persona & locus terra contacta, vbi morã contraxerit cum reliquijs prædictis. Concedimus etiam ob memoriam inuentionis reliquiarũ in die *Ascensionis* circa horam quando pulsentur *Nonæ* ab illa *meridie*, vsque ad *meridiem* feriæ *sextæ* post diem *Ascensionis* quartam partem à pæna & culpa per *tres septimanas* sequentes duraturas, & à meridiè vsque ad meridiem, sicut prænotauimus. Concedimus etiam à die *Ascensionis* simul & semel omnes Indulgentias quas largitus est Sanctus *Gregorius* & nos, ad *Sacramentum* prædictũ, & ad reliquias prædictas, omnibus quærentibus illas, & deuotè suscipientibus eas, ad petitionem Comitis de *Wolfartzhausen* & *Iustitiæ* Comitissæ deuotæ filiæ

duntaxat.

qui

nostræ,& ad memoriam inuentionis reliquiarum sanctarum. Concedimus omnibus Ecclesijs in vicinio eiusdem Capellæ, qui intrante Indulgentia veniunt cum vexillis eorum feria *sexta* post diem *Ascensionis*, isti omnes participent de Indulgentijs prædictis, si omni anno hoc faciunt. Præcipimus omnibus Ecclesijs, Patrochijs, seu Capellis, presbiteris ibi residentibus, quorum collatura Ecclesiarum est in manibus Comitis *Pertholdi* de *Andess*, vel super quibus est Aduocatus, & mandamus sub pæna maioris excommunicationis, & omnibus personis quæ spectant ad Castrum prædictum, quod cum vexillis & reliquiis eorum Sanctorum, & cura Censu eorum, sicut *Pertholdus* Comes filius noster ordinauit & constituit, ad memoriam suæ Capellæ in *Andess*, & ibi offerant super altare censum eorum omni anno feria *tertia* post *Pentecostes*. Concedimus & indulgemus quartam partem remissionis peccatorum *quatuor* temporum post diem *exaltationis* Sanctæ *Crucis* feria *quarta* per *sedecim* dies, & hoc ad petitionem *Imperatricis Græcorum*, filiæ *Otthonis* de *Wolffartzhausen*. Ad hoc præsenti Decreto sancimus vt nulli Episcoporum licentia pateat angarias, vel alias exactiones Monasticæ quieti & vtilitati contrarias vobis vel Capellæ vestræ imponere. Porrò sepulturam ipsius loci omnimodo liberam esse decernimus, vt eorum qui se illic sepiliri deliberauerint deuotioni & extremæ voluntati nisi excommunicati sint nullus obsistat. Nulli ergo Regum, Ducum, Marchionum, vel aliorum hominum fas sit præfatum locum, Capellam & montem super hac nostra cõstitutione temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus infestare, sed omnia integrè conseruentur, vestris vsibus omnimodis profutura. Si quis autem huius nostri Decreti paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertioue commonitus nisi reatum suum congruè emendauerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius incurrat, excommunicationi subjaceat, potestatis honorisque sit priuatus dignitate, reumque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat: & à sacratissimo corpore & sanguine Domini Dei redemptoris nostri IESV Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus sit pax Domini nostri IESV Christi quatenus & hîc & in futuro fructum bonæ actionis percipiat, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniat. Amen, Amen. Datum *Lateranij*, per manum Eyvsebij S. R. E. presbiteri Cardinalis & Cancellarij XV. Kal. Octobr. Indictione quinta, Incarnationis Dominicæ anno M. XIIII. Pontificatus verò Dñi *Adriani* Papæ anno XX. Et hanc bullam procurauit Imperatrix Romanorum *Ritzzuina* & *Maria* Græcorum Imperatrix ambæ filiæ Comitis *Ottonis* de *Wolfartshausen* ad petionem patris eorum. *Maria* Imperatrix Græcorum transmisit ad hunc locum *cingulum* B. Virginis Mariæ, superior pars cinguli hic est in *Andezz*, inferior in *Diessen* & tunica eius; lac eius est in manibus Comitis *Ottonis* de *Wolfarshausen*.

OTto Dei gratia Episcopus *Babenbergensis*, vniuersis præsentium inspectoribus, quibus præsentes exhibitæ fuerint, salutem in Christo IESV. Sicut veri solis radius ortus temporalis nostræ reconciliationis est initium, ita etiam nostræ narrationis exordiũ debet in sequenti litera respẽldere. Nulli omnino nisi

nò nisi virginis filio complacere cupimus, quia ipse est alpha & O, finis vtique & initium omnis boni. Rogo propterea eos qui literam hanc legent, vt fidem narrationis adhibeant. Anno gratiæ Dominicæ cum instaret annus Millesimus centesimus secundus regnante *Chunrado* rege tunc temporis, quod nos deuotis & pijs precibus patris nostri carnalis *Pertholdi* Comitis de *Andess*, & justis postulationibus fratris nostri *Pertholdi* Marchionis *Istriæ* inclinati, propter quod plaga & ira Dei regnaret in tota terra eorum, & manus Dei vehementer tangebat eos per seditiones & bella, pestilentia vltrà modum pecora moriebantur, grando tempestatis & læsio frumenti, ita quod abfuit eis totum salus humanum. Volumus hoc malum præuenire, & iram Dei placare nostris precibus, & eam mitigare nostris deuotionibus, humilitatibus & pœnitentiis. Quia Sanctissimus fundator noster nostræ Ecclesiæ *Babenbergensis Hainricus* Imperator habebat multas vexationes & tribulationes in toto regno suo, & in terra *Bauariæ*, *Leo*, Papa condolens, & per se veniens apportauit sibi sacrosanctum *Sacramentum* Sancti *Georgij* Papæ, contrà has læsiones, & hæc mala. Imperator prædictus thesaurum pretiosum cum magna deuotione gaudenter suscepit, & cum magna humilitate, reuerentia & honore tractauit, & hoc *Sacramentum* Imperator prædictus secum vbique locorum tulit in regno suo & terra, vbique cessabant mala omnia. Sic vobis *Sacramentum* præsens in eodem nomine & forma transmitto, quod ita faciatis sicut prænotatum est, quod hoc cum magna deuotione apud vos assumatis, & in magna reuerentia & honore tractetis & apud vos habeatis, quod ea gratia & beneficia meritis & sanctitatibus per beati *Gregorij* preces impetratæ sunt, & in signum testimonij suæ exauditionis apparitio Dei & beati *Gregorij* forma & caro sicut sibi apparuit, sic hodie in hodierna hostia apparuit. Datum in *Babenberg*, Vndecimo Kalen. Octobris.

IN nomine Domini Amen. Quoniam cuncta quæ ab hominibus peraguntur, ab humana memoria facillimè elabuntur, ideò necesse est vt nostra opera firmamento literarum atque priuilegiorum robore, solidentur. Sub Anno incarnationis Dominicæ M. C. XXXII. Nos *Berchtoldus* Comes de *Andess* vniuersis præsentibus & futuris harum tenorem præsentium literarum visuris, audituris, seu lecturis gliscimus fore notum, quod matura præcogitatione immarescibilia futuræ retributionis præmia accipere anhelantes, illosque nobis thesauros reponere affectantes, quos nec erugo nec tinea demolitur, cum bona voluntate & deliberato animo nostra hæreditaria bona, agros, ligna, pascua, piscariam & prata circa præfatum montem *Andess* jacentia, & omnia attinentia montis & jura sicut nos habuimus ab initio, cum agris quæ spectant ad prædictum castrum & montem seu sunt agri officialium, vel ad castrum pertinentes, exceptis agris aliorum alienorum curialium quæ non spectant ad nos * illis nihil omnino excipimus quod prænotauimus, quod omnia & integre ad eandem Capellam conseruentur, quæ in eodem monte sita est ad recuperationem & reformationem ipsius sæpè dictæ Capellæ ob memoriam nostri nominis & nostræ residentiæ in eodem monte & ob remedium animarum nostrarum & omnium præcessorum & Successorum nostrorum & salutem animarum eorum, in honore Dei & glorioſæ eius Genitricis Mariæ quæ est prima Patrona in eadem Capella, nec non illorum Sanctorum quorum vel quarum reliquiæ hîc habentur,

bentur, & præcipuè istis sanctis quorum vel quarum reliquiæ translatæ sunt ad nostram Capellam & montem à fratribus de *Bertt* ante temporibus nostris quorum corpora in eodem monte sepulta sunt, præcipuè existentibus præsentibus fratribus & successoribus eorum legauimus libereque dedimus & solute, Tali conditione vt quoscunque successores nostri prædicta præfatæ bona Capellæ tenere, habere & regere contingat, quod illi prædictorum bonorum census, fructus & questus ita ad vtilitatem sæpedictæ Capellæ teneant, regant & habeant, prout se in nouissimo die DEO & Sanctis eius de supradictis bonis rationem sentiant reddituros, & sicut ordinauimus fundationem nostram similiter liberam ab omni postulatione Papali & Imperiali, sic volumus locum illum liberum habere montem & Capellam, ne aliquis sibi ibi aliquid vsurpet vel appropriet excepto protectionis & gubernationis, & illa permaneant in manibus Successorum nostrorum, ne nostra intentio bona euadat à memoria hominum, & recordentur quales fuerunt vel sunt vel erunt & qualiter reddant Deo rationem de bonis & malis in nouissimo die, sicut & nos conseruantes intentionem nostram & prosequentes votum nostrum, pax sit eis vsque in æternum. Fractores verò nostræ voluntatis condemnatio perpetua & maledictio damnationis æterna sequatur illis in æuum, per sæcula sæculorum, Amen.

HErmannus Dei gratia Episcopus Ecclesiæ *Augustensis* vniuersis præsentium inspectoribus quibus præsentes exibitæ fuerint salutem in Christo IESV. Iustis deuotorum precibus & desiderijs dignum facile præbere consensum & vota quod à rationis tramite non discordant, nec debent dilationibus aliquibus prorogari his quæ recta petunt & honesta vt per hoc eorundem deuotio peramplius hilarescat alijque per exemplum emulationis bonæ facilius ad similia prouocentur. Nouerint igitur vniuersi quod nos ad petitionem, nobilissimi Comitis & deuoti filij nostri *Pertoldi* Comitis de *Andexx* præcipiendo mandamus sub excommunicationis pæna quod omnes suæ Ecclesiæ pertinentes ad Castrum prædictum & super quibus Ecclesias ipse aduocatus est, omnes simul colloni viri mulieres cum vexillis & reliquiis Sanctorum omni anno *proxima* feria *tertia* post diem *Pentecostes* ad reuerentiam & honorem Sacrosancti *Sacramenti* & pretiosum thesaurum beati *Gregorij* Papæ & reliquias Sanctorum quæ in eadem Capella latent, quæ est in castro *Andess*, ibi deuote veniant & reliquias manentes & stantes ibi adorent & deuote honorent cum reuerentia & timore propter habundantiam graciæ & remissionem indulgentiæ peccatorum & propter libertates quas prædicti habent à Comite predicto à qualibet Ecclesia vel parochia quilibet homo presentat vnum denarium ad Kapellam & ibi offerat eum super altare ad reuerentiam & honorem Dei & reliquiarum Sanctorum quæ ibi sunt & vnam candelam à communitate plebis Ecclesiarum quæ hoc anno debet ardere coram sacramento prædicto & reliquijs Sanctorum in Kapella prædicta. Omnes Ecclesiæ & parochiæ in superiori decanatu *Weilhaim* in decanatu post illam circa lacum *Amprie*. Omnes Ecclesiæ quæ sunt circa *Licum* à *Menchin* vsque in *Landsperg*, præter libertates quas ipsæ à prædicto Comite *Perchtoldo* de *Andess* habent, das die gemeint haist / wann was

sie ge-

sie gemaint habent tag Manichin alew dorfen biß gen Landsperg die habent sie von dem vorgenanten Graf Perchdolten von Andeß wer die müst der ist dauon schuldig seines Zinß den hailigen gen Andeß zu der Kapell auff dem Perg ein jglich Hauß ein pfenning da auff dem altar/vnd ain gemainew Kerzen / von einer jeglicher Pfarr die prinen schol da wen man Gott dient vnd for dem Hailthum vnd zu Sant Michels tag ein jeglich Hof schol Gott da geben ein Metzen rochn ein hueb ein halben das lechen ein viertail/ der Seltner was er vermag/ Wer deß nicht dhuet der hatt khain thail an der gemaint/ nit. Propter aduocatiam eorum Decannatus de *Menching*, *Meoring*, *Scheuring*, *Weyl*, *Kauffring*, *Pirring*, *Pöringen*, *Svvisling*, *Penzing Perg*, *Peozenhausen*, *Gerezhausen*, *Waletzhausen*, *Geltingen*, *Dinzelpach*, *Pezenhausen*, *Winzhel*, *Prichtezhling*, *Egglling*, &c. Decanatu superiori à *Landsperg* vsque in *Menching*. In illis duobus Decanatibus per *Licum* omnes Ecclesiæ prædicte indifferenter & inclusiuè plebani cum plebe eorum omni anno veniant ad Capellam *Andess* sicut prius prænotatũ est. Iniungimus vobis Decanis plebanis, vice plebanis sub pœna excommunicationis quod publice pronuncietis omni anno in Ecclesiis vestris & populũ vestrum ad hoc coarctetis sub pœna prędicta & hoc circa festum sancti *Michaelis* omnes de frumento coloni villani vestri. hæc omnia prænotata administrent ad Kapellam prædictam de Ecclesiis vestris de pecunia & frumento, Quicunq; hoc non fecerit pœnæ prædictæ subiaceat, & à comunione Ecclesiæ alienus fiat, datum *Augustæ* anno domini M. C. XXVIII.

CATALOGVS PRÆLATORVM MONASTERIJ montis Sancti ANDECHS.

Fr. BENEDICTVS *presbyter & professus Monasterij Eetal, præfuit ab anno 1455. Procuratorio nomine.*

I. EBERHARDVS *Steckhlin constituitur primus Abbas, & consecratur die Dominica ante festum D. Iacobi, An. 1458. Ob. an. 1462. die 17. Martij. Sepultus in Capella ambitus.*

II. IOHANNES *Hannsman non procul ab Vlma oriundus professus Benedictoburen. & ex monasterio Tegernsee, in quo aliquo tempore vixerat, vnà cum primis fratribus in montem Sanctum postulatus, sufficitur Abbati Eberhardo an C. 1462. præs. an. 13. Ob. in festo D. Lucæ Euangelistæ, an. 1475.*

III. ANDREAS *Oertel, Tölzensis, professus in Tegernsee & inde in montem Sanctum missus, præfuit an. 17. Ob. an. 1492. Sepultus Wilæ in Weyl.*

IV. IOHANNES *Schrottenbach Kaufbeyren. professus in monte Sancto Andechs & electus, anno 1492. Obijt. die prima Iunij an. 1521. Sepultus ante altare S. Iohannis Baptistæ.*

V. CHRISTOPHORVS *Riedter Pocksbergen. Prior monasterij præficitur Abbas Anno. 1521. defunct. Anno. 1529. in festo S. Thomæ; sepelitur in Capella ambitus.*

VI. IOHANNES *Widemann Zematzhusanus Suetus, electus confirmatus & consecratus Abbas, superfuit mens. circitur duos. Ob. an. 1530. die 18. Martij.*

VII. Fr. BENEDICTVS *Stückel Monasterio tanq; Administrator præfuit an. IX.*

VIII. EBERHARDVS *Administrator fuit ad an. 1541.*

IX. LEONHARDVS *Schlecht ex Monasterio Benedictbeurn postulatur & à Principe Guilielmo Abbas montis S. Ord. constituitur an. 1541. vita functus an. 1560. die 27. Augusti ante altare B. Virginis in templo sepelitur.*

X. IOHANNES *Seyfridt, al. Richting, Weilhaimensis, vnanimi omnium Conuentualium consensu electus, præfuit septimanis solummodo 22. Obijt Anno 1561.*

XI. LEONARDVS *ex Murnavv oriundus, rex. annos circiter quinque.*

XII. Fr. GEORGIVS *Gaunsdorfer ex Monasterio Tegernsee postulatur, & Administrator constituitur. Anno 1565. Præfuit Annos circiter tres.*

XIII. GEORGIVS *Zimmermann Abbas, Ob. die 12. Octobr. an. 1569. Sepultus in templo.*

CASPARVS *Kürbel Wessespronnensis Administrator extitit, à D. Matthæi Apostoli an. 1569. vsq; ad diem 25. Febr. an. 1570.*

IOACHIMVS *Khürcher Prior Zuifalten Præficitur Abbatiæ Anno 1570. die 25. Februarij. Sed à primis duobus annis solummodo tamquam Administrator; confirmatus postmodum & consecratus in Abbatem rexit an. 18. mens 2. dies 12.*

DAVID *Aichler Wundelheimensis, professus Monasterij Ottenbeyrensis Abbas montis S. ordinatur an. 1588. die 10. Maij, benè & vtiliter præf. an. circiter 8. Ob. an. 1596. die 26. Febr. Sepultus in templo, juxta Capellam Dominorum de Törring, non procul ab altari Chori.*

ALEXANDER *Sartor Vberlinganus ad lacum Acronicum, professus Ottenbeyren. postulatur die 2. Maij an 1596. & cum præfuisset an. fere quatuor reuocatur à fratribus suis, & Abbas Ottenbeyren. præficitur.*

IOHANNES *Chrysostomus Huttler Wundelheimen. professus in monte Sancto, vnanimiter eligitur an. MDC. die 19. Aprilis. cum laude & vtilitate Monasterio præfuit ad annum vsque vndecimum. Obijt die 7. Iulij, an. M. D C X. tumulatus juxta Abbatem Dauidem.*

MICHAEL *Einslin, Campidonen. Professus Monasterij montis Sancti modernus Abbas eligitur vnanimiter in profesto S. Bartholomæi die 23. Augusti An. 1610. Confirmaturque & benedicitur in ipso festo B. Apostoli.*

Faue Numen.

ANGER.

MONASTERIVM Monialium, ordinis sancti Francisci, in Monaco fundatur per Ludouicum quartum Imperatorem, in loco, in quo Pater suus Ludouicus, Dux Bauariæ, Anno 1283. fratres Franciscanos posuerat; translatis his in eum locum, in quo hodie sunt, emptum per ciues Monacenses, dictos Sentlinger, pro V C C C. florenis, quem Ludouicus Cæsar pro Franciscanis fratribus extrui fecit, antea verò, nempe Anno 1284. quatuor sorores venerant ex Seflingen, Monaster. Monialium prope Vlmam in Monacum, vna de Chunzelsau, alia de

Satl-

Satlperg, duæ Sentlingerin, Patriciæ Monacenſes, quæ inceptrices & quaſi fundatrices fuerunt Conuentus in Anger.

ANNO Domini 1339. Domina Agnes, filia Ludouici Imperatoris annorum quatuor, cum nouem aliis Virginibus intrauit clauſtrum Anger, in quo vixit annos quatuordecim in ordine, & obiit 1392. ſepulta ibi in Choro.

ANNO 1404. corruit Eccleſia ſancti Iacobi in Anger, noua reſtaurata & completa in quatuor annis, nempe Anno 1408. conſtitit 12000. libris denariorum Monacenſibus. *Aucut l. 9. fol. 106*

REFORMATVM eſt hoc Monaſterium ad inſtantiam Alberti Ducis Bauariæ, per Sixtum Epiſcopum Friſingenſem, iuſſu Sixti quarti, S. P. cum cæteris Monaſterijs ſancti Franciſci, ac ſancti Auguſtini ibi, adductis ex Norinberga ſororibus aliquot de obſeruantia, Anno Domini 1481. ſecundùm Vitum Arnpeck, &c.

HABET hoc Monaſterium deuotiſſimas & piiſsimas Moniales, regulam ſancti Franciſci orando, cantando ac ieiunando ſtrictè ſeruantes, Clauſæ intra Cancellos Monaſter. nullorum neque virorum neque mulierum conſpectum admittentes, imò neque parentum, aut coniunctorum, exceptis perſonis Principum, redditus habent ſatis amplos, cùm tamen valde parcè ac tenuiter religionis ergò viuant.

ADDITIONES.

PIus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Venerabili Epiſcopo Friſingenſi. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolicæ ſollicitudinis ſtudium circa diuerſa quæ noſtris incumbunt humeris peragenda, eſt illud præcipuum, vt Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium ſtatus opitulante Domino proſperetur, & in illis ſub regulari habitu altiſſimo famulantes perſonæ, præſertim fragilis ſexus fæminei, quas antiquus hoſtis eò ſolicitius ſtimulat, & perurget, quò earum vitæ meritoriæ ardentius æmulatur, ſecundum regularia inſtituta Sanctorumque traditiones vitam ſine offenſione altiſſimi agant puriſſimam, gratumque exhibeant altiſſimo famulatum, ac ſublatis omnibus, quæ earum ſaluti animarum officere, eaſque à ſancto ſolent reuocare propoſito, præcipue fallacibus rebus temporalibus & caducis Chriſto IESV filio virginis, cui ſuam virginitatem ſponraneè deuouerunt, accenſis Lampadibus valeant obuiare. Sane pro parte dilecti filij Nobilis viri *Alberti* Comitis Palatini Rheni ac Bauariæ Ducis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet Moniales Monaſterij Sancti *Iacobi* Monacen. Ordinis Sanctæ Claræ Friſingen. Diœceſis ſub perpetua clauſura ac alias benè & laudabiliter viuant, ſedulumque exhibeant altiſſimo

famulatum singulæ, tamen vel saltem maior pars Monialium prædictarum, quæ propria & particularia bona siue precarias habere noscuntur, contra eiusdē ordinis regularia instituta, & sacrorum Canonum sanctiones. Quare pro parte eiusdem Ducis nobis fuit humiliter supplicatum, vt super hoc earum directioni & animarum saluti salubriter consulere & oportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaq; attendentes postulationē ipsam fore consonam rationi, ac volentes, prout ex iniuncti nobis ministerij Pastoralis officio astringimur, illa de medio submouere, quæ auaritiæ fomitem, & perpetuæ dampnationis occasionem præbere noscuntur, eiusdem Ducis supplicationibus inclinati huiusmodi perpetuæ Constitutionis edicto statuimus ac etiam ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus nulla ipsius Monasterij Monialis etiam cum licentia aut permissione dicti Monasterij Abbatissæ pro tēpore existentis, vel cuiusuis alterius superioris, precarias siue bona particularia habere, vel detinere valeat, aut quouis quæsito colore possidere, sub excōunicationis pæna, quam ipsarum quælibet, si secus fecerit, ipsa facto incurrat. Mandantes nihilominus tibi tuisq; successoribus, eorumq; in spiritualibus Vicariis generalibus, in virtute sanctæ obedientiæ, quatenus Moniales prædictas, & earum quamlibet ex nunc & in posterum totiens, quotiens opus fuerit per censuram Ecclesiasticam & oportuna remedia ad dimittendum precarias, & quæ in particulari detinent bona, nec non illas & illa à se penitus abdicandum, omnemq; eorum proprietatē in quibusuis rebus, bonis, pecuniarum sconmis, aliisque generibus seu speciebus consistant relaxandum & dimittendum, & in communi pro vtilitate ipsius Monasterij earumque generali & communi vsu ponendum, ac secundum emissionem voti, institutorumq; prædictorum in communione viuendum auctoritate nostra cogere & compellere procures, nec non tàm Moniales prædictas, quàm Ministros, custodes siue Guardianos, & quoscunq; alios Ordinis fratrum Minorum professores contra statutum & Ordinationem huiusmodi facere, venire, eisq; Monialibus super hoc consilium, auxilium vel fauorem præbere, siue alias eas proprietarias facere & pertinaciter conseruare & defensare præsumentes, sententias & cēsuras huiusmodi incurrisse declares, facientes statutum & ordinationem huiusmodi perpetuis futuris temporibus auctoritate præfata inuiolabiliter obseruari. Contradictores per censuram Ecclesiasticam auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, non obstantibus quibuscunq; priuilegiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, indultis, gratiis, concessionibus & literis apostolicis, tam ordinib. memoratis, quam illorum & eiusdem Monasterij personis per nos vel sedē Apostolicam generaliter vel specialiter concessis, etiam si de illis eorumq; totis tenoribus habenda esset in præsentibus mentio specialis, eisq; sub certis modo & forma, & non alias derogandum, quibus omnibus illorum tenores ac si de verbo ad verbum in ipsis præsentibus inserti forent pro expressis habentes, quo ad præmissa duntaxat derogari volumus, & expresse derogamus, ipsis aliàs in suo robore permansuris, cæterisq; contrariis quibuscunq;. Aut si ministris, custodibus, siue Guardianis, professoribus aut Monialibus præfatis vel quibusuis aliis communiter vel diuisim à sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē. Datum *Romæ* apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo, VIII. Idus Dece. Pont. nostri An. primo.

N. Tungen.

R. Cubicularij

Den

DEn Ehrwürdigen Geistlichen Frawen/der Abbtissin/vnd dem gantzen Conuent S.Claren Orden am Anger zu München / entbeut ich Bruder Hans Gnybe Doctor der heiligen Schrifft Prouincial Minister Parfusser Ordens/vnd der Clöster ewers Ordens in Obern Dutschen Landen gemeiner Visitator, mein gebett vnd ewiges hail in vnserm Herrn. Selig sind nach der lere Christi/die armē/vñ jr ist das Reich der Himel / Darumb vermane ich euch durch die luter armut Christi / daß jhr alle eygenschafft vnter euch gantz verhuten vnd vermyten wöllen/vnd gar vnd lauter nach gantzem vermögen als die Regel geput in der gemein Leben / kein Gelt noch Gut insonderheit zuhaben / Es sy von eueren Lypding / oder sust barschafft / die euch von euern Frunden wued / oder werden mocht zukunfftigen zyten / das vnd die sol alles luter vnnd gantz gemeyn seyn / vnd durch die Abbtissin / vnd wenn sie es oder der Conuent empfilchet ingenommen vnd außgegeben werden/einer jedlichen Frawen alt vnd jung / siech vnd gesund nach jhr notturfftigkeit mit vernunfft vnd mit beschaidenheit / auch mit gutem Gewissen der Abbtissin / vnd der andern / den es zu zyten wurt entpfolen / jhr mögent auch nach dem rätt deß heiligen Stuls von Röme/ dem gemain zu hulffe vnd zu sture wol vnd dreffelich verkunden / clagen vnd sagen ewer armut bresten vnd notturfft deß Conuents / den geborn Freunden / der Kinder oder ander Personen / die jhr in euwer Closter zu dem heiligen Orden entpfahen wöllent/vnd mögent wol/vnd mit guter Conscientz / vnd als von alter herkommen ist das Allmusen nemen/das uch mit dem kinden geben wurt / vnd es in der Liebe vnd mynne Gottes bruchen / vnnd sullent es in ainen gemainen nutz deß Conuentes vnnd aller Frawen ängefehrlich bruchen/das ist die mainung Statut vnnd Ordnung deß heiligen Vatters deß Bapsts/seeliger gedechtnuß Herrn Benedicten deß gewolten/jhr sullent auch by desselben/vnd der Regel grossen gepott / kain Person zu uch in den Orden vnnd in das Closter nemen / sie sy dann GOTT zu lobe / der Seelen zu tröst uch nutz vnd erlich vnd wolgefellig / Es soll auch die Abbtissen hinfür quiettirn vmb alles Leibgeding der Frawen / vnd das jmnemen in jhr gewalt in dem Namen deß Conuents an widersprechen aller vnd ainer jetlichen Frawen / Es soll auch kain Frawe weder Schlussel noch Truhel haben zu dem Gelt/dann allain die Abbtissen / oder wenn die Abbtissin das befilcht / oder wer darzu erwelet wirdt der Frawen Gelt vnnd Brieff zuhalten/die soll vnd mag dasselbig Gelt außgeben / nach jetweder Frawen zimlicher notturfftigkeit den armen als den reichen/Darumb soll auch die Abbtissen die gemain Pfrund der Frawen bessern / als vil dem Conuent muglich ist / vnd soll darumb abprechen etlich ander außgab / der man mit GOTT vnd guter Gewissen ledig stehn mag / Es sy an schanckung / oder an andern dingen ängeferd / darumb daß die Frawen hinfür nit clagen mogen das sie mangel haben von jhr armut wegen. Der Conuent soll auch mit der Abbtissin zwo Frawen erwelen / oder me / dy Inkaufferin sein einer jegklichen nach jhr nottdurfft gepresten / vnnd kranckheit den Jungen als den Alten ān alles geferd / Dieselben zwo Frawen sullen bestellen Schmaltz / Ayer vnd Mel / das soll alles verrait werden / vnd soll ain jegliches zu ainer Summe geschriben werden/zu deß Conuentz Jahr raittung / Sie sullen auch den Frawen mit eynander kauffen Potzen mit Obes an dem Herbst / Man soll auch röben Oele vnd ander Fastnuß den Frawen miteinander bestellen einer jetlichen nach jhr nottdurfft/vnd ploidigkait / vnd soll alle Jar abzalt werden ān alles verzichen. Auch die aigenschaft dessen me jnner mytn soll by hailiger Gehorsam kain Frawe insonderheit zu den Kramern/ oder zu den Goltschmiten oder zu den Sydennetern jhr botten schicken / Seyden/ Duch/Golt/Silber oder Parlin zukauffen/buttel/furzug/nadlbain/kreutzlen oder ander ding darauß zumachen/vñ insonderheit zuuerkauffen/vñ aigen Gelt darauß zu losen/wann das ein sonder groß vermerckt ist/vñ ein gestalt der aigenschafft/sunder haisset vñ schaffen

Reformatio subsequens. An. 1419.

die

die Abbtissin die Frawen etwas arbeiten vnd zumachen/in deß Conuents küst vñ namen deß Closters/oder der Frawen Freundt zu etlichen Hochzeiten oder zu dem newen Jahr zu ehren oder sunst in anderen zimblichen Sachen dem gemeinen Conuent zu notturfft/ das ist den Frawen mit guter Conscientz erlaubet / Ich gebeut auch der Abbtissin/den Rättfrawen vnd dem gantzen Conuent festigklich/bey heiliger Gehorsamb daß jhr fürder mehr kein ligent Gut Hof oder Hofstatt verkauffen oder verlyhen sollent/ohn sunder willen vnd wissen vnd räth ewerer Pfleger/Es sollen auch bey derselben gehorsamb all Frawen raiten von jhren Ampten/Wann nun in disen vorgeschriben stucken etlich bresst bißher vnder euch gewesen ist/denselben zu bessern vnd fort mehr zuuerkommen/ So gebürt sich euch vestigklich bey heiliger Gehorsam vnd in Krafft deß heiligen Geistes/daß jhr disen Briff mit allen Puncten vnd Artickln hälten wöllent/zu lobe dem Herren/vnd zu sicherheit ewres ewigen lohns/der geben ist vnder meines Amptes Jnsigel zu ende der schrifft gedrucket/an dem Nunzehesten tag deß Meyhens/Anno Domini M.CCCC. LIX.

CATALOGVS ABBATISSARVM MONASterij S. IACOBI in ANGER. Ex mortilog. congestus ante reformationem.

I. HAILWIG *Senttlingerin.*
II. AGNES *à Müenbach.*
III. CECILIA *Waldeggerin.*
IV. SOPHIA *Chülin.*
V. LVGARD *Phalerin.*
VI. KVNIGVNDIS *Ingolstadien.*
VII. LVCIA *Ridlerin Obiit an. 1387.*
VIII. ELISABETHA *Waldeggerin, Ob. an 1397.*
IX. ANNA *Iegermaisterin, Ob. 1401.*
X. AGNES *Reisvvadlin.*
XI. BARBARA *Bidrichin, Ob. 1424.*
XII. CATHARINA *Nusbergerin Ob. 1448.*
XIII. CATHARINA *Pidrichin, Ob. an. 1448.*

Tempore Reformationis, & post illud.

XIV. DOROTHEA *Erstingerin, Ob. 1486.*
XV. VRSVLA *Schrenckin, Ob. 1488.*
XVI. FELICITAS *Trauttmanin, Ob. 1499.*
XVII. CATHARINA *Adlmanin, Ob An. 1520.*
XVIII. DOROTHEA *Hundertpfundin, Ob. an. 1538.*
XIX. REGINA *Ligsaltzin, Ob. 1540.*
XX. ROSINA *Gollnerin, Ob. an. 1548.*
XXI. ELISABETHA *Köglin, cui infirmitate oppressæ adiuncta fuit coadiutrix, Abbatissa subsequens, anno 1603. ipsa Ob. 1607.*
XXII. ANNA MARGARETHA *à Prandis, hoc ipso tempore adhuc monasterium vtiliter & cum laude gubernans.*

S. ANDREAE FRISINGAE COLLEGIATA ECCLESIA CANONICORVM SECVLARIVM.

SANCTI Andreæ ædem Ellenhardus, Pontifex Frisingensis, ope & consensu Heinrici quarti Imperatoris dedicauit, cui Ellenhardo Benedicti Beurense Templum

Templum cæsar tradidit, hoc post mortem tamen Ellenhardi rursum immunitate donat, circa Annum 1050. Auentinus in Annalibus fol. 551.

ADDITIONES

Vide supra in Episcop. Frisingen. in Addit. ad S. Ellenhardum Episcopum & fundatorem huius Ecclesiæ Collegiatæ Ecclesiæ S. Andreæ.

IN nomine Sanctæ individuæ Trinitatis. *Otto* Dei gratia *Frisingensis* Ecclesiæ Episcopus, dilecto filio *Ottoni* Præposito Ecclesiæ S. *Andreæ* fratribusque suis Canonicis præsentibus & futuris ac successoribus canonicè substituendis in perpetuum. Licet omnibus Christianam fidem & charitatem debeamus, ex officij tamen nostri debito tenemur, vt eorum qui specialius nobis attinent, vtilitatibus prouideamus, & eorum justis precibus animum inclinemus. Proinde dilecte in Christo fili *Otto*, ob amorem Dei & petitionem tuam Ecclesiam S. *Andreæ* cum omnibus suis possessionibus sub nostram protectioem suscipimus, eamque præsentis paginæ priuilegio communimus, statuentes vt vniuersa bona sua, vel quæ nunc habet & possidet, vel in futuro largitione cuiusquam justè & legaliter habitura est, rata sibi & integra permaneant, tibi tuorumque successorum Præpositorum & fratrum vsibus idoneis iugiter profutura. Ea quoque quæ bonæ memoriæ Antecessor noster *Ellenhardus* Venerabilis Episcopus, alijque antecessores nostri in areis, decimis, vinetis, mancipijs, alijsue possessionibus pia vobis deuotione contradiderunt, seu congrua commutatione & concambio contulerunt, nos etiam vobis concedimus & confirmamus, videlicet areas quas vel in monte *Frisingensi*, vel infra montem sitas possidetis, & in montanis *Tholbach*, *Cheiwa*, vel extra montana *Humblin* cū decima *Geislingen*, cum decima *Dorffen*, cum decima *Tugilpach*, cum decima *Holzhausen*, cum decima *Brittenbach*, cum decima, & præter hæc, quam nos vobis concessimus aream *Laurentij*. Præterea possessionem juris & dignitatis inter alias Ecclesias post primam, sicut in nostra præsentia canonicè obtinuistis, vobis recognoscimus, quod videlicet in celebrandis ordinibus in annotatione post sedem Cathedralem primum locum in processione solemni Præpositus vester aliis Præpositis præferatur, in refectorio accubitum qui principali oppositus est, habeatis, nisi fortè alia sit Ecclesia, quæ antiquioribus se in huiusmodi gaudere priuilegijs valeat ostendere, & legitime comprobauerit. Si quis autem huic nostræ institutionis priuilegio temerè contraire voluerit, tanquam præuaricator diuino examini se rationem redditurum cognoscat, conseruantibus autē eam, apud eum qui retributor omnium bonorum est, fructus & præmium maneat æternæ remunerationis. Signum Domini *Ottonis* Frisingensis Episcopi. Item ego Adalbertus maioris Ecclesiæ Præpositus. Ego Adalbertus maioris Ecclesiæ Decanus. Item ego Engilscalcus maioris Ecclesiæ Scholasticus. Item ego Herrandus Archidiaconus. Item ego Hoholdus S. Zenonis Præpositus. Item ego Berachtoldus maioris Ecclesiæ Notarius. Item ego Arnoldus Archidiaconus. Item ego Rapoto Abbas S. Stephani. Item ego Haremodus S. Viti Præpositus. Item ego Hermannus Præpositus S. Petri. Item ego Vdalricus S. Arsacij Præpositus. Item ego Henricus S. Dionysij Præpositus. Anno Dominicæ incarnationis Millesimo centesimo quinquagesimo septimo, Anno autem Domini Ottonis Frisingensis Ecclesiæ decimo nono, Indictione quinta. Data octua Idus Nouembris, Actum *Frisingæ* in nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen.

Episco-

Episcopo de Ellenhardo fundatore vide supra, pag 106. de quo à R.Dn. Andrea *Scherer alibi annotatum repperi.* Ob. An. Christi M.L.XXVIII. in vigilia S. Gregorij Papæ, vndecima Martij. Eiusdem fundatoris Ellenhardi habemus Albam, Casulam, cum duabus Dalmaticis. Adest quoq; ipsius calix cum patena, triplo ferè maioris magnitudinis & capacitatis quàm moderni calices esse solent. Adsunt ipsius quoq; Missale in pergameno elegantissimo charactere scriptum, vnà cum libris Euangeliorum & Epistolarum. Sepultus in nostra Ecclesia; sepulchrum est eleuatum.

In libro Euangeliorum depictus est Ellenhardus cum gibbo, librum offerens S. Andreæ, cum tali circumscriptione:

S. Andr. ad Ellenhardum. Christus librum accipiens.

Hunc Ellenhardus offert Præsul venerandus
Andreæ librum, sed enim tibi Christe per ipsum.
Summum præsto bonum pensando vices meritorum.
Ne dubites in me retinet te pagina vitæ.

Bulla Eugenij Pont. Max. qua docetur Electionem Decani de antiqua & approbata nec non obseruata consuetudine ad Capitulum S. Andreæ, vacante Decanatu pertinere: sicut jus hoc eligendi præscriptione quoque temporis immemorialis hactenus obtinuit.

EVgenius Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Rationi congruit, & conuenit honestati, vt ea quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet eius superueniẽte obitu literæ Apostolicæ super illis cõfectæ nõ fuerint, suum consequantur effectum. Dudum siquidem pro parte dilectorum filiorum Capituli Ecclesiæ S. *Andreæ Frisingensis*, sel. recordationis *Martino* Papa V. prædecessori nostro expositio, quod fructus, redditus & prouentus Decanatui ipsius Ecclesiæ, qui curatus, & dignitas inibi non tamen principalis est, adeo tenues & exiles existerent, quod de illis qui vltra tres Marchas argenti, secundum communem æstimationem non valebant annuatim, Decanus eiusdẽ Ecclesiæ pro tempore existens, & cuius electio dicto Decanatu vacante ad eosdẽ Capitulum de antiqua & approbata, nec non eatenus obseruata consuetudine pertinebat, juxta ipsius dignitatis exigentiam commode sustentari, statumque suum decenter tenere non poterat, & propterea frequenter, dum Decanatus ipse vacaret difficulter aliquis reperiretur, qui illum vellet acceptare, dictus prædecessor volens super his oportunè prouidere, præfatorum Capituli in ea parte supplicationibus inclinatus, videlicet sub dato diej. V. Kalend. Nouemb. Pontificatus sui anno vndecimo, cum singulis personis idoneis, quas successiue per huiusmodi Capitulum in Decanos dictæ Ecclesiæ, quotiens Decanatus ipse deinceps vacaret, eligi seu assumi, nec non dictum Decanatum ritè assequi contingeret, vt cum illo quodcunq; beneficium Ecclesiasticum curatum seu alias incompatibile, etiamsi parochialis Ecclesia foret, quod tempore suæ electionis seu assumptionis huiusmodi forsitan obtineret, aut postea alias sibi commodè conferretur, retinere liberè & licite valerent generalis Concilij & quibusvis aliis Apostolicis constitutionibus nec non Ecclesiæ prædictæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis statutis & consuetudinibus cæterisq; contrarijs nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica de speciali gratia dispensauit, vsq; ad beneplacitum apostolicæ sedis huiusmodi dispensatione duratura. Prouiso quod Decanatus & beneficium huiusmodi debitis interim non fraudarentur obsequijs, & animarum cum in beneficio si

qua

qua illi immineret, ac in Decanatu prædictis nullatenus negligeretur. Ne autem de dispensatione huiusmodi pro eo quod super illa dicti prædecessoris eius superueniente obitu litteræ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari; volumus, & eàdem auctoritate decernimus, quod præsentes literæ ad probandum plenè dispensationem huiusmodi vbiq; sufficiant, nec ad id Probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datæ *Romæ* apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadringesimo tricesimo, quinto Idus Martij, Pontificatus nostri anno primo.

CATALOGVS PRÆPOSITORVM COLlegiatæ Ecclesiæ S. Andreæ montis Frisingensis: quatenus ex varijs Archiui literis hinc inde colligi potuit; non quidem à prima fundatione, ab aliquot tamen centenis annis.

I. CONRADVS *de Erenfels fuit Præpositus, pro vt ex literis cognoscitur, circa annum Christi 1330.*

II. VLRICVS *à Messenhausen circa an. 1354. & 1363.*

III. CONRADVS *de Grimertzhouen circa an. 1374. & 1377.*

IV. HERMANNVS *de Pilueld circa an 1396.*

V. IOANNES *Türndl circa an. 1423. & 1427.*

VI. Mag. HENRICVS *Flöckhl circa an. 1430.*

VII. VLRICVS *Nusdorfer apostolicè obtinuit Præpositura, contra Georgium Egelinger; qui eandem à Nicodemo Episcopo Frisingensi prius obtinuerat, qui fuit Præpositus circa an. 1437. & 1444.*

VIII. IOANNES *Simonis Ecclesiæ Cathedralis Frising. Canonicus & Præpositus S. Andreæ circ. an. 1450. & 1460.*

IX. PAVLVS *Neumayr circa an. 1463.*

X. HENRICVS *Pareüter maioris Ecclesiæ Frisingen. Canonicus, & Præpositus huius Ecclesiæ circa an. 1478. & an 1481.*

XI. CONRADVS *Krantz Ecclesiæ Cathedralis Frisingen. Canonicus, Præpositus S. Andreæ circa an. 1484.*

XII. MARCVS *Hörndl Augustanus, LL. Doctor, Canonicus maioris Ecclesiæ Frisingen. Præpositus S. Andreæ circa an. 1500 & anteà, obijt 15. Octobr. an. 1517.*

XIII. MATTHÆVS *Hörndl I.V. Doctor, Canonicus jam dictæ maioris Ecclesiæ prius Coadiutor supranominati Marci Hörndl, cui successit 21. Octobr. 1517. ob 3. Septembr. an. 1535.*

XIV. IOANNES *Weier I.V. Doctor, Canonicus & Scholasticus Cathedr. Ecclesiæ Frisingæ, prius Coadiutor vigore Bullæ Apostolicæ, Matthæi Hörndls, postea Præpositus eidem immediate successit, an. 1535 ob 17. Iunij, an. 1556.*

XV. HIERONYMVS *Buslidius Præpositus Albanensis, accepit per Procuratorem possessionem Præposituræ S. Andreæ 3. die Iulij, anno 1556. obijt Romæ die 17. Maij anno 1558.*

XVI. *R.mus & Illustrissimus Dominus* Dn. OTTO *Presbyter Cardinalis tituli S. Sabinæ, Episcopus Augustanus, &c. Accepit per legitimum suum Procuratorem D. Conradum Heisler Canonicum S. Andreæ possessionem huius Præposituræ die 23. Augusti,*

anno 1558. per liberam resignationem primùm nominati Dn. Hieronymi Buslydij.

XVII. IOANNES *Pfister V. I. Doctor. Protonotarius Apostolicus, Canonicus maioris Ecclesiæ Frisingæ & Isnensis Præpositus post quam R.mus & Il.mus Otto Cardinalis, &c. resignauit, eidem immediatè successit, qui obijt 14. Decembr. an. 1582.*

XVIII. LVDOWICVS *Schrenckh, I. V. Doctor, Protonotarius Apostolicus, Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Frisingen. &c. Vicarius, eidem immediatè successit, qui ob. 10. Martij an. 1608.*

XIX. *R.mus & per Illust. Dn.* IOAN. *Baptista Rembolt, Patricius Augustanus Sacr. Palat. Apostolici Auditor Rotæ, Cathedralis Ecclesiæ Frisingen Præpositus, &c immediatus huius Præposituræ successor an. 1608.*

Successio Decanorum.

I. IACOBVS, *vixit tempore Dni Conradi de Erenfels Præpositi, an. 1330.*

II. FRIDERICVS *Haym circ. an. 1363.*

III. MICHAEL, *tempore Conradi de Grimmerz. houen circa an 1374 & 1377.*

IV. VDALRICVS *Arb. circ. an. 1386. & 1412.*

V. MATTHÆVS *Ottenburger, circa an. 1423. & 1435.*

VI. MICHAEL *Pfister circa an. 1439. & 1450.*

VII. IOAN. *Wagner circa an. 1454. & 1468.*

VIII. Dñ. IOAN N *circa an. 1478. & 1481. tempore Henrici Pareüter Præpositi.*

IX. CASPARVS *Marolt Decretorum Licentiatus, fuit Decanus circa an 1483. vsq; ad an. 1490. postea factus Canonicus maioris Ecclesiæ Frisingæ, Ob. 13. Iunij anno 1513.*

X. WOLFGANGVS *Rüeger circa an 1491. & 1494*

XI. GEORGIVS *Kittl Decretorum Licentiatus ab an. 1494, vsq; ad an. 1510. postea quoq; factus Canonicus maioris Ecclesiæ.*

XII. IOANNES *Danner circa annum 1515.*

XIII. ANDREAS *Althamer in annis carentiæ suæ Decanus electus, die nimirum 24. Aprilis an. 1517. cui tamen ad ipsius instantiam prosequendi sua studia ac interea Romam proficiscendi causa, ad vsq; residentiæ suæ annum primum absq; tamen redituum Decanatus perceptione abesse licuit; interea vero Senior Capituli ipsius loco substitutus; sed post modum, die nempe vltima Februarij An. 1519 per Procuratorem Decanatum resignauit, cui successit*

XIV. *Mag.* EGIDIVS *Mayr, qui ob. 12. Iulij an. 1521.*

XV. DANIEL *Carner eidem per electionem succesit qui obiit an 1534 die 15. Maij*

XVI. NICOLAVS *Fabri clericus Bisantinensis huius Ecclesiæ Canonicus, qui ob. die 14. Maij, An. 1539 in Decanum electus, cui per liberam resignationem die 14. Septembr. an. 1535. factam successit*

XVII. ANDREAS *Althamer, I. V. Licentiatus (qui jam secunda vice in Decanū fuit electus) Ob 23. Septembr. an. 1549.*

XVIII. MICHAEL *Knab Eckius, huic data possessio 15. Decembr. an. 1549. anno vero 1563. factus Canonicus maioris Ecclesiæ Frisingæ, hic sub auunculo suo Ioanne Eckio Theologo celeberrimo tantum profecit, vt non modo publicam Ingolstadij Philosophiæ professionem, sed & Lauream Theologicam mereretur, Ob. 18. Ianuar. an 1573 resignauit vero Decanatum an 1563 cui successit in Decanatu*

XIX. GEORGIVS *Hirsdorfer, resignauit an. 1565. ob. prid. Cal. Augusti. an. 1571.*

XX. IOANNES *Widman, possessionem accepit 10. die mens. Martij an. (vt supra) 1565. functusq; est officio Decanatus vsq; ad annum 1573.*

XXI. GEORGIVS *Premauer, quondam apud D. Georgium Frisingæ parochus, per liberam electionem suffectus, ob. mense Aprili an 1581.*

XXII. Mag.

XXII. *Mag.* GEORGIVS *Mayr Præpositus Isnensis in Decanum electus 13. Martij an. 1581. ob in mense Iulio, an. 1586.*

XXIII. GEORGIVS *Zauner Monachus olim S.mo Guilelmo Duci Bauariæ &c. à sacris, electus in Decanum tertio die mens. Augusti, an. 1586 ob 21. Martij, an 1612.*

XXIV. ANDREAS *Scherer Acronianus Tetnangensis sub ditione illustrium antiquissimæ prosapiæ Comitum de Montfort &c elig. die mens Aprilis, an 1512. Vir à pietate, doctrina, & humanitate iure commendandus. Super est adhuc, & superst. Numine fauente diu feliciter.*

ASPACH.

MONASTERIVM ordinis Benedictini fundatur à Christiana, vidua Geroldi Comitis, consecratur ab Ottone, Episcopo Babenbergensi, Anno 1127. alibi Auentinus in Annal. suis, fol. 622. ponit, quòd Geroldus & Christina coniunx prætorium suum Benedictinis tradiderint. Pertinebat autem hoc Monasterium jure Aduocatiæ, & aliis ad ditionem Fraunstain & Ering, quæ olim ad Ecclesiam Bambergensem spectabant. Vnde superioribus annis, tempore Wilhelmi & Ludouici, Ducum Bauariæ, Episcopi Bambergenses prætendebāt nescio quæ jura ad Monasterium hoc, volebantq; vt Prælati jura temporalia ab Episcopis in feudum reciperent, annuamq; pensionē soluerent: Sed renuebant Principes, atq; sub sua ditione ac protectione, sicut & sui Antecessores retinuerunt. Extant in Archiuo eius rei documenta, &c.

PRIMVS huius Monasterij Abbas dicitur fuisse ex familia Nobilium de Sigenhaim. Hoc Monasterium in eo bello, quod Manigoldus, Episcopus Patauiensis, cum Rapothone, Comite Palatino Bauariæ, familiæ de Ortenberg gessit, grauissimè attritum ac deuastatum est, quâ de re apud Episcopos illos plura. Auent. lib. 7. f. 662. pariter in bello Othocari Regis Bohemiæ, contra Duces Bauariæ, &c. vnà cum pluribus aliis Templis ad Oenum Velsam & Rotam sitis, circa Annum 1266. Auentinus folio 705.

HVIC Monasterio Leonhardus Episcopus Patauiensis constituit denarium, perpetuis temporibus singulis annis ab Inquilinis Parochialium Ecclesiarum in Trufflern, Puerpach, Münster, Karphaim, Weichmerting, Wirting, Munichaim, &c. soluendum custodi Monasterij, pro officio custodiæ, & pro conseruandis & reparandis ornatibus Templi eiusdem Monasterij, Anno 1426.

ADDITIONES.

Literæ fundationis.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Eberhardus* Dei gratia *Babenbergensis* Episcopus secundus. Officij nostri ratio postulare videtur, vt Ecclesias nostras in rebus & possessionibus suis manu tenere & confirmare, atq; contra futuras malitias hominum, quantum possumus auxiliante Domino præmunire debeamus. Quocirca vniuersitati fidelium notum esse volumus, quod deuota Christi famula *Christina* de *Aspach*, relicta *Caroldi* Comitis, cum eo mortuo viduata esset, & prolem non haberet, prædiis quidem & possessionibus mariti ad propinquos eius redeuntibus, ipsa suum hæreditarium prædium *Aspach* cum tota familia sua, & personis hominum, cum omnibus pertinentibus suis, cum agris, pratis, pascuis, syluis, cultis & incultis, cum aquis aquarumq; decursibus, piscationibus, molendinis, & cum omni genere vtilitatis, quo ipsa illud noscitur

& Imperij nostri fidelibus, qualiter fideles & dilecti nostri *Eberhardus Babenbergensis* Episcopus, & *Eberhardus Ratisponensis* electus prudenter aduertentes, quod qui auctore Prætore possidet, justè possidet, præsentiam nostram adierunt, deprecantes vt Concambium, quod factum fuerat inter *Bambergensem* & *Ratisponensem* Ecclesiam de manso *Benningen* ad Episcopatum *Ratisponensem* pertinente & tempore *Hartvvici* Ratisponensis Episcopi cuidam *Friderico* de *Sigenhaim* inbeneficiato, & tribus mansis econtrà, vno in *Rore*, alio in *Vffheim*, & dimidio in *Svvein*, itemque dimidio in loco *Inneheim* ad Ecclesiam *Babenbergensem* pertinentibus, per manum Comitis *Gebehardi Ratisponensis* Ecclesiæ Aduocati principalis, & per manum *Adelrammi* de *Cambe* in prædictis tribus mansis *Babenbergensis* Ecclesiæ Aduocati, auctoritate nostra confirmaremus. Iustis itaque & rationabilibus eorum petitionibus assentientes, hinc inde dantes & accipientes prædictam commutationem lege concambij per manum nostram imperialem, & per manum prædicti *Babenbergensis* Episcopi & *Ratisponensis* electi, præsentib. & consentientibus multis vtriusq; Ecclesiæ hominibus liberis & ministerialibus, præfatam commutationem roborauimus, statuentes & firmiter præcipientes, vt nulla Ecclesiastica secularisue persona violare præsumat hanc nostræ imperialis maiestatis constitutionẽ. Quicunq; verò ausu temerario contra venire præsumpserit, honoris sui detrimentum incurrat, & centum libras auri purissimi appendat, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem Ecclesiæ cui damnum illatum fuerit. Testes horum sunt Henricus Dux Bauariæ atq; Saxoniæ, Fridericus Dux de Rottenburch, Otto Palatinus & frater eius Fridericus de Wittelinesbach, Bertholdus Marchio de Vohburg, Berengerus Comes de Sultzbach, Heinricus Burggrauius de Ratispona, & frater eius Otto Landgrauius, Marquardus de Grunbach, Gebehardus de Luckẽberge & frater eius Marquardus. De ministerialibus Ratisp. Sigehardus de Eberspuinten. Vdalricus Vicedominus, Nisse de Raitenbuch, & alij quamplures. De ministerialibus Babenbergensibus, Hartlieb de Wincern, Eppo & Rapoto, & Gozvvin de Hosterhouen, & alij multi.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris Inuictissimi.

Datum per manum Christiani sacri palatij Cancellarij.

Actum *Ratisponæ*, anno Dominicæ incarnationis M. CLXVI. Indictione decima quarta, quarto Idus Aprilis, regnante Domino Friderico glorioso Imperatore Augusto, Anno regni eius decimo tertio, imperij verò vndecimo feliciter, Amẽ.

De vno Manso apud Penningen.

H*Artvvicus* Episcopus Dei gratia *Ratisponensis* Ecclesiæ *Asspacensi* Abbati & Successoribus eius, & fratribus ibidem Deo militantibus in perpetuum. Loca diuinis obsequijs mancipata manutenere, & fratrum illic Deo seruientiũ prouentibus prouidere, & eorum incommoda modis omnibus declinare, non solum laudabile, sed etiam saluberrimum est. Inde est vtique, quod nos cunctis Christi fidelibus notum esse cupimus, quod cuidam fideli nostro *Rapotonis* Comitis ministeriali, *Friderico* scilicet de *Sigenheim* mansum vnum apud *Penningen*

habuisse, *Babenbergensi* Ecclesiæ contradidit, eâ videlicet pactione, vt in Cellam ad minus duodecim Monachorum verteretur, pro remedio animæ suæ, & mariti sui, ac parentum vtrorumque, Ita beatæ memoriæ Dominus noster *Otto* Episcopus talium rerum studiosus locum cepit & prædiis ac decimis auctum, sub patrocinio Beati *Matthæi* Apostoli in Abbatiam promouit. Similiter & Dominus noster *Egilbertus* Episcopus prædecessor noster aliquos mansos & decimas in *Mattechouen*, & *Aterse*, & in *Heringen* ei contulit. Nos vero prædecessorum nostrorum præcepta siue opera studiosa deuotione complectentes, Domini ac fratris nostri *Friderici*, eiusdem loci Abbatis, & cæterorum fratrum petitioni acquieuimus, scilicet vt locus ipse à præfatis prædecessoribus nostris in diuinum seruitium fundatus, atque semel & iterum, confirmatus est: ita nunc quoque tertia vice, in nomine Sanctæ Trinitatis nostri priuilegij confirmatione roboretur, vt vndique munitus, nulla futurorum improbitate perturbari queat. Statuimus etiam, vt nihil vnquam jure beneficij ex prædiis eiusdem Monasterij militibus, seu aliis secularibus concedatur, quin imò beneficium quod *Vtelingin* dicitur, cum incultis & pertinentiis suis, quod necessitate temporum Beatus *Otto* Episcopus infeodasse probatur, nullus Episcoporum vel Abbatum infeodare præsumat, sed potius si vacare ceperit, in vsum & vtilitatem Ecclesiæ reducatur. Omnia igitur quæ ab ipsa fundatione, seu à prædictis prædecessoribus nostris eidem monasterio Canonicorum, & totius Cleri conniuentia, fidelium quoq; ac nostro collata sunt, cunctorum fratrum nostrorum Abbatum, Præpositorum ministerialium nostrorũ ac totius Curiæ nostræ consensu, fratribus ibidem Deo militantib⁹, seu militaturis in perpetuum profutura confirmamus, præsentemq; paginam inde cõscriptam ad euidentissimæ veritatis indiciũ nostræ imaginis impressione signauimus. Testes sunt horũ de Clero, Giselbertus maioris Ecclesiæ Præpositus, Hermannus Decanus, Cunradus Custos, Otto Præpositus Sancti Stephani, Eberhardus de Rosenstade, Hermannus de Rodehusen, Burckardus Cellerarius, Hermannus Notlich, Irrenbertus Abbas Sancti Michaëlis, Helmericus Abbas de Eûttersdorf, Abbas Cunradus de Vrovva. Ex Laicis liberi Berchtoldus Comes de Andechese, Cunradus Buggrauius de Nürenberg, Regenoldus de Riphenberg, Vdalricus Wdalpoto, Valricus de Wischenuelt, Henricus de Otlohesdorf, & Megengotus frater eius. Ministeriales, Gundeloch de Bodelendorf, Ratloch de Memesdorf, Godeboldus de Hosterhouẽ, Eberhart de Trostereũth, Marquardus de Willehalmesdorf, Hartlibus de Wincere, Eppo de Hergoltingen, & frater eius Marquard, Rapoto de Rodingen, Gosvvinus de Osterhouen, & filius eius Gozvvinus, Cunradus de Bummanesdorf, Eberhart de Anevvalesdorf, & frater eius Ekkehart, & alij multi. Actũ Dominicæ incarnationis M. C. LXIIII. Indictione duodecima, regnante Domino Friderico glorioso Romanorum Imperatore, & semper Augusto, anno regni eius decimo tertio. Imperij verò Nono feliciter, Amen.

De Concambio inter Babenbergensem & Ratisponensem Episcopos facto pro Manso Penningen, *& contrà pro tribus mansis, vno in* Rorr, *altero in* Vfaim, *& dimidio in* Schvvein, *itemq; dimidio in* Inneheim.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus* diuina fauente clementia Imperator Romanorum Augustus. Immortale præmium ab æterna diuinitate speramus, si ea quæ Ecclesiis seu Monasteriis seruorum Dei prospicere possunt, ad pacem & quietem, nostra imperiali auctoritate promouemus & confirmamus. Quapropter notificamus vniuersis Christi & Impe-

situm in beneficium concessimus, & is habitationem propter mænia construere disposuit. Timentes autem fratres *Aspacenses* cohabitationis vicinitatem, propter quotidianam vexationem rogauerunt nos, vt pro illo solo prædio triplum alibi de suis prædiis reciperemus. Quorum petitioni annuimus, conuocatis & missis ministerialibus nostris *Eberan* de *Sauerstetten*, *Adalberto* de *Withinmertingen*, *Haimone* de *Berge*, *Adalramo* de *Scheffovve*, ad prædia illa æstimanda & videnda. Hi verò exacta inquisitione, scilicet juramento, quo fidelitatem jurauerunt, interrogati, potiorem partem & vtilius tale concambium nostræ Ecclesiæ fore asseruerunt. Illi autem jam sæpedicti fratres *Aspacenses* per manum Aduocati *Adelrammi*, & in præsentia & conniuentia Domini *Eberhardi Babenbergensis* Episcopi, mansum vnum apud *Rore*, & mansum vnum apud *Vfhaim*, prædium vnum apud *Svvaine*, dimidium mansum apud *Innehaim* in manus *Rapotonis* Comitis super altare Sancti Petri in *Ratispona* tradendum perpetua emphyteosi commutauerunt & tradiderunt. Nos per manum Aduocati *Gebehardi* Comitis, in manum *Rapotonis* Comitis mansum jam antedictum apud *Benningen* super altare Sancti *Matthæi* perpetua emphyteosi commutauimus, & tradidimus. Vt autem tale concambium legitimum à nostris successoribus inconuulsum & illibatum omni æuo permaneat, hanc præsentis scripti paginam conscribi, & sigilli nostri impressione roborauimus. Si quis autem hanc commutationem & traditionem infringere tentauerit secundo tertioue commonitus, omni communione Ecclesiastica careat, & à corpore & sanguine Domini nostri IESV Christi in extremis suis alienus existat. Huius verò commutationis & traditionis testes sunt hi, Rapoto Comes de Ortenberck, Vdalricus de Steine, Wernherus de Gibistorf, Waldo de Valkinsteine, Wernhart de Ostirnahe, Aribo Scultetus, & filius eius Aribo, Balduvvinus & filius eius Cunrat de Ratispona, Wernhart de Erlingen, Vdalricus de Wisint, Vdalricus Kargilin, Karolo de Lerchinuelt, Gebehard⁹ & frater eius Waltherus de Svviber, Vdalricus & frater eius Ekkebertus de Hasenaker, Ruigerus de Grüzinibach, Chuno de Homdorf, Vdalricus de Tierhöbtin, Rudpertus de Leren, Herolt von dem hohen Hauß. Ego Wernherus Præpositus maioris Ecclesiæ subscripsi. Ego Heinricus Decanus maioris Ecclesiæ subscripsi. Ego Geringerus Custos & Canonicus maioris Ecclesiæ subscripsi. Ego Rudigerus Archidiaconus Ecclesiæ maioris & Præpositus Sancti Ioannis subscripsi. Ego Burckhardus maioris Ecclesiæ Canonicus subscripsi. Ego Heinricus subscripsi. Ego Meriboto subscripsi. Ego Hermannus subscripsi. Ego Gotefridus subscripsi. Acta sunt hæc anno incarnationis Dominicæ M.C.LXIII, Regnante inuictissimo Romanorum Augusto Friderico.

WIr Hainrich von Gottes Genaden Pfaltzgraue ze Rhein/vnd Hertzog in Beyern/ꝛc. Embieten vnsern Vitztumen/ Richtern/ allen vnsern Ambtleuten/ allen vnsern Edlen/ Leüten/ vnd gemainclich allen den/ die in vnserm Landt gesessen sind/ vnser huld vnd alles guet. Wir lassen Euch wissen/ daß wir Herrn Vlrichen dem Ersamen Abbt/ vnd allen den Conuent deß Gottshauß ze Aspach/ jr Leut vnd auch jr Güetter/ in vnsern besondern Schirm/ Gnad vnd Sicherhait genommen haben/ also daß derselb Abbt fürbas vnser besonder Caplan ist vnd seyn solle/ auch für Graf Hansen von Hals vmb gelt/ noch vmb keinerley sachen nicht Pfand sollen seyn/ deßgleichen alle die recht haben/ die ander Prelaten in vnsern Land habent. Vnd dauon wöllen wir/ vnd gebieten Euch allen vestiglich bey vnsern Hulden/ daß ihr in die vorgenante Genad alle zwiedlich stät habet/ vnd mit nichten vberfahret/ noch bekrengt/ als jr vnser schwere Vngnad vermeiden wellet/ Der Brieff ist gegeben zu Landshut im 1336. Jar/ an Sanct Blasij tag.

Primus

Primus huius Monasterij Abbas dicitur fuisse ex familia Nobilium de *Sigenheim*, qui obiit Anno 1164.

HOc Monasterium in eo bello, quod *Manigoldus* Episcopus *Patauiensis*, & *Albertus* Comes à *Pogen* cum *Rapotone*, Comite Palatino Bauariæ, familiæ de *Ortenberg* gessit, flebiliter spoliatum, & penitus exustum est, Anno 1212. in Vigilia Sancti *Andreæ* Apostoli. Pariter in bello *Ottokari* Regis *Bohemiæ* contra Duces Bauariæ, nimirum Dñ. *Henricum* & *Ludouicum* spoliatum & exustum est, ab eiusdem Regis capitaneo, circa annum 1266.

Erat & olim Monasterium sororũ, seu sacrarum virginum ibidem, S. *Michaëlis* Oratorio seu Ecclesiæ parochiali coniunctum, quod similiter in prædicto bello *Manigoldi* Episcopi & *Alberti* Comitis exustum est; cuius ædificiis primò succensis posthæc maiorem Ecclesiam alterius Monasterij, cum omnibus officinis sibi adiacentibus vorax flamma consumpsit. Cuius rei miserabilem euentum habemus in scriptis *Rapothonis* presbyteri quondam Conuentualis ibidem, *Henrici* Abbatis successoris; quem idem Abbas collectis per manus fidelium ad reparationem Ecclesiæ mittendis, præfecerat. Literarum & Priuilegiorum super reditibus Monasterij editorum & conscriptorum, quæ in prædictis exustionibus incendio consumpta sunt, fit mentio in *Bertholdi* Episcopi *Bambergensis* litera, num. 25. Item in *Thomæ* Abbatis Monasterij *Cellæ principum* lit. nu. 38.

Anno Domini 1350. feria sexta post diem Natiuitatis B. MARIÆ, in nocte fures surripiebant ex sacristia cuncta insignia Domini Abbatis, videlicet baculum, torques & annulos, & vnum pannum deauratum, vnum pannum bombycinum, vnam magnam crucem argenteam deauratam, in cuius concauitate multæ fuerunt reliquiæ Sanctorum. Vnam paruam crucem argenteam, quæ etiam claudebat Sanctuaria: & penè omnia priuilegia Monasterij, cum plurimis priuilegiis quorundam Laicorum.

Sequuntur literæ Berhtoldi Bamberg. Episcopi quarum paulo supra fit mentio sub num. 25.

BErtholdus Dei gratia *Babenbergen.* Ecclesiæ Episcopus. Vniuersis Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum peruenerit, salutem & sinceram in Domino charitatem. Cum auctoritate Canonis quæ infirmari possunt præcaueri debeant, cautum est, vt ad modernorum memoriam, & notitiam futurorũ, quæ fideliter inter bonos aguntur, scripturæ testimonio cõmendentur. Notũ igitur esse volumus vniuersis, ad quos tenor peruenerit huius scripti, quod dilectus nobis in Christo *Wernhardus* honorabilis Abbas Monasterij S. *Matthæi in Aspach*, à prædecessoribus nostris fundati, Diœcesis *Patauiensis*, ex parte sui, eiusque Conuentus, efficaciter proposuit coram nobis, quod Monasterium ipsius, tàm in hominibus quàm in bonis, infra districtus nostros vel propè existentibus, per Officiales nostros, nec non aduocatorum judices, libertatum & juris, quibus à prædecessoribꝰ nostris, fundatoribus loci eiusdem priuilegiatum fuerat ab antiquo, sit ferè solatio destitutũ. Proposuit etiam, quod Priuilegia super hoc conscripta in exustione ipsius Monasterij essent per incendium consumpta, & hoc se exhibuit certius probaturũ, petens humiliter & deuotè, quatenus tùm propter Deũ, tum propter justitiam, tùm etiam quia dictum Monasterium in *Aspach* ab Ecclesia *Bambergensi* per nostros est prædecessores fundatum, sibi dignaremur super proposito consulere & auxilium impertiri. Cum igitur ex iniuncto nobis à Deo officio, omnibus piis locis, & maximè illis quæ à prædecessoribus

nostris sunt fundata, subuenire, & paterna sollicitudine eorum indempnitat consulere, vt in statu bono & debito conseruentur, certiùs teneamur, neue ad dissolutionem suarum libertatum vergant, summopere præcauendo. Cognito de veritate, quod Priuilegia prædecessorum nostrorum, libertates, jura, & beneficia collata continentia, sunt exusta. Habita insuper inquisitione studiosa per multos idoneos, honestos, fide dignos, maximè Ecclesiæ nostræ homines de infra scriptis juribus Monasterij, similiter sufficienter instructi legitimis documentis, dignum æstimauimus atque justum nos' debere prædecessorum nostrorum, vestigia imitari, dicto loco jura & libertates ab ipsis' collata diligentius conseruando. Propositum itaque extitit coràm nobis' justitia mediante, quod homines in bonis Monasterij *Aspacensis* residentes, tàm in *Atergevv*, tàm circa *Hönhart*, quam etiam circa Hofmarchiam in *Ering*, in siluis' nostris & in memoribus, seu in foresta, omni vsu & jure gaudere debent, quo & nostri, & sub eadem annalis seruitij pensione. Præterea si homines Eccesiæ nostræ in possessionibus dicti Monasterij fuerint instituti, quamdiu ibi residere voluerint, officiales nostri eos inde non debent reposcere, nec in eis medio tempore jus aliquod aut seruitium vsurpare. Sed idem jus circa homines ipsius, in bonis Eccleſiæ nostræ institutos, nobis est per omnia reseruandum. Cæterùm homines de familia Eccleſiæ nostræ licite possunt in familia Monasterij matrimonium contrahere, & è conuerso, nec ex hoc incurrere debent pœnam aliquam, siue bannum, nec etiam ab hoc debent ab Officialibus vtrinque aliquatenus prohiberi. Insuper si ex parte Monasterij possessiones aliquæ, quarum proprietatis titulus nostram respicit Ecclesiam, & vulgariter dicitur *Invvertaigen*, fuerint comparatæ, vel per modum donationis, seu ex testamento alicuius ad ipsum deuenerint, auctoritate nostra & Ecclesiæ nostræ ad jus & proprietatem ipsius Monasterij transient ipso facto. Verum si dictus Abbas in bonis sui Monasterij vel hominibus, per aduocatum suum, aut judicem ipsius, seu alium quemcunq; contra Deum & justitiam fuerit quocunq; modo grauatus, injuriam & offensam ipsius reputare debemus, quasi nobis' & Ecclesiæ nostræ illatam sibique satisfactionem petere, dummodo nos duxerit requirendos. Volentes igitur thesaurum inæstimabilem per fundationem & promotionem piorum locorum, in quibus cultus diuinus deuotius frequentatur, per nostros prædecessores sollicite comparatum, quantum Deus dederit, conseruare, omnes libertates & jura seu beneficia præscripta dicto Monasterio in *Aspach* auctoritate nostra & Ecclesiæ nostræ renouamus, conferimus, & plenæ concessionis robore confirmamus, promittentes pro nobis & pro Ecclesia nostra omnia & singula supradicta perpetuo firma & rata habere & tenere, & non contrafacere, vel venire, per nos vel alios, aliqua ratione vel causa, arte vel ingenio, de jure vel de facto. Ipsumque Monasterium, prædicta jura auctoritate nostra ex nunc constituimus possidere. Et licet huiusmodi concessionem & confirmationem fecimus, propter Deum & justitiam, ad hoc tamen plurimum nos induxit, quod idem Abbas suiq; anteceſſores nobis & Ecclesiæ nostræ multa grata seruitia exhibuit, & semper poterit exhibere. Vt autem omnia & singula supradicta perpetuum robur firmitatis consequantur, præsentem chartam super hoc editam & conscriptam sibi suoq; Monasterio dedimus nostro sigillo munitam. Huius autem facti nostri testes sunt, Chunradus Decanus Ecclesiæ S. Stephani in Babenberg. Chunradus Decanus in Schvvidlving. Chunradus & Wernherus Capellani & Notarij Curiæ nostræ. Chunradus de Veltpach plebanus in Ering. Alramus de Atrrse, Chunradus Hatzmuzel, Chunradus de Alkerstorf,

Inwertsigen.

torf, Bernhardus de Vokkenberg, Tyrolfus de Osterhouen, Vlricus Dapifer noster dictus de Nevvenstorf, milites, Chunradus Citzeman officialis noster in Aterse, Gebhardus de Veltpach, Fridericus de Franckenburch, Fridericus Phnurco, Fridericus de Alkerstorf, Engelschalcus de Hag, & alij quàm plures fidedigni, Datum in *Aterse*. Anno Domini MCC LXXVIII. VIII. Kal. Iulij.

Memoriale de quo supra num. 56.

THomas permissione diuina Abbas Monasterij *Cellæ Principum* Ordinis *Cistertiensis*, *Patauiensis* Diœcesis, Vniuersis & singulis Christi fidelibus ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint, Salutem in Domino. Quia coram nobis personaliter constitutus Venerabilis in Christo Pater ac Dominus Dominus *Ioannes* Abbas Monasterij in *Aspach*, Ordinis Sancti *Benedicti Patauiensis* Diœcesis, de fundatione & dotatione Reuerendi in Christo Patris ac Domini, Domini *Bertholdi* Dei gratia *Babenbergensis* Ecclesiæ Episcopi, suorum quoque successorum, animo & intentione, modernum Reuerendum in Christo Patrem ac Dñ. Dñ. *Anthonium*, eiusdem Ecclesiæ *Babenbergensis* Episcopum, clarius informandi, videlicet qualiter dictum Monasterium in *Aspach*, non tot & tantis gaudeat redditibus, quemadmodum in principio suæ fundationis sit prouisum, & ferè multis solatiis destitutum. Allegauit etiam & proposuit, quomodo certa Priuilegia super redditibus dicti Monasterij edita & conscripta, in exustione ipsius Monasterij forent per ignis voraginem consumpta, nec non huiusmodi Monasterium suum in multis & diuersis debitis sit oneratum. Hæc & alia ad verificandum præscriptus Dominus *Ioannes* Abbas honestos ac prouidos viros Stephanum Rauniger, Matthæum Lindner, & Georgium Mülhueber ciues *Patauienses*, coràm nobis in medium produxit, qui omnes & eorum quilibet deposuerunt fide data, loco præstiti juramenti, quomodo dictum Monasterium *Aspacense* multis debitis & oneribus sit inuolutum; pro vt in quadam schedula per ipsum Dominum Abbatem coràm nobis producta, & per Notarium subscriptum lecta de verbo ad verbum plenius continetur, &c. Ideoque debita præscripta pro maiora verificatione, licet tamen aliqua ex eisdem per modernum Dominum *Ioannem* Abbatem, etiam eo ante tempora existente Procuratore eiusdem Monasterij in *Aspach*, sint pro parte soluta, ad petitionem eiusdem Domini Abbatis hic inseri, & inscribi huiusmodi schedulam jussimus, & per Notarium publicum subscribi, nostriq; sigilli appensione jussimus communiri. Super quibus etiam idem Dñ. *Ioannes* Abbas petiit sibi tot, quot forent necessaria publica confici Instrumenta. Datum & actum *Patauiæ* in domo habitationis nostæ, Anno Domini Millesimo, quadringentesimo tricesimo octauo, Indictione prima, die vero quarta decima mensis Martij, hora meridiej vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri Dñ. *Eugenij* diuina prouidentia Papæ quarti, anno eiusdem septimo, præsentib. ibidem honorabilibus & prouidis viris Ioanne Langhaimer, Magistro Petro Helm, ciuibus ciuitatis Patauien. Ioanne Brobst armigero, & Osyvaldo de Furstenzell, Marstallario nostro Laicis, Patauien. Diœcesis. Testib. ad præmissa vocatis pariter & rogatis, &c.

CATALOGVS ABBATVM MONASTERII Aspach.

I. FRIDERICVS *Sigenhaimer ex nobili familia de Sigenhaim.*

II. WICKE-

II. WICKERVS.
III. OTTO.
IV. RVETLIEBVS.
V. RVECHWINVS.
VI. ARNOLDVS.
VII. HERRANDVS.
VIII. ORTOLIVS.
IX. WICKERVS *secundus.*
X. EBERHARDVS.
XI. RAPOTO.
XII. HEINRICVS.
XIII. RAPOTO *secundus.*
XIV. ALBERTVS.
XV. BERNHARDVS.
XVI. HEINRICVS *secundus.*
XVII. IACOBVS.
XVIII. DIETMARVS.
XIX. VLRICVS.
XX. ALBERTVS *secundus.*
XXI. IOANNES.
XXII. IACOBVS *secundus.*
XXIII. IOANNES *secundus.*
XXIV. WOLFGANGVS.
XXV. IOANNES *tertius, dictus Rughalm, primus infulatus.*
XXVI. BENEDICTVS.
XXVII. ADAMVS.
XXVIII. EGIDIVS.
XXIX. CHRISTOPHORVS.
XXX. MARCVS.
XXXI. GABRIEL.
XXXII. IOANNES HENRICVS.
XXXIII. WOLGANGVS *secundus.*
XXXIV. LAMBERTVS.
XXXV. MAVRVS.

AETAL.

MONASTERIVM ordinis S. Benedicti, in ripa Oeni, super Wasserburgium, fundatur ab Arnolpho, Comite Damasiano, amicissimo Heinrici quarti Imperatoris. Ibidem cum vxore Gisala sepultus, circa Annum 1080. quod per fratrem eius Fridericum dictum Rocho, ad tantam egestatem redactum est, vt ægrè tres Monachos alere posset. Engelbertus Comes Wasserburgensis postea refecit, ac locupletauit. Limpurgium arcem seu Castrum suum vicinum solo æquauit, quod otio & solitariæ vitæ ac disciplinæ, strepitus ciuiles ac aulici minimè conuenirent. Wasserburgium cum toto famulitio migrauit, ac ibidem de cætero habitauit. Et hoc circa Annum Domini 1160. Auent. in Annalib. fol. 552. & fol. 692.

SEPVLTI sunt ibi Nobiles Zelleri de Zellereut vicini olim, &c.

ADDITIONES.

Fundatio Monasterij Aetl.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Anno Incarnationis Dominicæ M. LXXXVII. Ego *Engilbertus Halensium* Comes locum *Atilensem*, sub titulo Sanctæ Dei genitricis *Mariæ* perpetuæ virginis, sancti quoque *Michaëlis* Archangeli in territorio *Frisingensi* restauraui. Idem namque locus priscis temporibus à Principibus de *Dießin* magna prædiorum copia nobiliter est fundatus, sed à peruersis hominibus, & maximè à quodam *Friderico* cognomento *Hocke*, personis expulsis, rebus abstractis, ita destructus est, vt tribus tantum præbendariis illic remanentibus vix tandem paruissimum pristinæ habitationis ibidem seruaretur indicium. Sed quia tandem diuina clementia eundem locum suo sancto seruitio denuo mancipari voluit. Ego *Engilbertus Halensium* Comes, diuino compunctus amore Castrum meum *Linthurc*, quod tunc temporis præclara ciuium numerositate inhabitabatur, ex affectu quem pro restauratione loci *Atilensis* conceperam, hilari mente destruxi, & domum meam in castrum *Wasserburg* pro ampliatione, & pro situs monasterij commoditate transtuli, & quæcunque possessa fuerant in ipso monte, culta & inculta, à meis ministerialibus aliis prædiis commutaui, & in possessionem Monasterij tradidi. Post hoc conuocatis nobilioribus Bauariæ, amicis & ministerialibus meis, diligenti indagatione cæpi inuestigare, vbi prædia inuenirentur, quæ de jure foedi à prima institutione Monasticæ religionis ad ipsum locum sine contradictione pertinentia videntur. Inuenta autem sunt hæc in ipso monte, & sub ipso culta & inculta, ad XII. aratra, octo Ecclesiæ cum dote & decimis earum, quarum nomina hæc sunt: *Atila*, *Kimerberg*, *Albrantsperg*, *Kite*, *Etlingen*, *Gerute*, *Hohenawe*, Capella in *Wasserburg*; pro quarum dotis & decimarum commutatione communi consilio & testimonio Principum & Nobilium Bauariæ, Comitis videlicet *Berchtoldi* de *Andechs*, *Sifridi* Comitis in *Hochenburg*, *Chunonis* de *Megilingen*, *Herrandi* de *Amrangi*, *Burckardi* de *Mosburc*, aliorumque multorum consensu, Chori *Frisingensis*, in præsentia Domini *Ottonis* Episcopi, astanti omni clero suo, tradidi ad aram Sanctæ *Mariæ Frisingen.* Ecclesiæ, Decimalem turrem in *Ardingen*, & mansum dimidium sub ipso monte situm, ad exponendum ibi vinum *Frisingen.* Ecclesiæ. Denique à principibus quos profati sumus, & à multis aliis nobilibus, adhuc inuenta sunt, ad locum *Atilensem* pertinentia, a flumine *Ebrach*, vsque ad ripam *Kazpach*, prata, pascua, culta & inculta, apud *Albrantsperg* quatuor mansus, *Pruckhe* molendinum, *Roshart* curtis, *Vichusen* duæ curtes, *Chorenperg* duæ curtes, de cunctis verò quæ possidet in omnibus castris meis *Wasserburg*, *Viechtenstain*, *Grissinstain*, *Werberg*, pecorum videlicet, carnium, caseorum, volatilium, & omnium victualium meorum decimas *Atilensi* monasterio tradidi. Si quis autem huic traditioni nostræ obuiare voluerit, vel de supradictis possessionibus aut decimis aliquid minuere præsumpserit, sine filij mei, seu quælibet persona, anathema sit in secundo aduentu Domini: conseruantibus autem ea, quæ præfato Cœnobio perpetuo jure mancipauimus, sit merces quam præparauit Deus diligentibus se. vt autem traditio nostra incenuulsa permaneat, præsentē paginam supradictis testibus & sigilli nostri impressione munimus & ratificamus.

A *Lexander* Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis *Egilolpho* Abbati

Abbati monasterij *Atilensis*, eiusdem fratribus tàm præsentibus quàm futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quoties illud à nobis petitur, quod religioni & honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum monasterium, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti Priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes vt ordo monasticus qui secundum Deum & B. *Benedicti* regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunq; possessiones, quæcunq; bona idem monasterium in præsentiarum justè & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Terram cultam pro duodecim aratris in *Atila*, & à loco qui dicitur *Katzbach*, vsque ad ipsum montem, omnia culta & inculta: quæ ad jus & proprietatem bonæ memoriæ *Engelberti* Comitis *Halensis* spectantia, idem Comes pia deuotione in perpetuam eleemosynam vobis donauit. Ecclesiam de *Atila* cum Capellis & aliis pertinentiis suis, decimas omnium prædictarum Ecclesiarum, quas præfatus Comes redemit ab Ecclesia *Frisingensi*, per *Ottonem* eiusdem Ecclesiæ Episcopum cum consensu totius Ecclesiæ *Frisingensis*, dato in concambium dimidio manso sub ipso monte *Atilæ*, & curte magna & pretiosa apud *Ardingen*. Duas Ecclesias, videlicet *Isoluingen* & *Gruesteten*, *Conrado* seniore & *Conrado* juniore Archiepiscopis, & nunc *Alberto* Archiepiscopo laudantibus, & approbantibus omnibus *Salisburgensis* Ecclesiæ Prælatis & Prioribus, annuente clero & populo vobis concessas. Præterea libertates & immunitates à Regibus, Archiepiscopis, Episcopis, aliisq; Principibus monasterio vestro rationabiliter collatas, sicut in autenticis scriptis exinde factis continentur, & antiquas & rationabiles consuetudines Monasterij vestri integras & illibatas præsenti decreto manere sancimus. Sanè noualium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis animalium vestrorum nullus à vobis decimas præsumat exigere. In Parochialibus autem Ecclesiis quas tenetis, liceat vobis Clericos eligere, & Episcopo præsentare, quibus si idonei fuerint Episcopus animarum curam committat. Vt de plebis quidem cura Episcopo, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Liceat quoq; vobis Clericos vel Laicos liberos & absolutos è seculo fugientes ad conuersionem vestram recipere, & eos absque vllius contradictione in vestro Collegio retinere. Prohibemus insuper vt nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem sine licentia Abbatis sui fas sit de claustro discedere: discedentem verò absq; communium literarum cautione nullus audeat retinere, nisi ad arctiorem vitam voluerit transmigrare. Sepulturam quoq; ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati aut interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen justitia illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium & basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi à Diocesano suscipietis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicæ sedis habuerit, & ea gratis, & absq; vlla prauitate vobis voluerit exhibere: alioquin liceat vobis quem malueritis adire antistitem,

qui

qui nostra fultus auctoritate quod postulatis indulgeat. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilij sanioris secundum Dei timorem & B. *Benedicti* regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergò vt nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conseruentur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate & Diocesani Episcopi Canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens cõtra eam temere temptauerit, secundo tertioue commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & Sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri IESV Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autẽ eidem loco sua jura seruantibus, sit pax Domini nostri IESV Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum *Ferrariæ* per manum Graciani S. Rom. Ecclesiæ Notarij quarto Calend. Maij, Indictione X. Incarnationis Dominicæ Anno M.C.LXXVII. Pontificatus verò Domini Alexandri PP. III. Anno XVIII.

GREGORIVS Fpiscopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Abbati monasterij *Atilensis*, eiusdemq; fratribus tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens illud à nobis petitur, quod religioni & honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus clementer annuimus, & monasterium *Atilense* in quo diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis *Alexandri* Papæ prædecessoris nostri sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo monasticus, qui secundum Deum & B. *Benedicti* regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea, quascunq; possessiones, quæcunq; bona idem Monasterium in præsentiarum justè & canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, terram cultam pro duodecim aratris in *Atila*, & à loco qui dicitur *Katzbach*, vsque ad ipsum montem culta & inculta quæ ad jus & proprietatem bonæ memoriæ *Engilberti* Comitis *Halensis* spectantia, idem Comes pia deuotione in perpetuam eleemosynam vobis donauit. Ecclesiam de *Atila* cum Capellis & pertinentiis suis. Decimas omnes prædictarum Ecclesiarum quas prædictus Comes redemit ab Ecclesia *Frisingensi* per *Ottonem* eiusdem Ecclesiæ Episcopum, cum consensu totius Ecclesiæ *Frisingensis*, dato in concambium dimidio manso sub ipso monte *Atilæ*, & curte magna & pretiosa apud *Ardingen*, de *Svvaben*, & *Diengen*, & de *Stroa* villas cum earum pertinentiis. Duas Ecclesias, videlicet *Isoluingen* & *Greifteten*, à *Conrado* Seniore, *Eberhardo*, & *Conrado* juniore Archiepiscopis & nunc ab *Alberto* Archiepiscopo laudantibus, & approbantibus omnibus

bus *Salisburgensis* Ecclesiæ Prælatis & Prioribus annuente Clero & populo vobis concessas. Præterea libertates & immunitates à Regibus, Archiepiscopis, Episcopis aliisq; Principibus rationabiliter Monasterio vestro collatas, sicut in authenticis scriptis exinde factis continentur, & antiquas & rationabiles consuetudines Monasterij vestri integras & illibatas præsenti Decreto manere sancimus. Sanè noualium nostrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, seu de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. In Parochialibus autem Ecclesijs quas tenetis, liceat vobis Clericos eligere, & Episcopo præsentare, quibus si idonei fuerint, Episcopus animarum curam committat, vt de plebis quidē cura Episcopo, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Liceat quoq; vobis Clericos vel Laicos liberos & absolutos è seculo fugientes ad conuersionem vestram recipere, & eos absq; vllius contradictione in vestro Collegio retinere. Prohibemus insuper vt nulli fratrum vestrorum, post factam in eodē loco professionē, sine licentia Abbatis sui fas sit de clausstro discedere: discedentem vero absque communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere, nisi ad arctiorem vitam voluerit transmigrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui se illis sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, aut etiam publicè vsurarij nullus obsistat. Salua tamen justitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, à Diocæsano suscipietis Episcopo, siquidē Catholicus fuerit, & gratiam & cōmunionem Apostolicæ sedis habuerit, & ea gratis & absq; vlla prauitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quemcunq; malueritis Catholicum adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate quod postulatis indulgeat. Obeunte vero te nunc eiusdē loci Abbate, vel tuorū quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quē communi consensu, vel fratrum maior pars consilij sanioris secundum Dei timorē & B. *Benedicti* regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo vt nulli omninò homini liceat prefatum Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conseruentur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesani Episcopi Canonica iustitia, & in supradictis Decimis moderatione Concilij generalis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contrà eam temerè venire tēptauerit, secundo tertioue cōmonita nisi præsumptionē suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui careat dignitate, reamq; se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore Dei & Domini redēptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ subiaceat vltioni. Cunctis autē eidē loco sua jura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus hîc fructū bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicē præmia æternæ pacis inueniant, Amē. Datum *Laterane.* per manū Mag. Bartholomæi S. Rom. Ecclesiæ Vicecācellarij, XII. Cal. Maij. Ind. VII. Incar. Dom. MCCXXX. IIII. Pont. vero Domini *Gregorij* Pap. VIIII. an. 8.

PAulus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conuentui Monasterij in *Atel* Ordinis S. *Benedicti Frisingensis* Diœcesis salutē & Apostolicam benedictionē. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestū, tàm vigor æquitatis

tatis, quam ordo exigit rationis vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia siue alia indulta vobis ac Monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum à Regibus & Principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas justè & pacificè possidetis, vobis & per vos eidem monasterio auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omninò homini liceat hanc paginam nostræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud S. Marcum, An. incarnationis Dominicæ M. CCCC. Sexagesimo octauo, Pridie Calend. Maij, Pontificatus nostri anno quarto.

ALexander Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Monasterij *Garten.* per Præpositum soliti gubernari *Salisburgen.* Dioceſis & Ecclesiæ Frisingen. Præpositis ac Vicario venerabilis fratris nostri Episcopi *Frisingensis* in spiritualib. generali, Salutem & Apostolicam benedictionem. Hodie à nobis emanarunt literæ tenoris subsequentis. *Alexander* Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. His quæ pro Ecclesiarum, ac Monasteriorum, ac personarum quarumlibet indemnitatibus & cõmoditatibus, cum diuini cultus augmẽto ac animarũ salute prouide facta dicuntur, vt in sua firmitate persistant, cum à nobis petitur, libenter adiicimus apostolici muniminis firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum, moderni Abbatis & Conuentus Monasterij *Attlen.*, Ordinis S. *Benedicti Frisingensis* Diœceſis, nuper nobis exhibita petitio continebat, quod alias bonæ memoriæ *Eberhardus* Archiepiscopus *Salisburgensis*, Apostolicæ sedis Legatus natus, parochialem in *Eiselsing* & in *Griesstetten*, cum sibi subditis Capellis, ac omnibus eius attinentiis, seu possessionibus in spiritualibus ac temporalibus ac cum omni suo jure *Hochenalb* dictæ diœceſis Ecclesias de cõsensu dilectorum filiorum Capituli Ecclesiæ *Salisburgensis*, Monasterio prædicto in perpetuam proprietatem tradidit, & perpetua firmitate stabiliuit, ac Abbati dicti Monasterij Clericos & Vicarios dictarum Ecclesiarum imitandi potestatem concessit, & si quis Abbatem eiusdem Monasterij & Conuentum præfatos super hoc perturbaret, anathema existeret, & successiue etiam bonæ memoriæ *Conradus*, Episcopus *Frisingensis* considerans quod habitatores loci *Wasserburg*, qui apud Parochialem Ecclesiam in *Attl* dictæ diœceſis, quæ etiam apud ipsum Monasterium in spiritualibus & temporalibus pleno jure attinet, ab antiquo sepulturam habuerant, & diuina ac alia Ecclesiastica Sacramẽta in ea receperant, quodq; propter excrescentiam & multitudinem populi, quæ ibidẽ per Dei gratiam pullulauerat & creuerat, habitatoribus prædictis periculosum & difficile erat, ad prædictã Ecclesiam parochialem in *Attl* accedere, de consensu dilectorũ filiorum Capituli *Frisingensis*, & ad petitionem tunc Abbatis dicti Monasterij & Conuentus prædictorum, nec non dilectorum filiorum incolarum dicti loci de *Wasserburg* concessit, vt incolæ locorum *Hochenalb* & *Wasserburg* prædictorum, apud Ecclesiam quam ipsi incolæ de *Hohenalb* ibidem ad diuinum cultum ampliandum in honorem B. *Iacobi* fundare, & ædificare inceperant, diuina officia audirent, & Ecclesiastica Sacramenta reciperent, & apud ipsam Ecclesiam in illius cæmiterio, qui vellent Ecclesiasticam sepulturam haberent, saluis tamen omnibus juribus, honoribus, & reuerentiis, quæ ab ipsa Ecclesia tanquam à filia, & habitatoribus ibidem Ecclesiæ parochiali & Monasterio in *Attl* tanquam matrici

Ecclesiæ jure filialis subiectionis regulariter & Canonicè impendi debebant, seu cõsueuerant, ac mandarunt, quod Parochiani & incolæ locorum prædictorũ ac Ecclesiæ intra vel extra sitæ in decimis, oblationibus, mortuariis vel aliis juribus parochialibus filiali subiectione Ecclesiæ Parochiali, seu Monasterio in *Actl* prędictis perpetuo essent subiecti, & prædicta loca à matrice Ecclesia nullo modo diuidi vel separari possent, & dictæ Ecclesiæ à nullo officiari vel incolæ dictorũ locorum ab aliquo audirent diuina, aut reciperent Ecclesiastica Sacramenta nisi à Vicario quẽ Abbas pro tempore, & Conuentus præfati instituerent, & in instituendo & destituendo Vicarium huiusmodi à nemine contradictionem seu impedimentũ paterentur. Quodq; incolæ dicti & habitatores præfatæ Ecclesiæ S *Iacobi* diuina officia audire, & sepeliri, ac Sacramenta Ecclesiastica suscipere, vt præfertur, possent: & quod in signum filialis subiectionis, tenerentur annis singulis cum cruce & processione, in certis festiuitatibus tunc expressis prædictum Monasteriũ, tanquam matricẽ Ecclesiam vnanimiter, deuote, & cum reuerentia visitare, ipsiq; Abbas & Conuentus tenerentur deputare vnum ex Monachis dicti Monasterij pro mortuis sepeliendis in cæmiterio ipsius Capellæ seu Ecclesiæ *S. Iacobi*, & omnia occasione defunctorum obuenientia huiusmodi oblationib⁹ terris siue aliis quibuscunq; in vsum Monasterij & Monachorũ prædictorũ redigerentur, ac quod saluũ esset dicto Monasterio jus funerandi omnibus habitatoribus prędictorum locorum, qui apud ipsum sibi sepulturam elegissent, prout in quibusdam literis Archiepiscopi & Episcopi prædictorum desuper confectis dicitur plenius cõtineri. Quare pro parte eorundẽ Abbatis & Conuentus asserentium se in præmissorũ possessione vel quasi jam longissimo tẽporè præterito extitisse & existere nobis fuit humiliter supplicatum, vt eisdẽ præmissis pro illarum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adiicere, aliasq; in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur præfatos Abbatẽ & Conuentum ac eorum singulos à quibuscunq; excõmunicationis, suspensionis & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, cẽsuris & pœnis à jure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quib⁹ quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, præmissa omnia & singula, & prout illa concernunt omnia & singula in dictis literis contenta auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, supplemusq; omnes & singulos defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac Monasterij & ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & cõsuetudinib⁹, cæterisq; cõtrariis quibuscunq;. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginã nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire, si quis autẽ hoc attemptare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datũ *Romæ* apud S. Petrum, An. incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo nono Kal. Nou. Pontific. nostri an. nono. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus vos, vel duo, aut vnus vestrũ per vos vel aliũ seu alios litteras prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, vbi & quando expedierit, ac quotiens pro parte Abbatis & Cõuentus prædictorum fueritis super hoc requisiti solenniter publicantes, eisq; in præmissis efficaciæ defensionis præsidio assistentes faciatis auctoritate nostra omnia & singula, ac prout illa concernunt omnia & singula in dictis literis contenta, juxta earundem literarum tenorem inuioabiliter obseruari, non permittentes Abbatem & Conuentum,

ac Mo-

ac Monasterium prædicta, super prædictis, illorumque possessione vel quasi, in qua Abbas & Conuentus præfati, vt præfertur, existunt, per quoscunq; videbitur vel iniuste quomodolibet molestari. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Nõ obstantibus felicis recordationis *Bonifacij* Papæ VIII. prædecessoris nostri constitutione, qua inter alia cauetur, ne quis extra ciuitatem suam vel diocæsin, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltrà dietam suæ diocæsis ad judicium euocetur: seu ne judices à sede Apostolica deputati extra ciuitatẽ & diocæsim in quibus deputati fuerint contra quoscunq; procedere, aut alij vel aliis vices suas committere præsumant, & de duob⁹ dietis in Concilio generali edita, dum modo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur, ac aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis quæ in dictis nostris literis voluimus non obstare contrariis quibuscunq;, aut si aliquibus communiter vel diuisim à dicta sit sede indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari, aut extra vel vltrà certa loca ad judicium euocari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Data *Romæ*, apud S. Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo nono. Kal. Nouembris, Pontificatus nostri anno nono.

WIr Steffan von Gottes Genaden Pfalltzgraf bey Rhein/vnd Hertzog in Bayern/bekennen vnd thun kund offentlich mit disem Brieff/für vns/ vnser Erben vñ Nachkomẽn ewigklich/ Als manigen Person Frawen vñ Mannen hie von vnser Statt zu Wasserburg der etliche vergangen vnd todt/ vnd auch etlich noch in dem leben seind/von vbung vnd einfluß als Göttlich zuglauben ist/ deß heiligen Geists/ ihr Haab vnd Gut zu der Capellen vnd Kammer/die da hie auf Jacobs Freythof in S. Michaels ehr/vnd zu hülff vnd gedächtnuß aller glaubigen Seelen auffgeführt/ gebauet/ vnd auch geweicht ist/vnd auch zu einer ewigen Messe/ die darinnen ewigklich gesprochen vnd volführt soll werden/ Nu ist dieselbe Meß her von menigen Jahren darnider gelegen/ vnnd nicht vollführt/ vnd gehalten worden/ als die ewigen Seeligen Menschen wolten/vnd Göttlich gedacht habent/ sonderlich von solcher zwitracht vnnd mißhellung wegen/ die da von wegen der Stifft der vorgenennten ewigen Meß/ zwischen deß Ehrwürdigen/vnd der Geistlichen/ vnser lieben andächtigen/ deß Abbts vnd deß Conuents vnsers Gottshauß zu Attl eines theils/ vnd der Erbarn Weisen vnser lieben getrewen/ deß Rats vnnd der Gemain vnser Statt daselbs zu Wasserburg/ vnßhero gewesen sein/ deß andern theils/ habent vns dieselben der Rath vnd die Burger jetzo vnnd auch vormals zu meniger stundt/ so vert vnd vast angeruefft/ vnd gebetten/ daß wir darzu so gnedigklich gedencken vnd thun wolten/ damit die ehegenant Stifft vnnd ewige Meß/ als das von denen/ die ihr Haab vnd Gut/ als vor berürt ist/ darzu geben haben/ wolbeweglich/ wolbedächtlich betracht/ geordent vnd geschafft ist/ nun hinfüran ewigklich einen fortgang gewunne vnd hiete. Nun haben wir angesehen solches zimblich pett/ alß vns die vorgemelte vnser lieb getrewe/ der Rath vnd die Gemain/ jetzo vnd auch vor als offt/ vnnd ernstlich angelegt vnd gehon habent/ vnd auch das der ehegenenten Menschen Seel solcher hülff vnnd Seelgereit/ der Sie dort von vorgemelter ewigen Meß vnd Stifft in jener Welt sein gewartent/nicht also beraubt/ vnd lenger enperen sollen/ So gehört auch vns vnd einem jeglichen Fürsten wol zu/daß wir von Fürstlicher vnd angeborner güetigkeit den Gottsdienst vnnd Seelgereid fürdern/ mehren vnd schirmen sollen/ wo sich das gebürt/ bey vnsern zeiten/ vnd darumben haben wir vns der Sach Zwitracht vnd Mißhelligung/ als sie deß zu beder seit wissentlich vñ vnbezwungen/ mit gutem willen vñ zeitigem Rath hinter vns gegangen seint/angenommen/also was wir darumb sprachen vñ erfunden/dabey

soll es dann fürbas ewigklich vnd vnzerbrochenlich bleiben / vnd auch von beeden thailen/ vnd von menigklichen die in den Sachen gewohnt sein oder werdent/ ewigklich gehalten werden/ vngeuerlich/ vnd also sein Wir darüber müssigklich gesessen/ mit vnsern Räthen vnd Gelerten Pfaffen / vnd haben darumb mit guter vorbetrachtung / zeitigem Rath vnd Rechten Gewissen redlich gesprochen / vnd sprechen auch in crafft deß Brieffs/ vnd als hernach geschriben steet / Deß Ersten / daß die ehgenanten ewig Meß täglich vnnd ewigklich in der ehgenenten Capellen gesprochen / vnd vollführt soll werden / doch außgenommen/ daß derselb Priester einen Tag oder zween der Wochen / ob er will/ wol mag gefeyren/ ohn zuspruch / er soll auch allweg zuhandt nach der Mittermeß vberstehen / die Meß vollbringen / vnd mag auch die oben oder vnden in der Grufft vollbringen / wie jhme dann das geuelt / vnd was auch in der obgemelten Capellen oben oder vnden auff den Altarn geopffert wirdet/ das soll alles in den Pfarrhof einem Pfarrer gentzlich werden / vnd keinen außgenommen / ob ein Caplan einen Schuler oder Meßner / die jhme dann deß tags zu Altar gedient habent / daruon etwas gibt / als das dann gewöhnlich vnd zimlich ist / Sich soll vnd mag auch ein Caplan kains Jarstags / Vigili noch offner gedächtnuß der Lebendigen/ noch der Todten mit vnterwinten begehen noch haben/ noch Ampt singen in der ehgenenten Capellen/ ohn vrlaub eines Abbts von Attl / denn allein Jährlich an dem Kirchweich tag/ oder wann Patrocinium, darinnen ist / Item/ wir sprechen auch/ daß/ wann dem Caplan der jetzo angehet/ all vnd jegklich Zinns/ Ränten/ Nutz oder Gült / wo/ auff wem oder wie die gelegen vnd genant sein / nichts außgenommen / es sey hie oder in vnser Statt / in dem Burgfridt / oder ausserhalb auff dem Landt / das zu der ehegenanten Capellen vnnd ewigen Meß von erst vntzher geschafft vnd gegeben ist / es sey verrent oder ligent Guet / oder Beraitschafft / vnd auch alle veressene Gült vnd Zins/ waß das alles an der ehgedachten Capellen vnzhero nichts verpaut vnd noch vorhanden ist/ vngeuerlich vnuerzogenlich vnterweisen / außzaigen solle/ vnd in deß gentzlich gewaltigen/ zu seiner vnd aller seinen Nachkommen handen nutz vnd frummen als solcher Gottsgab recht ist/ nach Geistlicher ordnung vnd gewonheit / doch also/ daß der ehgenant Caplan von derselben beraitschafft Zins vnd Gült mit rath vnd hülff der ehgenanten deß Raths / darumb Jährlich Gült / angelegen vnd gewisen stetten solle kauffen/ einem Caplan vnd seinen Nachkommen / vnnd wann das ist / daß der heut morgen mit todt abgehet/ dann soll der Hof zu Ettlingen / darauff er nur seinen Leib hat/ mit aller seiner zugehörung widerumb zu der ehegenanten Capellen / vnd einen Caplan lediglich gefallen / vnd bey dem ewigklich pleiben / ohn alle ansprach / vnnd was auch jhren hinfüro zu der ehgenanten Capellen geschaft/ gegeben oder gewidembt wird/ haimlich oder offentlich / das alles soll auch bey der aignen Capellen von einem von dem Capellan vnd seinen Nachkommen bleiben/ vnd das sollen sie anlegen niessen vnd nutzen/ mit sambt anderen jhrer vorigen Gült/ durch deß willen / das sich ein Caplan desto würdigklicher gehalten/ vnd hinbringen müge / vnd das auch die aigen Meß desto minder abgang gewinne / außgenommen doch eines Pfundt Pfenning / Wasserburger oder Münchner Müntz / ewiges vnd Jährliches Gelts / das halbes dem ehgenanten Abbt von Attl / vnd seinem Gotshauß / vnd halbes seinem Conuent daselbs/ in die Abbtey zu widerlegung Jährlich soll gefallen/ vnd das soll man jhn jetzo außzaigen vnd vermachen / an solchen gelegnen stetten/ daran sie deß habhafft vnd gewiß sein / das in das nicht abgehe/ vnd beleiblich seye ohn geuehr/ Wir sprechen auch/ daß der ehegenant Abbt / sein Conuent vnd Nachkommen vollen gewalt/ recht vnd macht haben sollen / vnd mögen/ daß sie/ oder wenn sie das gunnent vnnd verlaubent / wol mehr ewig Messen aine oder zwo/ oder wie vil sie wollent / in die aigen Capellen oben oder vnden / wie jhnen das fuegt solle stifften / oder ander Leuth stifften mögen lässen/ daran soll noch mag jhn der ehgenant Caplan / oder sein Nachkommen / oder jemandts jrren / engen / noch das widersprechen

sprechen in kein weiß/weder mit Geistlichen oder Weltlichen Rechten/Es sollen auch alle stundt fueg/vnd was auff die Tafel oder in die Stöck wirdet/bey klain oder groß/ dem Zeh Probsten werden/wie die dann je seind/die sollen daruon der ehgenanten Capellen Zier vnd Notturfft mit Glocken/Kelchen/Meßbüchern/Meßgewant vnnd Körtzen/vnd andere Notturfft außrichten/ainem Caplan an seiner vorigen Gült vnentgolten/Es mögen auch der Ehegenant Abbt/sein Conuent vnd Nachkommen von jhr Pfundt Gelts/vnd der ehgenant Caplan vnd auch sein Nachkommen vmb solche jhr vorige Gült/wann man jhm die zu rechter zeit nicht außricht/als solcher Jährlicher Gült recht ist/solchen die jhn also Zinßparing vnnd schuldig sein/vmb die ehgenenten Gült/vnd auch vmb die berailschafft die noch verhanden ist/vnnd die man anlegen soll in der Meß/als vorn begriffen ist/selb wol zu sperren/pfendẽ/vnd das alles von jhm bekommen/mit Geistlichen oder Weltlichen Rechten/wie jhn das allerbest fuegt/vnnd wir/vnser Erben vnd Nachkommen/vnd auch die ehgenanten der Rath vnd Burger/ sollen einen jeglichen Caplan der ehgenanten Capellen darzu schutzen vnnd schirmen/ vnd die Vnderseßigen darzu halten vnd bringen/daß sie einem Caplan genueg thun/ als redlich sey/Wir sprechen auch wissentlich von deß/daß das aller Glaubigen Seelen/ vnd ein gemaine Stifft ist/vnd den seeligen Menschen Pann/die vnzhero verschiden sein/vnd noch verscheydent /darinnen rasten/daß die ehegenant jhr Gült/die jetzo darzu gegeben ist/oder hinfüro darzu gegeben wirdt/sie sey hie in der Statt/in dem Burgkfridt/oder auff dem Landt gelegen/von vns/vnsern Erben vnd Nachkomyen/vnsern Ambtleuten/vnd auch vnsern Burgern von Wasserburg ewigklich Steuer frey vnd an all anderer forderung sein vnd beleiben/Wer aber sach/daß ein Herrschafft/vnd die Burger mit einander vnd besunder ainig wurden/oder erlaubten/wie sich das fuegen möcht/ oder beschäch/das man ewigen Gelt vnd Zins auß Heusern/oder auß andern Erb oder Gut/hie in der Statt/in dem Burgkfridt oder ausserhalb wol erkauffen/vnnd gelösen möcht/das soll doch dem ehgenanten Caplan/vnd seinen Nachkommen/an jhr Zins vnd Gült/wo sie die habent oder gewinnent vnschedlich/vnd deß vnentgolten sein vnd beleiben/Wie offt auch geschicht/daß die ehegenant Capelln vnd ewig Meß mit Todt oder sonst ledig wirdt/als offt soll vnd mag der Rath vnserer Statt zu Wasserburg einen Erber vorberümbten Priester/oder ein solche Person/die jnner Jahrs frist zu Priester werden müge/erwölen/vnd dann dem Abbt zu Aettl/der je zu den zeiten ist fürsenden/vnd præsentiern/mit jhrem offen Brieff/der solle dann den Göttlich von der handt vnd lauterlich leyhen/vnd inuestirn ohne alles geding /als offt das zu schulden kombt vnd als darzu gehört. Als auch die ehgenenten vnsere Burger oder Rath den ersten Caplan jetzo also fürgesendt haben/Vnd wir Abbt Steffan vnd der gantz Conuent deß Gotts hauß zu Aettl eintheils/vnd wir der Rath vnd die Gemain/der Statt zu Wasserburg der andern theils/Bekennen vnd thun kundt sambt vnd verschaidenlich für vns vnd alle vnsere Nachkommen ewigklich/daß wir deß Spruchs vnd aller Sache/als sich der vnser obgenanter Genediger Herr jetzo an sich genommen/vnd außgesprochen hat/als oben geschriben stet/also hinter sein Genad/wissentlich vnd vnbezwungen sein gegangen/vnd kommen/vnd deß also ewigklich vnd gentzlich halten/vollfüren/vnd dabey beleiben/als er den wissentlich geton hat/vñ nicht darwider tuen noch kommen/noch den verzucken/mit Geistlichen oder Weltlichen Rechten/noch in kein weiß/wie man das erdencken/erfinden/oder getuen möchte/vngeuerlich/Vnd deß zu einer wahren vrkunde/vnnd ewigen zeugnuß aller vorigen sachen vnd handlungen/haben wir obgenanter Hertzog Steffan vnser Jnsigl/vnd wir Abbt Steffan vnd der Conuent/vnd wir der Rath/vnd die Gemein der Statt zu Wasserburg alle vorgenant/haben auch vnser Jnsigel zusambt dem vnsers Genedigen Herrn an den Brieff geheñckt/Geben daselbs zu Wasserburg/am Montag vor S. Margareten tag/Nach Christi Geburt/in dem vierzehenhundertisten/ vnd in dem dritten Jahr.

DESIGNATIO PRÆLATORVM MONASterij ATILENSIS ad Oenum, quorum nomina per diligentem indagationem à fundatione inueniri potuerunt.

EGILOLPHVS *Abb. vixit circ. an Christi 1177.*
PABO.
GYNTHERVS.
HENRICVS, *an. 1250.*
VDALRICVS, *1257.*
HENRICVS, *1285.*
SIBOTO, *1289.*
VDALRICVS, *1308.*
FRIDERICVS, *1326.*
VDALRICVS, *1353.*
STEPHANVS, *1361.*
SEIFRIDVS, *1378.*
HEINRICVS, *1385.*
HEIDENREICH, *1392.*
STEPHANVS, *1406.*
IOANNES *Käferer, 1433.*
GEORGIVS, *1459.*
IOANNES, *1465.*
MARTINVS, *1498.*
RVPERTVS.
HERTINGVS.
LEONARDVS *Clamperer ob an. 1535.*
SEBASTIANVS *Adler ob 1547.*
BENEDICTVS Hohendanner. *1569.*
CONRADVS *Auer ob. 1573.*
ENGELBERTVS *ob. 1606.*
CONRADVS *Abbas modernus.*

AV ET GARS.

AV & Gars Monasteria fundauit juxta Auentinum, in Annal. fol. 552. Conradus Comes à Medling & Frotenhusen, circa annum 1050. Qui Comites plura bona his Monasteriis dederunt, & multis annis ibidem Aduocati fuerunt. De hac re nihil certi reperitur in prædictis Cœnobiis. Diplomata enim vetera in Gars igne perierunt. verisimile tamen est, initia horum Cœnobiorum satis tenuia fuisse; subinde tamen eleemosynis Nobilium & aliorum piorum, nec non frugali œconomia Prælatorum aucta esse, vt habet peruetustus liber traditionum, vt vocant, in Gars: In quo fit mentio quarundam familiarum, quæ interierunt, & nostro tempore ignotæ sunt. Dubium est Nobiles fuerint nec ne, circa Annum 1100. In antiquis Ecclesiæ Salisburgensis monumentis reperio, principia amborum Monasteriorum ita se habere: Cellam, quæ vocatur Garoz, super ripam Oeni in pago Isanagoe, construxit quidam Clericus, nomine Boso, in honore sancti Petri, Principis Apostolorum, de licentia Tessalonis III. Ducis Bauariæ, &c. Hanc Cellam idem Dux cum pluribus aliis prædiis ac censibus donauit Episcopo Salisburgensi, commendans eundem Clericum ad suprà dictum Monasterium, vnà cum ipsa Cella, &c. Fuit autem hic Boso liber homo, qui cum fratre Ioanne ad prædictum Episcopatum quoque tradidit de licentia præd. Ducis

in pa-

in pago Pinzgoe, loca nuncupata, Bisonzio & Saluelda, quæ à Duce Bauariæ in beneficium tenebant, &c.

CELLAM, quæ vocatur Avve, suprà dicto loco sitam, construxerunt Baldus, Fimulus & Robertus, Presbyteri, cum licentia eiusdem Ducis, in beneficio Dominico tradidit Tassilo Dux eidem Ecclesiæ, &c.

IN MONASTERIO Ausepulti sunt quidam Nobiles, Harskircher à Zangenberg, Item quidam Helfendorfer, Anno 1400.

ANNO 1068, tempore Hildeprandi Papæ, Gebhardi Episcopi Salisburgensis, Henrici Regis, Vvelphonis Ducis, Egilberti, vt puto, Comitis Kraiburgensis, Cunonis Aduocati, Comitis Medlingensis, Harvvicus Præpositus Auensis, scripsit se Archipresbyterum in quodam publico instrumento, quod aliàs est inauditum.

ALIVD est Monasterium in Austria supra Anassum, non procul à Steyra vrbe fundatum, olim à Marchionibus Styriæ, Anno Domini 1107. Garsten nomine. In Gars sepulti sunt Nobiles,

EBERSTETER,
HOLZHAVSER,
BERNPEKEN,
MAGENREVTER,
BERCKHOVER,

ADDITIONES.

Vide Metropolin supra pag. Ex lib. Trad.

Copia donationis ab Archiep. Conrado I. Salisburgen. Monasterio Garsch facta

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. *Chuonradus* Dei gratia *Saltzburgensis* Ecclesiæ Archiepiscopus. Quia diuinis monitis fideles Ecclesiasticarum rerum dispensatores esse frequenter ammonemur, sanctorum loca prout potuimus alicuius doni honore studuimus sublimare. Instinctu ergo diuino cleri & populi nostri consilio tradidimus super reliquias S. *Mariæ* & S *Radegundis* in loco qui dicitur *Mildorf* omnes decimas de noualibus *Curzensis* foresti intra *Brainbert* & *Holinstein*, nec non & Siluam *Hechovve*: in communem vsum Canonicorum ibidem Deo seruientium. Huius traditiones testes sunt: Hengilbreht marchio. Hengilbreht Hallensis Comes, Siurith Comes, Chuono aduocatus, & filius eius Chuono. Friderich de Hunesperch. Heinric de Sechirchen, Megengoz pincerna, filius eius Siboto. Othcoz. Adelbero & filius eius Durnch. Lintolch. Wisent. Herborth de Friheim. Volcholt. Volcholt & filius eius Volcholt. Liutvvin de Emphingen. Wolfram de Ophenvvanc, Engildich de Perg, Gotfrit, Chunrat, Adolo, Seurith, Starchanth, Abraham, Wernhart & frater eius Ruodiger, Heinrich & Heinrich. Gotfrith, Ougo, Wezil de Amphingen. Gotfrit de Amphing, Adalpreht, Ruodiger, Pernolt, Walther de Chreiburc, Arnolt, & Arnolt & filius eius Dietmarus, Pruno & frater eius Wernher. Roupreht & frater eius Heinrich, Lampreht & Wernher, Arnolt & Richer & Roupreht.

Vixit hic Chunrad. circa an. 106.

Præpositi Hartvvici *Instrumentum cuius meminit Dn. Hundius tale est.*

EGo *Hartvvicus Ouensis* Ecclesiæ Dei gratia Præpositus, atq; Archiprespiter notum

Ex eod. Tradit. lib. M. 6.

notum facio omnibus Christi fidelib⁹, qualiter quidam nobilis vir nomine *Waltherus* constituit vnum diē quatuor propriis mancipiis suis, *Esinpreht, Peeila, Traso* atq; *Ganenvvip* vocatis ad suum legitimū diem, ea scilicet ratione, vt in his tribus continuis diebus, id est in sexta feria, & in sabbato, atq; in dominica die jure perpetuo habeant libertatem eundi, manendi vbi velint, ac propriis vtilitatibus consulendi, prout queant ac velint. & ita in præsentia & consensu ac consilio atq; manu hæredum suorum, nomine *Richer* atq; *Mahtfrit* pro remedio animæ suæ atq; parentum suorum eadem mancipia cum agris & pratis ad hoc dispositis, cū pascuis circa atriolum equis inibi Deo militantiū interim pascendis cum diuina peragantur officia, cum exitibus & reditibus, ac cum omni lege qua possidebat potestatiua manu delegauit ad altare S. *Valentini* in loco qui dicitur *Pettinheim*, ea videlicet conditione, vt in vsum *Touschirchensis* parochiani penitus cedāt. Sic tamē si in singulis vigiliis seu jeiuniis, atq; in festiuitatibus cunctis, & in secundo vel saltē in tertio die Dominico, in vnaquaq; hebdomada ter missam ob honorē Dei pro redēptione animarum quarum corpora ea loci tumulata requiescunt, celebrare voluerit. Si autē in vna hebdomada de supra memoratis quicquam omiserit, & in proxima adimplere satagerit, vtilitatem supradictorum bonorum non minus ex debito habuerit. Sin vero seruitium Dei vt prælibatum est, idem Sacerdos⁹ negligens⁹ existat facere aut patrare, pari modo desistat ex omnibus ad idem altare pertinentibus in suum jus vel quicquam temerare. Nam si in progenie eorundem Dominorum jam prænominatorum aliquis fuerit presbyter, qui eodem ordine voluerit inibi ministrare Deo & sanctis, quorum reliquiæ in illa Ecclesia continentur, omnia ad illam pertinentia ei rite debentur. Quod si seruitus Christi nec tali modo profectum ad id loci habere potuerit, tunc demum Sancti spiritus instinctu potenti manu decreuit, vt mancipia eidem altari tradita, cum omni eorum posteritate seruilis condicionis jugum absq; omnium * in Christi consortio commorantium retractione excutiant, & pro redemptione animæ suæ suorumq; parentum de cuiusuis seruiminis molestia lege perpetua omnimodis liberati, vtilitatē eiusdem altaris cum agris & pratis sine omnium Christi fidelium contradictione in proprium jure perpetuo possideant. Sic tamē vt in singulis annis tam ipsi quam omnis eorum posteritas quinque nummos in precio ceræ ad illuminationē, aut lignorum ad eiusdē † basilicæ constructionem, † Veruntamen posteaquam filij jam adulti censum designatum dare matureſcant. parentes quippe absq; huiusmodi datione violentia omnium Christianorum secluſa mox quiescāt, ac preces indefessas pro eis ad Deum semper fundant, ex quorum pietate tam immensam gratiam habeant. Quod si quislibet Clericus siue Laicus, quod absit, inuidiæ veneno suffusus, auaritiæ facibus accensus, stimulis Sathanæ agitatus, mente vesana non respiciens ad vindictam quæ eum ab omnipotente consecutura sit nisus fuerit hanc legem inspiratione Sancti spiritus potestatiuæ manus auctoritate stabili tenore statutam infringere, aut deteriorare siue adnichilare, vel quolibet modo impugnare, adhæreat lingua eius faucibus suis, ne loquatur mendacium, veniat illi laqueus quem ignorat, & captio, obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum, † effundat Dominus super eum furorem suum. fiat habitatio eorum deserta, cum judicatur exeat condemnatus, &c. vsque pro eo quod non est recordatus facere misericordiam. Hiatu terræ ceu Dathan & Abyron deglutiatur, cum Iuda, cum Pilato in profundum abyssi dimergatur, vbi cum suis consimilibus pœnas luat sempiternas. Vt lex ista stabilis & inconuulsa firma permaneat & rata, his testibus est corroborata. Vlrich. Deil. Tiemo. Altman & filius eius Wergant. Marchvvart. Wecil. Rudolf. Engiluuan. Adelpreth.

Lagile.

Lagile. Grimhart. Altman. Macil. Ainhart. Pranthot. Hanzo, Dieppo. Riphum. Richer, Hecel, Malitfrit. Hi nobiles viri. Gerolt. Diepolt. Adelun. Gnanno. Engil. Eccl. Antrich. Enolt. Frumehere. Wiheman. Dietmar. Menigoz. Wasegrin. Weoil. Hi viri domus Dei & alij complures. Hæc facta sunt anno ab incarnatione Domini M. LXVIII. tempore Hildiprandi Papæ. Gebehardi Archiepiscopi. Heinrici regis. Welfonis Ducis. Engilberti Comitis. Chuononis aduocati. Adlvvini parochiani, feliciter, AMEN.

ANno incarnationis Dominicæ M. C. VII. *Conrado* Dei gratia Archipræsule *Eppo* pater meus dedit me *Richardam* Sanctæ Dei genitrici *Mariæ* ea scilicet condicione, vt singulis annis quinque nummos darem eidem Ecclesiæ. Si autem per quinquennium persoluere negligerem, in sexto anno penitus ancilla eiusdem Ecclesiæ essem. Si vero paupertate coacta quinque nummos soluere nequirem, tribus solutis liber manerem. Testes huius rei præsentes fuerunt, Petrus, Marvvardus, Gotefridus, Hezil. Werigant. Fruhont, Reinhart, Purckhart. Dietmar. Fritel. Rudolf. Siboto. Richer. *Ex eodem lib.*

Omnibus Christianam fidem profitentibus & defendentibus notificamus, qualiter duæ couterinæ sorores *Adelheit* scilicet & *Tuta* sub libera parschalcorum condicione constitutæ, prædium suum *Woluesgrübe* rogatu *Cadelhohi* presbyteri Sanctæ *Mariæ Garzæ* sub Christianæ fidei testimonio coram *Cunone* aduocato delegauerunt super altare Sanctæ *Mariæ* sanctæq; *Radegundis* ea lege, vt vsus illius prædij quæsiti & inquirendi supradicto presbytero filioq; suo *Vdalrico* persoluerentur. Post vtriusq; verò obitum prædium illud pro remedio animæ illorum, & parentũ illorum supradicto altari & fratribus ibidem seruientibus Deo deseruiret. Testes autem huius rei sunt isti. Wernher de Goppinheim. Afram de Isina. Liutvvin & Wezil de Amphingin. Wernhart & frater eius Rudger de Wilkirchin. Dietmar & Babo de Durrinberck. Albuin & frater eius Ludvvin de Gebiningin. Herman de Gribingin. Volcholt de Friheim. Cunrat de Wolganesberge. Rudolf de Richersheim. Irminstein de Engilmundisberge. Arnolt de Megilingin. Starkant de Moringin. Vrluge de Nithardingen. Eruuin & frater eius Enziman de Imminheim, & præterea multi alij qui viderunt.

CATALOGVS PRÆPOSITORVM ET Archidiaconorum Garsensium, quot quidem eorum diligenti inquisitione ex antiquis documentis haberi potuerunt.

I. BOSO *fundator primus fuit huius Monasterij Præpositus, quem* Tassilo *tertius Boiariæ Dux, cum oblatione plurium censuum Episcopo* Salisb. *ad hoc Monasterium commendauit. Post hunc* Bosonem *forte ob temporum iniuriam & quia Monasterium igne consumtum est, in quo & diplomata vetera perierunt, nihil penitus inuenitur ad annos fermè 400. vsq; ad* Hugonem.

HVGO. } *Isti tres Præpositi reperiuntur in nostro traditionum libro circa an-*
HEINRICVS. } *nos Domini 1100. indistincte tamen, & sine certo annorum nume-*
FRIDERICVS. } *ro monasterio præfuisse vsq; ad tempus schismatis, quod ortum est tempore* Alexandri PP. *III. &* Friderici *Imp. I.*

EGENOLPHVS *Anno 1160.*

Hic Egenolphus *fuit imperatoris* Friderici *Capellanus, & ab eodem Imp. ad hoc monasterium tempore schismatis intrusus.*

IOAN-

IOANNES, *Anno 1164.*
BERTHOLDVS, *1185.*

Sub hoc Præposito approbatur institutum Augustinianum huius loci, Monasterium in protectionem apostolicam suscipitur, & confirmantur reditus.

ADELVNVS, *1204.*
FRIDERICVS *secundus, 1239.*
EPPO.
ERNSTO *seu Ernestus.*
GVNDACRVS, *1317.*

Ex annorum numero facile deprehenditur aliquot Præpositos hic deesse, quorum a. nomina indagari hactenus non potuerunt.

Ex necrologio descriptus est hic Præpositus, & pro primo habitus.

ALBERTVS *Lebezndorffer 1374.*
IACOBVS, *1390.*
IACOBVS *Hinderskircher, 1420.*
CONRADVS, *1435.*
THOMAS *Surauer 1448.*
CHRISTOPHORVS *Nadler 1459.*
IOHANNES *Moshaimer 1469.*
IOHANNES *Stokhaimer 1494.*

Primus obtinuit à Sixto *IIII. Pont. vsum baculi & mitræ, potestatem benedicendi vestes Sacerdotales.*

IOHANNES *Zollner 1523.*
IOHANNES *Schambacher 1525.*
SEBASTIANVS *Baltram 1532.*
CASPARVS *à Leuznprunn 1535.*

Hic fuit generalis Ordinis Teutonici *in* Memmingen *Commendator, aliquandiu Administrator, Præpositus & Archidiaconus huius loci.*

VALENTINVS *Rhem, 1548.*
GEORGIVS *Odnhueber, 1556.*
GEORGIVS *Hadersperger, 1591.*
MICHAEL WANGNER *Eccius præsidet adhuc hoc anno 1619.*

PRÆPOSITI MONASTERII AVV.

I. HARTWICVS, *Præpositus, An. 1068. de hoc uihil certi in Monasterio reperitur.*
II. FRIDERICVS, *An. 1141.*
III. HERBARTVS, *An. 1161.*
IV. LOTHARIVS, *An. 1181.*
V. BABO, *An. 1204.*
VI. CONRADVS, *An. 1245.*
VII. HENRICVS, *An. 1259.*
VIII. EBERHARDVS, *An. 1267.*

IX. ORTWINVS, *An 1291.*
X. WERNHERVS, *An.1306.*
XI. THEODORICVS, *An.1316.*
XII. FRIDERICVS II. *An.1319.*
XIII. WERNHARDVS, *An.1361.*
XIV. VDALRICVS, *An.1370.*
XV. FRIDERICVS III, *An. 1398.*
XVI. FRANCISCVS, *An 1425.*
XVII. PETRVS, *An.1445.*
XVIII. VINCENTIVS *Decretorum Doctor, An.1452.*
XIX. GEORGIVS, *An 1463.*
XX. IOHANNES, *An.1464.*

Infulati Prælati.

XXI. WILHEMVS *Helffendorfer An 1464.*
XXII. CHRISTIANVS *Sperer, An.1504.*
XXIII. SEBASTIANVS *Schnepff An 1515.*
XXIV. PETRVS *Hackl, An.1524.*
XXV. CHRISTOPHORVS *Layminger, Magister, An.1539.*
XXVI. IOANNES *Cronperger, An.1540.*
XXVII. IOANNES *Haymoltinger, An.1553.*
XXVIII. ABRAHAMVS *Cronperger, Magister, An.1582.*
XXIX. MATTHIAS *Vogt, An.1593.*
XXX. BALTHASAR *Endris, An.1604.*

BEYHARTING MONASTERIVM CANO. REGVLARIVM SANCTI AVGVSTINI.

MONASTERIVM superioris Vindelitiæ fundârunt Iudith secundùm Auctin. fol. 622. & frater eius Megingotzus, Monachis Augustinianis. Consecratum est à Romano Episcopo Gurcensi, jussu Conradi Archiepiscopi Salisburgensis, circa Annum 1130. Nam Heinricus, Episcopus Frisingensis, rebus Imperij studebat. Conradus autem autoritatem Pont. Max. sequebatur. liber manuscriptus de fundationibus aliquorum Monasteriorum Bauariæ refert, Nobilem quandam matronam, nomine Iudith, in suo fundo propè villam Hartingen, Cœnobium in honore S. Ioan. Baptistæ extruxisse, & hoc primò Virginibus sacris dicâsse. Posteà verò autoritate Apostolica ordinem mutâsse, substitutis in locum Monialium Augustinianis Monachis, sacras autem Virgines in Monasterium Altenhochenavv migrâsse. Ipsam fundatricem in Cœnobio suo, liberaliter à se dotato sepultam esse, & reliquisse septem filias, à quibus septem familiæ Ministerialium eiusdem Monasterij ortæ sunt, quarum tamen nomina ibidem non extant. Item hoc Cœnobium per Rudolphum & Ludouicum post Imperatorem, Bauariæ Duces, & præsertim per Stephanum iuniorem Ducem, maximis priuilegiis confirmatum esse. In fundatione huius Cœnobij mentio fit duorum Megingozorum, vnius de Milingen, alterius de Zaizering, cuius nominis duæ villulæ ibidem proximè sunt sitæ, quæ proculdubio eo tempore peculiares Dominos hoc nomine habuerunt, à quibus hæc fundatrix originem ducat.

SEPVLTI sunt in hoc Monasterio Nobiles, nunc Barones Imperij facti, de Mâchselrain castro vicino, & nobiles de Haslang.

ADDITIONES.

Ex lib. M. S. Monasterij

CVm omnis actio mundanorum, quamuis solenniter celebrata, temporum curriculo elabante cadere soleat, nisi quodam quasi fulcimẽto, scripturarũ adminiculo perennetur: vniuersis huius paginæ inspectoribus, tam modernis, quam successoribus volumus publicari de originali fundatione nostri præsentis monasterij: quam venerabilis Dominus *Vdalricus*, tunc temporis Præpositus reperit *Ratisponæ* in Monasterio S. *Emerani* literaliter in quodam libro, per reuelationem Abbatis eiusdem Monasterij. Tamen sine annali numero incarnationis Domini nostri Iesu Christi, in tali tenore qui hic sequitur.

Quædam vidua genere nobilis, morumq; nobilior elegantissima virtutum, nomine *Iutta*, habitans in villa *Hertingen*, ad exemplum Iacobi Patriarchæ lapidibus in titulum erectis, in proprio fundo, propè villam *Hartingen* fundauit & construxit claustrum Sanctimonialium, in honone S. *Iohannis* Baptistæ, deuotè Deo ibidem seruientium, quod sic permansit per aliquos annos. quæ fundatio postea pœnituit fundatricem, quia per moniales non in tantum ampliaretur cultus diuinus, sicut per presbyteros, misit ergo ad Apostolicum, quo annuente mutauit habitum, & moniales transferendo in *Altenhohenaw*, in *Beyhartingen* locauit de Regula S. *Augustini* Canonicos. Quos secundum posse suum cum prædiis & dote pie ditauit. Quæ etiam post Obitum suum in eodem Monasterio feliciter requieuit. Quæ reliquit septem filias, de quibus septem generationes Ministerialium sunt exortæ. Et prædictum claustrum postea per *Rudolphum* & *Ludouicum* Duces *Bauariæ*, qui Ludouicus postea Romanus Imperator per Priuilegia sua multis libertatibus gratanter & benignè, vt patet in eorum Priuilegiis est dotatum, quod per successores, & eorum hæredes, & quam maximè per Stephanum, filium Ducis *Stephani*, Ducem, est confirmatum. Scripta sunt hæc in nostro Monasterio, Anno incarnationis Domini MCCCCXLIV.

CATALOGVS PRÆPOSITORVM MONASTERIJ Beyharting.

HERTWICVS *Purckrainer.*
FRIDERICVS *Spilvverger.*
GOTFRIDVS *Prandt.*
GOTSCALCVS *Rehlinger.*
CONRADVS.
OTTO *Pientzenavver.*
RVDBERTVS.
CHVNRADVS *Pervvanger.*
PETRVS *Kriechpâmer.*
VDALRICVS *Khiernhamer.*
CONRADVS *Prandtstetter.*
AMBROSIVS *Treittvvein.*
IOHANNES *Schach.*
VDALRICVS *Haslinger.*
IOANNES *Saaldorffer.*

HENRI-

HENRICVS *Preßlavver.*
NICOLAVS *Kneittinger.*
VDALRICVS *Eyſenhoferer.*
GEORGIVS *Aprecher.*
PANTALEON *Haußner.*
LVCAS *Wagner.*
PETRVS *Spâchter.*
GWOLFGANGVS *Lyndtmayr.*
CONRADVS *Hirſchavver.*
BARTHOLOMÆVS *modernus Præpoſitus.*

BEVRBERG MONASTERIVM CANO. REGVL. SANCTI AVGVSTINI.

ALIAS vulgò Peilberg, ad Loyſam Monaſterium ædificatum eſt per Attonem, Eberhardum & Conradum de Irinſpurg, fratres. At ſecundùm Auent. fol. 552. per Eberhardum & fratrem ſuum Albertum, qui Imperatori Henrico quarto plurimùm acceptus fuit, vnà cum coniuge Alberti Bertha, & filio Ottone, pro Monachis Auguſtinianis dicatum, circa Annum 1100. Confirmatio autem Calixti ſecundi Pontificis ſcripta ad Ottonem fundatorem, quem vocat Nobilem & Illuſtrem Ottonem de caſtro Yringi, ipſius tantùm mentionem facit, quòd ipſe prædium ſuum in Peilberg dederit, vt ibi in honorem S. Petri & Pauli pro Regularibus fratribus Eccleſia conſtrueretur, dans Monachis facultatem, quem velint Aduocatum liberè eligendi. Datum Laterani, Anno 1121.

SEPVLTI ſunt in hoc Monaſterio duo ex fratribus fundatoribus in abſide meridionali, tertius in Monaſterio Wiltha Ordin. Præmonſtratenſ. in Tyrolenſi Comitatu. Item hîc ſepulti ſunt, Weiknandus Miles junior de Erinpurg, Nobiles de Thor, Succeſſores in caſtro Erinpurg, cum vxoribus. Item Althamer, cum vxoribus & filiabus, habet anniuerſaria decem, & decem Altaria, ac vt monumenta ibi habent, bis incendio periit.

ADDITIONES.

C *Alixtus* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Nobili & Illuſtri viro, *Ottoni* de Caſtro *Iringi*, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Deuotionem tuam ſpectauimus, quia prædium tuum *Puribergk* vbi Eccleſiam in honorem Apoſtolorũ *Petri & Pauli* ædificare deſideras, in qua videlicet regulares Fratres in omnipotentis Dei ſeruitio communiter conuerſentur, B. *Petro* eiuſq; Romanæ Eccleſiæ obtuliſti. Eandem itaq; oblationem nos ad honorem Dei & ſalutem animæ tuæ ſuſcipientes, locum ipſum B. Petri patrocinio communimus. Statuimus enim vt nullus eum occupare, nullus ibi aſſultus facere vel moleſtias auſu temerario audeat irrogare. Sed omnia quæ vel à te jam collata ſunt, vel in futurum de ſuo jure à quibuſque fidelibus conferentur, quieta & integra, ſub Apoſtolicæ ſedis munimine conſeruentur. Ita tamen vt exinde pro cenſu ſingulis quatrienarijs alba cum amiciis ſuis Lateranenſi Baſilicæ B. *Laurentij* perſoluatur. Statuimus etiam vt deinceps neque tibi neque alicui hæredum tuorum facultas ſit ſe in prædicti loci aduocatiam ingerere, ſed juxta fratrum electionem & liberam voluntatem aduocatus ibi per Dei gratiam ſtatuatur; idipſum & de Prælato loci decernimus obſeruandum. Si quis autem huic noſtræ conſtitutioni temere, quod abſit, contraire tentauerit, honoris & officij ſui periculum patiatur, aut excommunicationis vltione plectatur, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit. Qui verò locum ipſum, & Fratres in eo Domino ſeruientes juuare,

uare, suisq; rebus honorare curauerint, omnipotentis Dei & Apostolorum eius Petri & Pauli benedictionem & gratiam, & peccatorum suorum veniam consequantur, Amen. Ego *Calixtus* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus collaudans confirmaui hanc literam per manum Gridoboni S. R. Ecclesiæ Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarij, III. Cal. April. Ind. XIIII. Incarnat. Dominicæ Anno MCXXI. Pontificatus autem Domini Calixti II. Papæ anno tertio.

SEQVVNTVR PRÆLATI HVIVS MONAsterij ex vetusto libro M.S. excerpti, quamuis interrupta serie.

HENRICVS *Ob. Anno MCLXXXIIII. Sepultus in Ecclesia parochiali.*

TEVGO.

GENOLFVS.

EBERHARDVS, *Vir religionis obseruantissimus & rei familiaris studiosus, obtinuit ab* Innocentio *III. PP. incorporationem parochiæ* Tegerndorff.

BERCHTOLDVS *I. prouinciã pro religionis dignitate & fratrum cõmodo gessit.*

EBERHARDVS II.

FRIDERICVS.

BERNHARDVS, *immatura morte præuentus.*

HENRICVS II. *Vir frugi & pius. Sub hoc Præposito prid. D. Albani monasterium maximam ex incendio jacturam accepit.*

LEVTHOLDVS.

CONRADVS I. *Glauner cognominatus. Vir grauis, circumspectus, & multa rerum experientia doctus, complueribus Manuscriptis Codicibus bibliothecam instruxit. Ob. An. MCCCXVIII.*

CONRADVS II. *Ob. An. MCCCXXVIII. IV. Non. April.*

GETOLFVS *Ob eod anno.*

CONRADVS III. *Glauner, morum & vitæ integritate pollens Ob. Anno MCCCXLIX. Dominica Lætare. Huius regiminis anno primo per incuriam coqui monasterium igni conflagrauit.*

VDALRICVS *Vietor Monacensis in numerum Prælatorum simoniacè irrepsit, sed nona post initam dignitatem septimana diem clausit extremum.*

WALTHERVS *annis præfuit quatuor, ob Anno MCCCLIII.*

CONRADVS IV. *Saxo dictus, ex seculari sacerdote Anno MCCCXL. Monachum in Monasterio Peulberg professus, ob excellentes ingenij dotes, & singularem rei familiaris peritiam, gubernator omnium consensu eligitur. permutauit cum* Alberto *Frisingen. Antistite reditus quosdam annuos in Marchia* Schlauonica Peurburgensi *Monasterio debitos pro parochiali Ecclesia in* Minsingen, *cum pleno jure & decimis An. 1354. Ob. An. MCCCXCVIII.*

Magna frugum & omnium rerum copia fuit. Bellum graue inter Comites Würtenbergenses & Vlmenses *intercessit, præliumque commissum apud* Altenheim, *ex quo* Würtenbergen. *victores abierunt, magna Iudæorum persecutio per vniuersam ferè Europam fuit.*

BERCHTOLDVS II. *annos XIIII. Prælatum egit, circa diuinæ rei cultum & rei familiaris curam sollicitus. Ob. An. MCCCCXII.*

WERNHERVS *Bolzenhauser, prælaturam octo annis tenuit, defunctus anno MCCCCXX.*

WERNHERVS *Stöckel sexto administrationis suæ anno, prælaturam deposuit an. MCCCCXXVI. moritur Anno MCCCCXLI.*

CHRISTIANVS *dignitati renunciat An. MCCCCXXXI.*

PETRVS

PETRVS *Stier honorem sibi delatum Conuentui restituit An. M.CCCCXXXI.*

HENRICVS *Pozenhauser rexit an. XXV. felici rerum omnium successu: nam ipso Prælaturam gerente Duces Bauariæ* Albertus, Iohannes & Sigismundus *jus venandi citra & vltrà* Leusacum *monasterio donarunt hac condicione vt quamdiu hæc Canonicis Peurbergensibus rata maneant, ad anniuersarium sacrum pro salute animarum suarum singulis annis in secunda Quadragesimæ septimana absq; omni longiori dilatione faciendum vicissim obligentur. Ob. an. MCCCCL XVI. in templo Cœnobij sepultus.*

CASTVLVS *Kall, vir ingenio mitis juxtà juris & æquitatis tenax: qui vt molestiam & iniuriam nemini intulit, ita ad propulsandam nullis expensis parcens, controuersias multas aduersus nobiles quosdam Ecclesiastica bona infestantes haud impigrè obiuit jusq; suum & immunitates Cœnobij strenuè tutatus est. debitū naturæ exoluit anno MCCCCL XXIX.*

IOHANNES *Alchinger claris parentibus ortus: discordia & lites inter hunc &* Casparum à Porta *Equitem auratum, Aduocatum Monasterij exortæ multa eidem damna inflixerunt. Tentata frustrà pace & concordia jussu* Alberti *Bauariæ Ducis per Cōsiliarios suos,* CASPAR *ob animi peruicaciam in magnam Principis indignationem incurrit: &* Wolfratshusium, *ac postea* Dietfurtum *sub publica sponsione, vt in honestiorem custodiam relegatus fuit: nihilo tamen mitior factus contra Principis interdictum causam suam vrgebat. Prælatus autem ex insidiis & machinamento* Casparis, *& quia mulierosus esset per* D. Staupitium *Augustinianorum Generalem incarceratus fuit; tandemque dignitate priuatus, anno MDII. Ius aduocatiæ quod jam vltrà ducentos annos, nimirum* ab Ottone à Porta, *quem* Conradus I. *cognomine* Glanner *depositio* Ludouico à Wildeneck *instituit, apud* Portarios *collatitium hæserat, à* Caspare *resignatum, filius eius* Eberhardus *ab* Alberto *Duce, vt Peulbergenses ei conferrent, impetrauit.* Alohinger *è carcere missus exilio damnatur,* Damasiumque, *vulgò* Diessen / *indeque paulo post in* Rhor *exulatum mittitur. postea ad* D. Henricum *juxta lacum* Würmbsee *sacellanus factus, ægrè se ætate jam decrepita sustentauit. Postremò cum septennium exulasset commiseratione* Vdalrici *recens electi reuocatur, vbi paucis annis superstes vitam finiuit anno MDXIIII.*

VDALRICVS *Eisendorfer nobili loco natus, & ab* Alberto *Principe Administrator datus, fit Præpositus Vir maiorum suorum laudibus & fratris tùm meritis, tùm authoritate (nam* Alberti *aulæ magister erat) reuerendus: honesta forma & reliquis dotibus corporis conspicuus; verum ingenio à pueris ita tardo, & ad omnia, potissimumque ad literas, vsque adeo indocibili, vt ideo, tanquam ad res gerendas prorsus ineptus, in Monasterium traditus vulgo creditum sit. Statum Monasterij penè destruxit; breui tempore quo præfuit monasterium nouis debitis grauauit. Cui malo* Albertus *Princeps remedium adtulit, tollendo ab ipso administrationem, cum nondum biennium plenè administrasset. Obiit ex morbo* Monachij, *&* Peyhertingam *relatus, in sacello quod ipse extruxerat sepultus fuit.*

IOHANNES Tafferner, *tunc Decanatum apud Pollingenses singulari cum laudis testimonio fungens à Duce* Alberto *melius prospicere* Peurbergensibus *Canonicis satagente, inde euocatur, & Præpositus de more creatur. Anno M.D. III die Lunæ ante festum D. Matthæi. Moribus integer per omnia grauis, & in Oeconomia prudens, juxtaq; diligens: debita exoluit: prædia auxit feuda comparauit: & ædificijs quoq; construendis animum adiecerat; sed morte immatura præuentus perficere non potuit. Creditum fuit errore & imprudentia Pharmacopolæ cuiusdam Monacensis interiisse, parauerat pharmacopola medicinam juxta medici præscriptum, ac domo exiuerat, reuertenti Præpositi nuncio stupidus atque ignarus minister domi relictus ex plurimis quæ simul stabant pharmacis inconuenientissimum atque alij cuidam perferendum ad Taffernerum tradit: nuncius cum pharmaco citato cursu recedit. Pharmacopola post multum in tabernam reuersus ministri sui errorem de-*

rem deprehendit: è vestigio quendam mittit, qui nuncium subsequatur, ac verum ægro remedium adferat. Verum priusquam peruenit Tafferner potionem quam nuncius attulerat exhausit, atque exin de die in diem peius habens, & de hausto isto conquerens, carus vtiliq; monasterio Prælatus inter manus lachrymasq; fratrum suorum animam efflauit, an. MDIX. in die Vincentij martyris.

VDALRICVS Welsch propter fidelitatem & diligentiam suam omnibus charus, omniumq; suffragiis petitus & Canonice electus est, cum gratulatione omnium subditorum: sed dignitas mores subitò mutauit. Nam pessime Prælaturam gessit, & assentatorum arbitrio agens, non carens quoque infamia ebrietatis & libidinis, disciplinam Canonicam suo malo exemplo nutare fecit. Quibus incommodis Ioannes Mileck Decanus, ætate grauis, ingenio simplex, vita moribusque pius & integer maturè obuiandum ratus, Prælatum tum suo, tum vniuersi Conuentus nomine monendo hortando, rogandoque ad meliorem frugem reducere, quamuis incassum studuit. Ille Conuentui contrarius esse, dissplicitura Conuentui agitare, facere: res omnes quas Ioannes antecessor seruando parcendoque reliquerat, consumere: argentum potorium oppignorare; prædia & pecora diuendere; æs alienum conflare, nullam nec famæ nec commodi rationem habere, ad vltimumque penè desipere. Moritur tandem nondum quadragenarius, Anno M. D. XV.

IOHANNES Milecker à Müldorf oriundus sexagenarius & vltrà, à Decanatu ad Prælaturam euectus, reuera pius, humilis, castus & sobrius pater, ab incunte ætate pacis ac fraternæ concordiæ amator, in victu, veluti in omni vita simplex & apertus, in affectibus refrenandis nihil sibi indulgens, recti verique sectator, à vitio assentationis abhorrens. Bona monasterij non decoxit, sed ampliauit: plura facturus si morigeros, continentes, & se dignos fratres habuisset, & officiarios. Verum quod bonus senex continentia & frugalitate seruabat, id aliorum incontinentia & libidine perdebatur. Ob. Prælatus An. M. D. XXVII in profesto D. Narcisci.

LEONHARDVS Moching. Elato Ioanne Müleckero, ac justis funebribus juste peractis mittitur ad Principem & Ducalem Senatum, qui communi cõuentus nomine orbitatẽ Cœnobij, Priuilegiumque Pontificis super libera Præpositi creatione olim concessa exponat, supplexq; roget, vt hanc monasterij immunitatem suo fauore, authoritate & consensu tueri, ac liberæ inter ipsos futuræ electioni diem nominare dignetur. Prudentissimus Princeps etsi intelligeret nullum in Conuentu superesse huic Prouinciæ idoneum, atq; jam constitutum haberet & Prælatum aliunde accersere, & omnes eos, quorum culpa in eum statum Cœnobium peruenisset, loco suo mouere, alioque relegare, tamen electioni diem præfinit; dissimulans quid consilij haberet. Re ad hunc modum expedita spei plenus ad suos Collegas, qui è collegio Legatus profectus fuerat reuertitur: & vnà cum ipso scribarum vnus, qui Principis mandato, quicquid fuit rerum mobilium consignaret. Consignatis jam diligenter omnibus, dies qui electioni paulò antè dictus erat renocatur. Principis decreto ac alius decernitur: interim Princeps ad Prælatum Dielsensem literas mittit huius tenoris, vt Leonhardum Mochingum Conuentus sui Decanum ad diem S. Elisabethæ Peulburgum mittat sine omni excusatione. Aderant ad eum diem Venerabilis ac multæ eruditionis Doctor Christophorus Tengler, Vicarius Episcopi generalis, R.^dus Dn. Ioannes Vend Pollingensis Præpositus. Magnificus Dns. Ioannes Duzinger Prælatus Bernriedensis, ab antistite Frisingen. circumspectus verò Leonardus Seuringer ab Ill.^mo Principe, Guilhelmo, hoc nomine ac mandato futuræ electioni vt interessent & præessent. Aduentu Leonardi Mochingi Canonicis qui tum erant haud temerè adtulit suspicionem. Itaque Diploma summi Pontificis atq; Antistitum templi valuis præfigunt, in quo Priuilegium electionis liberæ continebatur, ad hoc subinde prouocantes, vnum ex corpore suo debere ad Prælaturam assumi contendebant. Tandem compromisso liberè à singulis acceptato, dictum Leonardum Mochingum Landspergium, Decanatu apud Dielsenses annis sex & dimi-

& dimidio singulari cum testificatione laudis omnium perfunctum, legitimè & canonice eligunt, in die S. Corbiniani, anno M. D. XXVII. Promulgato jam ex suggesto nouo Prælato ad plebem cæterisque rebus: Seuringerus Ducalium reddituum magister, omnes Canonicos coràm se & Prælato sisti jubet, quibus exponit, se, quæ acturus sit Principis jussu & authoritate facturum, cui vtrum obtemperare velint, vniuersos interrogat, acceptaque à singulis de veritate non dissimulanda seorsum quemlibet, quid rerum & pecuniæ priuatim habeat perquirit: illis cunctantibus fateri, cellas & arcas singulorum scrutatur, reperit enses, machæras & id genus armorum quæ religiosos non decent, pecunia à singulis extorta quadraginta aureorum summam confecit. Tertia ab electione die Seuringerus pauca præfatus, tandem Principis mandatum recitat quo singuli mutare locum, & eò se recipere, quo missi fuerint jubentur. Itaque assignatis vnicuique comitibus, data etiam in viaticum pecuniola, additis vestibus & libro oratorio, mœsti, ac nonnulli obortis lachrymis monasterium egrediuntur Pollingam, Diessam, Cellam, Raittenpucham, & Bernriedum singuli amandantur, ad restituendum verò numerum expulsorum, alij probatæ vitæ aliunde acquiruntur. Episcopus Frisingensis Philippus electionem Leonhardi ratam habet XI. Decembr. Anno M. D. XXVII. Confirmatus Leonhardus rectissimo judicio perpendit quàm incomparabiliter spiritualia corporalibus præstent: itaque omnem animi cogitationem eò conuertit, vt Canonicam disciplinam hactenus collapsam de integro condat: crebris concionibus hortatur & instigat ad vitam Canonicam, rerum communitatem restituit; horasque precibus sacrorum operationibus, contemplationi, studijs, curæ corporis, colloquiis, silentio atque aliis Sanctæ conuersationis propriis officiis distribuit, juxta decretum Canonicæ disciplinæ, & morem, quo ipse à puero apud Diessenses edoctus fuerat. Præterea animum & curam applicat ædificiis sarciendis; & ex nouo reficiendis tectis. Anno MDXXVIII. & sequenti magna frugum penuria fuit, adeo vt ex vniuersa messe vix semen colligeretur. Prælatus reditus monasterij & census annuales adauxit. Præfuit muneri suo Leonardus bene & vtiliter an. 36.

MARTINVS *Khurz, el. an. 1563. decessit an. 1582.*

GEORGIVS *Schreiber obiit an. 1600.*

VITVS *Nunzinger, tertio circiter anno à Prælatura amotus fuit.*

IOHANNES *Sandlhamser suffectus an. 1603. moritur an. 1615.*

BALTHASAR *Schropp, administrationem gessit vsq. ad mensem Iunij, anno 1619. amotus sequenti mense Nouembri ab officio & dignitate præsulatus.*

EBERHARDVS *modernus Præpositus.*

BEVRN.

MONASTERIVM sancti Benedicti ordinis, prope Alpes, aliud Monasterium eiusdē nominis, ac vt puto ordinis in ditione Salisburgensi, non procul à Salza fluuio, quod aliàs vocant Michel Beurn.

LANDFRIDVS, Waldramus, Elilandus, fratres, Comites ab Antorf & Loysa dicti filij Theodoberti Ducis, tertij huius nominis, ex familia primorum Ducum & Regum Bauariæ, tametsi in libello quodam de fundatione huius Monasterij ad Abbatem Wilhelmum Dieperskircher, circa Annum 1466. Germanicè scripto, ex speculo historiali Vincentij, & ex Garibaldo quodam ponatur, hos Comites fuisse filios cuiusdā Waltherij, Com. de Bliantz, ex prouincia Galliæ, famosissimi militis, qui cum Carolo Martello in Boiariā venerit, istis dominiis & terris, virtutis ergò, donatus sit, cuius rei Auent. nullibi meminit, & planè verisimilius est, hos Comites ex antiqua Bauarica familia natos, quam aduenas fuisse, Hi Comites, Anno Domini 740. indictione 8. sub Zacharia Papa, Rege Carolo, patre

Auent. fol. 286.

patre Pipini & Carolomanni, tempore quo sanctus Bonifacius, Moguntinensis Archiepiscopus, in Francia Orientali, Frisia, Austria, siue Austrasia & Bauaria fidem Christi seminauit, & plura Monasteria vbiq; construerentur, octo Monasteria prope Alpes & Lycum ædificârunt & fundârunt, quinq; pro maribus, nempe Beurn, Schlechdorf, Siuerstat, Sandau, Wessenprunn, tria pro Virginibus, Polling, Staffelsee, Cocklsee; quib⁹ præfecta est Gelouinda, soror fundatorum. Hæc omnia Monasteria S. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinensis dicitur consecrâsse, & initiâsse regula S. Benedicti, quæ Monasteria per Vngaros deuastantur, Anno 973. Cochelsee & Staffelsee ad lacus eiusdem cognominis; Siuerstat verò & Sandau, haud longè à Lyco sita, ab Vgris excisa delataq;, penitus interierunt: Cætera verò restituta sunt, sicut in hoc libro Monasteriorum de illis annotabitur. Hoc nostrum Burense Monasterium reficitur per Richolphum, Præsulem, sub Ottone secundo Imperatore, & S. Vlrico, Episcopo Augustano.

Reiectis Augustinianis Monachis, opera Adalberonis, Comitis de Sempta, Aduocati huius Monasterij, restituitur Benedictinis, per Henricum tertium Imperatorem, qui eò Helengerionem, Abbatem Tigurinum, cum 12. Monachis transtulit, Auentinus fol. 531.

Heinricvs quartus Abbatiam Burensem, dictam in pago Sondergeu, in Comitatu Sigmari Comitis sitam, Elenhardo, Episcopo Frisingensi, & illius Ecclesiæ, omni jure & vtilitate, quam Imperator ibi habuit, in proprium dedit ac tradidit: ita vt liberam potestatem habeat tenendi, construendi, & quicquid ad communem illius Ecclesiæ vtilitatem voluerit faciendi, Anno 1065. Extat diploma in libro tradito Frisingensis Ecclesiæ.

Anno 1248. domestico igni totum Monasterium exuritur, sub Ottone, Duce Meraniæ, Aduocato; & Ottone Duce Bauariæ, inter quos antea grauissimum bellum fuit, in quo Monasterium plurima mala & deuastationes passum est, Vide Auent. lib. 7. fol. 681.

In Libro fundationis reperio Aduocatos & Abbates huius Monasterij sequentes.

SIGMARVS iuuenis Comes, tertius Aduocatus, cuius pater Adalbertus, filius Adalbero, vxor Sigmari Gertrudis sub Heinrico quarto.

SIGMARVS Aduocatus dedit Monasterio, pro se & anima fratris sui Adalberonis interfecti, prædia in Phrumore ex lib. tradit. ibi. De qua familia hi fuerint, an de Sempta, an verò de Husin, hoc est, Andecensi, vt Auent. in Epithomate ponit, sed in Chronica nihil, &c. non satis constat; puto autem fuisse Comit. de Sempt. Vide ibi.

BERNHARDVS Aduocatus sub Raymundo Abbate.

POPPO, Comes de Andechs, eius frater Berchtoldus & Otto.

BERCHTOLDVS, Comes de Andechs, Aduocatus sub Walthero, Abbate septimo, Anno 1140. & 43.

OTTO Comes de Andechs, frater Berchtoldi, quem aliàs Marchionem vocat, sub Adalberto Abbate, Anno 1185.

ADALBERTVS Aduocatus, Anno 1149. sub Conrado Rege.

OTTO Dux Meraniæ, sub Gebhardo Abbate.

HEINRICVS Abbas, Anno 1252. quartus ante ipsum eiusdem nominis Abbas.

ORTHOLPHVS Abbas. Huic Rudolphus Imperator regalia contulit, ac de administratione temporaliũ legitimè inuestiuit, vocans ipsum Principem dilectum, Anno 1275.

HEINRICVS Abbas, Anno 1286. huic quoq; Rudolphus contulit regalia

feuda

feuda principatus, quem obtinet, & hoc ad instantiam filiæ suæ, Ducissæ Bauariæ, Otto Abbas, Anno 1292. Idem 1308.

EGGEBERTVS Episcopus Bambergensis, Otto Dux Meraniæ, & Palatinus Comes Burgundiæ, & Albertus Comes de Tyrol, Anno 1228. interceſſerunt apud Abbatem Burensem Gebhardum, post obitum Ottonis, Ducis Meraniæ, defensoris olim in temporalibus quatenus Aduocatiam illam filio Ottonis conferret, quoniam ipse pro libitu eligendi Aduocatum potestatem & libertatem haberet, sub certis conditionibus & articulis jureiurando, & instrumentis confirmandis: Primò, ne illis detur Iudex, nisi ad petitionem Abbatis & Conuentus; secundò ne steuræ ab hominibus eorum extorqueantur; tertiò, ne aliquis infra Parochiam judicium exequatur; quartò ne res vel homines eorum sub jure aduocatiæ vlli in feudum concedantur; quintò ne ab hominibus ipsorum, vel ab ipsis telonium accipiatur, in Wolfratzhausen, vel in Montanis. *Ex lib. fundationum ibid.*

BENEFACTORES huius Monasterij & alij, quorum in libro fundationum ibi fit mentio.

VDALRICVS de Elsindorf, vir Nobilis, se cum coniuge & vnica prole, ac omnibus bonis suis & possessionibus, scilicet Elsindorf, Surgeloch, Mages, Rufian, Deo ac S. Benedicto obtulit, tempore Heinrici quarti Imperatoris, &c. puto Tyrolensem fuisse.

ARNOLDVS de Aspach, vel de Lucilsteten, Nobilis homo, donauit Monasterio prædium Aichaim, quod à parentibus in Sueuia, juxta Hylaram fluuium per successionem habuit, quodq; Guelpho Dux, ejecta sua matre, per vim occupârat, &c. facta est hæc traditio, Anno 1143. sub Walthero Abbate primo, & Berchtoldo Aduocato.

QVÆDAM Illustris Matrona, Gisela nomine de Asmunting, locum sibi apud S. Benedictum elegit, Marquardus maritus tertius, Agnes filia, Robertus & Goswinus, filij, Diethericus, frater Domini Marquardi de Dorf.

HENRICVS, Comes Andecensis, Marchio Ystriæ, fundator Missæ ibidē, circa Annum 1228.

OTTO Dux Meraniæ, Comes Palatinus Burgundiæ, eodem tempore.

BERCHTOLDVS & Heinricus, Comites de Eschenloch, fundatores luminis perpetui, ad sepulturam progenitorum suorum, circa Annum 1228.

BERCHTOLDVS, Comes de Eschenloch, filius Berchtoldi, instituit anniuersarium ibidem, pro remedio animæ suæ & progenitorum, An. Dñi. 1293.

HEINRICVS de Rotenburg, Magister curiæ Ottonis, Ducis Carinthiæ, Comit. Tyrolis, Vto de Matrey Iudex, Grifo de Matrey, milites, Heinricus de Vfenstain, fideles eiusdem Ottonis, Anno 1298.

BERNHARDVS liber de Weilhaim, Anno 1228. D. Heinricus de Weilhaim filius, circa Annum 1253.

D. GEBHARDVS de Weilhaim, circa Annum 1295.

EGILOLPHVS & Gothardus de Andechs Nobiles, circa Annum 1228.

GOTSCALCVS & Ludouicus de Widersperch.

EBERHARDVS & Lazarus de Porta.

HEINRICVS de Lechisperg, vxor Diemuer, filij eorum Philippus, Rupertus & Hermannus, tempore Heinrici Anno 1252. contulerunt aliquid Monasterio.

HENRICVS & Otto de Sechsenhausen, Anno 1291. Otto dedit Huoham in Engelberting, Anno 1292.

D. DIETHERICVS de Pfluegdorf.

S. CONRADVS, & D. Engelscalcus de Wildenrot, anno 1303.

D. HEIN-

D.HEINRICVS de Tainingen, Anno 1295.
VERTINGVS & Heinricus de Schmiechen.
BERCHTOLDVS de Aue, sub Heinrico Abbate, Anno 1255.
D.IOANNES Miles de Aue, Anno 1219.
D.CONRADVS der Reitter von Aw/Anno 1295.
BERCHTOLDVS de Fuozstain.

IN ANTIQVO libro fundationis seu traditionis reperio circa Annum 1250. sequentes illius Monasterij vasallos fuisse.

D.HEINRICVS de Seeueld.
D.VLRICVS de Rörmos, Vicedominus Ducis Ludouici, & filius suus Vlricus.
D.WATTO de Geckenpeunt.
D.BERCHTOLDVS de Egoluingen.
D.HERMANNVS Wittolshouer.
D.ENGELSCALCVS de Haldenberg.
WIRNT de Adelungeshouen.
HEINRICVS de Seckſenhauſen.
D.DIETRICVS de Pfluegdorf.
D.HEINRICVS de Pfetten.
D.CONRADVS de Duringenueld.
Item H.TAININGER.
Item VERTINGVS de Schmiechen.
Item BERCHTOLDVS de Fuezstain.

ADDITIONES.

HOc tempore insurrexerunt bella Principum Meraniæ *aduocatorum nostrorum contra Duces* Bauariæ, *ex quibus intolerabilia & grauissima damna monasterio nostro obuenerunt: nempe victualium penuria, exactiones infestationesque Principũ ac suorum ministerialium continuæ: prædia multa obligata, debita quoque contracta sunt. Sic itaque* Bernardus *Abbas doloribus & languoribus diu corrosus, & tandem extenuatus cum jam rexisset annis decem, spiritum Deo reddidit, anno Dominico 1246. Cui successit* Henricus *secundus, qui fuit de familia S. Benedicti, proxima die post festum S. Vdalrici canonicè & idoneè electus in Abbatem. Ante cuius accessum plus quam viginti sex annis bellum grauissimum inter* Ottonem *Ducem* Meraniæ, *felicis memoriæ (qui fuit Aduocatus noster) & Ottonem Ducem* Bauariæ *gerebatur, in quo penè omnes nostræ possessiones & prædia quotidianis rapinis & incendiis ita sunt vastata, quod ædificiis carebant & inculta jacebant, & coloni cum aliis hominibus in fugam versi erant. Interea isto periculo imminente & sæuiente, antedictus Dux Bauariæ misit ad locum nostrum plus quàm quingentos viros in armis, qui monasterium nostrum & sororum, & omnes Ecclesias & officinas violenter fregerunt, & omnia quæ moueri, portari, pelli & vehi poterant abduxerunt, fratres & sorores eiulantes & penè nudos reliquerunt: & ne monasterium & ambitum loci comburerent pecuniam copiosam illis dederunt. Hac verò persecutione aliquantulum sedata secundo anno ordinationis suæ, statim post Purificationis S. Mariæ festum, ex instinctu Diaboli omnium bonorum inuidi crudelis ignis erupit, & totum Monasterium funditus exussit, vnde muri Monasterij, principale altare S. Benedicti, & cripta S. Martini in terram corruerunt, & magna pars murorum est euersa: omnes pariter campanæ, & omnia vitra diffluxerunt, sculpturæ, picturæ pretiosæ, pariter omnia sunt deleta. Magna pars librorum purpura, tapetia & ornatus desiderabilis est exustus, maior turris longe ante fuit detecta, minor à fulmine scissa. Ecclesia* S.Laurentij *præ vetu-*

state

state & putredine quæ tecto diu carebat penitus fuit delapsa, dormitorium sororum & totum claustrum earum defecerat, hospitium desolatũ per multos annos jacebat, unde hospites assidue superuenientes officinas nostras & villas adiacentes vastabant: granarium putuerat, pistrinum & molendinũ corruerant, ergasterium viluerat, in coquina nulla penitus olla vtilis fuit.

Fundatio Monasterij Benedict Beurn.

ANno verbi Dei ex virgine geniti Septingentesimo quadragesimo, Indictione octaua, sub *Zacharia* Papa, Rege *Carolo* patre *Carolomanni* & *Pipini*, quo tẽpore *S. Bonifacius Moguntinen.* Archiepiscopus *in Francia, Frisia, Austrasia, Bauaria* Eadem Christi seminabat, cum jam Ecclesiæ vel Monasteria his in terris consurgerent, locus istẽ à solitudine in via, & condensa ferarum cauea, diuino nutu & adminiculo est habitabilis effectus. Cuius conditores & cultores primi fuerunt tres fratres, viri clarissimi, *Landfridus, Waldramus, Etilandus*, tam virtutum quam diuitiarum incliti primates regni, & prædicti regis consobrini. Qui cum de rerũ suarum abundantia pauperum peregrinantium maximè; spiritualium studerent inopiam supplere, magnaq; cura esse essent laborare circa Ecclesias & Sacerdotes Christi, & nisi statim à se adiuuarentur, se vtpote religiosissimi peccasse putarent, præfati antistitis circumquaq; prædicantis crebra visitatione sunt plenius instructi, jamq; tanti patris notitiam venerantes, & amicitiam operibus declarantes, ad perfectionem Euangelicam, quæ sola supererat, omnia relinquendi & crucifixum sequendi, peruingere sunt conati. Itaq; cum circa fluuium *Leusach* habentes prædia, & in pago *Antorff* eiusq; confinio pulcherrima domicilia venationibus adiacentis nemoris pro consuetudine aliquando exercerentur, cuncta perlustrantes inter frondosæ vmbracula syluæ, ad sempiterna paradisi vireta suspirabant, & quia jamdudum seculi naufragium euadere statuerant, placuit eis ad conceptum negocium, conuersionisq; diuersorium perspectæ terræ situs & amænitas, jusseruntq; statim extirpatis frutetis prope riuum *Kolomonbach* habitationem sibi adiuncta basilica construi. Quem quia sibi Dominus non elegit, signorum indicio declarauit, fabris lignariis namq; repentina incisione vulneratis, columbæ aduolantes cruentata ligni præsegmina raptim asportauere, & huic loco, in quo nunc venerandum altare consistit, sparsim inferentes, quasi ex rationali industria circulos composuerunt. Stupefacti & prosecuti cum ceteris Domini, cælestis auspicij omen intelligunt, quæ alibi cogitauerant hic perficiunt Ecclesiam Cœnobiumq; operosissimè ædificantes incomparabiliter structuris, picturis & pretiosis perornauere metallorum ac thesaurorum insignibus. Is quidem locus prius nominabatur *Priel*, sicut & hactenus pratum prope monasterium vocatur: ibiq; erat bannus bestiarum prædictorum Dominorum. His viriliter peractis Ecclesia tegulis plumbeis tecta, viaq; peracta euntibus suprà paludẽ præfati fluuij *Leusach*, pontem erigere jusserunt, nihilque nisi benedictio Pontificis restabat. Deinde & alia grandi diligentia monasteria instituunt: primum *Cochelensee* in quo venerabilis eorum soror nomine *Gailsindis* prædij sui parte tradita cum virginali degebat contubernio. Secundum *Schlechdorfense*. Tertium *Stafelensee*, quibus duobus è præfatis fratribus *Waldramus* scilicet & *Elilandus* portiones de redditibus suæ sortis quæ sufficerent, singuli singulis condonauerunt. Congregatisq; vndiq; monachorum agminibus, necnon sanctorũ reliquiis, librorum diuinorum multitudine, cum consensu *Thassilonis* Ducis ac prouincialium Episcoporum consilio, maximèq; *Augustensis Bicterpi* valde venerandi viri in *Franciã* profecti cõductu & annisu B. *Bonifacij Mogũtini* archipræsulis, à piissimis Regibus *Carolomanno* atq; *Pipino* irrefragabilia perpetuæ libertatis priui-

priuilegia *Burensi* Ecclesiæ acquisierunt: quam etiam ab eodem tantæ auctoritatis & sanctitatis metropolitano dedicari, regalique edicto publicè honorificari ijdem Principes petentes percepere. Mox conuenientibus illustribus, & Catholicæ excellentiæ personis, à supra memorato Pontifice & *Bicterpo* reuerendissimo Augustense Episcopo vndecimo Calendarum Nouembrium die in nomine Sanctæ Trinitatis, in honore S. *Benedicti* & B. *Iacobi*, nec non ad plurimorum sanctorum memoriam, quorum & plurimas congregauerunt reliquias, hęc Ecclesia dedicata est: & præter cæteras cœnobialis cautelæ aptitudines, ab introitu mulierum inuiolabili sanctione alienata, statimq; magnificis oblationibus ac prædiis dotata & ditata.

Inuestitura Abbatis ORTOLFI.

Rvdolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Vniuersis ministerialibus hominibus & vasallis Monasterij *Beyrn*, gratiam suam & omne bonum. Benignitatem decet regiam subditorum Sacri Imperij fidelium maximè maximorum commodis intendere, & ipsorum quieti serena mente consulere: vt allecti beneficiis & beneficentiæ gratiis incompensa deuotæ fidelitatis Sacro Imperio fortiori deuotionis, fidei & dilectionis vinculo cõiungantur. Quod adtendens nostra Serenitas, venerabilem *Ortholfum Burensem* Abbatem Principem nostrum dilectum, se nostræ Maiestatis conspectibus præsentantem sumus benignitate Regia fauorabiliter prosecuti, collatis sibi regali sceptro regalibus, ac eodem de administratione temporalium legitimè inuestito. Quapropter vniuersis ac singulis vobis mandamus, præcipientes auctoritate regia firmiter & districtè, quatinus eidem Abbati Principi nostro dilecto deuotæ fidelitatis obsequia impendatis, & eidem tanquam vero vestro Abbati in omnibus intendatis fideliter & deuotè. Datum apud *Augustam* XV. Calend. Iulij, Indict. tertia, Anno Dñi. MCCLXXV. regni vero nostri secundo.

Inuestitura Abbatis HENRICI.

Rvdolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, vniuersis sacri Romani Imperij fidelibus præsentes literas inspecturis gratiam suam & omne bonum. Quia tribulationibus pressuris & angustiis venerabilis *Henrici* Abbatis & sui Monasterij S. Benedicti *in Beyrn*, ex innata nostris præcordiis pietate, ex animo condolemus, suis commoditatibus intendere volentes, & eum speciali gratia præuenire. Propterea ad vniuersitatis vestræ notitiam cupimus peruenire, quod nos ad preces & instantiam Illustris Ducissæ Bauariæ filiæ nostræ carissimæ, regalia feuda principatus quem obtinet, eidem Abbati liberaliter duximus transmittenda: volentes in hoc suis parcere laboribus & expensis. Vnde vniuersis ministerialibus & Vasallis supradicti Monasterij damus firmiter in mandatis, vt memorato Abbati tanquam nostro Principi & suo Domino in omnibus intendant humiliter, & pareant reuerenter. In cuius rei testimonium præsens scriptum exinde conscribi, & Maiestatis nostræ sigillo jussimus communiri. Datum *Augustæ* septimo Cal. Februar. Indictione quarta decima, Anno 1286. Regni vero nostri decimo tertio.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Henricus* diuina fauente clementia Rex, Deo seruire, regnare est. Cum ergo propitia diuinitate regni gubernacula teneamus, juxta regiam magnificentiam volumus omnes sub pace Serenitatis

nitatis nostræ gaudere; sed maxime quos specialiter nouimus ad munimen regalis defensionis attinere. Nouerit ergò vniuersus Ecclesiæ Catholicæ cœtus, quod quãdam Abbatiam *Beyrn* dictam, à primis fundatoribus, & à prædecessoribus nostris & à nobis liberalitate & omni ingenuitate nobilitatã, in nostrã protectionẽ ac tutelam suscepimus, & quæcunq; nunc in loco sunt, vel in futurum qualibuscunq; vsibus profutura, justè & legitimè acquiri possunt Gottehelmo Abbati & eius successoribus illibata conseruari decreuimus. Idem siquidẽ Monasterium antiquitus liberalitate Regum, largitate Principũ magnificè ditatũ, nunc variis euentuum casibus quasi despoliatum remansit, eò quod ad regnum omnia primæ fundationis prædia præter ipsum determinalem locum translata sint. Eius igitur desolationi condolentes, tum consilio principum nostrorũ *Bertoldi*, *Friderici*, & *Vdalrici*, tum rogatu *Welfonis* Ducis, tum fratrum inibi commorantium justis petitionibus annuentes *Tuzzingen*, *Zeizmaringen*, *Karershusen* cũ suis appendiciis, cum famulis & famulabus, & cum pratis de *Seshopten* juxta ripam fluminis *Wirmine*, vsq; *Dietpurcce*, eidem Monasterio Imperiali Maiestate restituimus, & Abbati ea loca possidendi, vendendi, vel ad quoslibet vsus inflectẽdi liberam facultatẽ pro debito nostro concedimus. Ne ergo quælibet persona per aliquam surreptionem temere venire præsumat contra hanc nostram cõstitutionem, præsentem paginam sigilli nostri impressione roboramus, & libertatẽ quam loco illi piè indulsimus, & redditus quos redonauimus omni æuo irrefragabiliter B. Benedicto sibiq; seruientibus stabilimus, &c.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. *Henricus* diuina fauente clementia Rex. Omne quod scribitur testamentum gestarum rerum continet fidem, notitiam, memoriam, & firmamentum. Qua ratione & per hoc scriptum notum sit omnib⁹ in Christo viuentibus, tam futuris quam præsentib. qualiter nos Ecclesiam nomine *Beyrn* quam à nostra manu & regia potestate dimissam & alienatam sua libertate destitueramus, qualiter hanc dum resipiscendo nobis inde cõsultum voluimus, tum quoq; ob salutem animæ & peccatorum remedia beatæ memoriæ Patris nostri *Henrici* ac matris nostræ *Agnetis*, & ob salutem duorum fidelium nostrorum, pro quibus ibi specialiter continuis intercedendum orationibus in æternum voluimus, in eam quam ab institutione sua sumpsit libertatẽ restituimus & immutabiliter in perpetuum destinauimus, quatinus deinceps ea vtatur ita, vt in regia tutela & defensione contineatur. Cuius libertatis restitutio vt stabilis & inconuulsa omni permaneat æuo, hanc chartam inde jussimus scribi, ac propria manu corroboratam nostro sigillo insigniri.

Signum Domini *Henrici* quarti regis inuictissimi.
Gebehardus vice Cancellarius recognoui.

Data Anno Dominicæ incarnationis M.LXXVIII. Indictione prima, Anno autem *Henrici* quarti Regis inuictissimi, Ordinationis XXIIII. Regni XXII.

CATALOGVS ABBATVM MONASTERII Benedictpeürn.

Post fundatores gubernauit Monasterium RINGRINVS, *qui obijt regiminis sui anno 8. Domini vero 858.*

ZACCO, *moritur an. Dn. 865. Prælaturæ suæ quinto.*

ERPFMANNO, *præfuit an 36. ob. an. Dn. 899.*

VROLFVS, *desiit regere & viuere anno officij sui 18. Domini verò 918.*

SNELBERTVS *ob. An. Dn. 945. Prælaturæ suæ 28.*

Vastato per Hungaros circa hoc tempus Monasterio, duo fratres presbyteri, ne in solitudinem redigeretur locus, per nouennium Anachoretarum instar ipsum incoluere.

WOLTOLDVS *instaurator & nouus fundator per duodecim annos præpositum egit per septennium deinde Monachus vitâ decessit, anno 974.*

RICHOLPHVS *finijt vitam Prælaturæ suæ 20. anno Dom. 987.*

REGINBERTVS *decimo Præposituræ anno viuere desiit an. Dom. 997.*

RATOLDVS *duodecimo anno in pace quieuit, an. 1009.*

TAGINO.

ALBERO *nouem an. exactis ob. 1019.*

REGINBERTVS *vltimus Præpositus, anno vndecimo per spontaneam resignationẽ Conrado II. Imp. factam, & finem Canonicis, & initium Monachis fecit, ipse postea sub regulari norma 15. annis exactis ob. 1045.*

ELLINGERVS *accersitus ex Tegernsee reformator annuus fuit, & reuersus est.*

GOTHELMVS *Monasterium rexit an. 3. ob. an Dn. 1076.*

MEGINOSVS *per biennium præfuit.*

RATMVNDVS *præf. annis 26.*

CONRADVS *de Campidonen. cœnobio per Tridentinum Episcop. accitus, obiit an. 1122.*

HOPERTVS *vix annuus moritur, an. 1123.*

OLSCALCVS *decessit, an. 1126.*

ENGELSCALCVS *præf. an 13 ob an. 1138.*

GVALTHERO *an regim 30. vitam finiuit, Domini 1168.*

ORTHOLFVS *præf. an. 12. ob 1180.*

WERNHERVS *post tres an. decessit 1183.*

ALBERTVS I. *gubernauit an. 20 ob an. 1203.*

BERNARDVS *an. Prælaturæ 10. ob. Dn. 1213.*

HENRICVS *cum præfuisset an. 14. moritur an. 1227.*

GEBHARDVS *an. 9 præsidens. ob an. 1236.*

BERNARDVS II. *decimo commissi muneris ob. an. Dn. 1246.* (*combustum.*

HENRICVS II. *per an. 25. multa passus vita excessit an. 1271. sub hoc Monasterium fuit*

ORTHOLFVS II. *cum benè præfuisset an. 14. ob. an. 1284.*

HENRICVS III. *quinto regiminis Dni. an. 1289. decessit.*

OTHO *combusti monasterij instaurator ob. an. reg. 29. Christi 1318.*

HENRICVS IV. *post Prælaturæ 30. ob. 1348. Christi anno.*

DVRINGO *gestâ prælaturâ an. 17. vitâ fungitur an. 1361.*

ALBERTVS II. *anno muneris sui 8. Christi 1369 moritur.*

HENRICVS V. *officio fungitur an. 9. ob. 1378.*

HENRICVS VI. *Pienzenauer fatis concedit an. 1400. Prælat. 22.*

LVDOVICVS I. *præsidens an 9. moritur an. Dn. 1409.*

FRIDERICVS *decedit an. Dn. 1422. regim sui 13.*

CONRADVS *resign. an regim. 7. nec diu superuixit.*

GREGORIVS *resign. similiter. prælat. an. 10. Dni. 1439.*

THOMAS *Schhalb annuus fuit in regimine.*

GVLIELMVS *Diepolz kürcher è Tegernsee accers. ob. an. 1383. reg. 43.*

NARCISSVS *clauum tenuit an. 21. moritur an. 1504.*

BALTHASAR *cessit officio an. 17. vixit priuatim an. 3.*

P. MATTHIAS *administrator è monasterio Tegernsee vocatus, mox Abbas, moritur regiminis sui 17. anno Dn. 1538,*

CASPAR *præf. an. 10. ob. an. Dn. 1548.*

LVDOVICVS II. *ob. an. 1570.*

IOANNES BENEDICTVS *cum gubernacula tenuisset an. 34. è vitâ migrauit an. 1604.*

IOANNES *modernus Abbas.*

BERGEN

BERGEN.

MONASTERIVM Monialium ordinis S. Benedicti, intra Neuburg & Aichstet, oppida, fundatum est â domina Wiltruda, filia Gisalberti, Ducis Lotharingiæ, ex Gerbirga, sorore Ottonis primi Imperatoris, vidua Berchtoldi Ducis Bauariæ, fratris Arnoldi mali, Anno Domini 976. Bruschius in sua centuria Monasteriorum de hoc Monasterio latiùs, licèt idem Bruschius in Metropoli Moguntinensi, sub Reginaldo Aichstetensi Episcopo, aliter scribat, nempe quòd à Guta, vxore Berchtoldi, Comitis de Lechsmund, hoc Monasterium institutum sit: sed errat ibi Bruschius. Auentinus in Annalibus suis impressis, fol. 491. Vxorem Ducis Berchtoldi vocat, Neptem Ottonis primi, ex sorore Gerbirgam; sed Autographum habet ex sorore Gerbirga. Fuit namq; fundatrix seu vidua Berchtoldi Ducis, nomine Wiltrudis, cuius mater Gerbirga, soror Ottonis primi. Vide Ioannem Cuspinianum in vita Ottonis primi.

ADDITIONES.

BERGENIVM vel *Bergense* S. *Crucis* Monialium *Benedictinæ* professionis in Eistetensi Episcopatu & præfectura *Heerspruck* dimidio miliari à *Neuburgo* Danubiano, & duobus miliaribus ab *Aichstadio* situm, amplissimum cœnobium, fundatum legitur anno Dñi. 976. imperante *Othone* secundo, eiusque coniuge Dñ. *Theophania*, ab Illustrissima Principe ac Domina, Dñ. *Willitrude Bertholdi* vltimi Bauarorum Ducis honestissima coniuge, quæ ob insignem virtutem ac vitæ integritatem cognomentum *Piæ* habere meruit. Occasio construendi Monasterij hæc fuit: Gubernabant Bauariam temporibus Imp. *Henrici* Aucupis duo Principes præpotentes, germani fratres *Arnoldus* & *Bertholdus* vltimi Bauarorum ex posteritate Caroli Magni. Quorum senior *Arnoldus* aliquoties seditiosus in *Henricum* Aucupem, tandem victus ab eo apud inferiores Pannones tantisper exulauit, donec *Ottoni* reconciliaretur, cuius consensu in *Bauariam* tandem rediit. Vbi cum admodum grassaretur in bona Ecclesiastica, dicitur anno 937. miserrimo fato sublatus horribiliter periisse, reliquisse vero filium *Eberhardum*, concordibus omnium Principum suffragiis exhæredatum. Successit huic *Arnoldo* fratri suo *Bertholdus* Dux ille, qui Dominam *Willetrudin* nobilissimam fœminam *Giselberti Belgarum* & *Lotharingiorum* Ducis è *Gerbirga* Imp. *Ottonis* M. germana sorore filiam, vxorem habuit. Is *Bertholdus* cum Ducatui Bauariæ præfuisset duodecim annis, sine hæredibus obiit, anno Domini 949. Bona eius in regium fiscum redacta sunt. Ducatum *Bauaricum* donodedit Imp. *Otto* Magnus *Henrico* fratri suo. Domina *Wiltrudis* verò vidua mansit, quæ dotales adhuc Prouincias tenebat, & ipsis imperabat, *Sulzgouiam* videlicet, *Nardgouiam*, *Schrouanfeldum*, & prædia circa *Heerbruggum* sita. Hæc anno viduitatis suæ vicesimo sexto, Christi verò anno 976. cogitans solam se esse, &

Caspar Brusch. de Monaster. rect. *Herspruck.*

Sano modo hæc Legenda sunt, & intelligendæ de quibus vid. General. Bauar. generat. septima, & sequenti. malè confundantur Arnulphus Boior. Dux & filius Arnoldus: frater quoq; Arnolphi Berchtoldus, & ex Arnoldo filio nepos Berchtoldus. Res in vniuersum ita habet. Luitbaldus *Bauar. Dux*, ex *Coniuge* Adelhaide, Othonis *Saxoniæ Ducis*, Henrici *Cæs.* Henrici *Aucupis sorore binam susceptt sobolem masculam*, ARNOLPHVM & BERCHTOLDVM. *Hic post fratris obitum Boiariæ Dux ab* Ottone I. *Imp. constitutus, coniugem habuit* Wiltrudem, *quia de hac agimus; eamq; anno 948. secundum alios 945. fato functus viduam reliquit.* ARNOLPHVS *maior natu frater prædefunctus, regis iuxta titulum* Baioariæ *Dux, à vulgo historicorum* MALI *cognomen retulit: & vt fidem commentum inueniret, plurium fabulosa rebus ab eo gestis adsperfa fuerunt. Catholicæ Ecclesiæ studiosus assertor & patronus fuit; Sicut de eo docet R. P. Greiserus, in Catalogo Episcoporum Eichstaden. sub* Vdalfrido *seu* Vlfrido *Episcopo IX. p. 424.* Hepidannus *auctor perueterius & grauis, in suis annalibus ad A. C. inter alia, de hoc ipso Arnolpho sic refert:* Agareni (*al. Vngari*) Bauariam intrauerunt. *Erchanger & Bertholt* fratres eius, & *Voldalrichus* Comites auxiliante illis nepote eorum *Arnolfo* optimo Duce *Baioarorum*, totum exercitum eorum juxtà *Iv.* fluuium penitus occiderunt, nisi tres inta Viros. Tam procul autem à vero abest, Ducem hunc *Arnulphum*, Cuon-

rado Cæsari rebellem ad *Vngaros* profugisse, eosq; in *Baioariam* adduxisse, vt planè de contrario ex probatis auctoribus constet. Pium quoque, prudentem, & pacis publicæ amantem Principem fuisse, satis superq; testantur ea, quæ inter Regem *Henricum* Aucupem & ipsum gesta fuerunt: de quibus juxta alios lector consulat Abbatem *Vespergensem*. Obiit A. C. 937. relictis ex *Gerbyrga Rudolfi* Comitis *Altorfen.* fratris S. *Conradi* Episcopi *Constantien.* filia liberis: EBERHARDO, qui vnà cum fratribus Baioariæ Ducatu, post obitum *Berchtoldi* patrui inconsulto Ottone I. Imp. vsurpato priuatus legitur: ARNOLDO, de quo paulo post: HERMANNO, qui captus in prælio & abductus fuit, An. C. 952. & IVDITHA, Vxore *Henrici Saxoniæ*, pòst etiam *Baioariæ* Ducis, Ottonis I. Imp. fratris: fœmina à *Dithmaro* Episcopo Merseburgen. eius æui scriptore, aliisq; optimis auctoribus collaudata. ARNOLDVS restat, *Arnolphi* Ducis filius, (*Eckhardus* junior, Monachus S. *Galli*, qui non longè post illa tempora floruit, *Noricti* Ducem vocat) Comes *Schirensis* & Palatinus *Baioariæ*; quæ dignitas tùm post Ducalem proxima fuit: rebellante contra patrem *Ottonis* I. Imperat. filio, eidem spe recuperandi Ducatus paterni se coniunxit cum fratre suo Hermanno: sed ab Imperatore obsessus *Ratisponæ*, in prælio ante portas ciuitatis occubuit An. C. 954. relicto filio *Berchtoldo*: ob fidem & integritatem in *Ottonem* II. Imp. à *Dithmaro* jure laudato: quicquid secus de illo commemoret Auent. Annal. Boior. V. f. 503. & 505. Nec verò sibi ipsi constat Auentinus, qui in commemoranda clade *Ottonis* II. à Sarracenis acceptæ *Bertoldum* hunc optimum rei militaris Ducem appellat. Et hæc quidem explicandæ historiæ gratia hoc loco commemorasse sit satis.

non habere prolem, omnia suâ Deo dicare, & se quoq; jam senio penè confectam Religioni totam dedere decreuit. Monialium itaq;, piarumq; sororum Deo sese & æternæ virginitati dicantium congregatione collecta, Cœnobium *Bergense* in honorem Christi filij Dei, eiusq; Sanctæ genetricis, S. item *Iohannis* & S. *Crucis* construxit: idq; consentiente *Ottone* secundo eiusq; coniuge Domina *Theophana* omni suo territorio & suis prædiis dotalibus liberalissimè dotauit, sub vndecimo *Aureatensis* Ecclesiæ Episcopo *Reginoldo*, &c.

CATALOGVM ABBATISSARVM TALEM proponit Bruschius sibi communicatum à Dñ. Abbatissa tunc in regimine constituta.

I. WILTRVDIS *fundatrix, obijt in die trium regum, annus intercidit.*
II. CHRIEMHEIDIS, *Ob. 16. Martij.*
III. BERTHILDIS *Ob 18. Octobr.*
IV. RICHINZA *Ob 3. Iunij.*
V. HEYLICA, *Ob 17 Ianuarij.*
VI. ANNA *à Schumedach, Ob 30. April.*
VII. RILINDIS, *electa aliquot lustris post annum Domini 1095. quo nimirum anno denuò consecrata legitur Basilica Bergensis Cœnobij Ob. 22. Augusti.*
VIII. REGILINDIS *ex Agmundensi Cœnobio missa Bergensi monasterio præficitur Anno 1156. Ob 4. April an. 1169.*
IX. BERTRADA, *Ob 26. April. an. 1181.*
X. ADELHEIDIS. *desunt post illam aliquot Abbatissæ quæ ei successerunt.*
XI. HILTEBVRGIS, *Ob. 20. Febr.*
XII. CHVNIGVNDIS, *Ob 7. Martij.*
XIII. MARGARETHA, *Ob. 8. Martij*
XIV. KVNEGVNDIS II. *Ob. 23. Octobr.*
XV. ADELHEIDIS *ex nobili familia Pincernarum de Arberch, eligitur Anno 1340. præfuit summa diligentia, prudentia & laude annis 46. Ob. 16. Nouembr. Anno 1386.*
XVI. MARGARETHA *à Mur, Ob 30. Martij An. 1388.*
XVII. ANNA *de* GAILINSHEIM, *Præfuit annis 42 Ob 3. Feb. An. 1430.*
XVIII. ELISABET *Steurerin Ratisbonen. Ob. 23. Febr. An. 1458. quo reformatum est Cœnobium juxta regulam D. Benedicti.*
XIX. BARBARA *Egkerinae ex Vindelicorum Augusta missa ad reformandum Cœnobium, Ob 4. Nouembr. An. 1472.*

XX. MAR-

XX. MARGARETHA *Præpoſita Ob. Cal. Febr. an. 1498. inguinaria peſte conſumpta.*

XXI. EVPHEMIA *de Mur, Ob 15. Iulij, An. 1521.*

XXII. SABINA *Pyrckhemerin Noribergenſis Patricia ob. apoplexia 22. Decēb an 1529.*

XXIII. EVPHEMIA *prædefunctæ Abbatiſſæ ſoror electa 3. Ianuar. Anno 1530 plurimas grauiſſimasq; calamitates perpeſſa, de quibus lector Bruſchium alioſq; videre poteſt Ob 15. Nouembr an 1547.*

XXIV. CATHARINA *Haberreynin è Perchingo Epiſcopatus Aychtenſis oppido (quæ Catalogum hunc communicauit Bruſſio) electa fuit VI. Decembr An. 1547. De Priuilegiis & aliis, quæ ad hoc Monaſteriū ſpectant, videatur Bruſchius loco prædicto.*

BERNFRIED.

MONASTERIVM Canon. Regularium S. Auguſtini, ad ſtagnum Wirmſee. Fundauit in honorem S. Martini Epiſcopi Comes Otto de Vallay, cum coniuge ſua Adlhaide, Auent. fol. 552.

HVIVS Monaſterij prima confirmatio facta eſt à Ioanne XXII. Anno 1120. ſecunda ab Eugenio tertio.

SEPVLTI ſunt ibi Otto fundator, cum fratre Ottone juniore, Mechtilde ſorore amborum, & Adlhaid, vxore Ottonis, ſenioris in Capitulo, vt ibi habetur. Sed Auentin. neq; fratris, neq; ſororis meminit.

IBI Herlucæ ſacratæ fœminæ ſepulchrum oſtenditur, Ioan. Auent. l. 5. f. 591.

ADDITIONES.

CALISTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis in Chriſto filiis Othoni Præpoſito, & eius Fratribus in Beati *Martini* Eccleſia regularem vitam profeſſis, tam præſentibus quam futuris in perpetuum. Religioſis deſideriis dignū eſt facilem præbere cōſenſum, vt fidelis deuotio celerem ſortiatur effectum. Eapropter nos tam veſtris, quam nobilis viri *Othonis* precibus inclinati, Eccleſiam veſtram in honorē Domini *Saluatoris*, & Beati *Martini* intrà Epiſcopatum *Auguſtenſem*, in loco qui dicitur BERNRIED, conſtructam, in qua ſub regularis vitæ obſeruantia, & Canonici Ordinis diſciplina omnipotenti Domino ſeruire decreuiſtis, in Beati *Petri* Romanæ Eccleſiæ tutelam, protectionemq; ſuſcipimus, & Sedis Apoſtolicæ patrocinio communimus. Statuimus enim, vt omnia quæ illi vel ab eodem *Othone*, & vxore eius *Adelheide*, vel ab aliis fidelibus de ſuo jure aut jam collata ſunt, aut in poſterum largiente Domino conferentur, quieta vobis veſtriſq; ſucceſſoribꝰ, in eâdem religione manſuris, & illibata permaneant. Decernimus quoq; vt nulli omninò hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare: ſed omnia integrè cōſeruentur, eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione cōceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, ſalua *Auguſtenſis* Epiſcopi reuerentia. Præpoſitorum vero libera & Canonica, maximè de eadem, vel de qualicunq; ſpirituali congregatione fiat electio, & poſt profeſſionem juſtè exhibitam, nemini veſtrum liceat proprium quid habere; nec ſine Præpoſiti vel cōgregationis licētia de clauſtro diſcedere, vt in eo, quod aſſumpſiſtis, propoſito largiente Domino conſtanter in perpetuum maneatis. Aduocati etiam & defenſores eidem Cellæ vtiles ab ipſius loci fratribus prouideantur, & liberè eligantur. Ad indicium autē perceptæ huius à Romana Eccleſia libertatis Albam cum cingulo & amictu Beato Petro in Lateranenſis palatij Capella ſingulis trienniis perſoluetis. Si qua ergò in futurum Eccleſiaſtica, ſeculariſue perſo- A.

persona hanc nostræ Constitutionis paginam scienter contra eam temerè venire tentauerit, secundò, tertioue commonita, si non congrua satisfactione emendauerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat: & à sanctissimo corpore & sanguine Dei & Domini nostri Redemptoris IESV Christi aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa seruantibus sit pax Domini nostri IESV Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen, Amen, Amen.

D. *Calistus* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Datum Laterani per manum Hugonis Sanctæ Rom. Ecclesiæ subdiaconi, 2. Idus Nouembr. Indictione prima. Incarnationis Dominicæ anno MCXXII. Pontificatus autem Domini Calisti Papæ secundi, anno quarto.

Iohannes Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto filio. Præposito Monasterij S. *Georgij* extra muros Augustenses, per Præpositum soliti gubernari, salutem & Apostolicam benedictionem. Ad Audientiam nostram peruenit, quod tam dilecti filij Præpositus & Conuentus Monasterij in *Bernried* per Præpositum soliti gubernari, Ordinis Sancti *Augustini*, *Augusten.* dioces. quam prædecessores eorũ decimas, terras, domos, possessiones, vineas, molendina, nemora, redditus, jura, jurisdictiones, & quædam alia bona ipsius monasterij, datis super hoc literis confectis exinde publicis instrumentis, interpositis juramentis, factis renunciationibus, & pœnis aduersis in grauem eiusdem Monasterij læsionem nonnullis Clericis, & Laicis eorum ad vitam, quibusdam verò ad nõ modicum tempus, & aliis perpetuo, ad formam, vel sub censu omnium feudum antecessorum, quorum aliqui super his confirmationis literas in forma cõmuni à sede Apostolica impetrasse dicuntur. Cum itaq; * nũc interfit læsis Monasteriis subuenire, discretioni tuæ per Apostolica scripta mãdamus, quatenus ea quæ de bonis prædicti monasterij per concessiones huiusmodi alienata inueneris illicitè vel distracta, nõ obstantibus literis, instrumentis, juramentis, renunciationibus, pœnis & confirmationibus supradictis, ad jus & proprietatem eiusdem monasterij legitime reuocare procures. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, cẽsura simili cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum *Auinioni*, Non. Ianuar. Pontificatus nostri Anno sexto.

nostra

An. 1320.

PRÆPOSITI BERNRIEDENSES.

C. I. OTTO *Anno Christi 1120.*

Circa hæc tempora fuit juxta ripam fluminis, in loco qui vocatur Eptaticus, *nunc vulgariter* Eppach, *monasterium quoddam sacrarum virginum, distans vnum miliare à Cœnobio* Weilenprunn: *in quo claruit triginta sex annis* B. Herluca *virgo & monialis, ex* Alemannorum *siue* Sueuorum *stirpe progenita. Hæc, inquam, virgo* Herluca *habuit vnam secum in Collegio sacram virginem nomine* Iuditham, *filiam cuiusdam nobilissimi viri* Rudberdi, *& Hadevvigæ vxoris eius qui etiam pariter in eodem loco reliquerunt seculum. Quæ* Iuditha *cum post modum infirmari cœpit, & alia quædam virgo* Luicarda, *quæ fuit* Herlucæ *neptis, languore inualescente decubuissent in lectulis, audita est inter eas altercatio jucunda de prioratu migrandi ad cælestia regna: tandẽ mortua aliquoties Beatæ* Herluca *apparuit, paucis post annis moritur & Beata* Herluca *sepeliturque in Cœnobio* Beronicensi *quod viuens frequenter inuisit, etiam moriens deserere noluit.*

Anno Domini 1131.

Vid. Vitam B. Herluca à Reuer. P. Gretsero editam.

Paulus

Paulus *Canonicus Eccleſiæ* Ratiſponen. *ab* Henrico *Imp. IV in exilium actus, ſuſcepit in hoc Cœnobio recens fundato habitũ Ordinis Canonicorũ Regulariũ, & ſcripſit defendit q; vitã* Gregorij *Papæ VII. deinde res geſtas* B. Herlucæ *virginis & monialis in cœnobio* Eptatico, *vnũ milliare diſtãte à* monaſterio *SS. Petri & Pauli in* Weſſenpruñ *quæ virgo moriens à ſuis in cœnobio* Beronicẽſi *ſepeliri voluit, cuius tũba adhuc cõſpicitur in media Eccles.* *Vid. P. Greiſer. de hoc Paulo Bernrieden*

II. HERMANNVS. *An. 1152.*

III. HENRICVS *An 1167.*

IV. EBERHARDVS *An. 1190.*

An. 1211. Otto *Comes de* Vallay *dedit Cœnobio liberam poteſtatem eligendi aduocatũ, in villa* Malchingen. *Idem Comes* Otto *contulit huic Cœnobio priuilegium, vt omnes, quã in hac Eccleſia contrahunt matrimonia, perpetuo jure eidem cum omni ſua poſteritate inſeruirent, Dat in* Bernried. *An. 1211.*

V. OTTO II. *An. 1226.*

VI. REMBOTHVS. *An. 1268. Hic Synodo Auguſtanæ, quam* Sigefridus *Epiſcopus celebrauit An. 1287. vnà cum reliquis Prælatis interfuit.*

VII. CVNRADVS. *An. 1300 Interfuit Synodo quã* Fridericus *Epiſcop. Auguſtæ habuit.*

Henricus & Otto *germani fratres Duces Bauariæ omnia bona Monaſterij vnà cum ſuis ſubditis ab omnibus exactionibus exemerunt, amboenim diu in hoc Monaſterio fuerunt propter excommunicationem An. 1323.*

VIII. VDALRICVS *An. 1330.*

IX. IOHANNES *An 1367.*

Ludouicus *Imp. & Dux Bauariæ donauit huic Cœnobio Eccleſiam parochialem in* Haymshouen *eò quod plurima bona fuerint à monaſterio ablata An. 1345.*

Iſte Præpoſitus Sacellum extra fores Eccleſiæ in honorem S. Mariæ Magdalenæ, *Sanctæq; virginis & martyris* Catharinæ *ſumptib. monaſterij curauit.*

X. VDALRICVS *II. An. 1381. hic exſtruxit templum in honorem glorioſiſs. Virginis, in quo nuptiæ celebrarentur, quod dedicauit Fr. Albertus Epiſcopus* Salonen. *Ordinis Fr. Minorum, & Epiſcopi Auguſtani* Burchardi *Coadiutor An 1382.*

XI. IOHANNES *II. An. 1410.*

Interfuit Synodo, quam Anſelmus *Epiſcopus* Lauinge *habuit. An. 1414.*

Petrus *Epiſcopus* Auguſtanus *Præpoſitum & Conuentum redegit in meliorem formam juſſitq; vt acceptarẽt ſtatuta* Brandæ *tit. S. Clementis presbyteri Cardinalis an. 1422.*

XII. VDALRICVS *III. An. 1425. Iſte Præpoſitus propter nimiam tenacitatem, vel potius auaritiam, noluit quotannis vt fama habet ſui Cœnobij famulis aliquid dare, vt imaginẽ Chriſti è ſepulchro reſurgentis in feſto Aſcenſionis ducerent in ſublime ſe ipſe ſolus euexit, & ſubito decidit, de quo hoc habetur Epitaphium: Anno Domini 1435. obrutus eſt Dominus Præpoſitus hic.*

XIII. IOHANNES *III. An 1433.*

IOANNES *Tit. S.* Martini in montibus *Presbyter Cardinalis de* Bauaria *vulgariter nuncupatus, dedit huic Præpoſito facultatem, eligendi confeſſarium, quem cunq; vellet, & licentiam abſoluendi ab omnibus cenſuris Eccleſiaſticis.* Quam licentiam Calliſtus Papa III. *ratam habuit; idemq; Pontifex juſſit bona iniuſto titulo ablata Cœnobio ſub pœna excommunicationis reſtituere: omnia Priuilegia à Romanis Pontificibus, Regibus & Principibus Cœnobio conceſſa, nec non Eccleſias parochiales huic Monaſterio incorporatas confirmauit.* Albertus *Dux Bauariæ dedit Monaſterio priuilegium, ne ſalis exactiones ex vrbe Monacenſi vſq; ad Cœnobium exigantur. Idem Dux feudum banni* Lyngenſis *cum diuerſorio & alijs libertatibus eiuſdem pagi conceſſit*

XIV. BERNARDVS. *An. 1464.*

XV. IOANNES IV. [Cellarius] *An. 1471.*

Sigiſmũd⁹ *Dux Bau. cõſtrui, cõſecrari & pingi curauit altare mediũ in hon. S. Cru. An. 1484*

XVI. HENRICVS *Erngries, An. 1487.*

XVII. GEORGIVS *Molitor, An 1498 hic imaginem S Martini & Imaginem D. Virginis stantis, Iesulumq; in vlnis eius sedentis ex argento confecit. Brachium quoque argento fabricauit.*

XVIII. PETRVS *Streitl, An. 1500. Interfuit Synodo, quam* Heinricus *Episcopus* Dilingæ *habuit, An. 1506. Imaginē Iesuli stantis ex argento, Altaria S. Michaëlis, SS. Apostolorum, S. Annæ, S Sebastiani, S. Leonardi fieri curauit; Tres Calices argenteos deauratos emit, maximam campanam fundi, eamq; Mariam vocari voluit.*

XIX. IOHANNES *V. Dutzinger, An. 1520.*

Wilhelmus *Dux Bauariæ concessit huic Cœnobio, vt in posterum duabus sagenis in lacu Vermium vteretur, deinde artem nouam piscandi, quæ dicitur,* **mit den rollen / vnd Springer** */tertio,* **mit den Fladern vnd Krautsegen** */à cornu lacus vsq; ad septem quarto, vt habeat seu imponat baculos à festo* S. Georgij, *vsq; ad festum* S. Bartholomæi: *quinto,* **den Renckenlaich** *per totum Aduentum.*

Hic Præpositus construxit turrim Ecclesiæ D. Virgini sacræ, An. 1522. Pegma seu sacrarium, in quo asseruatur venerabile Sacramentum magno sumptu ex lapide fieri curauit. An. 1524 sedilia in Choro affabrè fecit An. 1521. Ambitum variis picturis exornauit, Anno 1528. Deniq; Lacunar opere lignario in templo fieri curauit, An. 1534.

XX. IOHANNES *VI. Fabri, An. 1535.*

Hic Præpositus curauit fieri præsepe Domini, vnàcum tribus Regibus in Sacello S. Catharinæ: nouum quoq; ædificium suprà dormitorium extruxit pro recreationis loco.

XXI. FRANCISCVS *Griemold. S R Eccl. Com. Palat. factus An. 1541. postulatur in administratorem Cœnobij* R H O R, *Anno 1551. Synodis interfuit, quas* Otho *Cardinalis Dilingæ celebrauit Anno 1548. & 1567. Emit Crucem in casula cum corporali CCL. florenis An. 1563. Huius etiam jussu Organum factum est, Anno 1564. Refectorium hyemale construxit, & horreum pro condendis frugibus. Anno 1566. quo eodem Anno Dn.* I A C O B A, *Ducissa,* Wilhelmi *Boiorum Ducis vidua donodedit Cœnobio Casulam ex auro crispante confectam.*

XXII. CASPARVS *Weis, An. 1572. Hic altare in Choro de nouo CC. florenis construxit Anno 1587. Item Altare B. Virginis Anno 1577. & Altare S. Augustini Anno 1578. Imagiuem argenteam Caspari Regis, munera Christo recens nato ferentis fieri mandauit Anno 1588. Nouam habitationem pro Principibus extruxit Anno 1589.* Dauid *Abbas in* Andex *& Hieronymus Stor Vicarius Augustanus, Præpositum & Conuentum redegerunt in meliorem viuendi modum, quibus chartas reformationis præscripserunt Anno 1592.*

FERDINANDVS *Dux* Bauariæ *fieri curauit vestes sacerdotis ministrorumque, nec non planetam cum tegumento Altaris ex holoserico flaui coloris, his addidit vexillum magnum eiusdem panni & coloris.*

XXIII. WOLFGANGVS *Scriba. An. 1592. Pollubrum cum duobus vrceolis ex argento fieri curauit An 1592. Sacellum D. Virginis pulcherrimis imaginib. exornauit eod anno. Vendidit Ser.mo Duci* Guilielno *prædium* Scleisheimense, *cuius pretio maximum æs alienum, quod antecessor conflauerat, dissoluit: tunc Idem Dux vt animaduertit hoc ipsum Cœnobium propter nimia debita redigi ad paupertatem, sua sponte donauit Ius patronatus Ecclesiæ* Reichlingensis, *vnde quotannis ducenti Cœnobio soluuntur floreni. Anno 1593 Introitum Monasterij cum turricula, & molendinum construxit, An. 1594. Et hoc ipso tempore ad huc Præpositura præest feliciter & cum laude.*

BERCHTOLSGADEN.

MONASTERIVM Canonicorum Regularium S. Augustini Ioannes Auentinus in hac fundatione variat. Nam in lib. 5. Annal. fol. 552, ponit: Chuno à Medling

Medling & Frontenhausen, Satrapes Comes Gars & Avv; vxor eius Irmogarda in agro Salisburgensi Berchtolsgaden, vbi sepulta est filia Adelhaidis, cum marito Beringerio, filiis, Beringerio & Conrado à Sultzpach, Comitibus, quod est oppidum Narisorum, ad confluentes Train & Alissi, Pamburg ibi humati perhibentur, collegia flaminibus Augustinianis instituerunt. Sed idem Auentinus in suamet translatione Germanica aliter ponit; nempe Chuno, Comes à Medling, fundat Avv, vxor sua Irmogard, filia Adelhaidis, cum marito Comite Beringerio, & filiis, Beringerio & Cunrado, Comitibus de Sultzpach, instituerunt, seu fundauerunt Berchtolsgaden & Bamburg. Train, Alz.

Idem postea in Annalib. fol. 655. in Genealogia Comitum Sultzpacensium soli Beringario patri hæc tribuit. Idem in suo Germanico compendio, Sed in monumentis & diplomatibus Berchtolsgadensibus reperitur, quod & verum est, quòd Comes Beringerus, frater suus Chuno de Sultzpach, vnà cum ipsorum matre Irmogarda instituerunt Berchtolsgadense Monasterium in honorem S. Ioannis Baptistæ & S. Petri, ac multis bonis ditârunt, Anno 1108. exquo apparet: Auentinum in nomine Irmogardæ errâsse. Nam Irmogarda fundatrix mater erat Comitis Beringeri non socrus. De familia huius non satis constat, nisi quòd fratrem habuit Comitem de Harburg, cuius insignia habent 6. alba lilia, in rubro clypeo: Ipsorum verò Sultzpachensium insignia habent 6. lilia in clypeo Veneto seu Plau, ex annot. D. Lucretij.

In divturnis & grauissimis bellis inter Albertum & Leopoldum, Duces Austriæ, Piligrinum Archiepiscopum Salisburgensem ex vna, & Principes Bauariæ altera parte, inter Capitulares Berchtolsgadenses schisma ortum est. Nam quidam Sighardum Waller, alij Vlricum Wulpen in Præpositum elegerunt; Wallero patrocinati sunt Austriaci cum Salisburgensi, Vlrico Duces Bauariæ, in maximum illius Monasterij detrimentum. Tandem per prædictum Archiepiscopum & Bauariæ Duces, nempe Stephanum, Fridericum & Ioannẽ, res hoc modo transacta est, vt vtrumq; in Berchtoldum Episcopum Frisingensem compromitterent; qui suo Laudo vtrumq; electum deposuit, & nouum Præpositum substituit, Conradum Thocer, Canonicum Salisburgensem (qui postea non adeò benè præfuit) saluo tamen Capitulo deinceps liberè eligendi jure & facultate.

In qvo Laudo hoc quoq; expressè cautum est, vt quilibet nouus Præpositus, Archiepiscopo Salisburgensi, nec non & Ducibus Austriæ & Bauariæ, pro vniuscuiusq; jure, pro more veteri fidelitatem præstet, **Einem jeden zu seim Rechten/ wie von alt herkommen globen soll.** Item quòd duo castra à Ducibus Bauariæ contra Berchtolsgadenses constructa, nempe Hagenfels & Dornberg, illi Ecclesiæ minimè commoda rursum destruerentur, cum aliis quibusdam articulis. Hoc ita actum est Anno 1384. Copia istius Laudi est, in quadam veteri lacera registratura, quæ Frisingæ deposita fuit.

ADDITIONES.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Arnolphus* Dei gratia Imperator Augustus. Cognoscat igitur omnium Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorum & tam præsentium quam futurorum sollertia. Quod nos per obtentum dilecti Comitis nostri *Luitpoldi*, venatori cuidam nostro *Gumperto*, quasdam res juris nostri in proprietatem concessimus, hoc est in Comitatu *Iungi*, in loco qui dicitur *Talhusen* hobas IIII. cum XII. mancipiis, & cum reliquis pertinentiis concessis, cultis & incultis, pascuis, molendinis, piscationibus, & quicquid ad easdẽ hobas

hobas nostræ largitionis pertinere censetur. Iussimus quoque inde hoc præsens preceptum nostrum fieri, per quod volumus firmiterque precipimus, vt prescriptus venator noster ex prelibatis rebus firmissimam potestatem faciendi habeat, quicquid sibi libuerit. Et vt hec auctoritas nostra firmiorem in Dei nomine obtineat stabilitatem, manu nostra subtus eam roborantes, annulo nostro jussimus insigniri.

Signum Domini *Arnolfi* inuictissimi Imperatoris Augusti.

Engilpero Notarius ad vicem Deotmari Archicapellani recognoui.

Date XII. Kal. Decembr. Anno incarnationis Domini DCCCXCVI. Indict. XIIII. Anno Domini Arnolfi VIIII. Imperij eius I. Actum *Regenspurc* in Dei nomine AMEN.

Libellus vetustissimus de Ecclesiæ Berchtesgaden fundatione, &c.

COenobium Regularium Canonicorum, quod auctore Deo in Sylua *Berchtersgaden* situm est, dignum duximus ad posterorum notitiam scripto præsenti transmittere, qualiter institutum sit, videlicet quo authore fundationis' originem acceperit, tum etiam consequenter exponere, quibus pro intentione & spe remunerationis æternæ locum eundem de patrimonio suo piè juuantibus, quibusq; Euangelicæ perfectionis culmen appetendo cum coniugibus & liberis ibidem conuersis, & omnia quæ habebant in sæculo, non quidem relinquentibus, sed feruente deuotionis studio Deo secum offerentibus, altius atque in melius profecerit, ita vt in breui vasta solitudo, quæ paulo ante fuerat saltus ferarum, & cubile Draconum, fieret tabernaculum Dei habitantis cum hominibus, fieret etiam palæstra spectabilis, videlicet pro patria cælesti luctantium, & carnem suam cum vitiis & concupiscentiis mortificantibus'. Quibus desiderio mundum fugientibus, atq; intentione sancta longe factis à sæculo, quantum prosit corporalis solitudo oculo sapientiæ causam adtendentibus, facile constabit, videlicet vt tàm corpore quàm mente fugiant sæcularium hominum nimiam frequentiam, ædificantes sibi cum regibus & consulibus terræ solitudinem, in qua fugiendo elongantes, atque elongando manentes veraciter expectent eum, qui eos saluos faciat à pusillanimitate spiritus & tempestate. Itaque mater Comitis *Beringarij* nomine IRIMGART, nobilitatis atq; honestatis in sæculo, pietatis ac deuotionis titulo coram Deo mulier insignis, voto facto summopere studuit in aliquo patrimoniorum suorum loco congregationem Clericorum communis vitæ instituere, vbi quicquid pij laboris, quicquid religionis ac sanctæ conuersationis seruatum fuisset, in perpetuum sibi etiam ad salutem opitulari, tàm vnanimiter quã fideliter credidit, cum de loco prædicto sui præcii, suæq; institutionis, tamquã de sinu suo ac manu multorum merita ad Deum transirent, videlicet, omnium vsque in finem sæculi ibidem sanctè & regulariter viuentium. Amplius etiam alto diuinoq; ac super mulieris animum sapienti vsa consilio, proximorum quoq; vtilitati studuit prouidere, in vno videlicet eodemq; opere & sibi in futurum prospiciens, & aliis exemplum atque occasionẽ sua Deo spe supernæ retributionis conferendi instituens. Sic profectò sua fideliter & deuotè Domino offerens, quatenus etiam posteri haberent, vbi peccatorum suorum pretia, id est oblationes Christi pauperibus erogandas reponerent,

nerent, mundumque studio & amore perfectionis relinquere cupientes locum dei seruiendi præparatum Deo inuenirent.

Verum cum huius tàm sancti propositi differretur effectus, nec interueniente desidia, sed impediente occupatione terrena, contigit eam sæculo valefacturam vltima infirmitate fatigari. Quæ morte imminente filium supradictum *Beringarium* vocans, suæq; illi voluntatis propositum aperiens, vehementer supplicat, quatenus à debito voti Deo facti & matrem liberaret, & sibi proprium ac speciale apud Deum remunerationis æternæ præmium, de matris quidem proposito, de opere verò suo collocaret, designatis quibusdam allodiis, quæ pater Comitis *Beringarij* defuncto ab illo, cui postea nupserat dotalicij nomine possessa, huic operi deuouerat, videlicet *Berchtesgademe* ac *Nidernhaim*. Quibus ille precibus susceptis, & matris voluntati suam jungens, tàm deuotè quod petebatur impleturum se promisit, quam fideliter postea accepta oportunitate impleuit. Eodem sanè tempore *Rettenbuch* Ecclesia communis vitæ priuilegiis regulariter instituta latissimè congregationis filiis fæcunda, religiosæ conuersationis patribus sublimata, fama & opinione sanctitatis longè latéq; fulgebat. Inde itaq; tamquam de fertilissimo sanctitatis & religionis horto, nouæ institutionis plantaria quęrere optimum ducens; *Vdalrico* tunc eiusdem loci venerabili Præposito suæ ac maternæ voluntatis propositū insinuans, sumopere supplicat, quatenus ei & cōsilio adesset, qualiter id faceret, & * auxilio cōsilio vt perficere posset. Qui tāti Principis à Deo inspiratū affectum nefas existimans denegato assensu ab opere pio auertere, octo illi misit pro auxilio honestas personas, quatuor videlicet clericos, & totidē laicos fratres, factoq; de ipso suo Collegio ex cōmuni electione Præposito venerabili videlicet EBERVVINO *Berchtesgademe* venerunt, ibiq; breui tępore cōmorati, ceperunt paulò negligentiùs rebus suis operam dare, vastam solitudinē vtpote syluam terribilē perpetui frigoris & niuiū horrore squalentē fastidientes, atq; ideo silentio præterire quam exponere maluimus, quàm sæpe loca mutauerint, aptiorem sedē futuræ cōgregationi quærentes. Inde cōtigit, vt circa ipsos & locum inuitatoris eorū animus paulatim langueſceret, cum tandē memoratus EBERVVINVS, diuini cōsilij armatus virtute, jacto in Dominū cogitatu, à quo sperabat omnē difficultatis asperitatē fideliū sensib⁹, & posse mitigari, & mitigandum, siluam *Berchtersgademe* repetiit, omnemq; demum dubietatis nebulā, ac mutabilis animi postponens leuitatē cōductis lapidū artificibus, monasterij fundamenta locauit. Quod vt cōperit Comes piæ memoriæ *Beringarius*, vehementer exultans, & Deo gratias agens, omnēq; tunc primū adhibuit diligētiā Præpositi vota juuare, fratrū necessitatibus subuenire, locū colere, eumq; pecuniis, possessionib⁹, & mancipiis exaltare. Quia verò scripto præsenti aduersus hominum calumniam posteris responsionē præparare cupimus, dicto quo ordine cuius rogatu locus institutus sit, nunc dicendum breuiter, quantum in defensionē Romanæ Ecclesiæ venerit. Memorata itaq; Comitissa, cum de instituendo Clericorū Monasterio, vt prædictū est, filio comendaret, ante omia supplicās monuit, fundo super altare B. *Petri* delegato authoritate Domini Apostolici causā aggredi. Quod & statim facere, oportunitate accepta nō distulit p manū fratris sui *Chunonis* de *Horburg*, eunte cum illo pariter loci Præposito *Eberwino* atq; hoc ab Apostolico in monumentum Monasterij datum est Priuilegium,

Paschalis Episcop⁹ seruus seruorū Dei. Dilectis filiis *Beringario* & *Chunoni* Comitib⁹, Salutē & Apostol. bened.. Piæ postulatio volūtatis effectu debet prosequēte cōpleri, quaten⁹ & deuotionis synceritas laudabiliter enitescat, & vtilitas postulata vires indubitāter assumat. Proinde filij in Christo charissimi vestris justis postulationib⁹ annuentes, allodia vestra, villā scilicet *Berthersgadmen* & *Nidernhaim* cū ōnib⁹ suis pertinētiis, quæ p remedio animarū vestrarū & matris vestræ, Deo

& Beato

& Beato *Petro* sub annuo censu obtulistis sub tuitione Apostolicæ sedis susce-pimus. Statuimus itaque, vt nulli omnino liceat prædicta allodia Beati Petri subtrahere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur, pro vtilitate & sustentatione Monasterij, quod largiente Domino in eisdem allodiis ædificare vouistis. Si quis vero hanc nostræ constitutionis paginam sciens, cõtra eam temerè venire tentauerit, secundò tertiouè commonitus, si non satisfactione congrua emendauerit, sciat se omnipotentis Dei indignatione, & terribili Sancti spiritus judicio feriendum. Datum *Laterani* VII Idus Aprilis.

Notum sit omnibus Ecclesiæ filiis tam futuris quàm præsentibus in perpetuum, qualiter Illustris Comes *Beringarius*, vnà cum vxore *Adelheida*, ac filio *Gebehardo* tradidit in stipendium fratribus communis vitæ Ecclesiæ Beatorum *Ioannis Baptistæ* & *Petri* Apostoli *Berchterscademe*, quicquid ei ex hæreditate matris obuenerat in villa *Grettig*, & in *Schönberge*, & in *Grauengatten*, tàm in mancipiis, quàm in possessionibus, pro remedio animæ suæ suorum parentũq;. Huius rei testes sunt Gebehardus filius eius, Rapoto de Wolfispach, Heinricus de Pârcksteine, Peringer de Todindorf, Cadelhoe de Kürchperg, Chuno de Herãtisperg, Gerhardus de Egerdach, Heinricus de Sclehubin, Sigboto Maria, Fridericus de Rifaren, Volchnant filius Ludouici. Item idem Comes piissimus tradidit prædictis fratribus omnem syluam ad locum *Grauengaden* dictum pertinẽtem, cum omni iure & vsu, quo ipse possederat, pascuis videlicet, piscationibus, venationibus, lignis & pratis, cultis & incultis, quæsitis & inquirendis. Tradidit nihilominus idem allodium nomine *Gebritte frui*t, videlicet quicquid in eodem loco ad ipsum ex hæreditate matris pertinebat.

Præterea iuxta castrum suum, quod appellatur *Flozen*, eidem Ecclesiæ tradidit vtilissima bona videlicet, & curtes duas, vnam *Trieuenriut*, alteram *Treuenriut* dictam, mansosq; complures, quædam eorum solo pietatis intuitu, quædam etiam lege commutationis rogatus tribuens.

Iuxtà *Ratisbonensem* ciuitatem extrà muros, in loco qui dicitur *Prunleit*, tradidit idem Comes fundum cum curtis, ibi positis necessariis ædificiis bonorum omnium, quæ vsquequaque in partibus illis Ecclesia possidet, & redditus colligerentur oportuno tempore inde auferendi. Harum omnium traditionum vno eodemque factarum testes sunt, Engibertus Dux de Carinthia, Otto Palatinus Comes de Wittilinespach, Otto Vrbanus Comes de Ratisbona, Fridericus aduocatus Ratisbonensis, Sigehardus Comes de Burchasen, Adelbertus Comes de Pogen, Rapoto Comes de Artenberch, Arnoldus Comes de Moristi, Heinricus Comes de Schönburch, Otto de Valey, Chuno de Megelingin, Wernhart de Ingelbach, Altman de Mollingen, Rapato de Truna & frater eius Rudolfus, Pertholdus de Gervvanch, Albin de Prunin cum duobus fratribus eius, Adelberto & Wernhero. Hertvvich de Winchelsalen, & frater eius Wernhart.

Isti sunt termini syluæ superius dictæ pertinentis ad *Grauengadin*. Cuius initium est à riuulo qui dicitur *Diezenbach*, & inde medium fluminis quod dicitur *Sala* descendens pertingit vsque *Walvves* ad abietem scilicet illam in *Cymiterio* stantem, & inde transcendens ad iacentem paludem quæ dicitur *Vilzmos*, pervenit ad villam quæ vocatur *Aneua*, vbi fontes decurrunt ad *Salzacha*, & inde ascendendo flumen pertingit ad superius *Schreinpach*, & inde vsque *Varmnekke*, & inde ascendendo vsque *Svvalvven*, & inde vsque *Gelielfen*, & vsque ad ortum riui qui vocatur *Chunispach*, & inde vsque *Olmsperch*, & inde vsque *Bocinsrukke*, & inde pergitur ad lacum quod situm est iuxta *Phafinsperch*, & inde per longam vallem descendendo ad *Viscuncula*.

Notum

Notum sit Christi fidelibus tàm futuris quàm præsentibus, quod Comes *Gebehardus* de *Sultzbach* per manus cuiusdam nobilis viri nomine *Willehalm* de *Gepinhaim* tradidit quandam aquam, quæ *Hallensis* dicitur, quartam partem in loco, qui dicitur *Vbiutle* pro concambio vnius mansi apud *Choltal*, & dimidij in villa quæ vocatur *Oberndorff*. Huius traditionis testes sunt, Otto de Wildenovva, Arnolt de Plezperch, Harint de Nanzinruth, Marchvvart de Gehen, Friderich de Rifarn, Lingram & frater eius Chunrad de Holzhusen, Odelrich de Yttingin, Chunrad de Wolfernchouen, Rudiger Camerarius.

Fundatores huius Ecclesiæ, & cætera quæ ad locum istum pertinent, præter ea quæ præmisimus verè & facillima ratione licet cognoscere ex Priuilegiis & Monumentis publicis: eaq; suo ordine hic recensebimus: deinde Catalogum Præpositorum, qui illi omnes, & quo quilibet eorum tempore fuerint subiungemus.

Fundatores Ecclesiæ Berchtesgaden.

I.

PASCHALIS, Episcopus Seruus Seruorum Dei Dilectis filiis Berengario & Cononi, &c. Vide supra pag. 132. b.

II.

CALIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Eberquino* Præposito & eius fratribus in Ecclesia Sanctorum *Ioannis* & *Martini* quæ in *Saltzburgensi* pago, in loco videlicet qui *Berechgeresgaden* dicitur sita est regularem vitam professis, tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Præceptum Domini habemus intrare per angustam portam, quia angusta via est, quæ ducit ad vitam. Quia ergo vos ô filij in Christo lectissimi per diuinam gratiam aspirati, mores vestros sub regularis vitę disciplina coercere, & vt angustam ingredi valeatis portam communiter secundum Sanctorum patrum constitutionem, omnipotenti Domino deseruire proposuistis nos votis vestris paterno congratulamur affectu. Vnde etiam petitioni vestræ benignitatis debitæ impertientes assensum religionis propositum præsentis priuilegij auctoritate firmamus. Statuimus enim vt nulli omnino hominum liceat vitæ Canonicæ ordinem quem professi estis in vestra Ecclesia commutare. Nemini etiam professionis vestræ facultas sit alicuius leuitatis instinctu vel arctioris religionis obtentu sine Præpositi vel congregationis licentia de claustro discedere: quod si discesserit nulla eum Episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum, sine communium litterarum cautione suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra Canonici ordinis tenor domino præstante viguerit. Sane juris Ecclesiastici Sacramenta à diocesano suscipietis Episcopo: Siquidem gratiam atq; communionem Apostolicæ sedis habuerit, & si ea gratis ac sine prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis pro eorundem Sacramentorum susceptione catholicum quē malueritis adire antistitem. Porro loci vestri aduocatiam sine Præpositi & fratrum cōsensu aut à fundatorum hæredibus aut quibuslibet aliis occupari omnibus prohibemus. Nulli ergo omnino hominum facultas sit, prædictam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessionem auferre vel ablatas retinere, minuere, aut temerariis vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Ad jndicium autem perceptæ huius à *Romana* Ecclesia libertatis aureum vnum quottannis *Lateranensi* palacio persoluetis. Si qua ergo in futurum Ecclesiastica secularisue persona, hanc nostræ constitutionis paginam sci-

ens contra temere venire tentauerit secũdo tertioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri IESV Christi aliena fiat atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa seruantibus sit pax Domini nostri IESV Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.

Locus ✠ Plumbi. Ego Calixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Datum *Laterani* per manum Grisogonij sanctæ R. E. Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarij VII. Id. May. Indictione XIIII. Incarnationis Dominicæ Anno M. C. XXII. Pontificatus autem Domini Calixti secundi PP. Anno III.

III.

INNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Ebervvino* Ecclesiæ *Berchdesgadmensis* Præposito eiusque fratribus tam præsentib⁹ quã futuris regulariter substituẽdis in perpetuũ. Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequẽte compleri, quatenus & deuotionis sinceritas laudabiliter enitescat & vtilitas postulata vires indubitanter assumat. Verumtamẽ petitionibus illorum ampliori charitate nos oportet intendere, quorum loca in religione fundata ad jus S. R. E. specialius pertinere noscuntur. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris justis petitionibus clementer annuimus & præfatum beati *Petri* monasterium, in quo diuino mancipati estis officio ad exemplar prædecessorum nostrorum bo. me. *Paschalis* & *Calixti* Romanorum Pontificum sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus statuentes, vt quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum justè & canonicè possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Silua quæ cellæ adiacet, *Niderheim*, *Sconenberc*, *Flozze*, & reliqua quæ Comes *Berengarius* & filius eius *Gebehardus*, eidem loco dederunt. Quicquid in Orientali plaga legitime possidetis, *Tetenstete* & cætera quæ *Engelvvanus*, *Heinricus* & *Bernhardus* de *Mosa*, *Willehalmus* de *Huba* & alij vicini eorum vobis rationabiliter contulerunt, *Rotehouen* cum suis pertinentiis, *Hebingen* cum cæteris quæ *Carolus* & fratres eius vobis similter donauerunt: Ea etiam quæ *Rudolphus* de *Lungovve* eodem modo vobis contulit. Sancimus etiam vt nulli omnino hominum liceat vitæ canonicæ ordinem, quem secundum beati *Augustini* regulam professi estis in vestra Ecclesia immutare. Nemini etiam professionis vestræ facultas sit, alicuius leuitatis instinctu vel arctioris religionis obtentu sine Præpositi vel cõgregationis licentia de claustro discedere: quod si discesserit nullus Episcoporũ, nullus Abbatum, nullus monachorum sine communium litterarum cautione suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra canonici ordinis tenor Domino præstante viguerit. Sane Ecclesiastica Sacramẽta à diocesano suscipietis Episcopo, siquidem gratiam atq; communionem apostolicæ sedis habuerit, & si gratis ac sine prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis pro eorundem Sacramentorum susceptione catholicum quem malueris, adire antistitem, qui nostra fultus authoritate quod postulatur indulgeat. Porro loci vestri aduocatiam sine Præpositi & fratrum consensu aut à fundatorum hæredibus, aut à quibuslibet

aliis

aliis occupari omnimodis prohibemus. Si verò is cui commissa fuerit eidem Ecclesiæ grauis aut inutilis apparuerit, & secundo tertioue commonitus non emendauerit ipsum expellendi & alium idoneum loco substituendi, liberam vobis concedimus facultatem. Laborum quoque vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus aut laicus à vobis decimas exigere præsumat. Curam etiam animarum seruorum scilicet ipsius Ecclesiæ qui intra cellam deseruiunt aut circa quam noualia excolunt cum ipsorum decimis, quemadmodum permittente Salzburgensi Archiepiscopo hactenus habuistis, salua ipsius reuerentia de cætero vos habere concedimus. Concordiam verò litis, quæ inter vos & Bamburgenses Canonicos fuerat, quemadmodum coram venerabili fratre nostro C. *Salzeburgensi* Archiepiscopo rationabiliter terminata est atque scripto suo firmata, ratam manere sancimus. Obeunte verò te tunc eiusdem loci Præposito vel ad alterius Ecclesiæ regimen transeunte siue tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia substituatur vel præponatur, nisi quem fratres communi consensu aut pars sanioris consilij secundum Dei timorem & beati Augustini regulam canonicè ei prouiderint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, vt eorum qui se illic sepeliri deliberauerint extremæ voluntati & deuotioni nullus obsistat, nisi fuerint excommunicati: salua tamen justitia matricis Ecclesiæ. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius bona vel possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet indebitis exactionibus vel molestiis fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua *Salzburgensis* Archiepiscopi canonica justitia. Ad indicium autem huius à sede Apostolica perceptæ protectionis, bizantium aureum nobis nostrisque successoribus annis singulis persoluetis. Si qua ergo in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertioue commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri IESV Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa seruantibus sit pax Domini nostri IESV Christi, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.

Locus plumbi appensi ✠

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ſſs.

✠Ego Conradus Sabinensis Episcopus ſſs.
✠Ego Albericus Hostiensis Episcopus. ſſs.
✠Ego Stephanus Prænestinus Episcopus. ſſs.
✠Ego Martinus presb. Card. tit. S. Stephani. ſſs.
✠Ego Boetius presb. Card. tit. S. Clementis. ſſs.
✠Ego Petrus presb. Card. tit. S. Pastoris. ſſs.
✠Ego Hubaldus presb. Card. tit. S. Praxedis. ſſs.
✠Ego Otto Diac. Card. S. Georgij ad velum aureum. ſſs.
✠Ego Vassallus. Diac. Card. S. Eustachij ſſs.

✠ Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ de porticu. ſſs.
Datum *Laterani* per manum Geraldi S. R. E. presbiteri Card. & Bibliothecarij VI. Idus Ianuarij, Indictione V. Anno Dominicæ incarnationis M.C.XLI. Pontificatus verò Domini PP. ſecundi *Innocentij* Anno XII.

IIII.

EVGENIVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Hugoni* Eccleſiæ *Berhthergadmenſis* Præpoſito, eiuſque fratribus tàm præſentib⁹ quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Deſiderium quod ad religionis propoſitū & animarum ſalutem pertinere monſtratur, animo nos decet libenti cōcedere & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Veruntamē petitionibus illorū ampliori charitate nos oportet intendere, quorū loca in religione fundata ad jus S. R. E. ſpecialius pertinere noſcuntur. Ea propter dilecti in Domino filij, veſtris juſtis petitionibus clementer annuimus & præfatum beati *Petri* monaſterium, in quo diuino mancipati eſtis officio ad exemplar prædeceſſorum noſtrorū felicis memoriæ *Paſchalis*, *Calixti*, & *Innocentij* Romanorū Pontificum ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio cōmunimus ſtatuentes, vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunq; bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regū, largitione Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimēda vocabulis, Siluam quæ cellæ adiacet, *Niderheim*, *Sconenberc*, *Flozze*, & reliqua quæ Comes *Berengarius* & filius eius *Gebehardus*, eidem loco dederunt. Quicquid in Orientali plaga legitime poſſidetis, *Tetenſteten* & cætera quæ *Engelvvanus*, *Heinricus* & *Bernhardus* de *Moſa*, *Guillelmus* de *Huba* & alij vicini eorum vobis rationabiliter contulerunt, *Rotehouen* cum ſuis pertinentiis, *Hebingen* cum cæteris quæ *Carolus* & fratres eius vobis ſimiliter donauerunt. Ea etiam quæ *Rodulphus* de *Lungovve* eodem modo vobis contulit. *Fronehouen* & cætera quæ *Wolf trigel* & frater eius *Tiemo* de jure ſuo vobis dederunt. Sancimus etiam vt nulli hominum liceat vitæ canonicæ ordinem, quem ſecundum beati *Auguſtini* regulam profeſſi eſtis, in veſtra Eccleſia immutare. Nemini etiam profeſſionis veſtræ facultas ſit alicuius leuitatis inſtinctu vel arctioris religionis obtentu ſine Præpoſiti vel cōgregationis licentia de clauſtro diſcedere. Quod ſi diſceſſerit nullus eū Episcoporum, nullus Abbatum, nullus monachorum ſine cōmunium litterarum cautione ſuſcipiat, quamdiu videlicet in Eccleſia veſtra canonici Ordinis tenor Domino præſtante viguerit. Sane Eccleſiaſtica Sacramenta à Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem gratiam atque communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit & ſi ea gratis ac ſine prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis pro eorundem ſacramentorum ſuſceptione Catholicum quem malueritis adire antiſtitem. Qui noſtra fultus auctoritate quod poſtulatur indulgeat. Porro loci veſtri aduocatiam ſine Præpoſiti & fratrum conſenſu aut à fundatorum hęredib⁹ aut à quibuslibet aliis occupari omnimodis prohibemus. Si verò is cui commiſſa fuerit eidem Eccleſiæ grauis aut inutilis apparuerit & ſecundo tertioue commonitus non emendauerit, ipſum expellendi & alium idoneum loco ſuo ſubſtituendi liberam vobis concedimus facultatem. Laborum quoque veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino Clericus, aut Laicus à vobis decimas exigere præſumat. Concordiam verò litis quæ inter vos & *Bamburgenſes* canonicos fuerat, quē admodū coram venerabili fratre noſtro *Conrado*

Salzbur-

Salzburgensi Archiepiscopo rationabiliter terminata est ratam manere sancimus. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Præposito vel ad alterius Ecclesiæ regimen transeunte, siue tuorum quolibet successorum, nullus sibi qualibet subreptionis astutia vel violentia substituatur vel præponatur, nisi quem fratres communi consensu aut pars sanioris consilij secundum Dei timorem & beati *Augustini* regulam canonice prouiderint eligendum. Sepulturam quoq; ipsius loci liberam esse concedimus, vt eorum qui se illic sepeliri deliberauerint extremæ voluntati & deuotioni nullus obsistat, nisi fuerint excommunicati: salua tamen justitia matricis Ecclesiæ. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius bona vel possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate & *Salzburgensis* Archiepiscopi canonica justitia. Ad indicium autem huius à sede Apostolica perceptæ protectionis bizantium aureum nobis nostrisque Successoribus annis singulis persoluetis. Si qua ergo in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertiouè commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini nostri IESV Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus, sit pax Domini nostri IESV Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant Amen. Amen. Amen.

Locus plumbi appensi.

Ego Eugenius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ſſs.

✠Ego Conradus Sabinensis Episcopus ſſs.
✠Ego Gregorius presb. Card. tit. Calisti ſſs.
✠Ego Hubaldus presb. Card. tit. S. Ioan. & Pauli ſſs.
✠Ego Otto Diac. Card. tit. S. Geor. ad velum aureum ſſs.
✠Ego Guido Diac. Card, S. Cosmæ & Damiani ſſs.
✠Ego Octauianus Diac. Card. S. Nico. in carc. Tul. ſſs.
✠Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indignus ſſs.
✠Ego Gregorius Diac. Card. S. Angeli ſſs.
✠Ego Berardus Diac. Card. S. R. E. ſſs.

Datum *Viterbi* per manum Roberti S. R. E. presb. Cardinalis & Cancellarij VII. Idus Octobris, Indictione VIIII. Incarnationis Dominicæ Anno M. C. XLV. Pontificatus verò Domini *Eugenij* III. PP. Anno primo.

V.

ADRIANVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Henrico* Ecclesiæ *Perthesgadmensis* Præposito eiusque fratribus tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum. Religiosis votis annuere & ea operis exhibitione complere officium nos inuitat suscepti regiminis & ordo videtur exigere rationis. Veruntamē petitionibus illorum ampliori charitate nos oportet intendere quorum loca in religione fundata ad jus sanctæ Romanæ Ecclesiæ specialius pertinere noscuntur. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus clementer annuimus & præfatum beati *Petri* monasterium in

um in quo diuino mancipati estis obsequio ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis memoriæ *Paschalis*, *Calixti*, *Innocentij* & *Eugenij* Romanorum Pontificum sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus statuentes, vt quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum justè & canonicè possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Siluam quæ cellæ adiacet & jus foresti cum cæteris quæ à lectissimo filio nostro F. Romanorum Imperatore pietatis intuitu vobis concessa noscuntur & eius priuilegio confirmata. *Niderheim*, *Sconenberc*, *Flozze*, & reliqua quæ Comes *Berengarius* & filius eius *Gebehardus*, eidem loco dederunt. Quicquid in Orientali plaga legitime possidetis, *Tetensteten* & cætera quæ *Engelvvanus*, *Heinricus* & *Bernhardus* de *Mosa*, *Wilhelmus* de *Huba* & alij vicini eorum vobis rationabiliter contulerunt, *Rotehouen* cum suis pertinentiis, *Hebingen* cum cæteris quæ *Carolus* & fratres eius vobis similiter donauerunt. Ea etiam quæ *Rodolphus* de *Longovve* eodem modo vobis contulit. *Fronehouen* & cætera quæ *Wolf Trigel* & frater eius *Tiemo* de jure suo vobis dederunt. Sancimus etiam vt nulli omnino hominum liceat vitæ canonicæ ordinem, quem secundum beati *Augustini* regulam professi estis, in vestra Ecclesia immutare. Nemini etiam professionis vestræ facultas sit alicuius leuitatis instinctu vel arctioris religionis obtentu sine Præpositi vel congregationis licentia de claustro discedere. Quod si discesserit, nullus eum Episcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum sine communium litterarum cautione suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra canonici Ordinis tenor Domino præstante vigueriit. Sane Ecclesiastica Sacramenta à Diocesano suscipietis Episcopo, siquidem gratiam atque communionem Apostolicæ sedis habuerit & si ea gratis ac fine prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis pro eorundem sacramentorum susceptione Catholicum quem malueritis adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Porro loci vestri aduocatiam sine Præpositi & fratrum cõsensu aut à fundatorum heredib⁹ aut à quibuslibet aliis occupari omnimodis prohibemus. Si verò is cui commissa fuerit eidem Ecclesiæ grauis aut inutilis apparuerit & secundo tertioue cõmonitus non emendauerit, ipsum expellendi & aliũ idoneũ loco suo substituendi liberam vobis concedimus facultatẽ. Noualium quoq; vestrorũ, quos propriis manibus ac sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino Clericus, aut Laicus à vobis quid exigere præsumat. Concordiam verò litis quæ inter vos & *Bamburgẽ.* canonicos fuerat, quemadmodum coram venerabili fratre nostro *Conrado Salzburgensi* Archiepiscopo rationabiliter terminata est, ratam manere sancimus. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Præposito vel ad alterius Ecclesiæ regimen transeunte, siue tuorum quolibet successorũ, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia substituatur vel præponatur, nisi quem fratres cõmuni consensu aut pars sanioris consilij secundum Dei timorem & beati *Augustini* regulam canonice prouiderint eligendũ. Sepulturam quoq; ipsius loci liberam esse concedimus, vt eorum qui se illic sepeliri deliberauerint extremæ voluntati & deuotioni nullus obsistat, nisi fuerint excommunicati, salua tamen matricis Ecclesiæ justitia. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conseruentur eorum

pro

pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis; profutura, salua sedis Apostolicæ auctoritate & *Salzburgensis* Archiepiscopi canonica justitia. Ad indicium autem huius à sede Apostolica perceptæ protectionis bizantium 1. aureum nobis nostrisq; successoribus annis singulis persoluetis. Si qua ergò in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ cõstitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertiouè cõmonita, si non satisfactione cõgrua emendauerit potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini nostri IESV Christi aliena fiat, atque in extremo examine diuinæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus, sit pax Domini nostri IESV Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant Amen. Amen. Amen.

Locus plumbi appensi ✠

Ego Adrianus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus sss.

✠ Ego Hubaldus presb. Card. tit. S. Praxsedis sss.
✠ Ego Bernhardus presb. Card. tit. S. Clementis sss.
✠ Ego Octauianus presb. Card. tit. S. Cæciliæ sss.
✠ Ego Ioan: presb. Card. S. Ioan. & Pauli tit Pamachij sss.
✠ Ego Tldebrandus presb. Card. Basilicæ XII. Apost. sss.
✠ Ego Otto Diac. Card. S. Georg. ad velum aureum sss.
✠ Ego Tacintus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmydin sss.
✠ Ego Boso Diac. Card. S. Cosmæ & Damiani sss.
✠ Ego Albericus Diac. Card. S. Adriani sss.

Datum *Laterani* per manum Rolandi S. R. E. presb. Cardinalis & Cancellarij III. Kal. Ianuarij, Indictione VI. Anno M. CLVII. Pontificatus verò Domini *Adriani* PP. IIII. Anno IIII.

VI.

INNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Hugoni* Ecclesiæ *Berhthergadmensis* Præposito, eiusque fratribus tàm præsentibus quàm futuris regulariter substituendis in perpetuum. Religiosis votis annuere & ea operis exhibitione complere officium nos inuitat suscepti regiminis & ordo videtur exigere rationis. Veruntamen petitionibus illorum ampliori charitate nos oportet intendere, quorum loca in religione fundata ad jus S. R. E. specialius pertinere noscuntur. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris justis petitionibus clementer annuimus & præfatum beati *Petri* monasterium in quo diuino mancipati estis obsequio ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis memoriæ *Paschalis*, *Calixti*, *Innocentij* secundi, *Eugenij*, *Adriani*, Romanorum Pontificum sub Beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus: statuentes vt quascunque possessiones quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principũ, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisq; successoribus & illibata permaneant. In quib⁹ hæc propriis duximus exprimẽda vocabulis, Siluam quæ cellæ adiacet & jus foresti cum cæteris quæ à claræ memoriæ F. Romanorũ Imperatore pietatis intuitu vobis cõcessa esse noscuntur & eius priuilegio confirmata *Niderheim*, *Geberischefiert*, *Scomenberc*, *Flozze* & reliqua quæ Comes *Berengarius* & filius eius *Geberhardus* eidem

loco dederunt, quicquid in orientali plaga legitime possidetis *Widenbach*, *Haßeheim*, *Tetensteten* & cætera quæ *Engelvvanus*, *Henricus* & *Bernhardus* de *Mosa*, *Wilhelmus* de *Huba* & alij vicini eorum vobis rationabiliter contulerunt. *Kotehouen* cum suis pertinentiis, *Eberberch*, *Hebingen* cum cæteris quæ Carolus & fratres eius vobis similiter donauerunt. Ea etiam quæ *Rodolphus* de *Longovve* eodem modo vobis contulit. Fronehouen & cætera quæ Wolff Trigel & frater eius *Tiemo* de jure suo vobis dederunt, *Hallerdorff*, *Nuzzedorff*, *Lutterbach*, *Gisilingen*, *Rubelstorff*, *Geinge*, *Murheim*, & jus patronatus in Ecclesiis *Tugelstal*, *Teterloch*, Sancti *Gearij Husen* *Arnoue*, *Tetensteten*, *Poubinchirchen* cum possessionibus & pertinentiis suis. Sancimus etiam vt nulli omnino hominum liceat vitæ canonicæ ordinem, quem secundum beati *Augustini* regulam professi estis in vestra Ecclesia immutare. Nemini etiam professionis vestræ facultas sit alicuius leuitatis instinctu vel arctioris religionis obtentu sine Præpositi & congregationis licentia de claustro discedere: quod si discesserit, nullus eum Episcoporum, nullus Abbatum, nullus Monahorum sine communium literarũ cautione suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra canonici ordinis tenor Domino præstante viguerit. Sane Ecclesiastica sacramenta à Diocesano suscipietis Episcopo, siquidem gratiam atque communionem sedis Apostolicæ habuerit, & si ea gratis ac sine prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis pro eorundẽ Sacramentorum susceptione catholicum quem malueritis adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur impendat. Porro loci vestri aduocatiam sine Præpositi & fratrum consensu aut à fundatorum hæredibus, aut à quibuslibet aliis occupari omnimodis prohibemus. Si verò is cui commissa fuerit eidem Ecclesiæ grauis aut inutilis apparuerit & secundo tertioue commonitus non emendauerit, ipsum expellendi & alium idoneum loco suo substituendi liberam vobis concedimus facultatem. Noualium quoq; vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimẽtis animalium vestrorum nullus omnino clericus ac laicus à vobis decimas exigere præsumat. Concordiam verò litis quæ inter vos & *Bamburgenses* Canonicos fuerat, quemadmodum coram bonæ memoriæ *Conrado Salzburgen.* Archiepiscopo rationabiliter terminata est, ratam manere sancimus. Obeunte verò te nunc eiusdẽ loci Præposito, vel ad alterius regimen Ecclesiæ transeunte, siue tuorum quolibet successorum nullus tibi qualibet subreptionis astutia seu violentia substituatur vel proponatur, nisi quem fratres communi consensu aut pars sanioris consilij secundum Dei timorem & beati *Augustini* regulam Canonice prouiderint eligendum. Sepulturam quoq; ipsius loci liberam esse cõcedimus, vt eorũ qui sepeliri illic deliberauerint extremæ voluntati & deuotioni nullus obsistat, nisi fuerint excomunicati vel nominatim interdicti, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum à quib⁹ mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ei⁹ possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate & Salzburgensis Archiepiscopi canonica justitia. Ad indicium autem huius à sede Apostolica perceptæ protectionis bizantium vnũ aureum nobis nostrisq; successoribus annis singulis persoluetis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertioue commonita, nisi reatum suum cõgrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat,

& à

& à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri IESV Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco jura seruantibus sit pax Domini nostri IESV Christi, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen, Amen, Amen.

Locus plumbi ✠

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ſſs.

✠Ego Petrus Portuensis & S. Rufinæ Episcopus ſſs.
✠Ego Ioannes Sabinensis Episcopus. ſſs.
✠Ego Nicolaus Tusculanensis Episcopus. ſſs.
✠Ego Guido Prænestinus Episcopus. ſſs.
✠Ego Conthius tit. S. Laurentij in Lucina presb. Card. ſſs.
✠Ego Concinus S. Ioan. & Paul. presb. Card. tit. Pamachij ſſs.
✠Ego Leo tit. S. Crucis in Ierusalem presb. Card. ſſs.
✠Ego Rogerius tit. S. Anastasiæ presb. Card. ſſs.
✠Ego Gregorius S. Georij ad velum aureum Diac. Card. ſſs.
✠Ego Ioannes S. Mariæ in via lata Diac. Card. ſſs.
✠Ego Guala S. Mariæ in porticu Diac. Card. ſſs.
✠Ego Pelagius S. Luciæ ad * solis Diac. Card. ſſs.

Datum *Laterani* per manum Ioannis S. Mariæ in Cosmedin Diac. Card. S. R. E. Cancellarij XVII. Cal. Ianuarij, Indictione XIII. Incarnationis Dominicæ, anno M.CCVIIII. Pontificatus verò Domini *Innocentij* PP. III. Anno XII.

VII.

INNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati de *Manse* Archipresbitero de *Gruſen* & Decano de *Lauffen Salzburgensis* dioceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Lecta nobis dilectorum filiorum fratrum *Berthesgadmenſis* Cœnobij conqueſtio patefecit, quod C. miles *Salzburgenſis* dioceſis compellens ipſorum homines ſecularia ſubire judicia antiquo jure ipſorum Eccleſiæ derogando contra juſtitiam infert eis moleſtias & grauamen. Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictum militem vt ab ipſorum moleſtatione indebita conquieſcat, monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota cogatis. Nullis literis veritati & juſtitiæ præjudicantibus à ſede Apoſtolica impetratis. Quod ſi nõ omnes his exequendis poteritis intereſſe, duo veſtrũ ea nihilominus exequantur. Datum *Romæ* apud S. *Petrum* XII. Cal. Maij. Pontificatus noſtri anno nono.

VIII.

INNOCENTIVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Venerabili fratri Epiſcopo *Brixinenſi* & dilectis filiis Abbati de *Sevven* & Archipresbitero de *Grugare Salzburgenſis* dioceſis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilecti filij Capitulum *Berthesgadmenſis* Cœnobij, ſua nobis querimonia declarant, quod venerabilis frater noſter *Salzburgenſis* Archiepiſcopus quoddam prædium quod nobilis vir C. de *Melingis* pro damnis, quæ præfato monaſterio intulerat, eidẽ in vltima voluntate legauit, contra juſtitiam diſtulit aſſignare. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus conuocatis audiatis cauſam, & appellatione remota fine debito terminetis facientes quod decreueritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſeruari. Teſtes autem

qui

qui fuerint nominati si se gratia, odio, vel timore subtraxerint simili districtione, appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse duo vestrũ ea nihilominus exequantur. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum* XII. Cal. May, Pontificatus nostri anno nono.

IX.

INNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Præposito & Canonicis *Berthaegadmen.* salutem & Apostolicam benedictionem. Licet olim inter *Salzburgensem* Ecclesiam & Cœnobium vestrum super Salina apud *Toual* quæstio mota & deducta in audiẽtiam coram bon. memoriæ *Al. Salzburgensi* Archiepiscopo ex tenore facti per Ecclesiæ vestræ & alterius Præpositos compromissi ab eodem Archiepiscopo per pœnam ab vtraque parte arbitro constituto sub tali forma fuerit postquam solenniter terminata quod Archiepiscopus vnam partem, capitulum *Salzburgense* aliam, vos autem tertiam haberetis: tamen vestro procuratore & *Salzburgensi* Præposito in nostra præsentia constitutis, idem Præpositus *Salzburgensis* Ecclesiæ nitebatur per restitutionis beneficium sopitam discordiam iterum excitare. Cum autem Ecclesiæ vestræ procurator se ipsi opponeret aduersarium, vtrique parti dilectum filium nostrum *Guid.* tit. S. *Mariæ trans tyberim* presbyterum Cardinal. concessimus auditorem, coram quo cum esset inter eos aliquandiu disputatum veritate sibi negotij plenius patefacta nobis ea quæ partes in sua præsentia duxerant proponenda retulit fideliter & prudenter. Cum autem per eius relationem nos facti certitudinem haberemus, habito fratrum nostrorum consilio, præfatum arbitrium quod à partibus receptum extitit & seruatum, decernimus inuiolabiliter obseruandum. Datum *Romæ* apud S. *Petrum* VI. Cal. May, Pontificatus nostri anno nono.

X.

* INNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Venerabili fratri * Episcopo & dilectis filiis Scholastico *Frisingen* & plebano in Conuen. *Frisingen.* dioc. Salutem & Apostolicam benedictionem. Suam ad nos dilecti filij Præpositus & Capitulum *Berthesgatmens.* querimoniam destinarunt quod Præpositus & Capitulum *Saltzburgen* eos censu cuiusdam foresti ac rebus aliis cõtra justitiam spoliarunt. Ad hæc procurator prædictorum Præpositi & Capituli *Salzburgẽ.* proposuit &c. quod minime eodem censu spoliarunt eosdem, imo idem Præpositus & Capitulũ *Berthescamen Salzburgen.* dioc. eis super eodem foresto ad eos de jure spectante iniurioſi sunt plurimum & molesti illud cõtra justitiam vsurpantes. Adiecit præterea procurator prædictus quod præfati Præpositus & Capitulũ *Berthecamen.* super Archidiaconatu *Salzburgens.* & rebus aliis appellatione contempta quæ ab vtraq; parte ad sedem Apostolicam fuerat interposita contra ipsos apud nobilẽ virum ducẽ *Austriæ* iniustam deposuere querelam ipsosq; multipliciter molestando fecerunt quod totum vinum eorum de vno anno in ipsius fuit Ducis terra detentum in ipsorum graue dispendium & grauamen. Quia verò nobis non constitit de præmissis, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus euocatis qui fuerint propter hoc euocati & auditis hinc inde propositis quod justum fuerit, appellatione postposita decernatis, facientes quod decreueritis per cẽsuram Ecclesiasticam firmiter obseruari, nullis litteris veritati & justitiæ præiudicantibus à sede Apostolica impetratis. Quod si non omnes his exequẽdis potueritis interesse, tu frater Episcope cum eorum altero ea nihilominus exequaris. Datum *Romæ* apud S. *Petrum* II. Non. Martij, Pontificatus nostri anno decimo.

INNO-

XI.

INNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis de inferiori *Alta* & de *Rota* Abbatibus & Fr. Plebano de *Innechouen Patauiens.* & *Frisingens.* Diocæsis. Salutem & Apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram Præposito ac fratribus *Perthesgadmens.* cõquerentibus est delatum, quod Præpositus & Canonici Salzburgens. super possessionibus & rebus aliis damna eis grauia & iniurias intulerunt, & adhuc inferre non cessant. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus partibus conuocatis audiatis hinc inde proposita, & quod justum fuerit, appellatione postposita, statuatis facientes quod statueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem (& cætera) vt supra. Datum *Laterani* V. Non. May. Pontificatus nostri anno decimo.

XII.

INNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Præposito & Capitulo *Pertesgadmens.* Salutem & benedictionem. Solet annuere sedes Apostolica piis votis & honestis petentium precibus fauorem beneuolum impertiri. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus inclinati, concessionem super libera jurisdictione secularium personarum infra terminos in vestris priuilegiis comprehensos degentium, quam claræ memoriæ *Heinric.* Imperator Ecclesiæ vestræ fecit ac charissimus in Christo filius *Otto* successor illius postmodum confirmauit, prout in eorum autentico plenius continetur sicut piè ac prouidè facta est vobis & per nos eidem Ecclesiæ autoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Laterani* XIV. Cal. Ianua. Pontificatus nostri anno duodecimo.

XIII.

HONORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Saltzburgens.* & *Garsens.* Præpositis Dioc. *Salzburgen.* & Decano *Salzburgen.* Salutem & Apostolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum Præpositi & Capituli *Bertegesmens.* recepimus continentem quod *Vlricus* Clericus de *Aichen* *Ratisbonens.* Dioc. super Ecclesia eorum de *Pubenchirchen* & rebus aliis * eisdem. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus partibus conuocatis audiatis causam, & cæt. Datum *Romæ* apud S. *Petrum* XI. Cal. Iunij, Pontificatus nostri anno tertio.

XIIII.

GREGORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Henrico* Ecclesiæ *Percherecadmensis* Præposito, eiusq; fratribus tàm præsentibus quàm futuris regulariter substituendis in perpetuũ. Religiosis votis annuere & ea operis exhibitione complere, officium nos inuitat suscepti regiminis & ordo videtur exigere rationis. Veruntamen petitionibus illorũ ampliori charitate nos oportet intendere, quorum loca in religione fundata ad jus sanctæ *Romanæ* Ecclesiæ specialius pertinere noscuntur. Ea propter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum beati *Petri* Monasterium, in quo diuino mancipati estis obsequio ad exemplar prædecessorũ nostrorum

felicis

felicis memoriæ *Paschalis*, *Calixti*, *Innocentij* secundi, *Eugenij*, *Adriani* & *Innocentij* tertii Romanorum Pontificum, sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti priuilegio communimus. Statuentes vt quascunq; possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis vocabulis duximus exprimenda. Siluam quæ cellæ adiacet & jus Foresti cum cæteris *(vt supra in priuil. Adriani* Papæ *& aliorum de verbo ad verbum.)* Sane ecclesiastica sacramenta à dioecesano suscipietis Episcopo, siquidem gratiam & communionem apostolicæ sedis habuerit, & si ea gratis ac sine prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis pro eorundem sacramentorum susceptione Catholicum quẽ malueritis adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate quod postulabatur indulgeat. Cum autem generale interdictum terræ fuerit liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce diuina summa officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Porro loci vestri & omnium prædiorum vestrorum aduocatiam & cæter: *(vt supra in aliis priuil. ijsdem formalibus verbis continetur.)* Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere *(& cæter.)* Ad indicium autem huius à sede Apostolica perceptæ protectionis bizantium vnum aureum nobis nostrisq; successoribus annis singulis persoluetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; se diuino judico existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini nostri Iesu Christi aliena fiat atq; in extremo examine districtæ subiaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen, Amen, Amen.

Locus plumbi pendentis ✠

Ego *Gregorius* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ſſs.

✠ Ego Thomas tit. S. Sabinæ presb. Card. ſſs.
✠ Ego Bartholomæus S. Potentianæ presb. Card. tit. pastoris ſſs.
✠ Ego Sigenbaldus tit. S. Laurentij in Lucina presb. Card. ſſs.
✠ Ego Stephanus S. Adriani Diac. Card. ſſs.
✠ Ego Reinerus S. Mariæ in Cosmedin. Diac. Card. ſſs.
✠ Ego Petrus S. Georgij ad velum aureum Diac. Card. ſſs.
✠ Ego Ramaldus S. Eustachij Diac. Card. ſſs.
✠ Ego Otto S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card. ſſs.

Reatin. Datum *Reat.* per manum Martini S. R. E. Vice Cancellarij VI. Idus May, Indictione prima, Incarnationis Dominicæ anno M. CCXXVIII. Pontificatus verò Domini *Gregorij* PP. VIIII. anno II.

XV.

GREGORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Decano & Thesaurario *Salzburgensi* & Priori de *Ratenhaslach*, *Salzburgen.* Dioc. Salutem & Apo-

& Apostolicam benedictionem. Præpositus & Capitulum de *Persgaden* sua nobis conquestione monstrarunt, quod H. miles de *Ramsaue Frisingen.* Dioc. eis super villa de *Windepach* & aliis eorum possessionibus damna grauia & iniurias irrogauit. Ideoq; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis audiatis causam, & appellatione remota, fine debito terminetis facientes quod statueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, & cæt. Datum *Laterani* VII. Cal. Nouem. Pontificatus nostri anno primo.

XVI.

GREGORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Præpositō & Capitulo Ecclesiæ de *Berchtescadine*, ord. S. *Augustini* Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æqualitatis quàm ordo exigit rationis, vt id per solicitudinē officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu hospitale à *Ellingen* vobis à claræ memoriæ *Friderico* & *Henrico* Romanorum Imperatoribus fundatoribus eius pia liberalitate collatum, prout in eorum literis dicitur plenius contineri: sicut illud justè ac pacificè possidetis vobis, & per nos Ecclesiæ vestræ auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere & cæt. Dat. *Reat.* VI. Non. May, Pontificatus nostri anno secundo.

XVII.

GREGORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Abbati de *Sevven*, Præpositō de *Chemsee*, Decano de *insula* monialium *Salzburgen.* Dioc. Salutem & Apostolicam benedictionem. Dilecti filij Præpositus & Capitulum *Berthescamens*, nobis conquerendo monstrarunt quod *Conradus* & quidem alij *Frisingen.* Dioc. in H. eorum Canonicum Dei timore postposito manus injicientes temere violentas ei quosdam equos & res alias contra justitiam abstulerunt, aliàs ei damna grauia & iniurias irrogando. Ideoq; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si de iniectione manuum vobis constiterit violenta dictos sacrilegos tam diu, appellatione remota excommunicatos publicè nuncietis & faciatis ab omnibus arctius euitari, donec passo iniuriam satisfecerint competenter, & cum vestrarum testimonio litterarum ad sedem venerint Apostolicam absoluendi. Super aliis verò partibus conuocatis audiatis causam & appellatione remota, fine debito terminetis facientes quod decreueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore, subtraxerint per censuram eandem appellatione remota & cæt. Dat. *Reat.* V. Cal. May. Pontificatus nostri anno secundo.

XVIII.

INNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Præpositō & Conuentui Ecclesiæ *Perthesgadmen.* Ord. S. *Augustini Salzburg.* Dioc. ad Roman. Ecclesiam nullo medio pertinentis, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æqualitatis quam ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitū producatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus gratia concurrentes assensu omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Pontificibus Romanæ Ecclesiæ vestræ concessas, nec non

libertates & exemptiones secularium exactionum à Regibus & Principibus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Neapoli* VIII. Cal. Decembris, Pontificatus nostri anno duodecimo.

XIX.

ALEXANDER Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Præposito Ecclesiæ S. *Petri* de *Bertheſgaden*. ord. S. *Augustini Salzburgen*. dioc. Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum in Prælatorum ornatu decoro Ecclesiæ decorentur, & ipsorum maioritas verius attendatur, in eorum honorificentia grandiori quandoque Romanus Pontifex ipso præuenit priuilegio gratiæ singularis. Vt igitur eo gratiosior habearis, quo potioribus efferri cognoueris, apostolicæ sedis donis ac Ecclesia S. *Petri* de *Berthersgaden*, vtpote Romanæ Ecclesiæ censualis vt asseris, quam gaudere volumus prærogatiua gratiæ specialis in Prælati sui decentia iocundetur vtendi mitra & annulo ac sandalijs tibi tuisque Successoribus auctoritate præsentium liberam concedimus facultatem. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Neapoli* II. Idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

XX.

GREGORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Præposito & Conuentui Monasterij de *Perthesgaden*, ordinis S. *Augustini*, *Salzburgens.* dioc. Salutem & Apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica his votis & honestis petentium precibus fauorem beneuolum impartiri. Ea propter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus grato concurrentes assumpsit omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, seu indulgentias alias vobis seu monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum à Regibus & Principibus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis & monasterio prędicto indultas sicut eas pacificè ac justè obtinetis vobis, & per vos eidem monasterio authoritate apostolica confirmamus, (& cæt. vt supr. num. 8. *Innocentij* PP.) Datum *Lugduni*. Idus Maij, Pontificatus nostri anno tertio.

XXI.

CLEMENS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Abbati Monasterij in *Tegernsee*, *Frisingen.* dioc. Salutem & Apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis dilecti filij Præpositus & Conuentus Monasterij *Berchtesgadmen.* per Præpositum soliti gubernari, ord. S. *Augustini*, *Salzburgen.* diocesis, quod *Syfridus* dictus *Fraunberger*, & *Thomas* dictus *Frauenberger* loci *Frisingen.* dioces. super terris, debitis, possessionibus, & rebus aliis injuriantur eisdem. Ideoque discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis, audias causã, & appellatione remota, debito fine decidas, faciens quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum *Auinion.* IIII. Cal. Nouemb. Pontificatus nostri anno nono.

XXII.

XXII.

CLEMENS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Venerabili fratri Episcopo *Augustен.* Salutem & Apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram peruenit, quod tàm dilecti filij Præpositus & Cõuentus monasterij *Berthesgaden.* per Præpositum soliti gubernari, ordinis S. *Augustini Salzburgen.* dioc. quàm prædecessores eorum decimas, terras, domos, vineas, prata, paicua, nemora, molẽdina, giringias, possessiones, jura, jurisdictiones, & quædam alia bona ipsius monasterij, datis super hoc litteris confectis & inde publicis instrumentis interpositis juramentis, factis renuntiationibus, & pœnis adiectis in grauem ipsius momasterij læsionem, nonnullis clericis & laicis aliquibus eorum ad vitam, quibusdam verò ad non modicũ tempus, & aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorũ aliqui dicuntur super his confirmationis literas in forma cõmuni à sede Apostolica impetrasse. Quia verò nostra interest super hoc de oportuno remedio prouidere, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ea quæ de bonis ipsius monasterij per concessiones huiusmodi alienata inueneris illicite vel distracta, non obstantibus literis, instrumentis, juramentis, renunciationibus, pœnis, & confirmationibus supra dictis, ad jus & proprietatem eiusdem monasterij legitime reuocare procures. Contradictores percensuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem, & cæt. Datum *Auinioni* III. Cal. Iunij, Pontificatus nostri anno X.

XXIII.

GREGORIVS Episcopus Seruus Seruorum, dilectis filiis Præposito & Cõuent. monasterij in *Berchescaden.* Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tàm vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitũ perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus siue per priuilegia seu alias indulgentias vobis & monasterio vestro concessas nec non libertates & exactiones à Regib⁹ & Principibus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis & monasterio prędicto indultas, sicuteas justè & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem monasterio auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere & cæt. Dat. *Romæ* ad Sanctum *Petrum* II. Non. Aprilis, Pontificatus nostri anno VII.

XXIV.

MARTINVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Præposito ecclesiæ *Frisingen.* Salutem & Apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum Præpositi & Conuentus monasterij in *Berchestagaden*, ordinis S. *Augustini*, per Præpositum soliti gubernari *Salzburgen.* dioc. precibus inclinati, præsentium tibi auctoritate mandamus quatenus ea quę de donis ipsius monasterij alienata inueneris, vel distracta ad jus & proprietatem dicti monasterij legitimè reuocare procures'. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Testes autẽ qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Dat. *Mantuæ* XVI. Cal. Febr. Pontificatus nostri an. 2.do

XXV.

MARTINVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Præposito Ecclesiæ *S. Viti* extra muros *Frisingen.* Salutem & Apostolicam benedictionẽ.

Ad audientiam nostram peruenit, quod tam dilecti filij, Præpositus & conuentus monasterij in *Berchestagaden.* ordinis S. Augustini per Præpositum soliti gubernari *Salzburgen.* dioc. quam prædecessores eorum qui fuerunt pro tẽpore, census, decimas, redditus, terras, domos, vineas, possessiones, grangias, piscarias, castra, casalea, prata, pascua, stagna, lacus, nemora, molendina, officia, thelonia, vada, iura, iurisdictiones, & quædam alia bona ipsius monasterij datis super his litteris exinde publicis instrumentis, interpositis, iuramentis factis renunciationibus, & pœnis adiectis ad grauem ipsorũ Præpositi & Conuentus monasterij læsionem nonnullis clericis & laicis aliquibus tempus, &c. (vt supra nom. de verbo ad verbum) Datum *Florentiæ* VIII. Calend. Februar; Pontificatus nostri anno 3.

XXVI.

NICOLAVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Præposito & Conuentui Monasterij S. *Petri in Perchtersgaden.* salutem & apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustũ est & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinẽ officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes adsensu vestras personas & loca in quibus diuinis estis obsequiis mancipati cum omnib. bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis & in futurum iustis modis præstante domino poteritis adipisci sub beati Petri protectione suscipimus atq; nostra omnesque libertates & immunitates à prædecessorib. nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia & alias indulgentias nobis & dicto monasterio concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum à Regibus & Principib. aut aliis Christi fidelib. vobis & eidem monasterio rationabiliter indultas, specialiter autẽ decimas, terras, piscarias, possessiones, domos, prata, pascua, & alia bona ad dictum monasterium spectantia, sicut ea omnia iustè & pacificè possidetis, vobis & per vos eidẽ monasterio auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio priuilegio cõmunimus, salua in prędictis decimis moderatione cõcilij generalis. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginã nostræ confirmationis & commonitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud S. Petrum anno incarnationis Millesimo quadrigentesimo, quinquagesimo tertio, Calẽd. Ianuar. Pontificatus nostri anno quarto.

XXVII.

NOS Ioannes Dei & apostolicæ sedis gratia Abbas monasterij *Mellicensis* ad eandem sedem nullo medio pertinentis, *Patauien. dioc.* recognouimus per præsentes litterarum S^mi in Christo Patris & DD. nostri DD. *Calixti* diuina prouidẽtia Papę tertij eius vera bulla plũbea in cordula rubei croceiq; coloris more Romanæ curiæ impenden. bullatam nobis fuisse exhibitã rogatisq; perattente quatenus eandem conspicere & perlegere eiusque nostræ considerationis dare recognitionem & transumptum & vidimus pie ac fideliter dignaremur. Nos igitur precib. huiusmodi vtiq; iustis pariter & rationabilib. deuotè annuentes ante prolatã litteram sanam & integram non vitiatã, non cancellatam, neq; in aliqua sui parte suspectam conferimus: quamquidem transumi fecimus eo modo de verbo ad verbum. Cuius tenor sequitur & est talis,

CALIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Et

Et si cunctis personis atq; locis ecclesiasticis ne indebitis molestiis agitentur defensionis prę̃sidio assistere teneamur, illis tamẽ specialius & efficatius adesse nos conuenit qui sub suaui contẽplationis jugo altissimo famulantes & sub speciali beati *Petri* & apostolicæ sedis protectione existentes, eidẽ sedi in signũ subiectionis ac defensionis huiusmodi præstatione annui census obnoxij fore dignoscuntur. Sane pro parte charissimi in Christo filij nostri *Friderici* Romanorũ jmperatoris semper Augusti nobis fuit expositũ, quod licet monasteriũ S. *Petri* in *Berchtersgaden* Ordinis S. *Augustini* Canonic. Regulariũ *Salzburgẽ.* dioc. quod ab eiusdẽ jmperatoris prædecessoribus Romanorũ Regibus & jmperatoribus de bonis & redditibus jmperij solemniter ac magnificè dotatum fuit in huiusmodi suæ erectionis primordio sub B. Petri Apostolicæ sedis protectione specialiter receptum & ab omni iurisdictione ordinaria exemptum fuisse creditur, quemadmodũ in libris & registris exemptorũ apostolicæ Cameræ adhuc hodie inter alia exemptũ & censuale censumq; huiusmodi retroactis in signũ huiusmodi subiectionis semper temporib. continuo persoluisse reperitur. Quia tamẽ dictũ monasteriũ à certis aũis vltra in huiusmodi sua primęua fundatione, & libertate nõ permansisse sed in aliena potius hoc est Archiepiscoporũ *Salisburgen.* potestatẽ & subiectionẽ redactum fuisse comperitur, præsertim ab eo tempore, circa quod quidã *Peregrinus* Archiepiscopus *Salisburgen.* illud anteq̃ plures annos sibi ac suæ mensæ. Archiepiscopali à sede apostolica vniri & incorporari obtinuerat, cuius incorporationis prętextu idem Archiepiscopus & sui successores præfatũ monasterium cum omnib. suis priuilegiis, iurib. redditibus, & pertinentiis aliquamdiu in sua potestate tenuerunt & habuerũt, quousq; vnio & incoporatio huiusmodi apud sedẽ apostolicã per quendã Præpositum tunc existentẽ fuerunt iustitia mediante retractatæ & nihil? huius etiã occasione differentia præfatũ monasterium post longas tribulationes & guerras quas pro huiusmodi libertate ac bonorũ & reddituũ suorum recuperatione perpessum est per viã transactionis & concordiæ inter Archiepiscopum & Præpositum pro tempore existentes & eorum capitula tunc factas in quadam magna & notabili sũma pecuniarum remansit obligatum, propter quod certa ipsius bona, redditus & introitus fuerunt dicto Archiepiscopo & suis successorib. certis modis impignorata, quę ijdẽ Prępositus & Capitulum ab eo tempore circa nequaq̃ in integrum recuperare, neq; etiam se se in huiusmodi exemptionis ac libertatis statu & quasi possessione quemadmodum manutenere potuerunt. Modo cum dilecti filij *Bernhardus* Præpositus, Decanus, & capitulum eiusdem monasterij pro recuperatione dictorum bonorũ & reddituũ plurimũ intenti existant, & ob hæc in prędictarũ tam hic in nostra quàm dicti jmperatoris curia cum venerabili fratre nostro *Sigismundo* Archiepiscopo *Salzburgensi* diuersis litigijs & quęstionibus sint inuoluti timeantq; ex hoc à jam dicto Archiepiscopo suisq; successoribus & eorũ Officialibus indebitè molestari in tantum quod sua & dicti monasterij jura, redditus, & libertatem eò minus requirere valeant pariter & defensare, prędictis cum supradicta exemptionis & libertatis priuilegia quę ipsi & eorũ prædecessores ab apostolica Sede super hoc habuisse dignoscuntur in dicti monasterij status & libertatis suppressione distracta atq; deperdita esse præsumantur. Quare nobis pro parte ante dicti jmperatoris fuit humiliter supplicatum, quatenus prædicti monasterij ac personarũ illius statui super prędictis de benignitate apostolica oportune prouidere & ea seu eas prędictorum occasione à prędicti Archiepiscopi ac suorum successorum & Officialium jurisdictione de nouo eximere, & per literas nostras gratiosè priuilegiare dignaremur.

Nos igitur prędictis omnibus & singulis diligenter consideratis & prędictis

attendentes quod dictum monasteriũ in Regiſtris exemptorũ Camæ. Apæ. ac cenſuum eiuſdem quæ accurate videri & inſpici fecimus, & ſit nobis per dilectũ filium *Lodouicum* tit. S. *Laurentij* in *Damaſo* presbyterum Cardinalem *Cameranum* noſtrum deſuper facta plena fides ſpecialiter inſertum atque deſignatum reperitur, cenſumque huiuſmodi eidem monaſterio impoſitum, & nobis ac Romanæ Eccæ. debitum prædeceſſoribus noſtris ſemper dicantur perſoluiſſe: præfati etiam Imperatoris ſuæ & Imperij in hoc non mediocriter intereſſe prætendentis, vtpote in quo dicti monaſterij temporalitates & regalia quib. ab eodem Imperio eſt dotatũ & fundatum tanq; bona feudalia dependere & à Prælatis eiuſdem monaſterij à dicto Imperatore & ſuis anteceſſorib. recognita ab ipſis quoque de eiſdẽ inueſtiti fore dignoſcuntur precibus & inſtantia inclinati exẽptionem ac ſubiectionem huiuſmodi, ſi qua antiquitus fuiſſe dignoſcitur auctoritate apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia confirmamus, approbamus, & iuribus ſubſiſtere decernimus, nec non pro potioris cautelæ ſuffragio monaſterium prædictũ, vna cum altero monaſterio monialiũ & hoſpitali dicto priori monaſterio annexis, ac Præpoſitum, Conuentus, moniales, perſonas, & alia huiuſmodi cum omnibus eorum membris, bonis mobilibus & immobilibus, præſentibus & futuris ab omni iurisdictione, dominio & poteſtate Archiepiſcopi Salzburgen: nunc & pro tẽpore exiſtentis, nec non quorumcumq; aliorum iudicum ordinariorum, eorumq; vicariorum & officialium penitus & omnino auctoritate & ſupradictis de nouo eximimus, & liberamus, ac ſub B. *Petri* protectione ſuſcipimus atq; noſtra ita quod Archiepiſcopus ordinarius & alij quicũque, etiam ratione delicti contractus res vbicunque comittatur, delictum iniatur, contractus aut res ipſa conſiſtat, nullam in eos & ea, tanquã prorſus exemptos ex exempta, iurisdictionem, dominium, poteſtatem, ſeu ſuperioritatem aliquam exercere aut excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſeu alias ſententias promulgari poſſint quoquo modo decernentes ex nunc omnes & ſingulos proceſſus, ſententias, cenſuras, & pœnas, quos & quas in Præpoſitum & & Conuentus Prioriſſam, moniales, perſonas, monaſteria, hoſpitale & membra huiuſmodi haberi & promulgari nec non totum, & quicquid ſecum à quoquã, quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irrita & inania nulliuſq; exiſtere firmitatis. Non obſtantib. felicis recordationis Innocentij Papæ IV. prædeceſſoris noſtri circa exemptos quæ incipit volentes & aliis apoſtolicis conſtitutionib. cæteriſq; contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, exemptionis, deliberationis, ſuſceptionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Datum *Romæ* apud S. Petrum, anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringẽteſimo quinquageſimo quinto, Cal: Octob. Pontificatus noſtri anno primo. In quorum omnium & ſingulorum robur euidenſque teſtimonium præmiſſorũ Nos *Ioannes* Abbas præfatus præſens tranſumptum, quod alias Vidimus dicitur, fecimus, & illud noſtri ſigilli maioris ſubappenſi munitione cõmuniri. Datum in prædicto noſtro monaſterio *Mellicen.* 20. die menſis Auguſti 1457.

XXVIII.

SIXTVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis Præpoſito & Conuentui Monaſterij S. *Petri* in *Berchtergaden.* per Præpoſitũ ſoliti gubernari, Ord. S. *Aug.* *Salzburgenſis* dioc, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu

ſenſu perſonas veſtras & locum in quo diuino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum iuſtis modis præſtante domino poteritis adipiſci ſub B. *Petri* protectione ſuſcipimus atque noſtra; omnes quoque libertates & immunitates à prædeceſſorib. noſtris Romanis Pontificibus ſiue per priuilegia vel alia indulta vobis & monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regib. & Principib. ac aliis Chriſti fidelib. vobis & eidē monaſterio rationabiliter indultas; ſpecialiter autē decimas, primitias, cenſus, fructus, redditus, terras, piſcarias, campos, molēdina, iura, iuriſdictiones, aliaq; mobilia & immobilia bona ad dictum monaſterium legitime ſpectantia, ſicut ea omnia iuſtè & pacificè poſſidetis vobis & per vos, eidem monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Salua in prędictis decimis moderatione Concilij generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicę 1486. Non: Octobris. Pontificatus noſtri anno decimo.

XXIX.

GREGORIVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, omnium ſaluti paterna charitate intenti inter tam multa pietatis officia, quę nos pro munere noſtro conuenit exercere ſacra interdum loca ſpeciali priuilegio inſignimus, vt inde fidelium animarum ſaluti amplius conſulatur. Quocirca vt Eccleſia monaſterij loci *Bertergaden.* ordinis S. *Auguſtini* Canonicorum regularium *Salzburgen.* dioc. duodecim vt minimum Canonicor. ſacerdotum ibi jugibus ſacrificiis domino famulantium nomero referta, nec ſimili vſque adhuc priuilegio decorata, & in ea altare S. *Crucis* quod non eſt maius hoc ſpeciali dono illuſtretur auctoritate nobis à domino tradita concedimus, vt quoties ab aliquo dictæ Eccleſię ſacerdote duntaxat, miſſa defunctorum ad prædictum altare celebrabitur, pro anima cuiuſcunque fidelis quæ Deo in charitate coniuncta ab hac luce migrauerit, ipſa de theſauro Eccleſiæ indulgentiam conſequatur, quatenus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatiſſimę Virginis Marię, beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli aliorumque Sanctorum omnium mentes ſuffragantibus à purgatorij pœnis liberetur. Datum *Romæ* apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis dominicę 1481. decimo Cal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno decimo.

XXX.

GREGORIVS PP. XIV. Dilecti filij ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Expoſcit tuę deuotionis ſinceritas & religionis promeretur honeſtas, quod & te qui Princeps Imperij exiſtis, quemque ſpeciali dilectione proſequimur, & monaſterium prædictum dignis honoribus attollamus. Ne itaque contingat juniores tui monaſterij Canonicos huc & illuc cum periculo cauſa ſuſcipiendi minores ordines vagari, prouidere volentes tuis in hac parte ſupplicationib. inclinati, ac de conſilio venerabilium fratrū noſtrorū S.R.E. Cardinaliū ſuper regularium reformatione deputatorum, quibus hoc negotium examinādū mādauimus, tibi duntaxat vt oēs & ſingulos prædicti monaſterij juniores canonicos aliàs ad id idoneos ad quatuor minores ordines promouere ſeu eos illis cōferre, nec nō corporalia & alia ornamenta altarium ac quęcunq; paramēta ſacerdotalia benedicere liberè & licitè valeas ac ſi munus benedictionis ſuſcepiſſes apoſtolica auctoritate tenore preſentium licentiā & facultatem concedimus. Non obſtantibus quibusuis conſtitutionib. & ordinationib. apoſtolicis

cęterisq; contrarijs quibuscunq;. Datum *Romæ* apud Sanctum *Petrum* ſub annulo Piſcatoris die XII. May. M. D. LXXXII. Pontificatus noſtri anno X.

Solutio exemptionis Apoſtolicæ.

XXXI.

IN nomine Domini Amen. Anno à Natiuitatis eiuſdem 1419. Indictione duodecima, die verò octaua menſis Aprilis, Pontificatus Ser^mi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Martini diuina prouidentia Papę quinti, anno ſecundo. Coram venerabili Patre Domino *Petro* Prępoſito in *Berchtersgaden Salzburgen.* dioc. meiquè Notarij publici & teſtium infra ſcriptorum preſentia perſonaliter conſtituti, prouidi & diſcreti viri *Heinricus Reichenbach*, & *Nicolaus Amman* nuncij & factores nobilis domini *Havvpponis* ſacri Romani Imperij Marſcalci ad infra ſcripta per Sereniſſimum Principem dominum *Sigiſmundum* Romanorum Regem & executores eidem Regi occaſione decimarum per dictum dominum noſtrum Papã conceſſarum à ſede apoſtolica ſpecialiter deputati producentes litteras ſigillo præfati Marſcalci roboratas, quarum tenor per omnia ſequitur in hæc verba. **Ich Haupt zu Bappenheim deß heiligen Römiſchen Reichs Erbmarſchalch/ Bekenn hiemit offentlich mit dem Brieff/ ꝛc.**

Poſt quarum quidem litterarum exhibitionem prenominati nuncij requiſiuerunt ſupradictum D. Petrum Præpoſitum in *Berchterſgaden* vt ſupradictas decimas nomine præfati D. Regis ipſius nuncijs ad hoc ante dictorum domini Regis & Marſcalci ſpecialia mandata habentib. traderet & aſſignaret offerentes ſe ad quietandum & liberandum & eius conuentum eundem dominum *Petrum* præpoſitum de ſolutione huiuſmodi decimæ melioribus modo & forma quib. poſſent. Et tunc memoratus dominus *Petrus* in *Berchterſgaden*, habito ſuper hoc conſilio maturo ſupradictis nunciis tradidit & aſſignauit pro ſe & ſuo Conuentu ſinguliſq; perſonis Eccleſiaſticis quas factũ huiuſmodi cõcernit quadraginta florenos ducatos & Vngaros boni auri & juſti ponderis realiter & cũ effectu. De quib. quidẽ 40. florenis ſupradicti *Hainricus* **Reichenpach** & *Nicolaus Ammã*, nuncii per ipſos perceptis & integraliter ſolutis meliorib. modo & forma quib. potuerunt memoratum D. *Petrum* Præpoſitum in *Berchterſgaden.* & alios prædictos quietauerunt, abſoluerunt, & liberauerunt per pactum expreſſam huiuſmodi decimã per eoſdem nuncios leuatã vlterius non petendo neq; exigendo modo quocunque. Super quib. omnib. præfatus dominus *Petrus* Præpoſitus petiit ſibi & aliis quorum intereſt vnum vel plura publica inſtrumenta per me Notarium publicum infratũ. Acta ſunt hæc *Salzeburgæ* in Curia ſiue domo habitationis venerabilis patris domini, domini *Ioannis* Prępoſiti & Archidiaconi Eccleſiæ *Salzeburgenſis*, ſub anno, Indictione, die menſis, Pontificatus quib. ſupra. Præſentib. venerabilib. viris dominis Ioanne Ebſer, Ioanne Mendorffer, & Laurentio Liechtenberger Canonicis Eccleſiæ Salzburgen. & Magiſtro Iodoco Gaſſal. de Decretorum Doctore pluribusq; alijs fide dignis teſtibus Salzburgens. dioc. ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atq; rogatis.

Et ego Fridericus Schuel de Pfarkirchen clericus Patauienſis dioc. publicus imperiali auctoritate Notarius, quia dictorũ florenorum ſolutioni & quietationi omnibuſq; aliis & ſingulis præmiſſis dum ſic vt præmittitur agerentur & fierent, vna cum prænominatis teſtib. præſens interfui eaq; ſic fieri vidi & audiui. Ideoq; loco præſens publicum inſtrumentum confeci, ſcripſi, & ſubſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignaui rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.

IN

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Fridericus* diuina fauente clementia Romanorũ Imperator Augustus. Quandocunq; nostræ Imperialis corroborationis piè exposcerit suffragiũ celeri tribuendũ est effectu, & si nihil exposcerit quæ durare perpetuo debeant, litteris est etiam annotandum ne prolixitas temporum posteris hoc reddat dubium vel incertum. Nouerit ergò tam futurorum quam præsentium industria qualiter nos preces Henrici venerabilis Præpositi de *Berchtesgaden* clementer admisimus & iam dictum cœnobiũ cum omnib. possessionibus suis, quas nunc habet vel imposterum iustè adipisci potuerit in nostra tuitione suscepimus. Si quidem vt fratres Deo inibi quam deuote quam religiosè seruientes quietius ac liberius orationibus vacare valeant, ab omni inquietatione aut molestatione securos esse volumus & omnia quæ liberalitate Regum vel Imperatorum, largitione Principum, oblatione fidelium prædictæ Ecclesiæ collata sunt, vel in posterum fuerint collata, imperiali auctoritate eidẽ Ecclesiæ & fratribus omni corroborationis munimine confirmamus, specialiter autem & nominatim forestum quod circa villam vndique tenditur cum venationib. piscationibus, pascuis & omni iure foresti quod Comes *Englbertus* suique parentes longis retro temporib. per terminos subtus annotatos, possederãt, post eos etiam Comes *Beringarius* de *Sulzbach*, qui scilicet idem forestum præfatæ Ecclesiæ, plus quam triginta annis ante nos tradiderat, ipsum inquam forestum cum omni iure suo iam dicto cœnobio imperiali auctoritate donãtes confirmamus hoc pietatis studio addentes, vt si qui eiusdem loci fratres in salis vel cuiuslibet metalli subterraneis venis inter terminos ipsius foresti vel in quolibet Ecclesiæ suæ fundo inuenire aut elaborare potuerint, firma eis eorumq; successorib. & illibata omni tempore permaneant. Termini autem quib. ipsum forestũ cingitur hij sunt: primus incipiens in riuulo qui dicitur *Diezpach*, & inde in medium alueum fluminis quod dicitur *Sala* descendens pertingit ad villã *Valvves* ad abietem, scilicet in cimiterio stantem, & inde transmeans adiacentẽ paludem quæ dicitur *Vilzmos* peruenit ad villam quæ vocatur *Aneua* vbi fontes decurrunt in fluuium *Salzahæ*, & inde ascendendo per medium alueum fluuij pertingit ad superiorẽ *Schreinbach*, inde scandens vsq; *Vermenkko* & vsq; *Sualuuen* peruenit ad verticẽ montis qui *Gelich* appellatur, inde ortum riui *Chunigesbach* pertransiens per vertices montium, vt *Mesperch* & *Poccescunkko* per medias valles & montes, inde venit ad verticem montis *Viskunkel*, inde per media montium cacumina sicut aquæ hinc & inde decurrunt reuertitur ad ortum riui *Diezpach* per quæ sicut ab vtraque parte ad ipsum aquæ decurrunt ad prædictum flumen *Sale* descendendo finitur. Aduocatiam quoque ipsius loci tàm à fundatorum hæredib. quàm à quolibet hominũ nisi quem Præpositus & fratres vtiliter sibi prouiderint eligendũ vsurpari modis omnib. prohibemus. Porrò si is qui electus fuerit grauis eis aut inutilis extiterit, ipsum repellendi & meliorẽ in locum eius substituendi liberam concedimus eis facultatẽ. Cæterum vt omnia hæc omni æuo rata & in conuulsa permaneant, hanc nostræ constitutionis paginã conscribi, & sigilli nostri impressione iussimus insigniri, adhibitis testibus quorum nomina hæc sunt: Hillinus Treuerensis, VVienmanus Magdeburgensis, Cumbertus Bisuntius Archiepiscopi. Eberhardus Babenbergensis, Otto Frisingensis, Eberhardus VVirceburgensis & alij quam plures. Marquardus Fuldensis Abbas, Fridelo Augensis, VVilbaldus Corbeiensis, VVelpho dux Spoleti, Mattheus Dux Lotharingiæ, Fridericus filius Chonradi Regis, Hermanus Palatinus Comes Reni, Chonradus Frater Imperatoris, Adelbertus Marchio de Saxonia, Gebehardus Comes de Sulzbach, Otto Palatinus de Vitelinesbach & alij quam plures Principum atque nobilium.

Signum Domini *Friderici* Romanorum Imperatoris Augusti.

Eg

Ego Rainaldus Cancellarius vice Arnoldi Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarij recognoui. Dat. *Wirzb.* Indict. IIII. Anno Dominicæ incarnationis M. C. L VI. Regnante Domino Fridericoglorioſiſſimo Romanorum Imperatore Auguſto, Anno regni eius V. Imperij verò II.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Philippus* ſecundus, diuina fauente clementia Rom. Rex, & ſemper Auguſtus. Diuinæ remunerationis copioſum promeremur beneficium, ſi Eccleſiarum profectibus intendimus, & circa commodum earum curam & operam adhibuimus diligentem. Ea propter Chriſti fidelibus præſentis æui & futuri duximus innotescendũ, quod nos progenitorum noſtrorum *Friderici* patris noſtri & *Henrici* fratris Rom. Imperatorum exempla feliciter imitantes pro ſalute quoq; ac remedio animæ noſtræ & eorũdẽ progenitorũ noſtrorum Cœnobium *Berchtesgademenſium*, cum omnib⁹ perſonis Deo ibidẽ famulantibus, & vniuerſis eiuſdẽ loci appendiciis & poſſeſſionibus in noſtram recipimus protectionẽ, & omnia quæ idem Cœnobiũ temporib. antedictorum Imperiorum poſſedit vel nunc poſſidet firma ei & illibata permanere decernimus, ſpecialiter autem & nominatim confirmamus eiſdem fratribus foreſtũ quod circa cellam vndiq; tenditur, & ea quæ intra terminos ipſius foreſti, quæ erant imperij in venationibus, piſcationibus, paſcuis, cultis & incultis, & quæ in ſalis, vel in cuiuslibet metalli venis ſubterraneis inueniri aut elaborari potuerint. Salinam quoq; in loco qui dicitur *Goldenlache*, & ſalinam quæ eſt inter *Ioual* & locum qui dicitur *Riue*, & omnia quæ habet intra terminos foreſti deſignatos priuilegio à diuo patre noſtro collato cum omni jure eiuſdẽ foreſti quod Comes *Engelbertus* ſuiq; præſentes, longis retro temporibus per terminos ſubt⁹ notatos poſſederant. Poſt eos & Comes *Peringarius* de *Sulzpache* qui eodem foreſt. præfatæ Eccleſiæ plus quàm triginta annis ante Imperiũ clementiſſimi patris noſtri tradiderat, firma eis eorumque ſucceſſoribus omni tempore permaneant. Termini autem quibus ipſum foreſtum cingitur hi ſunt. Primus incipiens in riuulo qui dicitur *Tiezbach*, & inde in mediũ alueum fluminis qui dicitur *Sala* deſcendens protinus ad villam *Walvvel* ad Abietem in cimiterio ſtantem, & inde transmeans ad adiacentem paludem quæ dicitur *Vilzmos* peruenit ad villam, quæ dicitur *Areua*, vbi fontes decurrunt in fluuium *Salzahe* & inde aſcendendo per medium alueum fluuij pertingit ad ſuperiorem *Schrempache*, inde ſcandens *Varmnekki* & vſq; *Svvalvven* peruenit ad verticem quæ *Geliche* appellatur, inde in ortum riui *Chumſpachi* pertranſiens vertices montiũ *Oxinſperg* & *Bocksruchki* per medias valles & mõtes, inde venit ad verticẽ *Viskunkel*, inde per medium montium cacumina ſicut aquæ hinc & inde decurrunt reuertitur ad ortũ riuj *Diezpache*, per quæ ſicut ab vtraq; parte ad ipſum aquæ decurrunt ad prædictum flumẽ *Sale* deſcendendo finitur. Aduocatia quem ipſius loci tàm à fundatorum hæredibus quàm ab aliquo hominũ niſi quem Præpoſitus & fratres vtiliter duxerint eligendum vſurpari modis omnib⁹ inhibemus. Porro ſi is qui electus fuerit grauis eis & inutilis extiterit, ipſum repellendi & meliorẽ in locũ eius ſubſtituẽdi liberam eis cõcedimus facultatẽ. Omnia quoq; quæ liberalitate Imperatorũ, largitione Principum, oblatione fidelium prædictæ Eccleſiæ collata ſunt vel in poſterum fuerint collata, ſpecialiter verò aquam in fonte *Hall* quam Comes *Geuch.* filius *Peringarij* Comitis de *Sulzbach* ſub præſentia & auctoritate memorati patris noſtri eidem cœnobio VI. annis ante obitum ſuum poteſtatiua manu tradiderat regali auctoritate ipſi Eccleſiæ & fratribus confirmamus, ſolita quoq; regal: clementiæ noſtræ auctoritate, omnia eiuſdem Eccleſiæ noualia à porta quæ filua verſus *Hall* clauditur, neq; in riuum qui dicitur Ruttmagiæ & vltra in riuum Wilpach, cum omnibus colonis ſuis ab omni jure comitum, & judicum eximimus & liberos eſſe concedimus, & vt à præfatæ Eccleſiæ Præpoſito

tàm

tàm in ſecularibus quàm in ſpiritualibus regantur. jubemus inſuper, ne aliquis ducum vel comitum vel quorumlibet judicum ſuper præfata aqua *Hall*, quam, vt dictum eſt Comes *Geueh.* ipſi Eccleſiæ tradidit, vel quam imperiali largitione poſſident, vel ſuper omnibus quæ in noſtram ſpecial: defenſionem præſenti ſcripto ſuſcepimus, propter cuiq; quærimonia in judiciis eos inquietare præſumat interdicimus quemadmodum iuſtũ eſt vt quæ regali ſanctione confirmata ſunt regali nihilominus judicio ſi quid querimonię natum fuerit terminẽtur. Nulli ergò omninò hominum licitum ſit ſuper præfatis poſſeſſionibus ſæpedictum cœnobium inquietare, aut hanc confirmationis noſtræ ducalem paginã reuocare in irritum, quod qui fecerit Cent. lib. auri componat, dimidium fiſco noſtro, reliquum monaſterio paſſo iniuriam. Teſtes hi ſunt Heinricus Herbipolen. electus Geueh. Burgrauius Magdeburgen. Lambertus & Erneſtus Comites de Glichen, Henricus Marſcalcus de Kallindem., Henricus Dapifer de Walpen, Walterus Pincerna de Schipfe & alij quam plures. Signum Domini Philippi ſecundi Rom. Regis inuictiſſimi. Ego Conradus Ratiſponen. electus regalis aulæ Cancellarius recognoui. Datum apud Herbipolim, anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo, CCIV. VI. Idus Martij, Indictione VIII.

IN nomine ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. *Philippus* diuina fauente clementia Romanorum Rex Auguſtus. Si rationabiles Eccleſiaſticorum petitiones Prælatorũ ad Eccleſiarum ſuarum tendentes proficuũ, clementer admittamus, ſperamus nobis apud Regẽ regum ad æternæ vitæ meritum, & temporalis Imperij proſperiorẽ decurſum proficere, & eos quos benigna exauditione honoramus, de cętero nobis deuotiores & magis beneuolos fore. Nouerit ergò omnium Eccleſiæ & Imperij noſtri fidelium præſens ætas & futura., qualiter dilectus conſanguineus noſter, *Albertus Iuuauenſis*, id eſt *Salisburgenſis* Eccleſiæ venerabilis Archiepiſcopus, honori & vſui Eccleſiæ ſibi creditæ ſtabilitatis & incrementi profectum addere intendens, noſtram adiit celſitudinẽ, & proferens Diuorum Auguſtorum noſtrorum prædeceſſorum, Regum ſcilicet ac Imperatorũ vetera & recentiora Priuilegia, ſecundum diuerſa regnantium tempora Eccleſiæ *Salisburgen.* ab eis collata, poſtulauit inſtanter, vt eadem priuilegia noſtri munere præcepti renouaremus, jura quoq; & poſſeſſiones quibus eiſdem fauentibus præfata Eccleſia munita videbatur, & aucta, ei per noſtram authoritatem concederemus atq; cõfirmaremus. Præterea ex Priuilegio *Ludovvici* Regis Auguſti patẽter intelleximus, quod idẽ *Ludovvicus* Auguſtus, præfatæ *Salisburg.* Eccleſiæ amore Dei, & Beati *Petri* Apoſtoli, & S. *Rudperti* in pago *Salzburgovve* dicto curtẽ, *Salzburghouẽ*, quod *Pilgrinus* Archiepiſc. antea in miniſterio ab eo tenere viſus eſt, in proprietatem & plenã poteſtatẽ contradidit integraliter, cũ curtilibus omnib. ædificiis, campis, pratis, agris, paſcuis, ſyluis, lacubus, aquis, aquarũ decurſibus, venationibus, molendinis, piſcationibus, viis & inuiis, exitib⁹ & reditibus, quæſitis & inquirendis, terris, cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, mancipiis quoq; pluribus vtriuſq; ſexus, barſcalcis, cum omnibus cenſibus in Salina, & extrà Salinam, inter fluuios *Sala* & *Salzacha* vocatos, in auro & Sale, ac pecoribus, cum Theloniis duobus, quæ vulgò muta vocantur, cum omnibus adiacentiis, & rebus ad eandem terram pertinentibus. Hæc ergò vniuerſa in præſenti pagina cõſcripta *Salisburgen.* Eccleſiæ & eius Archiepiſcopo perpetua ſtabilitate per noſtram authoritatem immobiliter confirmamus, ſtatuentes, vt ſi quis, quod abſit huius noſtri præcepti violator apparuerit, & Eccleſiam *Salisburgenſem* in

vllo

vllo supradictorum violenter grauare attentauerit banno Imperiali subiaceat, & pro pœna centum libras auri optimi, medietatem fisco nostro, medietatem *Salisburgen.* Archiepiscopo persoluat, præsumptionis tamen ausu in irritum cessuro. Vt autem omnia supradicta memoriter sciantur, & inconuulsa de cætero firmitate obseruentur, Priuilegij paginam fecimus conscribi, & appensa Maiestatis nostræ Bulla roborari. Huius rei testes sunt Ireacrensis Archiepiscopus, Augustensis Episcopus, Constantien. Episcopus, Argentinen, Episcopus. Hermannus Landgrauius Turingiæ, Rudolphus Palatinus de Thubingen, Sifridus Comes de Orlamund. Fridericus Comes de Zolere, Vlricus Comes de Berge, Emicho Comes de Limingen, Godefridus de Eppenstam, Calhoh de Kirchperg, Hartradus de Merenbur, Hainricus Marschalcus de Calindin, Vlricus Marscalcus de Rechberg, Cuno de Minzenberg, Warnherus Rolanden, Thiedo de Reuenspurg, & alij quamplures.

Signum Philippi secundi Romanorum Regis inuictissimi.

Ego Conradus Hildesheimen. Episcopus Herbipolen. electus, Imperialis aulæ Cancellarius, vice Domini Conradi Moguntini Archiepiscopi, totius Germaniæ Archicancellarij recognoui. Acta sunt anno Dominicæ incarnationis MCXCIX. Indict. III. Regnante glorioſissimo Romanorum Rege *Philippo* II. Regni eius anno secundo, Dat. *Moguntiæ*, III. Calend. Octobr.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Fridericus* secundus, diuina fauente clementia Romanorum Imperator, semper Augustus, Ierusal. & Sycilię Rex, Imperialis Excellentia, tunc præcipue sui nominis titulos ampliat, cum diuinæ pietatis intuitu per quem præest Principibus orbis terræ, loca venerabilia, pia mentis affectione tuetur, & justas eorum fauorabiliter petitiones admittit. Ea propter vniuersis Imperij fidelibus, tàm præsentibus quàm futuris volumus esse notum, quod Præpositus & Conuentus Monast. *Berchtesgadm.* fideles nostri, priuilegium quoddam eidem Monast. à nobis indultum olim tempore regni nostri celsitudini præsentarunt, humiliter supplicantes vt illud cum omnibus quæ continentur in ipso, confirmare de nostra gratia dignaremur, cuius tenor est per omnia talis: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Fridericus secundus diuina fauente clementia Romanorum Rex, semper Augustus, & Rex Sycilię. Notum sit omnibus tàm præsentibus quàm futuris, quod nos ad imitationem Sereniſſimi Patris nostri *Henrici*, inclytæ recordationis, quondam Romanorũ Imperatoris semper Augusti, & Regis Sycilię, pro salute quoq; ac remedio animæ ipsius & nostræ, cœnobium *Berchtesgaden*, cum omnibus personis ibidem Deo famulantibus, & vniuersis eiusdem loci appendiciis & possessionibus, in protectionem nostram recipimus, sicut ipsum patrem nostrum imitando vestigia patris sui, aui videlicet nostri *Friderici* quondam Romanorum Imperatoris Augusti feciſſe constat, sicut ex priuilegio suo colligitur, super hoc præfatæ Ecclesiæ concesso, omnia quoq; quæ idem cœnobium sub Imperiali defensione nominati patris nostri hactenus possedit, vel nunc possidet, sub nostræ tuitionis tutamine deinceps statuimus permanenda, specialiter autem & nominatim foreſtum quod juxta cellam vndiq; tenditur, & ea quæ circa terminos ipsius foresti, quæ juris erant Imperij, in venationibus, piscationibus, pascuis, cultis & incultis, & quæ in salis, vel in cuiuslibet metalli venis subterraneis inueniri aut elaborari potuerint, salinam quoq; in loco qui dicitur *Goldenbach*, Item quoq; salinam quæ est inter *Toffal* & locum qui dicitur *Riue*, & omnia quæ habet intra terminos

minos foresti designato priuilegio à diuo patre nostro collato cũ omni jure eiusdẽ foresti, quod Comes *Engelbertus* suiq; parentes longis retroactis tẽporib. per terminos subtus notatos possederat. Post eos etiam Comes *Berengarius* de *Sulzpach*, qui idem forestum præfatæ Ecclesiæ, plus quam triginta annis ante imperium clementissimi aui nostri tradiderat, firma eis eorumque successoribus, & illibata omni tempore permaneant. Termini autem, quibus ipsum forestum cingitur, hij sunt: Primus incipiens in riuulo, qui dicitur *Dæzpach*, & inde in mediũ alueum fluminis, quod dicitur *Sala* descendens pertingit ad villã *VValwes* ad abietem in cymiterio stantem, & inde transmeans ad adiacentem paludem quæ dicitur *Vilzmos*, peruenit ad villam quæ vocatur *Aneua* vbi fontes decurrunt in fluuium *Salzahe*, & inde ascendendo per medium alueum fluuij, pertingit ad superiorem *Scarenbach*, inde scandens *Warmanckke* & vsq; *Stulvven* pertenit ad verticem qui *Gelich* appellatur, inde ortum riui *Chungespach* pertransiens vertices montium *Vzenspach* & *Pockesruckh* per medias valles & montes, inde venit ad verticem montis *Viskunckel*, inde per mediũ montium cacumina sicut aquæ hinc inde decurrunt, reuertitur ad ortum riui *Diezbach*, per quem sicut ab vtraq; parte ad ipsum aquæ decurrunt ad prædictũ flumẽ *Salæ* descẽdẽdo finitur. Aduocatiam quoq; ipsius loci, tàm à fundatorum hæredibus quam ab aliquo hominum, nisi quem Præpositus & fratres vtiliter duxerint eligendum, vsurpari modis omnib. inhibemus. Porò si is qui electus fuerit, grauis & inutilis extiterit ipsum repellendi, & meliorem in locum eius substituendi, liberam eis concedimus facultatem; omnia quoque quæ liberalitate Regum vel Imperatorum, largitione Principum, oblatione fidelium, prædictæ Ecclesiæ collata sunt, vel in posterum fuerint collata, specialiter verò in fonte *Hallæ*, quẽ Comes *Gebhardus* filius *Berengarij* Comitis de *Sulzbach* sub præsentia & auctoritate memorati aui nostri, eidem cœnobio sex annis ante obitũ suum potestatiua manu tradidit regali auctoritate ipsi Ecclesiæ & fratribus confirmamus, solita quoque regalis clementiæ nostræ auctoritate omnia eiusdem Ecclesiæ noualia à porta qua silua versus *Hallæ*, clauditur, vsque ad riuum qui dicitur *Rindtnagũ*, & vltra vsque in Riuum *Weizbach*, cum omnibus colonis suis, ab omni iure Comitum & iudicũ eximimus & liberos esse concedimus. Et vt à præfatæ Ecclesiæ Præposito tàm in secularibus, quàm in spiritualibus regantur, iubemus. Insuper ne aliquis ducũ vel Comitum vel quorumcunq; iudicũ super præfata aqua *Hallæ* quã vt dictum est Comes *Gebhardus* ipsi Ecclesiæ tradidit, vel quam imperiali largitione possident, vel super omnibus quæ in nostra specialiter defensione præsenti scripto suscepimus propter cuiusdam quærimonias in iudiciis eos inquietare præsumat intercedimus, quoniam iustum est vt quæ Imperialis Maiestatis auctoritate siue regalis confirmata sunt, vel munificentia tradita, imperiali nihilominus iudicio siue regali, si quid quærimoniæ natum fuerit rationabiliter terminẽtur. Decernimus ergo vt huius mortalium vel cuiuscunque professionis aut protestatis homo se qualibet infestatione vexare præsumat. Si quis autem ausu temeratio hanc nostræ constitutionis paginam infringere attemptauerit, seueritatem diuini iudicij & regalis nostræ indignationis vindictam se nouerit incurrisse, & in vltionem suæ temeritatis triginta libras auri puri pro pœna componat, quarum medietas camerã nostræ, reliqua monasterio persoluatur. Ad cuius rei certam in perpetuum euidentiam præsens priuilegium conscribi iussimus & sigillo nostro communiri. Huius rei testes sunt Syfridus Maguntinus Archiepiscopus, Otto Frisingen. Episcopus, Chunradus Ratisponen. Episcopus, Haituigus Aijsteten. Episcopus, Mangoldus Patauien. Episcopus, Fridericus Tridentinus Episcopus, Othakharius Rex Bohemiæ, Landtgrauius Turingiæ, Lu-

douicus Dux Bau: Leopoldus Dux Auſtrum & Stiriæ, Hainricus Marchio Moraviæ, Comes Weinhardus de Abeſpach, Comes Chunradus de Moſpurch, Comes Calhous de Kirchberg, Heinricus Marſcalcus de Calindᵒ, W Dapifer de Bolanten, Walderᵒ Pincerna de Schupffe, Vlricus Camerarius de Mintzenberch, & alij quam plures. Signum Domini Friderici ſecundi  Romanorum Regis inuictiſſimi & Regis Siciliæ. Ego Chunradus Metē: Epiſcopus, Imperialis aulę Cancellarius, vice D. H. Magunt: Archiepiſcop: totius Germanię Archicancellarius recognoui. Acta ſunt hæc anno dominicę Incarnationis M. CCXII. Indictione prima, regnante Domino Friderico ſecundo Rom: glorioſo & Rege Siciliæ, anno Roman: regni eius primo, Regno verò Siciliæ quintodecimo. Dat: *Ratiſponæ* per manum *Berchtoldi* regalis aulæ Prothonot: XV. Kal. Martij. Igitur ſuis ſupplicationib. inclinati Priuilegium ipſum, præſenti Priuilegio inſeri iuſſimus, illud cum omnib. quę continentur in eo de gratia noſtra confirmātes, ſtatuimus igitur & imperiali ſancimus edicto. vt nulla perſona alta vel humilis, Eccleſiaſtica vel ſecularis, prędictum monaſterium contra præſentis priuilegij noſtri ſeriem, ſuper his temere moleſtare preſumat, quod qui preſumpſerit prēter pœnam priuilegio ſupradicto impoſitā, centum libras auri puri componat, medietate fiſco noſtro, reliqua dicto Monaſt: perſoluenda. Vt autem preſens noſtra confirmatio robur obtineat perpetuę firmitatis, præſens priuilegiū fieri iuſſimᵍ & ſigillo noſtrę Majeſtatis muniri, huius rei teſtes ſunt W. Rex Bohemię. C. Babenbergen. Epiſcopus L. Conſtantienſis Epiſcopus. H. Rat. Epiſcopus Imperialis aulę Cancellarius. O. Dux Bau. Comes Palatinus Rheni. O Marchio de Brandenburch. H. Marchio de Waden, Comes de Dilingē. Fridericus de Truhending. E. Pincerna de Winterſtett, & alij quā plures. Signum *Friderici*  ſecundi Dei gratia Romanorū Imperatoris Inuictiſſimi ſemp Auguſti, Ieruſalē & Sycilię Regis. Ego Sifridus Ratiſponen. Epiſcopus, Imperialis aulę Cancellarius, vice D. Mogunt. Archiepiſcopi in Germania Archicancellarij recognoui. Acta ſunt annæ Dominicę Incarnationis M. CCXXXVI. Menſe Iunij, nonæ indictionis, imperante D. Friderico ſecundo, Dei gratia Inuictiſſimo Rom. Imperatore, ſemper Auguſto, Ieruſalem & Sycilię Rege, anno Imperij eius XVI. Regni Ierulalem XI. Regni verò Sicilię XXXVIII. feliciter. Amen. Datum apud *Auguſtā*, anno, menſe, & indictione ſupraſcriptis.

Rudolphus Dei gratia Rom: Rex ſemper Auguſtus, omnib. in perpetuū, cum ad religioſas perſonas, Deoq; dicatas Eccleſias conſideratio benigna porrigitur, & ad ipſarum libertates ſeruandas & facultates augendas, gratioſa protectio Principis inuenitur, famoſius gloriæ ſuę decoratur immenſitas, regni ſui ſolium diuinę virtute potentię ſolidius ſtabilitur. Nouerit igitur preſens & futuri temporis ſucceſſura poſteritas, quod accedens ad noſtrę majeſtatis præſentiarum, honorabilis vir Prępoſitus Monaſt. *Berchtergaden*, quoddā priuilegium ab inclitę recordationis quondam *Friderico* Romanorum Imperatore ſibi & monaſterio ſuo conceſſum, nobis exhibuit petens ipſum ſibi à noſtra celſitudine confirmari; cuius tenor talis eſt. In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Fridericus ſecundus &c. (*vt ſupra.*) Nos igitur qui ad ampliandum Eccleſiarum ſtatum, zelum nobis deſuper inditum gerimus copioſum præfati prępoſiti precibus annuentes, ſupradictū priuilegium, & omnia in ipſo contenta, quæ de verbo ad verbū præſentib. inſeri iuſſimᵍ de regali clementia cōfirmamᵍ, innouamᵍ, & præſentis ſcripti patrocinio cōmunimᵍ, ſub interminatione gratiæ noſtrę firmiter inhibētes, ne quis noſtrorū fideliū cuiuſcūq; conditionis aut ſtatᵍ exiſtat, præ-

præfatum Præpositũ aut Monasterium suum, in bonis, possessionibus, iurib. gratiis, & libertatibus, in ipso priuilegio præfati Imperatoris expressis, & à nobis præsenti pagina confirmatis temerè molestare præsumat. Quod si fecerit grauẽ nostræ Majestatis offensionẽ se nouerit incursurũ, pœna expressa superius nihilominus puniẽdus. Testes huius rei sunt, Venerab. Iohan: Gurcen & Wernhardus Seccouien: Ecclesiarũ Episcopi: spectabiles viri Frid: Purgrauius de Aurenbach, de Widenbach, B. de Hohenbach, Eberhardus de Katzenelebogen, Comites. O. de Liechtẽstein, Wilfingerus de Stubẽbrech, or: dict. & H. Strettvvich & alij quã plures. Vt autẽ huius nostræ confirmationis auctoritas perpetuo robore fulciatur, præsens scriptum Majestatis nostræ sigillo duximus roborandum. Signum Domini Rudolphi Romanorum Regis inuictissimi. Acta sunt hæc apud *Indenbach*, jjj. Id Octobris. Indictione octaua, Anno Domini M. CC. LXXIX. regni verò nostri sexto. Datũ per manum Magistri Gottfridi, Regalis aulæ Prothonotarij, anno, mense, loco, & indictione præscriptis, Amen,



Adolphus Dei gratia Romanorũ Rex semper Augustus, omnib. in perpetuũ regiæ serenitatis debitũ, quo sacro sanctis Ecclesiis diuinæ remunerationis nostræq; salutis contemplatione astringimur, tunc fructuosè vobis & illis exequi nos speramus, cũ religiosis & Deo dicatis personis earumq; locis, in suis facultatib. adducimus pacis pulchritudinẽ & augmentũ, quib. ab huius sæculi fluctib. quietati Deo possint plenius famulari. Nouerint igitur vniuersi præsentiũ inspectores, venerabilẽ *Hainricũ Brixinẽ*: Ecclesiæ Episcopatus Principẽ ac familiarẽ nostrũ dilectum vice & nomine honorabiliũ ac discretorum virorum, Præpositi & Canonicorum Ecclesiæ *Berchterſgadẽ*: ord: S. *Augustini, Salisburgen*: dioc: instantib. supplicasse, vt quoddã priuilegium ab inclytæ recordationis, quondã *Friderico* Romanorum Imperatore prædicto Præposito & eidẽ Ecclesiæ cõcessum, ac per D. *Rudolphũ* fœlicis recordationis Romanorum Regẽ confirmatum, ipsis innouare ac confirmare auctoritate regia dignaremur; cuius tenor talis est: *Rudolphus* Dei gratia, *&c.* Ptædictorum igitur prædecessorum nostrorũ sequẽtes vestigia, quib. non minori sed pari zelo Ecclesiæ vtilitatẽ & libertatẽ diligimus & fouemus, ac supra dictorum Episcopi Brixinen: Præpositi & fratrum precib. inclinati priuilegia superius scripta, præsentib. de verbo ad verbum inseri iussimus, & ea appensionis nostri sigilli confirmamus, innouamus, perpetuo valitura, adiicientes de gratia speciali, vt cum Præpositus eiusdẽ Ecclesiæ, qui pro tempore fuerit de gratia sedis apostolicæ omnibus signis pontificialibus vtatur, quod & de nostra munificentia sede pontificali vti possit, & in bonis, actis, personis Ecclesiæ suæ in quib. alias sibi cõpetit Iudicium seculare, per administratores suos laicos vel cõuersos, iudicia sanguinis, prout ordo Iuris dictauerit exercere, dumõdo sine Iuris alieni prę iudicio hæc ad Prępositum & Monasteriũ donationis vel emptionis titulo deuoluãtur. Huius rei testes sunt Ericus Magdeburgẽ: Archiepi: Arnoldus Babenbergẽ: H. Cõstantiẽ: H. Mersburgẽ: Bruno Nivvenburgẽ: Ecclesiarũ Episcopi. D. Marchiones Brandeburgen: D. de Anhaldt, Principes nostri dilecti: Eb. de Wirtenberck, Comites Vdalricus de * & alij quam plures. Dat: *Burnis*, per manum Ebernandi Regalis aulæ Cancellarij VII. Id Decembris, Indictione octaua, anno Domini M. CC. Nonagesimo quarto, Regni verò nostri anno tertio,

Albertus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Omnib. in perpetuũ Regiæ serenitatis debitũ, quo sacrosanctis Ecclesiis diuinæ remunerationis, nostræq; salutis contẽplatione astringimur, tũc fructuose nobis & illis exequi nos speramus, cũ religiosis & Deo dicatis personis eorumq; locis, in suis facultatib.

adducimus pacis pulchritudinẽ & augmentum, quib. ab huius seculi fluctib. quietati Deo possint plenius famulari. Nouerint igitur vniuersi præsentiũ inspectores, honorabilẽ virum *Hertrudẽ* Præpositum Ecclesiæ *Berchtersgaden:* ord. S. *Augustini Salisburgen:* dioc: deuotum nostrum dilectum, nostræ celsitudini instantiũ supplicasse, vt quoddam priuilegium ab inclytæ recordationis quondã *Friderico* Romanorũ Imperatore, prædicto Præposito, & eidẽ Ecclesiæ *Berchtersgadm:* concessum, ac per D. *Rudolphũ*, felicis recordationis Rom: Regẽ, prædecessorẽ & genitorẽ nostrum carissimum confirmatum, ipsis innouare & confirmare auctoritate regia dignaremur: cuius tenor talis est. *Rudolphus* Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus *&c.* Prædictorum itaq; prædecessorum nostrorum & vestigiis inhærentes quib. non minori sed pari dilectionis amplitudine ecclesiarũ comodum & libertatẽ complectimur & fouemus, ac præfati *Hertrudi* Præpositi supplicationib. humilib. fauorabiliter inclinati priuilegia superius annotata, quæ de verbo ad verbum præsentib. inseri iussimus, approbamus, innouamus, ratificamus, & præsentis scripti patrocinio confirmamus. Adiicientes de gratia speciali, vt cum Præpositus eiusdem *Berchtersgademen.* qui est vel qui pro tempore fuerit de gratia sedis apostolicæ omnib. signis Pontificalib. vtatur; quod etiã de nostra magnificentia sede pontificali ex nunc & in antea vti possit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ approbationis, innouationis, ratificationis & confirmationis paginam infringere, vel ei ausu temerario in aliquo cõtraire. Quod qui facere præsumpserit, grauem nostræ indignationis offensam se nouerit incurrisse. Huius rei testes Venerabilis Wernhardus Patauien: Episcopus. Illustres Rudolphus & Ludevvicus Comites Palatini Rheni Duces Bauariæ. Auunculi nostri Rudolphus & Fridericus Duces Austriæ & Styriæ liberi nostri Albertus Dux Saxoniæ Principes nostri carissimi, spectabiles viri, Henricus Goriciæ, Burchardus Meidenburgen: Albertus de Hohẽberg Comites, strenui viri Lutoldus de Chunringen Pincerna Austriæ, Stephanus de Meysovve, Henricus & Eberhardus fratres de Walse, Hermañus Marscalcus & Bergerus de Landenberch, & alij quam plures. Signũ Domini Alberti Romanorum Regis inuictissimi. Datum



in *Wienna*, per manum Gebevvini Imperialis aulæ Notarij gerentis vices honorabilis viri Magistri Ioannis Præpositi Ecclesiæ Thurincen: eiusdem aulæ Cancellarij, IX. Kal. Octobris indictione prima, anno Domini M. CCC. III. Regni verò nostri anno sexto.

Ludouicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus omnib. in perpetuũ. Gratum Deo obsequium facimus, & nostræ salutis meritum operamur, quotiẽs religiosis personis & sacris locis, pro seruandis suis libertatibus, & augẽdis facultatib. nostræ protectionis præiudicium adhibemus. Hinc est quod ad supplicationem honorabilis & religiosi viri Præpositi & Canonicorum Ecclesiæ *Berchtersgaden:* ordinis S. *Augustini Saltzburgen:* diocœsis, quoddã priuilegium, ab inclytę recordationis quondam *Friderico* Romanorum Imperatore, Præposito & Ecclesiæ *Berchtesgaden:* concessum, ac per dominos *Rudolphum* & *Adolphum*, felicis recordationis, Romanorum Reges, Prædecessores nostros, confirmatum, ipsis innouandũ & authoritate regia duximus cõfirmandũ, cuius quidẽ tenor per omnia dinoscitur esse talis. *Adolphus* Dei gratia Rom: Rex, semper Augustus *&c.* Prædictorũ igitur prædecessorũ nostrorum vestigiis inhærentes, ac supradictorum Præpositi & Canonicorũ precib. inclinati, priuilegia præscripta, præsentib. de verbo ad verbũ inserta, innouam⁹, cõfirmam⁹, & præsentis scripti patrocinio cõmunimus

munimus appendentes sigillum Majestatis nostræ in testimonium super eo, Dati *Monaci*, per manum Hermani de Liechtenberg, Regalis aulę Cancellarij XIV. Kal: Octobris Anno Domini Millesimo Trecentesimo vicesimo tertio, Regni verò nostri anno nono.

Carolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Boemiæ Rex. Ad perpetuam rei memoriã. Oblata nobis pro parte deuotorum nostrorum Præpositi & Conuentus Ecclesiæ *Berhtesgaden*, Ordinis S. *Augustini* Canonicorum Regularium *Salzburgen.* diocœsis petitio continebat, quatenus ipsis quoddam priuilegium claræ memoriæ Illustris *Adolphi* Rom. Regis prędecessoris nostri coram Majestate nostra exhibitum & ostensum approbare, ratificare, & confirmare de benignitate regia dignaremur. Cuius priuilegij tenor talis est. *Adolphus* Dei gratia Rom. Rex semper Augustus omnibus in perpetuum. Regię serenitatis debitum, quo sacrosanctis Ecclesiis diuinæ remunerationis nostræque salutis contemplatione astringimur tunc fructuose nobis & illis exequi nos speramus cum religiosis & Deo dicatis personis eorumque locis in suis facultatibus adducimus pacis pulchritudinem & augmentum, quibus ab huius seculi fluctibus quietati Deo possint plenius famulari. Nouerint igitur vniuersi præsentium inspectores venerabilem *Henricum Brixineum* Ecclesiæ Episcopũ, Principem ac familiarem nostrum dilectum, vice & nomine honorabilium ac discretorum virorum Præpositi & Canonicorum Ecclesiæ *Berchtesgaden*, ordin. S. *Augustini* Salzburgen: Diœcesis instantius supplicasse vt quoddam priuilegium ab inclitę recordationis quondam *Friderico* Romanorum Imperatore prædicto Præposito & eidem Ecclesiæ concessum ac per dominum Rudolphum fælicis recordationis Roman: Regem confirmatum ipsis innouare & confirmare auctoritate regia dignaremur. Cuius tenor talis est: *Rudolphus* Dei gratia Rom: Rex semper Augustus &c. Nos itaque eorundem Præposito & Conuentus deuotis in hac parte precibus inclinati attendentes pium existere & meritorium apud Deum personas præsertim Ecclesiasticas in suis manutenere viribus ac ipsorum libertatibus & gratiis fauorabiliter conseruare prædictum priuilegium, ac omnia & singula contenta in eo prout de verbo ad verbum præsentibus est insertum, approbamus, ratificamus, & præsentis scripti patrocinio ex certa scientia de innata nobis clementia & liberalitate Regia confirmamus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, ratificationis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare præsumpserit, grauem indignationem nostram & pœnam quinquaginta Marcarum puri auri, medietatem nostræ Regalis Cameræ, & aliam medietatem parti læsæ persoluendam se nouerit irremissibiliter incursurum. In cuius rei testimonium præsentes literas scribi & nostræ Majestatis sigillo iussimus communiri. Datum *Patauiæ* anno Domini M°. Trecentesimo, quadragesimo octauo. Indictione prima VIII. Calend. Augusti, Regnorum nostrorum anno Rom. tertio, Bohemiæ verò secundo.

Wir Wentzlau von Gottes Gnaden Römischer König zu allen zeiten mehrer deß Reichs/ vnnd König zu Beheim/ Empieten dem Edlen Tyeres Fraunhofer/ vnserm vnd deß Reichs lieben getrewen vnser Gnade/ vnd alles guts. Lieber getrewer wann der Ehrwürdig Cunrach Probst zu Perchtolsgaden/ in dē Stiffte zu Salzburg gelegen/ vnser vnnd deß lieber andächtiger/ von Ehehaffter notwegen/ die jm zu disem male anligend seyn/ als wir deß von dir vnnd anderen vnseren getrewen kundlichen vnderwiset seyn zu vns nicht khomen mage/ zu empfangen die Lehen vnnd Regalia seiner Probstei vnd Stiffes von vns als einem Römischen König als er von rechte

vnnd billichen soll / die von vns vnd dem Reiche rürend seyn / dauon durch trewe willen der wir vns zu dir gäntzlichen versehen / vnnd auch durch deiner bette willen / so haben wir dir mit wolbedachtem Muthe / guten rathe vnnd rechter wissen gantzen Gewalt vnnd Macht gegeben. Vnd geben dir in krafft diß Brieffs vñ Römischer Königklicher Macht vonn vnsern wegen vnnd an vnser statt zuuerleihen / dem egenanden Cunraden seiner Lehen / vnnd Regalia mit allen jhren zugehörungen / als die vonn vns vnnd dem Reiche zu Lehen rüren vnnd er vnnd seine Vorfahren die redlichen hergebracht haben. Doch also daß zuuor an gewöhnlich huldung / Eyde vnd Gelübte / von jhm in vnsern Namen vnnd zu vnsern Handen eingenommen. Das er vnns als einem Römischen König holde / gewere / getrew vnnd vnderthenig sey / vnseren Schaden zuwenden / vnnd vnsern frommen zu werben / vnnd gen vns zuthun / daß er durch Rechte oder Gewonheit zuthun pflichtig ist. Mit vrkhundt diß Brieffs versigelt / mit vnsere Königklichen Majestätt Insigel. Geben zum Charelstein nach Christi Geburt / dreyzehen hundert Jahr / vnnd darnach in dem sechs vnnd achtzigisten Jahre / deß achten Tags nach Sant Petters vnnd Sant Pauls der heiligen Zwölffpotten Tag / vnser Reiche / deß Beheimischen inn dem vier vnnd zwantzigisten vnnd deß Römischen in dem eylfften Jahre.

Per d. Ducem Teschmen.
per Ianuren I.

WIR Sigmundt vonn GOTTes Gnaden / Römischer König zu allen zeiten / mehrer deß Reichs / vnnd zu Hungern / Dalmatien / Croatien / ꝛc. König. Bekennen vnd thuen kundt offenbar mit disem Brieff allen den / die jhn sehen / oder hören lesen / daß für vns kommen ist / der Ersame / vnd die Geistlichen Peter Probst vnnd Conuent deß Gotshauß zu Berchtelzgaden in Saltzburger Bistumbs gelegen erbare bottschafft / vnd hat vns demütigist gebetten / daß wir demselben Probst / Conuent vnd Gotshauß zu Berchtesgaden alle vnd jegliche jhre Gnaden / Rechte / Freyheiten / Priuilegia vnd Brieffe / die jhre Vorfahren / Probste vnd Conuent von vnseren Vorfahren / Römischen Keysern vnd Königen erworben vnd hergebracht haben / zuuerneuern / zu confirmiren / vnnd zubestettigen / gnädigklich geruhten / wann wir nun vonn angebornet vnnd Königklicher güte / aller der / die zu GOTTES Dienste ergeben seyndt / vnnd vnserem Schöpffer inn einem Ersamen vnnd Geistlichen Leben vleissiglichen dienen / gemach vnnd nur allzeit zufürdern / dauon haben wir angesehen die vorgenanden demütig beede / vnnd auch gütlich betrachtet / der vorigen Probst vnnd Conuents / Ersame Leben vnd löbliche Gottsdienst den sie täglichen vollbringen / vnd haben darumb mit wolbedachten muthe / guten rathe vnser vnd deß Reichs Fürsten / Grauen / Edlen vnd getrewen / vnd Rechter wissen / denselben Probst / Conuent vnd Gotshauß alle vnd jegliche jhre Gnade / Rechte / Freyheite / Priuilegia vnnd Brieffe / wie die von Wort zu Wort lautendt vnd begriffen seyn / die jre Forfahren Probst vnd Conuent / auch sie von vnseren Vorfahren / Römischen Keysern vñ Königen seliger gedächtnüß erworben / vnd redlich herbracht haben / in allen jren Puncten / maimungen / vnd Artickeln gnädigklich bestettigt / vernewert vñ beuestet / bestettigt / verneuern vñ beuestē. In die auch in krafft diß Brieffs / vnd Römischer Königklicher macht / vollkommenheit vnd mainen / setzen / vñ wöllen / daß sie fürbas mehr darbey bleiben sollen / von allermeñigklich vngehindert / vnd gebieten darumb allen vnd jeglichen Fürsten / Geistlichen vnnd Weltlichen Grauen / Freyen / Herrn / Räthen / Knechten / Landvogten / Vogten / Hauptleuten / Pflegern / Ambtleuten / Landrichtern / Richtern / Burgermeistern / Räthen vñ gemainten aller vñ jeglicher Stätte / Märckte vnd Dörfferen / vñ sonst allen andern vnsern vñ deß Reichs

Vnder-

Vnderthanen vnd getrewen ernstlich vnd vestiglich mit disem Brief/ daß sie die vorgenanten Brobst/ Conuent vnd Gottshauß zu Berchtesgaden an den vorigen jren Genaden/ Rechten/ Freyheiten/ Priuilegien vnnd Briefen/ nit jrren oder hindern/ in kein weiß/ sonder sie dabey treulich handhaben/ schirmen/ vnd geruebliche lassen/ bey vnsern vnd deß Reichs Hulden/ vnd bey verliesung aller Pene in den vorgenanten vnser Vorfaren Briefen/ begriffen/ Wann wir auch vonn deß vorgenanten Petern/ Brobsts zu Berchtesgaden wegen gebetten seynd/ daß wir jhm seine vnd seines Gottshauß Regalia vnd Werentligkeiten/ mit allen vnd jedlichen jhren Mannschafften vnd Herrlichkeiten zuuerleihen/ gnediglichen geruhen/ deß haben wir angesehen/ solche demütige Bette/ vnd auch getrewe vnd willige Dienste/ die seine Vorfahrn/ Brobste/ vnsern Vorfahrn an dem Reiche offt vnd dick gethan haben/ Er vns vnd dem Reiche fürbaß thun soll vnd mag/ in künfftigen zeiten/ vnd haben jhm die vorgenanten seine vnd seines Gottshauß zu Berchtesgaden/ Regalia vnd Werentligkeit/ mit allen vnd jedlichen jhren Mannschafften/ Herrschafften/ Lehenschafften/ Ehrn/ Rechten/ Zierden vnd Gerichten darzu geherenden/ von Römischer Königlicher Macht/ gnediglichen verlyhen/ vnd verleyhen jhme die auch in krafft diß Briefs/ die zuhaben/ zugebrauchen/ vnd zugenieſſen/ von allermenniglich vngehindert/ doch behaltnusse/ vnser vñ deß Reichs vnd sunst jedermans rechte/ vnd gebieten auch darumb allen vnd jedlichen seinen/ vnd deß vorgenanten seines Gottshauß zu Berchtesgaden/ Mannen vnnd Vnderthanen ernstlich vnnd vestiglich/ mit disem Brief/ daß sie dem vorgenanten Petern/ als jhrem rechten ordenlichen Herrn/ in allen wientlichen Gerichten vnd Sachen/ die vorgenanten Regalia vnd Werentligkeit antreffende/ fürbaß mehr ehrsamlich/ gehorsam/ vnd gewertig sein sollen/ ohn alles widersprechen/ mit vrkundt diß Briefs/ versigelt/ mit vnser Küniglichen Mayestet Insigl. Geben zu Costentz/ nach Christi Geburt/ vierzehenhundert Jar/ vnnd darnach in dem funffzehenden Jaren/ an Sant Georgen tag/ vnserer Reiche/ deß Vngerischen/ ꝛc. in dem neun vnd zwainzigisten/ vnd deß Römischen in dem fünfften Jaren.

Ad Mandatum Domini Regis
Iodocus Rot, can.cus Bass.

WIr Albrecht von Gottes genaden Hertzog zu Österreich/ zu Steur/ zu Kärnten/ vnd Khram/ Margraf zu Merhen/ vnd Graue zu Tyrol/ ꝛc. Bekennen als vnsere Vordern/ die Fürsten von Österreich löblicher Gedechtnuß so lange zeit her/ daß kein lebendiger Mensch anders gedencken mag/ deß würdigen Gottshauß zu Berchtoltzgaden/ vnd seiner Leut Güter vnnd zugehörungen/ vntz auff disen heutigen/ Recht Vogt vnd Beschirmer gewesen seynd/ als daß auch in manichen alten Keyserlichen/ Fürstlichen/ vnd andern Briefen lauter begriffen ist/ dardurch vns nun die Ersamen Geistlichen/ vnsere lieben andächtigen Brobst Johannes/ gegenwürdiger Brobst zu Berchtoltzgaden/ Vlrich Dechant/ vnd das gantz Capitl gemainklich daselbst/ solch Gerechtigkeit mit jhrem gütlichen willen/ jetzt aber zu besterckung solcher Gerechtigkeit von newen dingen zugesagt/ vnd vns/ vnsere Erben vnd Nachkumben Herrn vñ Landsfürsten zu Österreich zu jhr jhres Gottshauß/ vnd desselben Gottshauß Leut/ Güter vnd zugehörungen/ Erbuögten vnd Beschirmern nun hinfür ewiglich vnd vnwiderrufflich zehalten gelobt haben/ vnd wañ wir vnser fordern seligen guten Werken billichen nachuolgen/ haben wir vns nach billicher Danckbarkeit gegen den vorgenanten Geistlichen Leuten zu Berchtoltzgaden veruangen/ sie vnd jhr Gottshauß/ mit sambt seinen Leuten/ Güter vnd zugehörungen zufürdern zu vogten/ vnd zu beschirmen gnediglich/ als das vnser vordern seliger Gedechtnuß haben gethan/ vnd sie auch von solcher Vogtey wegē wider jren willen in nichte beschweren/ ohn alles geuerdt/ sie sollen auch nun hinfür ewig-

lich vnns/vnd vnseren Erben vnd Nachkumben/Landsfürsten vnd Herrn/zu Oesterreich jårlich zu erkandtnuß der Vogtey zween Laidthundt vnnd zween Falcken her gehen Wien schicken/als jr vordern vnd sie vnsern voruorden/den Fürsten zu Oesterreich/den allen Gott gnedig sey/vnnd vns vntz auff dise gegenwertige Zeit/an widerredt geschickt habet/vngeuerlich mit vrkhundt dis Brieffs. Geben zu Wien am Pfingstag vor Sanct Maria Magdalena tag/nach Christi Geburth vierzehenhundert Jar/vnnd darnach in dem Siben vnd dreyssigisten Jare.

FRIDERICVS diuina fauente clementia,Romanorum Imperator semper Augustus, ac Austriæ, Styriæ, Karinthiæ, & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ,Sclauoniæ ac Portusnaonis, Comes in Habspurg,Tirolis,Pherretis & in Kyburg,Marchio Burgoniæ & Landtgrauius Alsatiæ. Notũ facimus tenore præsentium vniuersis,Cęsareæ nostræ serenitatis debitum, quo sacrosanctis Ecclesiis diuinæ remunerationis nostræque salutis contemplatione astringimur, tunc fructuosa nobis & illis exequi nos speramus cum religiosis & Deo dicatis personis eorumque locis in suis facultatibus adducimus pacis pulchritudinem & augmentum,quibus ab huius seculi fluctibus quietati Deo possint pleniusfamulari sane accedens ad nostræ majestatis præsentiam *Bernhardus* Præpositus Cœnobij Ecclesiæ *Berchtersgaden*,ordinis S. *Augustini* Canonicorum Regulariũ *Salisburgen:*dioc: deuotus noster dilectus, nobis deuote supplicauit, quatenus sibi omnia & dicti sui cœnobij *Berchtergaden:*Regalia feuda,dominiũ, iura, iurisdictiones, & temporalitates conferre,ipsumque de eisdem inuestire gratiosius dignaremur,atq; sibi & dicto cœnobio suo priuilegium quoddam ipsi & Prædecessoribus suis per quondam Serenissimum Principem *Fridericum* secundum, felicis recordationis Romanorum Imperatorem prædecessorem nostrum tempore regalis suæ dignitatis,datum & concessum atque per dictum Imperatorem nec non *Carolum* Romanorum & Bohemiæ, & *Adolfum* Romanorum Reges Prædecessores nostros successiue innouatum & confirmatum, prout in litteris dicti *Caroli* prædecessores nostri sub appendenti suæ majestatis sigillo, coram nobis exhibitis vidimus ad plenum contineri,cuius quidem priuilegij *Friderici* secundi tunc Romanorum Regis, tenor sequitur per omnia & est talis:In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis,*Fridericus* secundus diuina fauente clementia Romanorum Rex semper Augustus, & Rex Siciliæ; Notum sit omnibus *&c.* Ac etiam priuilegium *Caroli* Romanorum Regis prædecessoris nostri supradictum: nec non vniuersi & singula priuilegia, gratias,immunitates, libertates,iura,indulta, dignitates,honores,concessiones,ac litteras quæ & quas sui prædecessores à diuis Romanorum Imperatoribus & Regibus nostris Prædecessorib. & aliis Principibus seu quibuscunque personis titulo donationis seu alias obtinuerunt,de innatę nobis benignitatis clementia ratificare, approbare, innouare & confirmare gratiosius dignaremur. Nos itaque dicti Præpositi & sui cœnobij deuotis supplicationibus fauorabiliter inclinati, ipsi Præposito animo deliberato, non per errorem aut improuide,sed sano Principum,Comitum,Baronum, Nobilium Procerum, ac fidelium nostrorum accedente consilio & de certa nostra scientia recepto ab eo primitus fidelitatem & subiectionis consueto iuramento,regalia,feuda,dominium,iura,iurisdictiones & temporalitates contulimus & conferimus, ac ipsum auctoritate Romana Imperatoria de eisdem inuestimus & tenore præsentium inuestimus; mandantes vniuersis & singulis dicti Præpositi & sui cœnobij subditis cuiuscunq; gradus,status, vel conditionis existant, quatenus eidem *Bernardo* Præposito tanquam verò naturali suo Domino in omnibus tam in iudicijs quam in aliis singulis exercitium iurisdictionis suæ temporalis

poralis concernentibus reuerenter & debitè parere debeant, & intendere difficultate & impedimentis quibuslibet procul motis. Nos quoque Præposito prędicto & suo cœnobio supradictum priuilegium & omnia in eo contenta, prout superius de verbo ad verbum expressa sunt, ac etiam priuilegium *Caroli* Prædecessoris nostri prædicti, nec non vniuersa & singula priuilegia, gratias, immunitates, libertates, jura, indulta, dignitates, honores, concessiones, ac literas quæ & quas sui prædecessores, à diuis Romanorum Imperatoribus & Regibus, nostris prædecessoribus & aliis Principibus seu quibuscunque personis titulo donationis seu aliàs obtinuerunt in omnibus suis punctis, clausulis, & articulis, ac si omnia & singula de verbo ad verbum præsentibus essent inserta, approbamus, ratificamus, innouamus, & auctoritate Imperiali de certa nostra scientia tenore præsentium confirmamus. Decernentes & hoc Cæsareo nostro statuentes edicto ea omnia & singula pro Præposito & Cœnobio prædictis perpetuis temporibus obtinere roboris firmitatem. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc nostræ Regalium inuestituræ, nec non prædictorum priuilegiorum ratificationis, approbationis, confirmationis, decreti, & declarationis paginam infringere, aut ei quouis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, nostram & Imperij sacri indignationem gratissimam ac pœnam in priuilegiis dicti Præpositi & sui cœnobij contentam se nouerit incursurum, præsentium sub nostræ Imperialis majestatis sigilli appensione testimonio literarum. Datum in *nouaciuitate* septima die mensis Septembris, anno Domini millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo quarto, Regni nostri anno quintodecimo, Imperij verò tertio.

Ad Mandatum Domini Imperatoris
in Consil. Vlrico Weltzli.

Sigillum in chordula ex filis sericis cinericei coloris videtur decidisse & rursus præposterè appensum per inferiorem partem.

PRIVILEG.

RVDOLPHVS secundus diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Groatiæ, Sclauoniæ &c. Rex. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Marchio Morauiæ &c. Dux Lucēburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Tecke. Princeps Sueuiæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Langrauius Alsatiæ Marchio sacri Romani Imperij Burgouię, ac superioris & inferioris Lusatię, Domin⁹ Marchiæ Sclauonię, Portus Naonis & Salinarum &c. notum facimus tenore presentium vniuersis Sacri Romani Imperij celsitudo (cuius regimen ceu certus habenis à Deo Opt. Max. dirigendum nobis concreditum est) olim non abs re personas quas vocant Ecclesiasticas, nimirū ob religionis Christianæ nostrę * tūm ac obseruantiam sibi memoram & Princeps conciliauit delegitque, quorum bono commodo & immunitati haud segnius quam nostri in Imperio prędecessores studuerunt æquum ducimus prospiciendum. Hinc est quod venerabilis Princeps noster deuotus, dilectus Iacobus Monasterij Ecclesię *Berchtersgadensis*, ordinis S. *Augustini*, Canonicorum regularium *Salzburgensis* diocesis, Prępositus & Archidiaconus nobis humiliter supplicari curauerit, vt sibi omnia sua & dicti monasterij sui *Berchtersgadensis* regalia, feuda, dominium circa Iurisdictiones

& tem-

& temporalitates conferre, ipsumque de eis inuestire gratiosius dignaremur, atque sibi & dicto cœnobio suo priuilegium quoddam ipsi & prędecessoribus suis per quondam *Fridericum* secundum fel. record. Romanorum Imperatorem prędecessorem nostrum, tempore regalis suæ dignitatis datum & concessum, atque per dictum Imperatorem & postea successiu temporis per alios quoque diuę memorię prædecessores nostros Romanorum Imperatores ac Reges scilicet *Carolum* quartum Romanorum Imperatorem & Bohemię Regem ac Cęsares *Adolphum Maximilianumq;* colendę recordationis abauum nostrum, & deinde etiam per diuum quondam *Carolum* quintum magnum, Patruum ac Auũ maternum nostrum, & demum quoque per diuos quondam *Ferdinandum* & *Maximilianum* secundum Imperatores Romanos auum paternum & genitorem nostros obseruandissimos successiuè innouatum & confirmatum, prout in literis jam dicti diui Domini genitoris & prędecessoris nostri subapendente suæ majestatis sigillo coram exhibitis plenius cernebatur. Cuius quidem priuilegij *Friderici* secundi tum Romanorum Regis verus tenor sequitur, & est talis. In Nomine sanctæ & indiuiduę Trinitatis, *Fridericus* secundus diuina fauente clementia Romanorum Rex semper Augustus &c. Rex Siciliæ: Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris, quod nos ad imitationem Serenissimi Patris nostri *Henrici* inclytæ recordationis, quondam Romanorum Imperatoris semper Augusti & Regis Siciliæ pro salute quoque & remedio animæ ipsius & nostrę cœnobium *Berchtersgadense* cum omnibus personis ibidem Deo famulantibus & vniuersis eiusdem loci appenditiis & possessionibus in protectionem nostram recipimus, sicut ipsum patrem nostrum imitando vestigia patris sui, aui videlicet nostri *Friderici*, quondam Romanorum Imperatoris Augusti fecisse constat, sicut ex priuilegio suo colligitur super hoc prefatæ Ecclesiæ concesso, omnia quoque quæ idem cœnobium sub Imperiali defensione nominati patris nostri hactenus possedit, vel nunc possidet sub nostrę tuitionis tutamine deinceps statuimus permanenda. Specialiter autem & nominatim forestum quod intra cellam vndique tenditur & quę circa terminos ipsius foresti, quæ juris erant Imperij in venationibus, piscationibus, pascuis, cultis & incultis, & quæ in salis, vel in cuiuslibet metalli venis subterraneis inueniri aut elaborari potuerint. Salinam quoque in loco qui dicitur *Goldenpach*, item quoque Salinam, quę est inter *Toffal* & locum qui dicitur *Riue*, & omnia quæ habet intra terminos foresti designatos priuilegio à diuo patre nostro collato, cum omni jure eiusdem foresti, quod Comes *Engelbertus* suique parentes longis retroactis temporibus per terminos subter annotatos possederat. Post eos etiam Comes *Berengarius* de *Sultzbach*, qui idem forestũ præfatæ Ecclesiæ plusquam triginta annis ante imperium clementissimi aui nostri tradiderat, firma eis eorumque successoribus & illibata omni tempore permaneant. Termini autem quibus ipsum forestum cingitur ij sunt. Primus incipiens à riuulo qui dicitur *Dieszbach*, & inde in mediũ alueum fluminis, qui dicitur *Sala* descendens pertingit ad villam *Walbes* ad abietem in cemiterio stantem, & inde transmeans ad adiacentem paludem quæ dicitur *Villzmos* peruenit ad villam quæ vocatur *Aneua*, vbi fontes decurrunt in flumen *Saltzache*, & inde ascendendo per medium alueum fluuij pertingit ad superiorem *Schrenbach*, inde scandens *Warmnetze* & vsque ad *Suualben* venit ad verticem quæ *Gelick* appellatur, inde ortum riui *Kunigesbach* pertransiens, vertices montium *Vlmsperg* & *Pogsruch* per medias valles & montes, inde venit ad verticem montis *Vishunckel*, inde per medium mõtium cacumina, sicut aquæ hinc & inde decurrunt reuertitur ad ortum riui *Dietzbach*, per quem sicut ab vtraque parte ad ipsum decurrunt ad prædictum

flumen

flumen *Salæ* descendendo finitur, aduocatiam quoque dicti loci tam à fundatorum hæredibus, quam ab aliquo hominum, nisi quem Præpositus & fratres vtiliter duxerint eligendum vsurpari modis omnibus inhibemus. Porro si hic qui electus fuerit grauis & inutilis extiterit, ipsum repellendi & meliorem in eius locum substituendi liberam eis concedimus facultatem. Omnia quoque quæ liberalitate Regum vel Imperatorum, largitione Principum, oblatione fidelium prædictę Ecclesiæ collata sunt, vel in posterum fuerint collata, specialiter verò aquam in fontem Hallę, quam Comes *Gebehardus* filius *Perengarij* Comitis de *Saltzbach* sub potentia & authoritate memorati aui nostri eidem cœnobio sex annis ante obitum suum potestaticia manu tradidit regali authoritate ipsi ecclesię & fratribus confirmamus. Solita quoque regalis clementiæ nostræ auctoritate omnia eiusdem Ecclesiæ noualia à porta qua sylua versus *Hallam* claditur vsq; in riuum qui dicitur *Rintmagiæ*, & vltra vsq; in riuum *Weiszbach* cum omnibus colonis suis ab omni jure Comitum & judicum eximimus & liberas esse concedimus, & vt à præfatæ Ecclesiæ Præposito tam in secularibus quàm in spiritualibus regantur. Iubemus insuper ne aliquis Ducum vel Comitum vel quorumlibet judicum supra præfata aqua *Hallæ*, quam vt dictum est, Comes *Gebehardus* ipsi ecclesiæ tradidit, vel quam imperiali largitione possident, vel supra omnibus quæ in nostra specialiter defensione præsenti scripto suscepimus propter cuiusquam quærimoniam in judiciis eos inquietare præsumat interdicimus. Quoniam justum est, vt quæ Imperialis majestatis auctoritate siue regalis confirmata sunt, vel munificentia tradita, imperiali nihilominus judicio siue regali siquid quærimoniæ natum fuerit rationabiliter terminẽtur. Decernimus ergo vt nullus mortaliũ aut cuiuscunq; professionis aut potestatis homo supra quolibet horum præfatum cœnobium aut fratres inquietare, aut qualibet infestatione vexare præsumat. Si quis autem ausu temerario huius nostræ constitutionis paginã infringere attentauerit, seueritatẽ diuini judicij & regalis nostræ indignationis vindictam se nouerit incurrisse; & in vltionem suæ temeritatis triginta libras auri puri pro pœna componat: quarũ medietas cameræ nostræ, reliqua monasterio persoluatur. Ad cuius rei certam & in perpetuam euidentiam præsens priuilegium conscribi jussimus, & sigillo nostro cõmuniri. Huius rei testes sunt Sifridus Moguntinensis Archiepiscopus, Otto Frisingensis Episcopus, Conradus Ratisponensis Episcop. Hartuuicus Eistetensis Episcopus, Friderictus Tridentinus Episcopus, Ottaharus Rex Bohemiæ, Langrauius Thuringiæ, Ludouicus Dux Bauariæ, Leopold Dux Austriæ & Stiriæ. Heinricus Marchio Morauiæ, Comes Meinardus de Absperg, Comes ch: de Plain, Comes Conradus de Moszburg, Comes Colhous de Hirchperg, Heinricus Marchalcus de Calindi, W. Dapifer de Wollandẽ, Walter⁹ Pincerna de Schipfe, Vlric⁹ Camerarius de Mintzenberg & alij quã plures. Acta sũt hæc Dominicæ incarnationis millesimo, ducentesimo, duodecimo, indictione prima, regnante Domino Friderico Romanorũ Rege glorioso & Rege Siciliæ año Romani eius primo, regni verò Siciliæ quinto decimo. Datũ Ratisponę per manũ Berchtoldi regalis aulæ Protonotarij Calend. Martij. Ac etiã supradicta diuorũ qnondã Maximiliani primi, Caroli quinti, Ferdinandi & Maximiliani secũdi, Romanorũ Imperatorũ, aliaq; omnia & singula priuilegia, gratias, imunitates, libertates, jura, indulta, dignitates, honores, cõcessiones, ac literas, quæ & quas sui prædecessores à diuis Romanorũ Imperator. ac Regibus nostris prædecessoribus & aliis Principibus seu quibuscunq; personis titulo donationis seu alias obtinuerũt de iñata nobis benignitatis clementia ratificare, approbare, innouare & confirmare, gratiosius dignaremur. Nos itaq; dicti Præpositi & sui cœnobij deuotis supplicationibus fauorabiliter

biliter inclinati, ipſi Præpoſito animo deliberato non per errorem aut improuide, ſed ſano Principum, Comitum, Baronum, nobilium, procerum, ac fidelium, noſtrorum, accedente conſilio & de certa noſtra ſcientia. Recepto tamen prius ab honorabili docto noſtro & imperij ſacri fideli dilecto Ioanne VVeinmeiſter ipſius Cancellario ac Procuratore legitimo & pleno ad id mandato ſuffulto in animam ipſius Præpoſiti ſolito fidelitatis & ſubiectionis iuramento, Regalia, feuda, dominium, iura, iurisdictiones, & temporalitates contulimus & conferimus, ac ipſum auctoritate Romana Imperiali de eiſdem inueſtiuimus & tenore præſentium inueſtimus, mandantes vniuerſis & ſingulis dicti Præpoſiti & ſui cœnobij ſubditis cuiuſcunque gradus, ſtatus & conditionis exiſtant quatenus eidem Iacobo Præpoſito tamquam vero naturali domino ſuo in omnib. tàm in iudiciis quam in aliis ſingulis exercitium iurisdictionis ſuæ temporalis concernentibus reuerenter & debitè parere debeant & intendere difficultate & impedimento quibuslibet procul ſemotis. Nos quoque Præpoſito prædicto & ſuo cœnobio ſupradictum priuilegium & omnia in eo contenta prout ſuperius de verbo ad verbum expreſſa ſunt, nec non præfatorum diuæ memoriæ Imperatorum Maximiliani primi, Caroli quinti, Ferdinandi & Maximiliani ſecundi aliaq; omnia & ſingula priuilegia, gratias, immunitates, libertates, iura, indulta, dignitates, honores, cõceſſiones ac litteras, quæ & quas ſui prædeceſſores à diuis Romanorum Imperatoribus & Regibus noſtris prædeceſſoribus & aliis Principibus ſeu quibuſcunq; perſonis titulo donationis vel alias obtinuerunt in omnib. ſuis punctis clauſulis & articulis ac ſi omnia & ſingula de verbo ad verbum, præſentibus eſſent inſerta approbamus, ratificamus, innouamus & auctoritate imperiali de certa noſtra ſcientia tenore præſentium confirmamus. Decernentes & hoc imperiali noſtro ſtatuentes edicto ea omnia & ſingula pro Præpoſito & cœnobio prædictis perpetuis temporibus obtinere roboris firmitatem. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc noſtræ Regalium Inueſtituræ nec non prædictorum priuilegiorum ratificationis, approbationis, confirmationis, decreti & declarationis paginam infringere, aut ei quouis auſu temerario contraire. Si quis autè hoc attentare præſumpſerit noſtram & Imperij ſacri indignationem grauiſſimam & pœnam in priuilegijs dicti Præpoſiti & ſui monaſterij contentam ſe nouerit incurſurum. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum in Ciuitate noſtra *Vienna* die decima ſeptima mẽſis Decembris anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Regnorum noſtrorum Romani tertio, Hungarici ſexto, Boemici itidem tertio.

IN nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti. Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, tam futuris, quã preſentibus, quod controuerſia quæ vertebatur inter *Salisburgen:* & *Berchtersgadmenſem* Eccleſias, ſuper iure *Archidiaconatus*, & foreſto, & aliis ſub hac forma eſt ſopita, quod iure Archidiaconatus, ſacerdos, qui præeſt populo in Eccleſia *Berchterſgadmenſi*, ad conuentum *Salisburgen:* Præpoſiti, ſiqñ eum in eccleſia cathedrali aut in alio Archidiaconatus ſui loco indixerit reuerenter accedat. Et ſi quæ graues & perplexæ cauſæ in plebe *Berchterſgadmenſi* emerſerint, ad examen *Salisburgen:* Præpoſiti referantur diſcutiendæ, & idem Præpoſitus tali reuerentia contentus, *Berchterſgadmenſ.* plebem in approbata ſua conſuetudine & quiete, qua ab Eccleſiæ fundatione vſa dinoſcitur, vexare non attemptet. De foreſto autem, ſic determinatum eſt quod Eccleſia *Salisburgenſis* ligna ſumat de foreſto *Berchtersgadm:* eccleſiæ, tantum ad decoctionem ſalis neceſſaria, & non ad alium vſum, his tamen terminis contenta, quod eadem

ligna

ligna ex vtraq; parte fluuij, qui dicitur *felba* succidantur, & deducantur per riuos & torrentes, & alio quocunq; modo, in ipsum fluuium à loco qui dicitur *Schellenberg*, & inferius vsq; ad decoctionem salis, superius autem *Schellenberg* in montibus ex vtraq; parte fluuij, qui dicitur *felba*, nihil juris vel concessionis, sibi *Salisburgen.* vsurpare velit ecclesia.

In testimonium autem proprietatis, Ecclesiæ *Berchtersgadensis* in festo beati *Rudberti* in autumno conferantur ex parte Chori, singulis annis duo aurei, æstimationem habentes LXXX. denariorum, *Salisburgen.* monetę. Ex parte verò Archiepiscopi talentum eiusdem monetę diuisim in duobus beati *Rudberti* festis persoluatur. Quod si constitutis temporibus, jam dictus census à prędictis partibus non fuerit persolutus, præfati Berchtersgadmen: sectionem lignorum suorum, & euectionem eorundem vsque ad redditionem debiti sibi census prohibeant. De area verò quadam in ciuitate *Salisburgens.* sita, & ad maiorem Ecclesiam pertinente, sic statutum est, vt Ecclesia *Berchtersgadmen.* eam habeat pro beneficio, & singulis annis in testimonium proprietatis ecclesiæ Salisburgens. XII. denarios persoluat. Huius rei testes sunt, Eberhardus Salisburgens. Archiepiscopus, Apostolicæ sedis Legatus, Dominus Albertus maioris Ecclesię Prępositus, Fridericus Berchtergadensis Prępositꝰ, Albertus Decanus, Hartvvicus, Hartfridus, Englmarus, Willehelmus, Hermannus, Canonici, Rudgerus plebanus de Saltzburghouen, Chunradus Scriba, & alij quam plures. Acta sunt hęc Anno Dominicæ Incarnationis M. CC. XI. III. Kal. Sept.

PRAEPOSITI IN BERCHTERSgaden sub continua successione.

EBERBINVS.

PRimus huius loci præpositus ex Monasterio *Raittenpuech*, cum septem fratribus *Berchtersgaden* accessit, hanc Ecclesiam annos 34. deuotè & prosperè rexit. Quieuit in Domino Anno 1142. Sepultus ante altare S. *Crucis*, sub ferreo mausoleo. 1.

HVGO.

Canonicus *Salisburgensis* in Præpositum huius Ecclesiæ *Berchtersgadensis* postulatur, præfuit annos 4. Deinde ad præposituram *Salisburgensem* auocatur. 2.

HENRICVS.

Præpositus tertius, vtiliter præfuit annos 28. Hic ab *Alexandro* Papa tertio, liberam infulæ vtendi facultatem impetrauit, Prętera à *Friderico* primo Romanorum Imperatore priuilegium super Imperiali huius Ecclesiæ tuitione, cum aurei sigilli appensione obtinuit. Idem Archiepiscopatum *Salisburgensem Adalberto* Archiepiscopo expulso, annos tres administrauit. Obiit anno 1174. 3.

THEODORICVS.

Præpositus quartus, gubernauit annos 4. obiit anno 1178. 4.

FRIDERICVS.

Præpositus quintus, rexit Ecclesiam per annos 10. Moritur Anno 1188. 5.

BERNHERVS.

De *Shönsteten*, qui præfuit Ecclesiæ annos 8. Tandem in Præpositum *Salisburgensis* Ecclesiæ postulatur. 6.

GERHARDVS.

Postulatur in Præpositum anno 1201. Hic Prælaturam resignauit. 7.

HVGO 2.

Præpositus octauus, rexit annos 9, obiit anno 1210. Calend. 12. Nouemb. 8.

CONRADVS GARRER.

9. Præpositus nonus, anno 1210. eligitur, qui eodem anno Præposituræ cessit.

FRIDERICVS II. ELLINGER.

10. Prepositus decimus, Ecclesiam gubernauit annos tres. Hic *Romam* petiit, & in recessu, obtento Archidiaconatu, apud *Brundusium* 26. die Septembr. anno 1213. moritur.

HENRICVS II.

11. Præpositus vndecimus. Regimen tenuit annos 18. & in Domino obdormiuit anno 1231.

FRIDERICVS III.

12. Præpositus duodecimus, ex Monasterio *Reichersperg*, cui præsidebat, in huius Ecclesiæ Præpositum postulatus est, & præfuit annos 8. obiit anno 1239.

BERNHERVS II.

13. Prepositus 13. bene rexit annos 13. Idem mortem obiit anno 1252.

CONRADVS II.

14. Præpositus 14. anno 1252. electus, & eodem anno vita functus est.

HENRICVS III.

15. Prepositus 15. regnauit annos 5. moritur anno 1257.

CONRADVS III. de Medling.

16. Præpositus 16. electus: præfuit Ecclesiæ annos 26. obiit anno 1283.

IOANNES SAXO.

17. Præpositus 17. Hic Oblaiam Canonicis instituit & Chorum construxit. Et deinde *Conradi Vansdorfer* Archiepiscopi *Salisburgensis* pro tempore vicem egit. post in Episcopum *Brixinensem* postulatus est.

HARTVNDVS.

18. Prepositus 18. ad huius Ecclesiæ Regimen de Præpositura *Gurcensi* anno 1305. postulatus & vocatus est. Rexit vnum annum. Et idem anno 1306. fato concessit.

EBERHARDVS SAXO.

19. Decanus *Salisburgensis*, in huius loci Præpositum 19. postulatus est. Hic præfuit annos 10. Deinde ad Preposituram *Salisburgensem* vocatus est.

CONRADVS IV. *Tanner* dictus.

20. Præpositus 20. 19. annos rexit; qui ob nimiam seueritatem Canonicos & prouinciales contra se magno cum Ecclesiæ periculo concitauit. Obiit anno 1335.

HENRICVS IV.

21. Præpositus 21. vir domesticæ curæ vigilantissimus; rexit annos 17. Multis hic feudis, prædiis, & vineis in *Austria* emptis, Ecclesiam ditauit, moritur anno 1352.

REINOLDVS ZELLER dictus.

22. Præpositus 22. electus. Ecclesiæ præfuit annos tres, mortuus est ano 1355.

OTTO Tanner.

23. Electus in huius loci Prælatum 23. rexit annos 2. obiit anno 1357.

PETRVS *Pfeifinger*.

24. Præpositus 24. regimen habuit annos 10. Idem expirauit anno 1367.

IACOBVS *Vansdorfer*.

25. Electus prefuit vnum annum. Hic Sacellum S. *Annæ* à se fundatum, multis indulgentiis dotauit, & anno 1368. leuatur ad astra.

GREI-

GREINOLDVS WVLP.

Præpositus 26. Ecclesiam annos 9. gubernauit, qui plurima in *Bauaria* feuda emit, aliaq; bona multa fecit. Idem mortis viam iniuit anno Domini 1377. 26.

VDALRICVS WVLP.

Præpositus 27. Ecclesiam annos septem continuis in litibus & tribulationibus moderauit, & eam postea quasi coactus ad manus capituli resignauit. 27.

CONRADVS V. Torar.

Canonicus *Salisburgensis*, fit ex compromisso quodam huius Ecclesiæ Præpositus 28. qui annos 8. cum non satis dolenda Ecclesiæ jactura infelicissimè regnauit. Deinde Prælaturam accepto Episcopatu *Lauantinen. Piligrino* Archiepiscopo *Salisburgensi* sub prætextu piæ commendationis liberè resignauit, atq; hoc modo Ecclesiam lachrymantem per anos 17. sine vero Pastore sub peregrinorum mercenariorum manibus miserè exulare fecit, obiit anno 1392. 28.

PETRVS PIENZENAVER.

Prepositus anno 1404. per *Bonifacium* Papam IX. consiliis & auxiliis Ducum *Bauariæ*, cum loci huius Præpositura prouisus, & ad eam anno 1409. inuestitus & confirmatus est. Gubernauit Ecclesiam summa cum laude annos 23. Idem phæbo concessit anno 1432. 29.

IOANNES PRAVN.

Præpositus 30. Ecclesiam annos 14. commodè rexit. Idem anno 1446. ex hac luce subtractus est. 30.

BERNHARDVS LEVPRECTINGER.

Prepositus 31. regnauit annos 27. Hic pro conseruandis antiquis Ecclesiæ viribus in Curiis Imperatoris *Friderici* tertij, & *Ladislai* Regis *Bohemiæ*, grauibus obtinuit cum impensis, obiit anno 1473. 31.

ERASMVS PRETSCHLAIPFER.

Præpositus 32. electus eodem anno diuenditis quibusdam prædiis rexit annos 12. mortuus est anno 1485. 32.

VDALRICVS PERNAVER.

Præpositus 33. præfuit Ecclesiæ annos 11. postea *Prælaturam* multis contractis debitis resignauit. 33.

BALTHASAR HIRSCHAVER.

Præpositus 34. administrauit Ecclesiam annos 12. Deinde ob malam corporis valetudinem præposituræ cessit. 34.

GREGORIVS RAINER.

Decretorum Doctor. *Prepositus* 35. Ecclesiam annos 16. hypothecis variis, & debitis redemptis vtilissimè moderauit, anno 1507. mortis legibus indulsit. 35.

WOLFGANGVS LEBERGER.

Regimini electus præfuit, & Ecclesiam ab hypothecis variis, & debitis prorsus liberam, præterea ædificia multa & insignia fecit. Idem obiit anno 1523. 36.

WOLFGANGVS GRIESTETTER,
ab Haslach.

Prepositus 37. postulatus, rexit annos 26. præcipuam partem officinæ seu domus patellarum pro salis coctura, hic in *Fraunreidt* construxit, Sereniss. *Bauariæ* Ducis *Alberti* per liberali contributione adiutus, Claustrum Monialium hic destruxit, & nouâ structurâ eius loco erexit, quâ tamē nō absoluit, nec perfecit, multis insuper prædiis ab eo venditis, obiit anō Dom. 1567. die 14. mensis Iulij. 37.

IACOBVS PITRICH.

38. Præpositus 38. per compromissum electus, qui nunc præest etiam.

Quo viuo in Coadiutorem postulatus Serenis. Princeps *Ferdinandus* junior vtriusq; *Bauariæ* Dux.

Obiit idem *Iacobus Pitrich* anno 1594. in mense Decembri.

39. Mortuo *Iacobo Pitrich* successit in regimen prædictus Sereniſſimus Princeps *Ferdinandus* junior, Comes Palatinus Rheni, vtriusque Bauariæ Dux, Coadiutor Archiepiscopatus & Electoratus Colonienſis, & Administrator Ducalis Bertergadenſis Pontificia & Imperatoria authoritate confirmatus. Cuius Serenitati DEVS OPT. MAX. felix regimen tribuat, eamque diutissimè saluam & incolumen conseruet.

Ex hac successionis linea præcipuè notandum.

PEtrum *Pienzenauer* Præpositum 29. per *Bonifacium* Papam IX. confirmatum fuisse; atq; *Conradum Tanner* Præpositum 20. suffragiis Sedis Apostolicæ conatus Canonicorum & Prouincialium repressisse. Item *Fridericum Ellinger* Præpositum 10. Archidiaconatum *Romæ* obtinuisse pro se & successoribus suis, anno Domini 1213. Deinde *Henricum* Præpositum tertium Archiepiscopatum *Salisb.* administrasse. Et *Ioannem Saxonem* Præpositum similiter.

COPIA INSTRVMENTI POSTVLATIONIS SER.^MI Boiariæ Ducis Ferdinandi: de qua supra mentio fuit facta.

NOs *Iacobus* Dei gratia Præpositus & Archidiaconus Monasterij in *Berchdesgaden* ord. S. *Augustini*, Canonicorum Reg. Decanus & Capitulum ibidem, testamur in verbo veritatis, & notum facimus, quod nos vigore nostrorum priuilegiorum, atque justis & legitimis de causis animum nostrum mouentibus, & vrgentibus, adhibito maturo judicio & consilio, vnanimi voto & consensu, in Coadiutorem postulauerimus, & futurum Præposituræ Berchdesgadens. successorem, Sereniſſimi Bauariæ Ducis *Wilhelmi*, Domini nostri clementiſs. filium *Ferdinandum*: sicut eum ipsum tenore præsentium postulamus, ac postulatum volumus, pro vt de jure, vel consuetudine melius potest, non obstante cuiuscunque contradictione, contra liberam nostram eligendi, seu postulandi facultatem, prætensa.

Quam quidem postulationem nostram, vt idem commemoratus *Princeps Ferdinandus*, & gratioſissimè acceptare, & confirmationem eius nobiscum impetrare dignetur, majorem in modum rogamus. Ea tamen conditione, vt postulatus Illustriss.^mus Princeps supradictus, sub spe Regularis professionis quandoque faciendæ, interim Coadiutoriam non per extraneas personas substitutas, sed per aliquem Canonicum Religioſum hic professum, administret, si per se ipsum non commodè potest: vtq; in omnibus, quoad eius fieri potest, morem seruare studeat antiquum in administratione eiusdē. Qua si deinceps liberare se velit, nulli alteri quouis titulo eam conferat, sed pleno jure Capitulo iterum resignet. In cuius rei fidem, ac testimonium hoc nostrę postulationis scriptum, subscriptione cuiuslibet nostrum, & sigillorum nostrorum appensione, muniri fecimus. Actum in nostro *Berchdesgaden*, die vicesimo septimo Mensis Iunij, Anno salutis nostræ M. D. XCI.

Iacobus Præpositus & Archidiaconus.

Iohannes Marquardus Anfang. Canonicus & Decanus.

Ioannes Benedictus à *Perfall*.

Ioannes Mairhofer Senior,

Sebastianus

Sebastianus Heller Subsenior.
Degenhardus Neuchinger Parochus.
Ioannes Christophorus Otto.

Litem mouerat Archiepiscopus Salisburgens. Wolfgangus Theodoricus, super Præpositura Berchtesgadens: volens eam sibi subijcere suiq; juris facere: verum causa hac in Curia Romana aliquandiu agitata, & discussis hinc inde partium juribus, Sum. Pont. Clemens VIII, finem imposuit, & Archiepiscopi postulata rejecit prout sequitur.

Clemens Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Frisingen.* & *Ratisponen.* Officialibus, Salutem & Apostolicam benedictionem. Significarunt nobis dilecti filij Præpositus & Conuentus monasterij sedi apostolicæ immediatè subjecti, per Præpositum gubernari soliti sancti *Petri* in *Berchtesgaden*, ord. sancti *Augustini* canonicorum regularium. Nullius seu *Salzburgen.* dioc. quod nonnulli iniquitatis filij quos prorsus ignorant census, terras, dominos, possessiones, bona mobilia & immobilia, scripturas & jura, nec non pecuniarum summas auri & argenti quantitatem domusque supellectilia magni momenti ad dictum monasterium legitime spectantia subtraxerunt & temerè occuparunt, eaque malitiosè occultare ac occultè & indebitè detinere præsumpserunt & præsumunt, ex quo prędicto monasterio grauia damna valorem quinquaginta ducatorum excedentia nequiter intulerunt in animarum suarum periculum & dicti monasterij non modicum detrimentum. Super quo ijdem significantes apostolicæ sedis remedium implorarunt. Quocirca discretioni vestræ filij officiales per apostolica scripta mandamus quatenus vos quilibet vestrum videlicet in suis ac eiusdem venerabilis fratris nostri Archiepiscopi *Salzburgen.* interesse agatur in *Salzburgen.* ciuitatibus & dioc. si causa diligenter & magna maturitate per vos examinata pro rei, loci, temporis, & personarum qualitatibus vobis pro vestra conscientia videbitur expedire, omnes huiusmodi bonorum detentores & illorum celatores aut aliàs scientiam habentes ac damnorum illatores occultos ex parte vestra publicè in ecclesiis coram populo per vos vel alium seu alios moneatis vt infra competentem terminum quem eis prędixeritis ea prędicto monasterio à se debita detentores quidem & occupatores restituant, occultatores verò a illa scientes reuelent. Et si id non adimpleuerint infra alium competentem terminum quem eis ad hęc duxeritis peremptorię prędigendum ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiã proferatis, eamq; faciatis vbi, quando & quoties expedire videritis vsque ad satisfactionem condignam & reuelationem debitam solenniter publicari, volumus autem quod ea reuelatione hujusmodi si eam fieri contingat non possit nisi pro ciuili interesse & ciuiliter tantum agi, & aliter reuelatio ipsa neque in judicio neque extra judicium fidem faciat. Datum *Romæ* apud Sanctum *Petrum*, Anno incarnationis Dominicę Millesimo quingentesimo nonagesimo. Non. Aprilis. Pontificatus nostri anno primo.

Leonardt à Bodrigno
H: Cenenus
A Hurandus.
I Bucca.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Anno à natiuitate eiusdem Millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, indictione sexta, die lunę decima quarta Iunij, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini *Clementis*, Diuina prouidentia Papæ octaui, anno secundo, mane circa horam quintam, in choro summæ Ecclesię in *Berdesgaden*, ante peragendam & celebrandam solenem publicationem Breuis Apostolici ad Ser.mum & Re.mum Principem

cipem ac Dominum, Dominum *Ferdinandum, Comitem Palatinum Rheni*, vtriusq; *Bauariæ* Ducem &c. in negotio coadiutorię Præpositurę & monasterij *Berdesgadensis* emanati, pro felici auspicio, habitum fuit sacrum, hocq; peracto in jam dicto choro Ser.mæ & Re.mæ Celsitudinis suę ad petendam publicationem & debitam executionem eiusdem Breuis Apostolici legitime constitutus procurator Reuerendus admodum nobilis & clarissimus Dominus *Georgius Lautherius* Theologiæ Doctor, & Ecclesiæ collegiatæ ad *Beatam virginem Monachij* Præpositus, nec non Serenissimi vtriusque Bauariæ Principis *Guilielmi* &c. Consiliarius in Re.mi Principis ac Domini Domini *Iacobi Pittrich* Præpositi, nec non venerabilium & nobilium *Ioannis Mairhouer* & *Degenhardi Neuchinger* Canonicorum in *Berdesgaden* capitulum, ibidem repræsentantium, meiq; Notarij & testium infrascriptorum, ac plurimorum aliorum præsentia, coram Reuerendissimo Domino *Iacobo Müller* Theologiæ Doctore & Episcopatus *Ratisbonensis* administratore atq; authoritate Apostolica dicti Breuis executore cõparuit nomine procuratorio exposuitq;ue, cum non ita pridem, per Sanctissimum Dominum nostrum & sedem apostolicam Ser.mus & Re.mus Dominus Principalis suus Re.mo Principi ac Domino, Domino *Iacobo Pittrich* Præposito, capituloq;ue monasterij *Berdesgadensis*, ad eorundem postulationem in irreuocabilem Coadiutorem, constitutus & deputatus sit, se vigore mandati procuratorij sibi dati Re.mo Domino administratori *Ratisbonensi* tanquam executori, præfatum Breue Apostolicum vna cum instrumento procuratoriæ constitutionis legitimo modo insinuare, eumdemq;ue Reuer.mum Dominum Administratorem nomine procuratorio requirere vt Breue hoc publicetur solemniter, debitæq;ue executioni demandetur. Ad quam insinuationem & requisitionẽ, vti breui Apostolico omnino consonam, Re.mus Dominus administrator respondit: cum paucis antecedentibus diebus Ser.mus & Re.mus Dominus Principalis, Dominum Patrem Se.mum & Reuer.mum *Ratisbonensem*, seq; Ser.mæ & Re.mæ celsitudinis suæ Episcopatus Ratisbonensis administratorem pro executione sæpedicti Breuis Apostolici Monachij coram atque in præsentia Notarij & testium requisiuerit, nuncq;ue iterum per præfatum Dominum Procuratorem requirat, R.mam D. suam hac in re officium facturam, statimq; Breue Apostolicum vna cum instrumentis jam jam dictæ requisitionis Monachij ad R.mam D. suam factæ, nec non constitutionis procuratoriæ, mihi publico Notario vt publicè & in præsentia infrascriptorum testium aliorumq;ue quam plurimorum circumstantium legerem tradidit. Me Notario imperata facere volente, R.mi Domini *Præpositi* canonicorumq; capitulum Monasterij *Berdesgadensis* repræsentantium loco & nomine, eorundem Cancellarius, Dominus *Ioannes Fabritius* Iuris vtriusq;ue Doctor petit demandatam mihi Notario publicam prælectionem Breuis Apostolici & cæterorum Instrumentorum saltem tantisper differri, donec ea quæ à R.mo Domino *Præposito* canonicisq;ue capitulum repræsentantibus in mandatis haberet proponeret. Datur per R.mum Dominum Administratorem petita dilatio, & per Dominum Cancellarium proponitur, sæpe dictos R.mum Dominum *Præpositum* & Canonicos capitulum repræsentantes Breue Apostolicum in negotio coadiutoriæ *Præpositurę* & Monasterij *Berdesgadensis* in iis saltem, in quibus postulationi per eosdem Dominum *Præpositum* & Canonicos capitulum repræsentantes factæ non derogatur, accepta re, in iis verò in quibus postulationi huic etiam quouis modo derogatur minimè, ipsosq; super quibuscunq; postulationi derogantibus solemniter protestari & apostolicum Breue pro nullo habere, ac petere sibi super protestatione huiusmodi, per me Notarium subscriptum, vnum vel plura publicum seu publica instrumentum vel instrumenta confici.

Ad

Ad quam protestationem R^mus. D. Administrator *Ratisponenſis*. vti hesterna die cum hæc ipsa protestatio fieret priuatim, priuatim, sic etiam hodierna cum fieret publicè respondit R^mam: D. suam sibi nullo modo persuadere posse, vel sanctissimi D. nostri vel Seren^mi. & R^mi. Domini Coadiutoris mentem seu intentū fuisse aut etiam nunc esse dictæ postulationi quouis modo derogare vel contrauenire. Quib. sic præuiis Breue apostolicum cum dictis duobus Instrumentis per me Notariū publicum, publice & in testium infra scriptorum præsentia prælectum idemq; per R^mum. Dñ. Administratorem *Ratisbonenſem* pro solemniter publicato habitum & declaratum est ac proinde pro omnimoda executione sibi authoritate Apostolica commissa Ser^mi. & R^mi. Domini Coadiutoris loco & nomine Ser^tis. suæ legitimo constituto procuratori D. Doctori Georgio Lautherio, eam quæ coadiutori de iure dari potest ac debet, possessionem dedit assignando eidem Domino Procuratori pro more stallum in choro & locum in capitulo suo tempore per Dominum Principalem obtinendos subiunxitq; quā expressissimis & germanicis verbis à sanctissimo Domino nostro & sede apostolica Ser^mum. & R^mum vtriusq; *Bauariæ* Principem *Ferdinandū* moderno R^mo. D. Præposito ac capitulo *Berdergadenſi* in certum & irreuocabilem Coadiutorem constitutū & deputatum Ser^mam. & R^mam. Cels. suam quandocunq; & quomodocunq; præpositura *Berdesgadenſis* vacauerit verum & legitimum præpositū esse eidemq; per Canonicos capitulum repræsentantes obedientiā deberi, nec non oēs & singulos etiam cuiuscunq; dignitatis & prę eminentiæ officiales, alioſq; ministros & subditos, quoscunque vti in moderno R^mo. Domino præposito obligati & deuincti sunt, sic etiam vacationis tempore Ser^mo. & R^mo. Domino coadiutori obligatos & deuictos fore, recipiens insuper à Canonicis modo capitulum repræsentantib. potioribusq; officialibus, puta Prætore, Præfecto aulę, Cancellario & scriba iudicij stipulatis manib. datam fidē quod quando & quomodocunq; Præpositura *Berdeſgadenſis* vacauerit Ser^m. & R^mum. coadiutorē pro verò Præposito & Dño agnoscere, eidēq; debitā obedientiā præstare ac aliàs fideles esse velint. Acta sunt hæc anno, indictione, mense, die, Pontificatu, loco & hora quib. supra, præsentib. ibidem discretis viris Georgio Widmann senatore M. Andrea Schinnagl Archigrammatæo, & Ioañe Halsreitter scriba iudicij in Reichenhall, testib. ad præmissos actus ac protestationes & requisitiones omnes & singulos per R^mos. & Reuerendos Dominum Administratorem *Ratisbonenſem* Dominum Præpositum & Canonicos *Berdeſgadenſes* Capitulum repræsentantes. nec non Ser^mi. & R^mi. Domini Coadiutoris *Berdeſgadenſis* procuratorem singulariter & specialiter factos, singulariter & specialiter vocatis requisitis & rogatis.

Et ego *Dauid Cloſtermair* I. V. Licentiatus, sacris Pontificia & Imperiali auctoritatib. Notarius publicus, nec non apud ducale regimen Monachij aduocatus, quia supradictis omnibus & singulis, dum sic, vt præmittitur, fierent & agerentur, vna cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi, ac in notam meam sumpsi; ideo hoc præsens publicum instrumentum exinde confeci, manuq; alterius scriptum subscripsi, & in hanc publicam formam redegi, meoque solito notariatus signo communiui; in fidem & testimonium præmissorum omnium vocatus & requisitus.

Dauid Cloſtermair I. V. L.
manu propria.

BIBVRG.

ANno à nato Christo 1124. Vlric^9 & Gebhard^9, maiores natu fratres Germani,

filij Heinrici de Biburg & Berthæ ex Ystria, patriam diuiserunt hæreditatem. Vlricus & Gebhardus sortiti sunt Hilpoldstain. Conradus autem Erbo atque Bertha Biburg. Alij duo fratres horum Eberhardus & Meginvvardus sacris initiati erant: Ille Canonicus Bambergensis, ac deinde Monachus Prufelingensis, Hic veteris Capellæ Ratisponensis Præpositus: quatuor alij filij, Otto, Magnus, Albertus, Hazilo, ante obitum parentum ex hac vita migrârant. Nam Heinricus ille Superior vndecim liberos ex Bertha sua coniuge progenuit decem mares, & vnam fœmellam Bertham.

Proximo deinceps anno, nimirum 1125. Cunradus Erbo, Bertha, consilio & auxilio sancti Ottonis, Episcopi Bambergensis, de suo patrimonio Benedictinis viris & fœminis Cœnobium, Item pauperibus atque egenis Xenodochium ædificare cœperunt, & octauo anno compleuerunt, hoc est, Anno 1133.

Qvo etiam anno, in die Simonis & Iudæ, D. Otto, Bambergensis Episcopus, & Henricus Comes de Wolffratshausen. cognatus Berthæ vxoris, Henrici superioris Pontifex Ratisbonensis, templũ Biburgeñ. consecrarunt, Eberhardus, Monach⁹ Prufelingensis, eo tempore frater fundatorũ fit Abbas, frater eius Vlricus de Stain, Aduocatus. qui cum vxore Halica & filio Burckhardo villã Perchachdono dedit Monasterio. Innocentius secundus, Pont. Max. comprobauit hanc fundationem, & diplomate confirmauit.

D. Eberhardvs, primus Abbas, Canonicus Bambergensis, deinde Monachus ibidem apud S. Michaelem, à D. Ottone, Episcopo Bambergense, translatus in Prúfeling, ibi mansit vsque ad consecrationem Monasterij à fratribus suis conditi, cui ipse præfuit annis 13. Deinde Cunrado I. Archiepiscopo Salisburgensi, de Abensperg oriundo, cognato ac vicino suo in Episcopatu successit, electus Anno 1147. Præfuit ibi annis 17. Obiit Anno 1164. sepultus in maiori Ecclesia, vbi adhuc religiose colitur.

Hæc ita referuntur, prout sunt annotata in Cœnobio Biburgensi, quamquam aliter quodammodo in veteri fundationis libro reperiantur, & ipse liber fundationis sibi non consentit ex omni parte.

Avent. item in Chronico, lib. 6. fol. 623. Item in sua translatione & epitome fundationis huius monasterij, sibi ipsi contrarius est, in eo quod ponit, Henricum & Bertham, fundatores, cum tamen fuerint fundatorum parentes. Ponit etiam Grimoldum tanquam fratrem fundatorum & vnà fundatorem, cuius in Biburgẽsi Cœnobio nulla fit mentio, sed solum Grimoldi Burckhardi superioris de Stain filij, hæc annotatio Monasterij magis verisimilis est, ac Biburgensi Genealogiæ conueniens. In hoc præterea liber fundationis à superioribus discrepat, quod dicit Ottonem Bambergensem Episcopum contulisse ad ædificationem huius Monasterij 516. libras, structuram annis sex absolutã, Ottonem anno 7. obiisse, eidem Engelbertum successisse, cuius regiminis anno secundo, Ecclesia per Henricum Episcopum Ratisponensem, ad instantiam Eberhardi, Archiepiscopi Salisburgensis, tunc adhuc Abbatis Biburgensis sit consecrata, Anno 1133.

Coadivtores huius fundationis fuerunt propinqui & amici fundatorum, qui se ipsos & bona sua eidẽ Ecclesiæ dicauerunt, nempe Ludolphus de Grietzpach, qui dedit totam illam villam Grietzpach, Burckardus de Panzingen, Rahevvinus de Wichs, aliàs de Weichs. &c. Eberhardus Episcopus Bambergensis (quem Bruschius in Catalogo Episcoporum dicit fuisse Ducem Bauariæ. &c. quod alibi legisse non recordor, & obiisse Anno 1172.) dedit fratris sui Reginoldi bona Machtfridesdarff. Supra dicta villa Grietzpach ad Barrium amnem sita, data est in permutationem Domino Wiguleo de Weichs equiti, pro duabus partibus

tibus Hoffmarchiæ in Leutenpach, vnà cum duabus curiis in Nozenhauſen, Anno 1468. poſtea Abbates Biburgenſes totam illam villam Nozenhauſen, ab eo ſunt adepti.

GEBHARDVS Comes de Hintenburch, qui fuit frater fundatorũ, dedit Capellã Adlungeſtorff, quæ aliàs ad Parochiam Gecking ſpectabat, Monaſterio in Biburg, dotis nomine. Confirmat hanc donationẽ Henricus Epus, ipſo die conſecrationis illius Monaſterij, Anno 1133. Teſtes. ipſe Gebhardus pater, Vlricus & Burhcardus de Lapide, filij eius. Comitiſſa de Hohenburg quædam mancipia ſui iuris per manum Ottonis, filij Vdalrici de Lapide, tradidit huic Monaſterio; ea conditione, vt omnes, qui ſunt virilis ſexus ab 15. annis, ſoluerent annuatim 10. denarios, fœminæ ab 12. annis. 5. denarios, ad procuranda luminaria in eodẽ Monaſterio. Quod ſi verò aliqui debitum cenſum ſua culpa ad annum tertium diſtulerint. vt quotidianæ ſeruituti ſubiicerentur: Teſtes huius rei per aures tracti Vdalricus de Lapide, & fratres eius Conradus, & alij, ex libro fundationis, fol. 6. Domina Irmegardis de Hohenburch delegauit quendam virum Geroldum per manum Grimoldi de Lapide: Teſtes, præd. Grimoldus, Vlricus, Heinricus, Albero de Ronſerãn, Vdalricus de Lengingries, Vdaſcalcus de Habevvavv, Heinricus de Eſting, &c. deeſt annus in lib. fundat. ſeu traditionum; ex nominibus teſtium puto hanc fuiſſe, de Hohenburg ad Yſaram, &c.

LVIPOLDVS Dux Auſtriæ fatetur, quod, cũ poſt obitum cognati ſui Henrici, Ratisbonenſis Burggraui, beneficium, quod ille à Bambergenſi Eccleſia habuerat, plenariè obtinuerit, in quo etiam Aduocatiam bonorum Biburgenſis Cœnobij in Tangrintl, quam ſine vllo emolumento ſolummodo pro remedio animæ ſuæ, Parentum & prædicti Henrici poſſidere velit: Proinde decimationes inibi de redditibus eorum, & quicquid reliquum iuris in bonis ipſorum habuit, vnà cum quodam nemore prædicto Monaſterio donauit . Actum apud Ens, Anno 1185.

NANZO Abbas litigauit cum Conrado, Comite de Frontenhauſen, pro iure patronatus in Sandolzhauſen, & vicit circa Annum 1220.

MONASTERIVM combuſtum eſt, Anno 1228.

DEFICIENTE linea Dominorum primorum de Hiltpoldſtain, Aduocatia huius Eccleſiæ, circa Annum 1250. ad Duces Bauariæ peruenit, nempe ad Ludouicum, patrem Ludouici Imperatoris, quem Abbas & Conuentus vigore priuilegij Friderici primi Imperatoris, ipſis Anno 1167. conceſſi, libere elegerunt. Quapropter Ludouicus Dux illis multa priuilegia dedit, vt in libro fundationis apparet, de Anno 1260. alterum 1273. Selingſtadij.

SVB Henrico IV. Abbate, aliàs ſub Iſenrico, tempore Friderici primi Imper. & Henrici Ducis Bauariæ & Saxoniæ, Monaſterium ad ſummam inopiam redactum eſt, propter ſumptus, quos dare coactum eſt Leoni Epiſcopo Ratisbonenſi. ad Conſilium Gregorij Papæ X. Item propter decimas omnium rerum ad expeditionem Hieroſolymitanam exactas. Obiit iſte Abbas Anno 1278. Eodem anno combuſtum eſt Monaſterium Monialium & domus Cameræ.

OTTO Cholner Abbas obiit Anno 1335.

HENRICVS Eyſtetter Abbas, obiit Anno 1371. Hic lapidem magnum poſuit ſuper oſſa Abbatum extra templum, vbi 24. Abbates ſepulti dicuntur.

HAYDENRICVS Startzhauſer benè & ſapienter præfuit, ob lepram amouetur. Obiit Anno 1407. monumentum extat.

FRIDERICVS Startzhauſer, primus Abbas infulatus, obiit Anno 1474.

WOLFGANGVS Peffenhauſer, Abbas, obiit. 1507.

IN

In Templo ibi est sepulchrum exaltatum, cum hac inscriptione: Anno Domini 1151. obiit S. Bertha, fundatrix huius loci.

Nobiles in hoc Monasterio sepulti.

PEFFENHAVSER { Vlricus Peffenhauser obiit Anno 1260.
Stephanus Peffenhauser obiit Anno 1400.

CONRADVS Eystetter, miles, obiit Anno 1363.

Item Liberi de { Aykoltinger, Leutenbecken, Hiltpoldstein, Startzhauser & Leublstorffer.

ADDITIONES.

Ex libr. Fundat. M. S. Monasterij Biburgen.

GVm iucunda sit preteritorum cognitio, plurimum etiam soleat prodesse, tàm in rebus publicis quam priuatis: ideo breuiter & summatim annotare libet litteris, qualiter vel à quibus Cœnobium Dei genitricis *Mariæ* in *Biburg* fuerit institutum, vel quæ eidem bona à fidelib. sint collata. Erant duo fratres, CHVNRADVS & ARBO, cum sorore PERTHA, quibus locus ipse vbi nunc fundata est cella, in hæreditatem diuisa peruenerat, ibique habebant residentiam corporalem. Hi ergò quamuis illis tùm pro ætate, tum pro conditione satis arrideret mundus: erant enim secundum sæculum ex ingenuis & liberis parentibus; Spiritu Dei tamen adtacti, seipsos, locũ ipsum, cum omni adiacenti terra & prædijs diuinis decreuerunt obsequijs mancipare. Conuocatis igitur parentibus & amicis, *Ludolpho* de *Griespach*, *Burchardo*, de *Panzingen*. *Radwino* de *VVeichs*, bona deliberatione præhabita, requiritur locus institutioni regulari conueniens, & vbi nunc cernitur designatur. Adsciscunt ergo Cooperatorem sibi Venerabilem *Ottonem Bambergensem* Episcopum, & fundatorem loci constituunt, se & sua omnia cedentes eidem, ea videlicet conditione, vt constructo Monasterio cum officinis congregationi Monachorum Deo ibidem seruientũ competentibus, electio Abbatis loci ipsius ab omni esset coactione extranea. Electus tamen vestiretur ab Episcopo *Babenbergensi*, esset que in Abbatis & fratrum potestate, eligere sibi Aduocatum quem vellent, vnoque decedente nullum hæredem illius in jure hæreditario succedere, nisi ex Abbatis & fratrum beneplacito. Sex igitur annis construitur & consummatur Monasterium cum reliquis officinis, & condunatis fratribus Deo ibidem seruientibus, Abbas primus eis præficitur filius prædictę *Perthæ*, vir religiosissimus EBERHARDVS, postea *Salisburgensis* Archiepiscopus. Qui videlicet Abbas cum fratribus de communi consilio *Vlricum* de *Lapide* auunculum prædicti Abbatis primum sibi eligunt Aduocatum. Septimo igitur anno D. *Otto* Episcopus *Babenbergensis* moritur in Domino, & ENGILBERTVS succedit eidem, cuius anno secũdo dedicatur monasterium in honore Dei genitricis Mariæ ab *Hainrico* Ratisbonen. Episcopo, anno Domini. MC. tricesimo tertio in festo Simonis & Iudæ. Ipsa igitur die renouata est prænominatorum prædiorum, traditio per manum *Vlrici* Aduocati, videlicet locus ipse cum adiacenti terra, agris, vineis, aquis, aquarumue decursibus, siluis, pratis, pascuis, locis cultis & incultis, cum omni iure quo ipsi nobiliter in pace possederant. Iurisdictionem quoque iudicandi (exceptis tribus casibus) de possessionibus seu hominibus eidem Monasterio adia-

adjacentibus & adtinentibus, videlicet *Alungstorff*, *Raperstorff*, *Oezenpach*, *Türenpuch*, *Machterstorff*, *Perchach*, *Pichach*, *Hörlpach*.

Omnia tollit ætas, & cuncta tollit obliuio; literæ solæ suffragantur memoriæ, & præterita reddunt oculis, quasi sint præsentia. Vnde cum jocunda sit præteritorum cognitio, plurimum etiam solet prodesse tàm in priuatis quàm rebus publicis; reportat enim gratiam etiam mortuis, ad exempla bonorum inuitat, prauorum cupiditates mitigat, dirimit lites, derogat auaritiæ, veritati non parùm adstipulatur. Huius rei gratia permoti, qualiter vel à quibus Cœnobium B. Dei genitricis *Mariæ Biburch* institutum sit, vel quæ nostris temporibus à fidelibus Christi fratribus ibidem Domino seruientibus collata sint, breuiter & summatim annotare curauimus, propter hoc maximè; quia bona aliarum Ecclesiarum distrahi & alienari plerunque videmus, ob hoc videlicet, quia nulla existant documenta, quibus eisdem Ecclesiis collata demonstrentur: simul etiam vt hoc breuiarium memoriæ futurorum reportet * fidelium defunctorum, & à quibus ipsi deuotionem per bona temporalia perceperunt, vicissitudinem spiritalis obsequij non grauarentur illis rependere. Primùm ergò non ociosè repetimus, quia locus ipse, illa videlicet congeries, vt putatur, in qua nunc tota cella fundata cernitur, tribus hæredibus diuisa prouenerat. Pars illa in qua Capella B. *Stephani* sita est, juri subjacebat *Frisingensis* Ecclesiæ: Pars altera contra occidentem attingens piscinam superiorem, cuiusdam fœminæ nobilis erat *Willibirch* dictæ. Porro pars illa in qua Monasterium constructum est, *Henrici* cuiusdam viri nobilis, & vxoris suæ religiosæ, vt putabatur fœminæ, quę etiam *Bertha* dicebatur ditioni subjacebat. His ergo commodum visum est, vt partem illam, in qua fundata fuit Ecclesia B. *Stephani* commutatione legitima suæ parti copularent. Et cum juuaret eos tempus, vtpote qui benevolum habebant Dominum *Henricum* tunc temporis *Frisingensis* Ecclesiæ Pontificem, & *Ellenhardum* eiusdem Ecclesiæ Præpositum fratrem *Berthæ* prędictæ: Cum ergò juuaret eos tempus & opportunitas, dederunt partem prædij sui, vnam Hubam juxta riuulum qui dicitur *Phetrach*, & Ecclesiam vnam in fundo suo sitam, in villa quæ dicitur *Berge*, juxta *Isaram* fluuium cum decimatione vna, quæ juxta consuetudinem temporis illius, juris eorum videbatur. Hæc inquam dederunt *Frisingensi* Ecclesiæ, receptâ parte tertia totius illius montis, in quo nunc Cella consistit, cum omnibus suis pertinentiis, & decimatione vnius Curtis adjacentis, quæ dicitur *Waltungesbrucha*, à manu *Ottonis* Comitis de *Schiren*, qui tunc erat aduocatus Ecclesiæ *Frisingens.* duodecim etiam Ministerialibus præfatæ Ecclesiæ, sub attestatione jurisjurandi firmantibus legitimam & sufficientem, & Ecclesiæ suæ vtilem esse commutationem. Dein procedente tempore complacuit possessoribus & hæredibus partis tertiæ, *Tymoni* scilicet & *Villibirge* non, vt credimus, sine nutu Dei, compellente eos penuria rei familiaris, vt & ipsi accepto duodecim librarum argenti pretio consentientibus & adstipulantibus liberis suis, quod sui juris erat in manus transfunderent prædictorum. Sic olim Deus per Dauid futuræ domus suæ, quæ per Salomonem fabricanda fuit, prouidit & ordinauit expensa. Ita nunc quoque per fideles suos præstruit viam, & opportunitatem præparat, vt quando vult, & vbi vult, opera magnificentiæ suæ, in quibus & per quos vult declaret. Commanentibus ergò prædictis fidelib., nati sunt eis vndecim filij, & pater quidem intendebat animum, & pro viribus agebat, ne suis apud sæculares inferior haberetur, & non inferiores se relinqueret hæredes. Mater verò interim judicis placere

Ex cod. M. S.

*beneficia

placere ſtudebat conſpectibus, & diuitiarum ſuarum ſolum Dominum exoptabat hæredem. Itaque ſex filiis naturæ concedentibus, & ambobus parentibus è medio ſublatis, quinque ſuperſtitibus diuiditur hæreditas, & duobus quidem iunioribus ceſſit in hereditatem locus prædictus, quorum alter *Chunradus*, alter *Arbo* dicebatur. Quid ergo? Infra vnius anni circulum, quamuis illis pro ætate, pro conditione ſatis arrideret mundus: erant enim ſecundum ſeculum, parentibus non infimis: Spiritu tamen Dei attacti, tam locum in quo nunc cella conſtructa eſt, quam cetera ſua prædia diuinis mancipare decreuerũt obſequiis. Quorum exemplo quidam ipſorum propinqui vehementer accenſi, non ſolum ſua, verumetiam ſe ipſos Domino deuouerunt, quorum nomina fuerũt *Ludolphus* de *Griespach*, *Burchardus* de *Panzingen*, *Rahevvinus* de *Wichſe*. Habita itaq; cum paucis arbitris deliberatione, hoc in eorum omnium ſedit arbitrio, vt patrimoniis ſuis in vnum aliquem locum collatis in honorem Beatiſs. Dei genitricis *Mariæ*. & SS. *Apoſtolorum* congregationem Monachorum, ſi Dei voluntas fuiſſet, inſtituerent. Requiritur locus inſtitutioni conueniens, & ſine contentione concurrentibus omnium votis ibi deſignatur, vbi nunc cernitur. Sed quia ad perficiendum propoſitum ſuum, ipſi minus ſibi videbantur ſufficere, cooperatorem ſibi adſciſcunt Venerabilem *Ottonem Bambergenſem* Epiſcopum, imò fundatorem loci conſtituunt, cuius tota intentio in conſtruendis Monaſteriis, & ſuſtentandis pauperibus verſabatur: quoq; promptior eſſet eius animus, neue in alieno ſeminare videretur, locum prædictum cum omnibus eidẽ collatis ad altare B. *Petri* in S. *Babenbergenſi* Eccleſia per manum ERBONIS prędicti delegari fecerunt. Ea videlicet conditione, vt electio Abbatis loci illius ab omni eſſet coactione extranea. Electus tamen Abbas ab Epiſcopo inueſtiretur, neque inferior haberetur locus ipſe cæteris Monaſteriis, quæ à prima inſtitutione Epiſcopatus ibi collata noſcuntur. eſſetque in Abbatis & fratrum poteſtate, eligere Aduocatum quem ſibi voluiſſent, vnoque decedente, nullum hæredum illius iure hæreditario ſuccedere, niſi ex Abbatis & fratrum beneplacito. Itaque bonæ & ſanctæ memoriæ Venerabilis Epiſcopus, quæ tunc in præſentiarum cum prædicto loco ſuſceperat, deſignari fecit in chartula, quorũ nomina ſubſcripta ſunt: villam totam quæ dicitur *Griezpach* : quatuor Manſos *Morenhouen*: duas curtes *Bolzenhuſen*, iuxta caſtrum *Brixienſis* Epiſcopi quod dicitur *Seuena*: mediam partem quæ dicitur *Gubdun*, quæ ſoluit quinque Carradas vini. Curtem vnam *Rappertesdorff*. Curtem vnam *Linten* Curtem vnam *Sikelingẽ*. *Herſegingen* vnam. decem manſos in villa quæ dicitur *Puch*. *Pichenpach* curtem vnam. *Eicha* vnam. *Haezechouen* vnam, *Rantpolteshouen* vnam. *Puchouen* vnam. *Vmelstorff* vnam. *Mechtriſdorff* vnam. Molendinum vnum *Hegenvvang*. *Rappertorff* vnum. *Lebeſingen* vnam curtem. Dedit ergo prædictus Epiſcopus expenſas ad ædificandum Monaſterium, quingenta & ſedecim talenta: & ad ſtipendia fratrum ſeptem manſos noualium in *Tagrintele*, & beneficium cuiuſdam miniſterialis ſui, in villa quæ dicitur *Tisbach* propè fluuium *Iſaram*, & ſex annis conſummauit monaſterium, ipſeque ſeptimo anno plenus dierum bonorum defunctus eſt: cui ſucceſſit *Egilbertus* Epiſcopus, & ipſius anno ſecundo dedicatum eſt Monaſterium ab *Henrico Ratiſponenſi* Epiſcopo, in natalitio Apoſtolorum Simonis & Iudæ. In dedicatione ergo Monaſterij renouata eſt prænominatorum prædiorum traditio per manum *Vdalrici* aduocati, qui etiam ſuperaddidit quandam villam ſuæ proprietatis *Perchach* dictam, conſentiente & rogante vxore ſua *Helica* & filio ſuo *Purchardo*, quatuor videlicet curtes, & duas vineas. Vineam vnam & curtem vnam ad hoſpitale pauperum, tres reliquas cum pomerio, & area ſua, & vinea, & omnibus ſuis pertinentiis, duas curtes *Mirenberch*

cum

cum Molendino vno. Quam Ecclesiam cum cura & decimatione, & omni jure suo. B. memoriæ Episcopus *Henricus* & *Hartvvicus Chunrado* Abbati, & omnibus suis successoribus in perpetuum concesserunt. &c.

INNOCENTIVS seruus seruorum Dei, dilecto filio *Eberhardo* Abbati sanctæ Mariæ *Biburgensi*, eiusq; successoribus regulariter substituendis in perpetuum. In sede justitiæ disponente Domino constituti, Ecclesiarum quieti & vtilitati salubriter prouidere nos conuenit: vt quemadmodum per Dei gratiam *Patres* vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Cuius rei gratia dilecte in Domino fili *Eberharde*, tuis fratrumq; tuorum iustis desiderijs annuentes, Ecclesiam beatæ Dei Genitricis & Virginis *Mariæ Biburgensis*, in qua diuinis estis obsequiis mancipati, sub Beati *Petri* tutela & nostra defensione suscipimus, & Apostolicæ sedis Priuilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, vt religio, quæ secundum Beati *Benedicti* regulam per studium atque industriam *Ottonis Bambergensis* Episcopi instituta esse cognoscitur in vestra Ecclesia, perpetuis futuris temporibus ibidem firmiter obseruetur. Quascunq; præterea possessiones, quæcunq; bona idem locus in præsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futuro concessione Pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis in perpetuum & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis, videlicet: *Griezpach, Mozeinhouen, Pucha, Percha, Gubedā, Lobesingen*, in *Tangrintil* septem mansos de noualibus, & Ecclesiam super monte *Adallungestorf*. Adijcientes insuper statuimus, vt de fundo vestri Monasterij, siue de noualibus vel alijs laboribus, quos proprijs manibus sumptibusue colligitis, nullus à vobis decimas exigere audeat.

Nulli etiam Episcopo licentia pateat, angarias vel alias nouas exactiones monasticæ quieti & religioni contrarias vobis vel Ecclesiæ vestræ imponere. Porro sepulturam ipsius loci liberam esse censemus, vt eorum qui se illic sepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres aut fratrum pars consilij sanioris secundum Dei timorem & B. Benedicti regulam præuiderint eligendum. Liceat etiam vobis & Ecclesiæ vestræ aduocatum eligere, atque ad peragendas vtilitates ipsius loci libere ipsum habere. Nulli ergò omnino hominum fas sit vos vel Ecclesiam vestram super hac nostra constitutione temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integrè conseruentur, eorum pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum Ecclesiastica sæcularisue persona huius nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei ac Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen Amen. Datum *Laterani* per manum Almerici S. R. E. Diaconi Cardinalis & Cancellarij VII. Idus Ianuarij, indictione II. Incarnationis Dominicæ anno

milleſimo centeſimo triceſimo nono, Pontificatus verò Domini Innocentij ſecundi Papæ Anno nono.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs *Henrico* Abbati S. *Mariæ* Monaſterij *Biburgenſis* eiuſque fratribus tam præſentibus quàm futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolico nos conuenit adeſſe præſidio, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito reuocet, aut robur, quod abſit, religionis ſacræ infringat. Ea propter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium, in quo diuino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio cõmunimus. Statuentes quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum omnib' pertinentijs ſuis, terris, ſiluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſib. piſcationibus, molendinis, decimis de terris veſtris cultis & incolendis, acquiſitis & acquirendis, quas *Richerus Brixinenſis* Epiſcopus, & bonæ memoriæ *Hartmannus* & *Henricus* quondam *Brixinenſes* Epiſcopi ex Epiſcopatu ſuo Monaſterio veſtro pia prouidentia condonarunt, cum claue Eccleſiæ *Phane*: liberum etiam tranſitum in anguſtijs montium per clauſuras apud *Seners* & *Babionem*, ſine omni exactionum grauamine: prædium *Machtfridestorf*, prædium *Hirelpach*, prædium *Oeſtenpach*, prædium *Direnpuch*, prædium *Rappoteſtorf*. prædium *Adelhartesgadin*, prædium *Lintkirchen*, apud *Pottenhauſen* duas curtes, apud *Tegernpach* curtes, & vineas, *Perge* apud *Iſaram*, reditus *Salis Halle*, curtes apud *Wuthſe*, cum Eccleſia, prædium *Puch*, prædium *Aichkirchen*, cum Eccleſia & aliis appendiciis ſuis, curtem *Pickenbach*, curtem *Aichach*, prædium *Lindin*, curtem *Siklingen*, prædium *Ernſingen*, prædium *Lobſingen*, prædium *Tollingen*, prædium *Marora*, *Mernberch*, *Eiirshofen*, curtes duas *Mozenhofen*, *Grieſpach* cum Eccleſia *Lanzenhauſen*, noualia apud *Pitengog*, *Hauſen*, *Vrſinge*, Curtem *Keſchingen*, curtem *Egwveil*, prædium *Schampach*, *Prugk*, vineas & alia prædia apud *Botzen*, *Altum*, culta & inculta, *Buldin* cum ſuis appendiicis, *Phanes* Eccleſiam cum ſuis appendiciis, *Namſe* cum ſuis conuallibus, prædium *Laens*, curtem *Seuers*, prædium *Valnit*, *Nauanz* cum ſuis montibus, prædium *Inbinnt*, Eccleſiam *Tollingen* inferiori, Eccleſiam *Alingeſtorff*, Eccleſiam *Puch*, Eccleſiam *Pereha*, prædium *Wintpoſſing*, *Holzeperg*, *Pulach*, Eccleſiam *Sandolteshauſen*, & molendinum, prædium *Hartlanten*, prædium *Steinſtorf*, theloneum apud *Tridentum* & apud *Rinam* à Domino *Eberhardo* quondam *Tridentinenſi* Epiſcopo ad petitionem chori per manus' Berchtoldi aduocati vobis conceſſo, prædium *Zallingen*, prædium *Studa*, prædium *Puchenhofen*, prædium *Vmelſtorf*, prædium *Hæzkofen*, prædium *Vlrici Ruſi*. Nulli quoque liceat monaſterio veſtro angarias vel alias exactiones monaſticæ quieti & religioni contrarias imponere.

Sabionem. Mechtfridestorf.

Sanè cum in monaſterio veſtro Aduocatus fuerit inſtituendus, Abbas cum fratribus conſilio & auxilio *Babenbergenſis* Epiſcopi, quem vtiliorem præuideric

uiderit instituat aduocatum, officium ei pro remedio animæ suæ secundum tenorem & jus fundationis ei committens, non beneficium concedens: ita quod idem officium ad nullum mortalium hæreditario jure descendat. Si vero institutus ad molestas exactiones gratia quæstus faciendas declinauerit, aut monasterio inutilis, & fratribus grauis extiterit, annitentibus Episcopo *Babenbergensi* ratione fundi, & Episcopo *Ratisponensi* ratione Diœcesis, ex apostolicæ sedis authoritate remoueatur, & alius loco eius vtilis præficiatur. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum qui ad sacros ordines fuerint promouendi à Diocesano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, & ea gratis & absque vlla prauitate vobis voluerit exhibere. Alioquin vobis liceat, quem malueritis adire Antistitem, qui nostra fultus authoritate quod postulatis indulgeat. In parochialibus verò Ecclesiis quas tenetis, liceat vobis sacerdotes eligere, & Episcopo præsentare, quibus si idonei fuerint, Episcopus animarum curam committet, vt de plebis quidem cura Episcopo, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Prohibemus insuper vt nulli fratrum vestrorum, post factam in loco vestro professionem, sine licentia Abbatis sui fas sit de claustro discedere; discedentem verò absque huiusmodi literarum cautione, nisi obtentu maioris religionis nullus audeat retinere. Sanè noualium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium, nullus à vobis decimas præsumat exigere. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorū, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioris, secundum Dei timorem & B. Benedicti regulam prouiderint eligendum. Sepulturam quoque eiusdem loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obsistat. Salua tamen justitia illarum ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus etiam vt nulli omninò hominum liceat præfatum monasterium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolicæ authoritate, & Diocesani Episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit, secundo tertióue commonita, nisi præsumptionē suam digna satisfactione & correctione correxerit, potestatis honorisque dignitate careat, reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum *Ferrariæ* per manus Gratiani S. R. E. Notarij, IV. Kal. Maij. Indict. X. Incarnationis Dominicæ anno M. CLXXVII. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ III. Año XVIII.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus* diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Ratio suadet & justitia exigit, vt ad protectionem Ecclesiarum Dei & defensionem, quæ per imperium nostrum longè latéque constitutæ sunt, gratiæ nostræ solatium extendamus. Maximè quidem ad illas, à quibus orationum suffragia die ac nocte percipimus. Per hoc

enim & temporalia noſtra ſucceſſu regentur proſpero, & ipſius miſerante clementia qui dat ſalutem regibus, gloria & honore coronabimur in cælo. Ea propter cognoſcant vniuerſi fideles imperij noſtri, præſentes & futuri, quod nos intuitu diuinæ remunerationis & noſtræ omniumque parentum noſtrorum ſalutis, dilectum noſtrum *Henricum* Abbatem *Biburgenſem*, totamque eius Eccleſiam, Monachos & fratres ibidem Deo ſeruientes, familiam & omnia bona, prædicto Monaſterio iuſtè pertinentia, ſiue à fundatoribus aut alijs fidelibus tradita, ſeu fratrum labore & induſtria rationabiliter conquiſita, quæ vel nũc habet, vel in poſterum Deo largiente poterit adipiſci, hæc omnia fouenda, protegenda, & contrà omnem impetum iniuriæ, violentiæ, iniuſtitiæ manutenenda, ſub imperialis tutelæ brachio libere & integrè recipimus. Specialiter autem & ex nomine prædium miniſterialis noſtri *Ortolfi* de *Triershouen*, quod nos ad petitionem eius eidem Monaſterio propria manu delegauimus, & ea quæ à dilecto noſtro nobili viro fratre *Wolffhero* in mõtanis ſunt eidem Eccleſiæ congregata, & contradita, ſcilicet: apud *Phanes*, apud *Botzen*, & ſuper *Aldinum* & *Gubdum* cum ſuis pertinentijs, & *Scheneues* ac *Nauiſſe* ac *Nabance*, *Valnitte*, *Lennes*. Liberum etiam tranſitum per *cluſas* ſine omni exactionũ grauamine apud *Seuens* & apud *Habionem*. Inſuper quod fratres eiuſdem monaſterij theloneum præſentare non debent apud *Tridentum*, nec apud *Riuam*, quæ libertas eis tradita eſt à venerabili Tridentinenſis Eccleſiæ Epiſcopo *Eberhardo*, & ab eiuſdem loci aduocato Comite *Gertoldo* de *Tyrol*. Præterea quod iidem fratres decimas de bonis, quæ habent vel habituri ſunt infra Epiſcopatum *Brixinenſem*, ſoluere non tenentur ex conceſſione & munere *Hartmanni Brixinenſis* Epiſcopi, eiuſque ſucceſſorum. Inſuper poſſeſſiones eiuſdem monaſterij *Raprehtsdorff*, *Adelungesdorff*, Eccleſiam & eius attinentias, *Ozenpach*, *Terrinpuch*, *Matrichesdorff*, *Berchahe*, cum Eccleſia & toto vſu illius villæ, *Eichahe*, *Vrtebach*, *Wiggenbach*, *Buche*, *Bruggeberg*, *Wihſe* Eccleſiam cum toto prædij illius vſu. *Aichkirchen* & eius petinentias, *Tollingen* cum Eccleſia & cæteris vſibus, *Mura*, *Grieſpach* cum Eccleſia & toto vſu: *Mortinhouen*, *Huſen*. Noualia apud *Bittingen*, *Luntisuſen*, *Egauuibre*, *Keſgingen*, *Inebuint*, *Labeſingen*, *Ergeſingen*, *Siggelingen*, *Harlandt*, *Linden*, *Lindtkirchen* Eccleſiã, & Curtem *Golzenberge*, *Guttinhuſen*, *Brugge*, *Windpoſingin*, *Steinesdorff*, *Schampach*, *Adelhardesgadine*, *Studahe*, *Vmbilsdorff*, *Halle* Bauariæ, *Vrſingen*. Ea igitur quæ Eccleſia in *Biburg* in prætaxatis locis & alijs ſimiliter legitimè poſſidet, & quæcũq; ei pertinent in terris, agris, vineis, aquis, aquarumq; decurſibus, ſiluis, pratis, paſcuis, locis cultis & incultis, nos eidem Monaſterio noſtra imperiali auctoritate confirmamus, & in omni quiete deinceps poſſidenda et tenenda ſtabilimus, indulgemus, & donamus, cum cæteris quoq; omnibus, quæ in futurum ad eiuſdem Eccleſiæ emolumentum licitè fuerint contracta. Præcipientes ergò firmiſſimè ſtatuimus, vt nemo ſit qui in his prædictæ Eccleſiæ Abbatẽ & fratres exterreat: nullus qui inde quidqam vſurpare aut diſtrahere temerè audeat. Nec homines eidem Eccleſiæ ſpectantes in perſonis vnquã aut rebus, vlla violentia perturbare præſumat. Statuimus præterea huius imperialis edicti vigore, vt Abbas præfati monaſterij cũ fratribus ſuis conſilio & auxilio *Babenbergenſis* Epiſcopi Aduocatum ſibi quem vtiliorem prouiderint, ſecundũ tenorẽ. & ius fundationis inſtituant, officium ſolummodo ei pro remedio animæ ipſius commendantes, non beneficium concedentes, ita vt hoc officiũ ad nullum mortalium hæreditario iure deſcẽdat, qui ſi poſtmodum ad moleſtias exactionum gratia quæſtus deuiauerit, aut monaſterio inutilis extiterit, & fratribus eorumq; hominibus grauis apparuerit: is profecto per noſtram auctoritatẽ à ſuſcepta fundi ratione amoueatur, & añitente *Babenbergenſi* Epiſcopo alius

ſ. Bertoldo.

ſ. Verrinpuch.

vti-

vtilior eidem officio ex Abbatis & fratrum deliberatione præficiatur. Præterea propriæ nostræ largitionis dona contradimus eidem monasterio siluam vbi liberè nobis attinet, illam scilicet, quæ sita est ex vtraque parte * *Isaræ*, ab exitu eiusdem fluuij, vsque ad locum qui dicitur *Oberembrugge*, quicquid comprehensum est infra decursum fluminis quod decurrit apud *Obernhouen* descendens in *Isaram*. Insuper concedimus eidem Ecclesiæ jus nostrum de fodiendo ære, siquidem in ipsius Ecclesiæ terminis aliqua metalli vena reperiatur. Si quis autem huic nostræ confirmationi, donationi, institutioni contraire vel obloqui habeat à possessionibus Ecclesiæ *Biburgensis* manus tamdiu contineat, donec in præsentia nostra, vel judicum, in quorum potestate bona sita sunt, de quibus habetur controuersia ea de quibus lis est, juris ratione obtineat vel amittat. * fluuij

Præterea hanc institutionem nostram per omnia, quæ præsenti Priuilegio inscripta sunt, sigilli nostri impressione confirmamus, & posteris nostris Regibus & Imperatoribus inuiolabiliter conseruanda destinamus: decernentes vt quicunq; Aduocatus vel alia quælibet persona contra paginam nostram hanc venire præsumpserit, Centum libras auri purissimi componat, dimidiam partem Cameræ nostræ, & dimidiam præfatæ Biburgensi Ecclesiæ. Nomina quoque testium pauca de multis, qui in donatione huius Priuilegij aderant placuit annotari. Christianus Moguntinus Archiepiscopus. Philippus Colonienſis Archiepiscopus. Wigmannus Magdeburgensis Archiepiscopus. Arnoldus Treuerensis Archiepiscopus. Hartvvicus Augustensis Episcopus. Hermannus Babenbergensis Episcopus. Adilo Hildesheimensis Episcopus. Florentinus Comes Holandiæ, Diethericus Marchio de Lusitz, & frater suus Comes Teto, Henricus Comes de Diecha, Otto Maior Præpositus in Babenberg, Eberhardus *Præpositus* S. Iacobi, Burckhardus *Præpositus* de Tirrstatt, Berchtoldus Comes de Tyrol, Henricus Comes de Eppan, Albo de Burgus, Hugo de Tucers, Eberhardus de Kiffenberg, & frater suus Regnaldus. Hademar de Ahusn, & alij quam plures.

Ego Gotefridus Cancellarius vice Philippi Colonienſis Archiepiscopi, & Italiæ ArchiCantellarij recognoui.

Acta sunt hęc anno Dominicę Incarnationis Millesimo centesimo septuagesimo septimo Indictione decima, regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſissimo, anno regni eius vicesimo sexto, Imperij autem vicesimo tertio, in Dei nomine feliciter, Amen. Datum apud *Cellam S. Iacobi* in Volana in Archiepiscopatu Rauennati, Prid. Kalend. Iunij mensis.

Non præteriri hoc loco debent silentio, ea quæ R.^mus P. Gretserus, in doctissimis suis notationibus ad vitam S. Ottonis Episcopi Bambergenſ. pag. 400. habet.

Non absre fore censui, si quæ in M. S. Catalogo Abbatum *Biburgensium* Auentinus scripsit; hoc loco commemorarem: nam & ad S. *Ottonem* nostrum aliquatenus spectant. Ita ergo ille.

Anno à nato Christo Millesimo centesimo, quarto atque vicesimo. *Vlricus* & *Gebhardus*, maiores natu, fratres germani, filij *Heinrici* de *Piburgio* & *Berthæ* ex *Histria*, paternam diuiserunt hereditatem. *Henricus* & *Gebhardus* sortiti sunt *Hilpoldestainan*. *Chunradus* autem, *Erbo* atque *Bertha Piburgium*. Alij duo fratres horum, *Eberhardus* & *Meginuuardus*, sacris initiati, Ecclesiasticique erant. Ille, Canonicus *Babobergenſis*, atque deinde monachus *Priſelingenſis*. Hic *Veteris Capellæ Ratisponenſ.* Præpositus. Quatuor alij filij, *Otto*, *Magnus*, *Albertus*, *Hezelo* siue *Henricus*, ante parentes ex hac vitâ migrarunt. Nam *Heinricus* ille superior vndecim liberos ex *Bertha* vxore sua progenuit, decem mares, vnam fœminam *Bertham*.

Proximo deinceps anno, id est, Anno Christi Seruatoris nostri MCXXV. *Chunradus*, *Erbo* & *Bertha* consilio & auxilio S. OTTONIS Episcopi *Babobergenſis*

de Patrimonio suo Benedictinis viris atque feminis Coenobium: Item pauperibus atque egenis domum (quod Hospitale vocant) ædificare cæperunt, & octauo anno compleuerunt, hoc est anno salutis Millesimo centesimo tricesimo tertio. Quo etiam anno in die Simonis & Iudæ, diuus Otto *Babobergensis* Episcopus, & *Heinricus* Comes de *Wolfratshausen*, cognatus *Berthæ* vxoris *Heinrici* superioris, Pontifex *Ratisbonensis* templum consecrarunt. *Eberhardus* Monachus eo tempore *Brufelingensis* fit Abbas: Frater eius *Vlricus* de *Stain*, aduocatus: qui etiam *Percham* dono dedit Monasterio.

Innocentius secundus Pontifex maximus comprobauit, atque diplomate suo firmauit.

Diuus *Eberhardus* primus Abbas, natus patre *Heinrico* matre *Bertha Babobergæ* literis eruditus est, ibiq; Canonicus factus. Deinde cum Præceptore in Vrbem *Parisiorum* missus, Philosophiæ operam dedit. Reuersus à studio *Babobergam*, ad Monasterium S. *Michaelis* clam iuit, monachumquè se profiteri cœpit. A diuo OTTONE Episcopo Babobergensi ad *Prufelingam* transfertur; quod templum idem OTTO condidit. Vbi sanctus *Eberhardus* degit vsque ad consecrationem *Piburgensis* Monasterij à fratribus suis constructi: Præfuitq; Coenobio annos tredecim, menses quinque, dies decem. Nam *Chunrado* primo Archiepiscopo *Salzburgensi* de *Abensberg* oriundo cognato & vicino suo in Pontificatu successit.

Electusq; est anno Christi Millesimo, centesimo, quadragesimo septimo, quo anno, eius jussu Eberhardus & Heinricus scripserunt Bibliam, Origenisque Homilias. Item alios libros, qui adhuc extant *Piburgij* & monstrantur. Præsedit *Salisburgensi* Ecclesiæ annos decem & septem, menses vndecim, dies decem. Obijt anno Christianæ salutis millesimo, centesimo, sexagesimo tertio, decimo Kalendas Iulij.

Humatus est *Salzburgij* in maximo templo, vbi adhuc religiose colitur, & populus frequens ad eius Sepulchrum concurrit.

Chunradus Primus à sancto *Eberhardo* institutus adminstrauit *Piburgense* Monasterium annos sex, menses totidem. Ex hac vita migrauit anno Christi millesimo, centesimo, quinquagesimo tertio, decimo Kalend. Nouembris, in die Seueri Episcopi. Extat adhuc eius sacramentum, quod Religioni sub diuo *Eberhardo* dedit. Sub eo *Bertha*, quæ cum fratribus *Chunrado* & *Erbone Piburgiis* arcem in templum commutauit, excessit ex hac vita anno Christi millesimo, centesimo, quinquagesimo primo, octauo Idus Augusti, in die Sixti.

Contra hunc *Conradum* secundum Biburgensis Monasterij Abbatem, tam sæua tempestas, quorundam improbitate exstitit, vt ad eam sedandam, ipse Adrianus IV. Pontifex Romanus; itemque Episcopi Ratisbonensis & Bambergensis accurrere debuerint; vt intelliges ex quinque sequentibus Epistolis, quas reperi in manu scripto quodam Codice, quem Viennâ ad me misit vir clarissimus, & in omni studiorum genere eruditissimus Dominus SEBASTIANVS TENGNAGEL I.V.D. Cæsareæ Bibliothecæ Præfectus.

Literæ commendatitiæ ab Episcopo Ratisbonensi Conrado Abbati datæ.

ORthodoxis omnibus IC. Dei gratia, Ecclesiæ *Ratisbonensis* Episcopus, quidquid, hic & in futuro felicius. pateat vniuersitati vestræ qualiter venerãdus & amandus filius noster *Conradus Biburgensis* Monasterij quondam Abbas, præsentium lator, turbatæ quieti & suæ & fratrum suorum humiliter & benignecõsuluit: quidam enim ex fratribus suis amaro Zelo inflammati, bonæ opinioni ipsius, primò intus & latenter; deinde etiam foris & patenter detrahere cœperunt.

runt. Cui scandalo reprimendo tum à Domino EBERHARDO *Salzburgensi* Archiepiscopo, & EBERHARDO *Bambergensi* Episcopo, tum etiam à nobis & nostris, sæpè diu & multum frustra, quia nimis leniter laboratum est. Tandē magnis nostræ Ecclesiæ negotijs occupati, dilectissimo & venerabili fratri, & coepiscopo nostro *Bambergensi*, & Prælatis nostris, vicem nostram in hac re concessimus, qui ad prædictum Monasterium venientes, omnia prudenti, & fideli discussione ventilare cœperunt. Sed fortè propter nostram absentiam, ferro abscissionis, in pertinaces & publicè culpam suam confessos minus vsi sunt. Ita ad ciuitatem nostram Dominus Episcopus & Abbas regressi, sex de parte detentorum cum assensu reliquorum ad principalem Ecclesiam nostram adduxerūt, vbi nec bono Zelo, nec vera, de Abbate suo immerente se iactasse, publicè confessi sunt. Tunc Dominus Abbas pœnitentiæ quorundam minus confidens, & non dignitati, sed quieti & saluti suæ intendens, quia suspecti & morbidi abscissi non sunt, Abbatiam vltrò resignauit. Quod factum pro reuerentia Dominī *Bambergensis*, & amore Abbatis, non tamen sine scrupulo suscepimus, & ipsum ab obedientia nostra non absoluentes vniuersitati vestræ, tanquam prudentem & fidelem virum commendamus.

Literæ Commendatitiæ datæ Conrado Abbati ab Eberhardo Episcopo Bambergensi.

OMnibus in regno caritatis, EBERHARDVS *Bambergensis* non suis meritis vocatus Episcopus salutem, & eam quæ maior est omnib., & quæ nunquam excidet, charitatem. Domino dicente; væ ei per quem scandalum venit, cum inter fratres ante omnia scandala vitanda sint, nolumus quemquam scandalizari, in persona venerabilis & dilecti fratris nostri *Conradi* quondam *Biburgensis* Abbatis, eiusq; separatione à fratribus suis. Equidem arbor ipse bona illiq; terra bona tanta dissimilitudine, & ea quę alia natura est morum consuetudine discrepant vt fructuosè, & vnius moris in domo Dei cohabitare non possent. Vnde nascente & crescente de die in diem inter eos discordia, cum soleat antiquus hostis, quorum vitam non potest, saltem famam lædere, prædictus frater omni non solum infamia sed etiam suspitionis macula abolita, communi & publica fratrum suorum adtestatione; specialiter verò quorundam, qui in eo scandalizati fuerant, recognitione, in nostra ex chori *Radisbonensis* præsentia, ad sedandam tempestuosam inter se & contra se fratrum discordiam libera voce cū Iona ait, Si tempestas hęc propter me est, tollite me, & mittite in mare, in eius nomine, qui venit non perdere animas sed saluare. Ac sic Abbas nobis & choro, vice Domini *Ratisbonensis* Episcopi resignata, fratres & sorores præsentes & absentes obedientia sua absoluit; Cuius rei testimonium perhibentes, præsentem ei cautionem porreximus & omnibus ad quos peruenit, sicut prudentem, literatum & bonæ æstimationis fratrem, in eo cuius hæc dona sunt, attentius commendamus.

Literæ commendatitiæ datæ Conrado Abbati à Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Ratisbonensis.

VNiuersis sanctæ Ecclesiæ ordinibus & dignitatibus, chorus S. *Petri Radisbonensis* perpetuam in Domino salutem & pacem.

Notum vniuersitati vestræ facimus, de presentium latore Domino *Conrado Biburgense* quondam Abbate, qualiter multas sæpe aduersus semetipsum contradictiones subiectorum & rebelliones pertulerit, sed omni tempore, quo conuersatus apud nos est, deprehendi ad infamiam, vel depositionem nunquam potuerit: quod Episcopus *Bambergensis* aduenies, hinc inde auditis partibus

animaduertit profectò, & ipsi fratres adeò intelligere cœperunt, vt pacis compositionem amplectentes, vniuersi tunc in monasterio publicè & priuatim; pòst aliquanti excepti in Ecclesia nostra *Ratisbonensi* confiteri malas * valetudines suas at non ipsius culpam consentirent; protestantes multo magis se ex odio & subuersione animi, quàm conscientia recta & veritate, honorabilis personæ famam laceraſſe. Tunc demum, vir emeritus, cedere, Abbatiam sponte resignando, non distulit. Talem exitum spectati viri, oculis nostris aspicientes, scribimus vniuersis Ecclesiis Dei, dignam, laude, honore, dignitate conuersationem eius & scientiam prædicantes.

* affectiones

Diploma Adriani IV. Pontificis, quo Conradum Abbatem in pristinum dignitatis locum restituit.

Adrianus Episcopus Seruus Seruorum Dei. Venerabilibus fratribus *Eberhardo Salisburgensi* Archiepiscopo, & *Ratisbonensi* Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Dilectus filius noster *Conradus* Abbas Monasterij S. Mariæ de *Biburch*, sicut ex tua Fraternitate *Ratisponensis* Episcope, & Canonicorum tuorum, & Fratris nostri *Bambergensis* Episcopi attestatione atque aliorum plurium religiosorum virorum assertione cognouimus, quorundam iniquorum fratrum malitia & vexatione compulsus à monasterio suo discessit, & Apostolicæ sedis præsentiã visitauit: qui dum transfretare disponeret, & Hierosolymam pergere, vt ibidẽ in aliquo loco religioso ad Dei seruitium, & ad saluandam animam perpetuò moraretur, nos eum à suæ mentis intentione retraximus, & ipsum ad proprium monasterium remisimus, vt fratrum curã sicut hactenus, ita de cætero habeat, & in Abbatia plenariè debeat ministrare.

Eum itaque fraternitati vestræ attentius commendantes, per apostolica vobis scripta præcipiendo mandamus, quatenus ipsum infra XX. dies post harum susceptionem in plenitudinem Abbatiæ, auctoritate nostra, omni occasione ac dilatione postposita, restituatis, fratribusque eiusdem monasterij firmiter iniungentes, vt eum honestè recipiant, benignè tractent, & ipsi, tamquã proprio Abbati, & animarum suarum rectori debitam in omnibus reuerentiam & subiectionem impendant. Si verò aliquis interim in eadem Abbatia fuerit subrogatus, eum sine contradictionis obstaculo penitus amouericuretis: Duos etiam eiusdem Ecclesiæ monachos * *Vdo:* videlicet & * *Walth:* & duos Conuersos scilicet * *Euch:* & *Vdal*, quibus infestantibus & multipliciter perturbantibus prædictus filius noster Conradus Abbas commissæ sibi Abbatiæ regimen se asserit dimisisse, ab ipso monasterio remoueatis, & eos in obedientiis monasterij extra monasterium tamen, auctoritate nostra ponatis. Qui tamdiu compellantur in ipsis obedientiis permanere, quo vsque à sua malitia recedentes, correcti & emendati à memorato Abbate ad proprium monasterium reuocentur. Data *Laterani*, XV. Kal. Maij.

*Vdonem
* Waltherum
* Eucherium fortè vel Eucharium
*Vdalricũ

Literæ Adriani Pontificis ad Conuentum Biburgensem.

Adrianus Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis monachis & Conuersis Mariæ de *Biburch*, salutem & apostolicam benedictionem.

Dilectus filius noster *Conradus* Abbas vester, sicut ex relatione sua, & plurium religiosorum virorum attestatione cognouimus, quorundam iniquorum fratrum malitia & vexatione compulsus, à Monasterio vestro discessit, & apostolicæ sedis præsentiam visitauit. Qui dum transfretare disponeret, & Ierosolymam pergere, vt ibidem in aliquo loco religioso ad Dei seruitium, & ad saluandam animam perpetuò moraretur, nos eum à suæ mentis intentione retraximus,

ximus, & ipsum ad proprium monasterium remisimus vt fratrum curam, sicut hactenus, ita de cætero habeat, & in Abbatia debeat plenariè ministrare.

Eum itaque vniuersitati vestræ attentius commendantes per Apostolica scripta vobis præcipiendo mandamus, quatenus eum honestè recipiatis, benigne tractetis, ipsi tanquam proprio Abbati, & animarum vestrarum Rectori debitam in omnibus subiectionem & obedientiam impendatis. In nullo quoque eidem rebelles, in nullo contumaces existere præsumatis. Quod si fortè contempseritis adimplere sententiam, quam ipse in aliquem vestrum, qui contemptor extiterit, propter hoc canonicè promulgauerit; à nobis ratam nouerit is ac firmam habendam.

Duos autem monasterij vestri monachos, *Vd.* videlicet & *Gualch.* & duos conuersos, scilicet *Vd.* & *Euch.* quibus infestantibus & multipliciter perturbantibus prædictus filius noster *Conradus* Abbas comissæ sibi Abbatiæ regimen se asserit dimisisse, per fratres nostros *Salzburgensem* Archiepiscopum, & *Ratisbonensem* Episcopum ab ipso monasterio præcepimus amoueri, & eos tamdiu in obedientijs monasterij extra monasterium decernimus permanere, quo vsq; à sua malitia recedentes correcti, & emendati à memorato Abbate ad propriũ monasterium reuocentur. Data Laterani, XV. Kal. Maij.

Hactenus literæ in causa *Conradi* Abbatis *Biburgensis*. Ille autem Episcopus *Ratisbonensis* litera H. designatus; aut est *Henricus* hoc nomine primus, Comes *Wolfratshausen*, aut successor eius *Hartvicus*, qui Episcopatum inijt eo ipso anno, quo *Henricus* excessit, nempe M C L V. Illud certum, errare Auentinum quando *Conradum* Abbatem obijsse dicit, anno M C L III. Cum enim pro *Conrado* Abbate Romam profecto *Adrianus* Papa IV. ad supra dictos Episcopos, & ad *Biburgensem* Conuentum rescripserit, *Adrianus* autem Anno demum 1155. Pontificatũ adeptus sit, fieri non potest, vt *Conradus*, Anno, quem Auentinus notat, infata concesserit.

CATALOGVS ABBATVM PIBVRGENSIVM EX tabula Ioan. Auentini sua manu scripta.

I. DIuus EBERHARDVS primꝰ Abbas, natꝰ patre *Heinrico*, matre *Bertha*, *Babobergæ* literis traditus est, ibiq; Canonicus factus: deinde cum *Præceptore* in vrbem Parisiorum missus Philosophiæ operam dedit. Reuersus à studio *Babobergam* ad Monasterium S. Michaelis clam iuit, monachumq; se profiteri cœpit. A Diuo Ottone Episcopo *Babobergensi* ad *Priselingam* transfertur, quod Templum idem *Otto* condidit. Vbi S. *Eberhardus* degit vsque ad consecrationem *Piburgensis* Monasterij à fratribus suis constructi: Præfuitq; Cœnobio annos tredecim, menses quinque, dies decem. Nam *Chunrado* primo Archiepiscopo *Salisburgensi* de *Abensperg* oriundo, cognato & vicino suo in Pontificatu successit.

Electusq; est anno Christi Millesimo, centesimo, quadragesimo septimo, quo anno, eius jussu *Eberhardus & Heinricus* scripserunt Bibliam, Origenisque Homilias. Item alios libros, qui adhuc extant *Piburgij* & monstrantur. Præsedit *Salisburgensi* Ecclesiæ annos decem & septem, menses vndecim, dies decem. Obijt anno Christianæ salutis millesimo, centesimo, sexagesimo tertio, decimo Kalend. Iulij. Humatus est *Salisburgij* in maximo templo, vbi adhuc religiosè colitur, & populus frequens ad eius sepulchrum concurrit.

II. CHVNRADVS primus à Sancto *Eberhardo* institutus administrauit *Piburgense* Monasterium annos sex, menses totidem. Ex hac vita migrauit anno Christi millesimo, centesimo, quinquagesimo tertio, decimo Kalend. Nouembris, in die *Seueri* Episcopi. Extat adhuc eius sacramentum, quod Religioni sub

Diuo

Diuo *Eberhardo* dedit. Sub eo *Bertha*, quæ cum fratribus *Chunrado* & *Erbone Piburgium* arcem in templum commutauit, excessit ex hac vita Anno Christi milleſimo centeſimo quinquageſimo primo, octauo Idus Auguſti, in die *Sixti*.

III. HENRICVS primus rexit annos quindecim. Obiit anno Christi Milleſimo centeſimo ſexageſimo octauo. Iuſſu eius anno Dominii Milleſimo centeſimo ſexageſimo tertio *Bertoldus* & *Duringus* ſcripſerunt Auguſtinum de Trinitate, & alios libros, *Erbo* quoque & fratres eius *Chunradus* & *Vlricus* de *Stain* obiuerunt ſub eodem tempore octauo Kalend. Martij, *Cathedra Petri*.

IV. ALBERO fuit Abbas ſeptem annis. Obiit anno Chriſti milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto.

V. ISENRICVS quintus abbas, impetrauit ab Imperatore *Friderico* primo priuilegia. *Burckardus* de *Stain* fuit tum Aduocatus. Præfuit annis quatuor. Obiit anno Christi MCLXXIX. Hiſce temporibus *Vlricus* archidiaconus *Aquileienſis* de *Stain*, oriundus, tradit *Piburgenſi* monaſterio opera Auguſtini, tum commentaria in Prophetas atque Epiſtolas Pauli, in membranis antiquis literis ſcripta, quæ ſcripſit Eques *Torquatus*, ſiue vt tunc vocabant, miles, cum hoc adiecto diſticho:

Me miles ſcripſit, cauteſque locare rogauit,
Ne cum plebea ſcriptura ponar in area.

VI. IOANNES primus impetrauit à *Luipoldo* Duce *Auſtriæ* decimas in *Tangrintt*, quæ fuerant *Henrici* vltimi Comitis de *Retnburg*, qui fuit filius *Berthæ* filiæ ſancti *Luipoldi* aui huius Ducis *Luipoldi*. Præfuit annos vndecim. Obiit aũo Chriſti milleſimo centeſimo nonageſimo quinto. Kal. Iunij.

VII. THEODORICVS rexit annos nouem, menſes duos. Obiit anno Chriſti milleſimo centeſimo nonageſimo nono, decimo Kal. Auguſti.

VIII. POPPO gubernauit *Piburgenſe* cœnobium annos ſex, minus duobus menſibus, obiit anno Chriſti M. CC. V. Kal. Iunij.

IX. NANZO habuit litem cum *Chunrado* Comite de *Frontenhauſen* Epiſcopo *Ratiſbonenſi*, pro iure patronatus in *Sandolzhauſen*. Vicitque ſententia Iudicum. Sedit annos viginti duos, dies decem. Obiit anno ſalutis milleſimo ducenteſimo viceſimo ſeptimo, pridie Idus Iunij.

X. BERTOLDVS decimus abbas, fuit in dignitate annos quinque; ſub eo combuſtum eſt monaſterium Anno Christi MCCXXVIII. prid. Non. Maij, in die *Ioannis* ante *portam latinam*: & duo pueri ſcholares, *Chunradus* & *Rudiger*. Mortuus eſt à nato Chriſto Anno Milleſimo ducenteſimo triceſimo ſecundo.

XI. HENRICVS ſecundus octo gubernauit annos, obiitque anno ſalutis

XII. milleſimo ducenteſimo quadrageſimo, pridie nonas Iulij.

XIII. ALBERTVS primus rexit annis ſex minus quatuor diebus. Obiit anno Chriſti M. CC. XLVI. decimo Kal. Iulij, in die *Achatij*.

XIV. CHVNRADVS ſecundus rexit annos ſeptem. Migrauit ex hac vita anno ab orbe ſeruato M. CC. LIII.

RVDOLPHVS impetrauit *Vmelstorff* à *Conrado* de *Tolnſe Friſingenſi* Epiſcopo. *Albertus* de *Pittngevv* Epiſcopus *Ratiſbonenſis Sandoltzhauſen* quoque confirmauit. Præfuit annos quinque: obiitque anno Chriſti milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octauo.

XV. VLRICVS primus rexit annos tredecim. Ob ſoluendas Romanæ ſedi

XVI. penſiones aliqua prædia oppignorare coactus eſt. Obiit anno Chriſti 1271.

HENRICVS tertius, fuit abbas an. trib. mens. ſeptem, dieb. quatuor. Erat tum bellum inter Duces *Bauariæ Ludouicum* & *Henricum* fratres, qui ob titulum

tulum discordabant. *Pickenbach* tum exustum est, Abbas coactus est vendere pē-
siones pecuniarias. Obijt anno Christi 1275.

HENRICVS quartus præfuit annos tres, Menses duos. Tum monaste- XVII.
rium *Piburgense* ad summam inopiam redactum est, ob sumptus quos dare co-
actus est Abbas *Leoni* Episcopo *Ratisbonensi*, ad Concilium *Gregorij* Papæ decimi.
Item propter decimas omnium rerum sub pœna excommunicationis ad expe-
ditionem in terrā sanctam. Nam vt idem Abbas *Henricus* conqueritur, tum Pa-
palis decima in concilio *Lugdunensi* constituta clerum vexauit vniuersum. Hanc
ob rem mulcta vendere coactus est. Obijt anno Christi 1278.

FRIDERICVS primus rexit annos sedecim. Sub eo anno primo (is est XVIII.
Christi 1278. Idib. Maij, 3. die post *Gangolfi*) combustum est monasterium mo-
nialium, & domus Cameræ. Obijt anno Christi 1294. Nono Kal. Octob. in die
Ruperti.

LVDOVICVS rexit annos nouem, mensem vnum, dies 14. Pestilentia XIX.
pecoris tunc grauiter afflixit *Piburgium*. Obijt anno Christi 1303. 9. Idus No-
uembris.

ALBERTVS secundus rexit annis 7. Mensē 1. Obiit anno Christi 1310. XX.
Primus Abbas, qui monumentum habet proprium in sacello Diui *Ioannis*.

VLRICVS secundus præfuit an. 7. mortuus est anno Christi. 1317. XXI.

OTO Cholner rexit annos 18. Obijt anno seruatoris nostri 1335. VII.
Kal. septemb.

CHVNRADVS secundus de *Peffenhausen* rexit annis 17. men. 4. Obijt XXII.
natalibus Christi anno Christi 1352. secundus Abbas qui proprium monumen-
tum habet.

HENRICVS quintus *Eystater* præfuit annos 18. Mens. 2. Ob. an. Christi XXIII.
1371. 7. Kal. Martij, in vigilia *Mathiæ*. Hic lapidem magnum posuit super ossa
Abbatum extra templum ad Orientem, vbi 24. Abbates conditi sunt, vti fama
quoq; adhuc existit.

SEIFRIDVS *Pruckar* rexit annos 23. Menses 5. dies 10. Obijt anno Chri- XXIV.
sti 1394. 4 Idus Augusti, in die *Laurentij*, imperiales eo tempore vrbes deuasta-
runt *Bauariam*. In octaua die Agnetis *Sigoburgij* castra metati sunt.

HAIDENRICVS *Starzhauser* benè rexit & sapienter annis 13. septima- XXV.
nis 5. oblepram amotus est. Obijt anno salutis 1407. Martini. Tertius Abbas,
qui proprium monumentum habet.

HARTVICVS *Teysenhofer* consiliarius fuit Ducis *Ernesti* proaui nostro- XXVI.
rum Principum, mutuo accepit vndiq; pecuniam à Iudæis, ciuibus, monachis
mendicantibus, numero 800. ferme aureos. Villas vendidit, oppignerauit. Cū
rexisset annis 19. depositus est, & successit.

PETRVS. Hoc post septimum Mensem vita defuncto iterum *Hartvvicus* XXVII.
eligitur. Administrauitq; denuo contubernium *Piburgense* 8. annis. Fuit in dig-
nitate itaque annos 27. Menses 6. dies 5. Obijt anno Christi 1435. 14. Kal. Iulij,
in vigilia *Geruasij*. Humatus est ante Ostium templi ad occidentem. Fuit sub eo
inundatio in die *Kiliani* anno Domini 1413. Vt aquæ vsque ad arcem ascen-
derent, Concilium tum *Constantiense* celebratum. Et vaga gens quæ *Zygeuner*
vocatur, primò *Sigoburgium* venit.

PETRVS *Vrban* rexit duntaxat septem Menses, à die *Gangulphi* vsque ad XXVIII.
festum Luciæ. Obijt anno Christi 1426.

MARTINVS præfuit annos 15. m. 2. d. 12. ob. an. C. 1450. 3. Kal. sept. XXIX.

FRIDE-

XXX. FRIDERICVS II. *Starzhauser*, tricesimus Abbas, primus infulatus à *Calisto* Papa 3. an. C. 1452. rexit annos 23. Mens. 8. ob. an. Christi 1474. 3. Non. Maij, in die S. *Gotthardi*.

XXXI. LEONARDVS rexit 6. annos. negligens fuit, vinoque deditus. Obijt anno salutis 1480. 7. Kal. Iulij, altera die post *Vrbani*.

XXXII. IOANNES secundus, cognomento *Machterstorfer*, diligens fuit, præfuit annos 12. Menses 8. dies 20. Obijt à nato Christo anno 1493. 16. Kal. Martij, in die *Valentini*.

XXXIII. WOLFGANGVS *Peffenhauser*, præfuit annis 12. Obijt anno Christi 1505. *Purificationis*.

XXXIV. IACOBVS alienigena, ob discordiam ex *Mariæ cella* translatus, imperitus fuit rei familiaris. Sexto anno, hoc est Christi 1511. amotus fuit.

XXXV. LEONARDVS secundus, cognomine *Aichstetter*, antea Parochus, amoto *Iacobo* electus est, debita dissoluit, oppignerata redemit, Monasterium ruinâ minitans instaurauit restituitq; Eius jussu hic libellus Anno Christi 1524. scriptus est, Mense Maio.

CAESAREA, VULGO KAYSHAIM
Ordinis Cystercienſis.

KAYSERSHAIM, vulgò Kayshaim, Latinè Cæsarea, in Ducatu Neuburgensi & Comitatu Graisspacen. magnificum & opulentum Monasterium, Anno 1133. fundatum ab Heinrico, Com. de Lechsmund & Graisspach, & eius coniuge, Domina Loykarda, quæ ibi cum marito in eodem tumulo sepulta est, & à filiis, Heinrico secundo & Wolgerado, &c. Auent. lib. 7. fol. 789. Qui de his Comitibus, ac de hoc Monasterio plura videre cupit, videat librum meum Genealogiarum Bauaricarum, ac Casparum Bruschium in centuria sua Monasteriorum Germaniæ Quia ego neque diplomata, neque Annales illius Monasterij vidi, nolui ab aliis scripta cum tædio hîc repetere.

SVNT autem ibi sepulti Nobiles, primò fundatores, Comites de Lechsmūd & Graisspach, Com. Nyfnenses, qui defunctis Greisspacen. successerunt in illo Comitatu, Comites Helfenstain. & Otingenses, Barones à Gundelfingen, Marschalci à Pappenhaim, in Hochenreichen, Pincernæ à Geyrn, Rechenberg de Treuchtling, die Vetter mit der Lilgen/de Wembding, & alij, &c.

ADDITIONES.
LITERÆ FVNDATIONIS.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis eiusdemque inseparabilis Vnitatis, *Waltherus* Dei gratia *Augustensis* Ecclesiæ Episcopus Catholicus. Decet nos honorem, quem gerimus nomine, moribus exhibere, colere, & obseruare iustitiam, qui suscepimus locum ad æquitatem proferendam, ne fiat exemplum prauum, qui electus ad laudabile cognoscitur institutum, sed per virtutis exemplum, luceat gratia dignitatum. Ideoq; libenter omnimodis præbemus assensum, quotiens iusta est vox poscentium, nec à nobis difficile prodibit beneficium, quod non patitur largitate detrimentum. Eapropter notum sit omnibus tam futuris, quam præsentibus Christi fidelibus, qualiter Comes *Heinricus* de *Lechsgemunde*, & vxor eius comitissa *Luicardis*, & filius eius *Volcradus*, consensu

sensu & collaudatione filiorum & filiarum, nec non vniuersorum legitimorum eiusdem prædij cohæredum suorum, quoddam Cœnobium in proprio fundo suo, quod *Kayshaim* dicitur, construxerunt; Et vt puritas Regulæ sancti *Benedicti*, & Ordo *Cistertiensis* ibidem perpetuo conseruetur, firmauerunt. Deinde præfatum Cœnobium cum agris, siluis, campis, pratis, pascuis, viis & inuiis, cum omnibus denique appendiciis, seu appertinentiis suis, per manum cuiusdam nobilis & illustris viri *Hardtnidi* de *Graifenspach*, ad summum altare sanctæ matricis *Augustensis* Ecclesiæ jure legitimo tradiderunt, ita planè, vt fratres eiusdem Cœnobij, Ecclesiæ eidem talentum ceræ annuatim persoluant, nullumq; Aduocatum, præter filium Virginis, habeant. Nec cuiquam Regum, Episcoporum, Principum, nec non eiusdem loci fundatorum, seu posterorum suorum, quicquam in præfato loco ordinare, immutare, constituere, destituere, vel substituere, nisi rogatu Fratrum, liceat, vt quietiquietè, & sine omni perturbatione, laudibus diuinis inseruiant: Præterea si quis de nostro Episcopatu ibi sepeliri, vel si qui ministerialium Ecclesiæ nostræ illis bona, vel prædia sua, pro expectatione futurorum, conferre voluerint, vtrisque licere ratum duximus, & jure perpetuo firmamus. Sanè memoriæ commendandum, quod eiusdem loci Fundatores, de silua, quæ vulgò *Haidvvang* dicitur, quantum postulat necessitas fratrum liberè, & sine omni posterorum contradictione, dederunt perpetuò possidendum. Et vt hæc omnia rata, atque inconuulsa permaneant, hanc ipsis chartam scribi jussimus, quam sigilli nostri impressione muniuimus. Quæcunque ergò Ecclesiastica, secularisue persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundò, tertioue commonita, se à quolibet eorundem Fratrum iniusto grauamine, non correxerit, potestatis, honorisq; dignitate carear, reamque se diuino judicio existere procerto cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, nisi pœnitendo resipiscat. Cunctis autem eidem loco justa seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia pacis æternæ inueniant. Amen, Amen, Amen. Acta sunt hæc anno Incarnationis Domini Millesimo centesimo trigesimo quinto, Indictione duodecima, vndecima Calend. Octob. in Ciuitate *Augusta*, præsente Clero comprouinciali eodē tempore ad Capitulū congregato, præsidente Papa *Innocentio*, sub Imperatore *Lothario*, regnante Christo feliciter, huius rei testes sunt hi, Vdalscalk Abbas sancti Vdalrici, Goteboldt Abbas de Echenprunnen, Dieterich Abbas de Werde, Vlricus Præpositus de Vrsperch, & alij multi. Hilteprandus Præpositus, Conradus Vicedominus, Egelvvart Decanus, Conradus Archipresbyter, Hermannus Custos, Hermannus Scholasticus Canonici, & alij multi, Bertholdus de Bertholdeshaim, Hartnid de Graiffenspach. Ratolc de Emichseshaim, Ruprecht de Iringeshaim, liberi & alij multi. Witegon, Præfectus, Ebo Billunc, Amelio Wicman, Benico Karl, Regilo Harvvard, ministeriales & alij multi.

Sententia Concilij Constantiensis.

VIsa oblatione pro parte Domini *Ludvvici* Ducis *Bauariæ*, Domini quondam *Stephani Bauariæ* etiam Ducis, nati, de parendo nostris mandatis statim cum effectu, sine lite, & sententia super omnibus, in monitorio contra eum ad instantiam Abbatis & Conuentus Monasterij *Cæsarienſis*, Diœcesis *Augustensis*, decreto, contentis, visisque aliis actis causæ dicti Monasterij, meritisque illius diligenter attentis, habitaque inde matura deliberatione cum peritis, ordinamus, & dicto Domino Duci *Ludvvico* sub excommunicationis pœna per eum totiens,

totiens, quotiẽs contrariũ fecerit, seu mandatis nostris infrascriptis, nõ paruerit cum effectu, ipso facto incurrendæ, judicialiter præcipim⁹, & mandam⁹, vt seq.

Primò; quòd ipse Dominus Dux *Ludvvicus*, ipsiusq; Hæredes Abbatẽ, & Cõuentũ dicti Monasterij, res, possessiones, bona, & jura eorũ, & dicti Monasterij, hominumq; Rusticorũ, seu Colonorũ ipsius, pacificè & quietè, absq; vlla molestia, quantũ ad eos pertinet, & in futurũ pertinebit, sicut requirũt sanctiones Canonicę, possidere permittãt, nullaq; indebita onera, seu grauamina in dicto monitorio per ipsos Abbatẽ, & Conuentũ prætensa, & designata, eidẽ Monasterio, personis, rebus, & bonis, seu juribus prædictis, quacunq; occasione superioritatis ſecularis, per se, aliũ, siue alios inferãt, seu inferri faciãt, aut quantũ ad eos pertinet, & in futurũ pertinebit, inferri permittant, omneq; arrestũ, seu impedimẽtum in bonis, possessionibus, rebus, & juribus prædictis, per ipsũ Ducẽ, seu alios auctoritate sua appositũ, dictus Domin⁹ Dux statim realiter, & cũ effectu amoueat, & amoueri faciat. Itẽ, quod in fauorẽ, & augmentũ diuini seruitij in dicto monasterio fieri consueti, & auctore Domino in posterũ faciẽdi, nec nõ pro omnib⁹ damnis, interesse, & expẽsis per Abbatẽ, & Conuentũ prędictos, ex causis in dicto monitorio designatis, prætẽsis, & etiã pro omni alio jure, & interesse, quæ dicti Abbas, & Conuentus aduersus dictũ Dominũ Ducẽ, seu hæredes suos prætendere possunt, vsq; in præsentẽ diẽ, inclusis expẽsis causæ huiusmodi corã nobis factis, dict⁹ Domin⁹ *Ludvvicus* Dux det, & realiter cũ effectu soluat, hîc in hac ciuitate *Constantiensi*, Abbati & Cõuentui prædictis septẽ millia florenorum de Rheno, videlicet duo millia infra quindecim dies à dato nostri præsentis mãdati cõputandos, & residuum, videl. quinq; millia in festo natiuitatis Domini proximè venturo, quibus solutis, sint partes prædictæ ab omni lite, & processũ dictæ causæ totaliter liberatæ, & omnib⁹ præmissis debitis, quærelis, & altercationib⁹ finis totalis ipso facto imposit⁹. Ita quod ratione monitorij, seu causæ huiusmodi, vel processus illius, partes ipsæ, seu earum aliqua, earumq; hæredes, seu alterius earundem, per quãcunq; potestatẽ Ecclesiasticũ, vel secularẽ nullo vnquã tempore valeant, seu valeat molestari. Et ad maiorẽ præmissorum firmitatem, ordinamus, quod præmissa, per sacrum generale *Constantiense* Concilium, & sub bulla eius, Sigilloq; Domini Regis Romanorum & dicti Domini Ducis roborẽtur, & confirmentur. In quorum omnium, & singulorum fidẽ, & testimonium præmissorum. Nos; Ioañes Patriarcha Antiochenus, Ioañes Episc. Lubecensis, & Robertus Apeltõ Canonic⁹ Eboracensis, præsentes literas, siue prẽsens publicum instrumentum huiusmodi nostrã pronunciationẽ, seu sententiã in se continentes, siue continens, exinde fieri, & per Notarium publicum infrascriptum subscribi, & publicari mandauimus, nostrorumq; sigillorum ex comissione Domini Gundisalui Collegæ nostri prædicti, nobis, vt præmittitur, facta, & propter absentiã præfati Domini Casparis Abbatis Perusiensis, etiã Collegæ nostri, fecimus appensione cõmuniri. Lecta, lata, & in scripturis promulgata fuit hæc prẽsens pronunciatio, siue sententia, per nos Ioañem Patriarchã, Iudicẽ, & Comissarium antedictum, præfatorum Ioañis Episcopi Lubecensis, Casparis Abbatis Perusini, & Roberti Apeltõ Collegarum nostrorum, omnium consensu vnanimi ad hoc adhibito, in ipsamq; sententiã seu pronunciationẽ consentientium. Constantiæ, prouincię Moguntinẽsis, in Ecclesia majori, & in loco sessionis, per nos aliàs deputatis, nobis inibi hora vesperarum ad jura reddẽdum in loco nostro solito, pro tribunali sedentibus, sub anno à Natiuitate Domini, Millesimo, quadringentesimo, decimo septimo, Indictione decima, die Sabbati, vicesima quinta mensis Septembris, Apostolica sede vacante, præsentibus ibidem Venerabilibus viris Magistro Conrado de Susaco in Theologia, Domino Petro

Helburg

Helburg decretorum, Doctoribus, Petro de Lamburga Licentiato in decretis, necnon Vlrico Wernheri, Canonico sancti Ioannis in Haug, extra muros Herbipolenses, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Gumbertus Fabri de Wildungen Clericus Moguntinensis Diœcesis, publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, prædictorumq; Reuerendissimorum, ac Venerabilium patrum, & Dominorum, Dominorum Ioannis Patriarchæ Antiocheni, Ioannis Episcopi Lubecensis, Casparis Abbatis, Guldisalui, & Roberti Apelton, Commissariorum, & huiusmodi causæ coràm eis scriba, prædictis Commissioni, præsentationi, testium productioni, & examinationi, monitioni, submissioni, potestatis traditioni, & pronunciationi, omnibusque aliis, & singulis præmissis, dum sic, vt præmittitur fierent, & agerentur, vnà cum prænominatis testibus præsens fui, eaque sic fieri vidi, & audiui. Ideoque hoc præsens publicum Instrumentum huiusmodi pronunciationem in se continens, per alium, me aliàs occupato, scriptum, de mandato ipsorum Dominorum Iudicum, & Commissariorum exinde confeci, publicaui, & in hanc publicam formam redegi, signoque, & nomine meis solitis, & consuetis, vnà cum præfatorum Dominorum Ioannis Patriarchæ, Ioannis Episcopi Lubecensis, & Roberti Apelton, in absentia Domini Casparis, ex Commissione Domini Gundisalui Collegarum suorum, Sigillorum appensione consignaui, rogatus & requisitus, in fidem, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum: Insuper recognosco, quod præfatus Dominus Robertus Apelton huiusmodi Instrumentum sui signeti, quo ipse ad sua secreta signanda vtitur, propter carentiam Sigilli proprij, vnà cum præfatis Dominorum Ioannis Patriarchæ, Ioannis Episcopi Lubecensis, suorum Collegarum, Sigillorum appensione communiuit, & roborauit, in fidem præmissorum, licet in Instrumento superius descripto expressum sit, quod eius Sigillo communiri volebat.

Copia Instrumenti.

Beeder Hertzog Ludwig in Bayrn/ Vatters/ vnnd Suns acceptation der Constantzischen Vrthl.

IN nomine Domini Amen. Anno à natiuitate eiusdem Millesimo, quadringentesimo, vicesimo tertio, Indictione prima, die verò veneris vndecima, Mensis Iunij, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris ac Domini, Domini *Martini* diuina prouidentia Papæ Quinti, anno sexto, hora tertiarum, vel quasi, coram Reuerendissimo in Christo Patre, & Domino, Domino *Branda*, miseratione diuina tituli S. *Clementis*, S. S. R. Ecclesiæ Presbytero Cardinali, (*Placentio* vulgariter nuncupato) Apostolicæ sedis Legato, ad infrascripta sufficientem, potestatem, vt asseruit, habente, inque mei Notarij Publici, & testium infrascriptorum, ad hoc vocatorum specialiter, & rogatorum, præsente Illustri Principe, & excelso Domino, Domino *Ludvvico* Iuniori, Comite Palatino Rheni, Duce *Bauariæ*, & Comite *Grayspach* principali, principaliter pro seipso, & suigenitoris, Illustris Principis, & excelsi Domini, Domini *Ludouici* senioris, Comitis Palatini Rheni, Ducis *Bauariæ*, & Comitis *Mortani &c.* etiam principalis, procuratorio nomine, prout de suo procurationis mandato mihi Notario infrà scripto legitima extitit facta fides, ex vna; & Venerabili, ac religioso viro Domino *Crafftone* de *Höchstetten*, Monacho, & Bursario Monasterij *Cæsariensis*, Ordinis *Cistertiensis*, *Augusten.* diœcesis, Venerabilium & Religiosorum virorum,

Dominorum Abbatis & Conuentus dicti Monasterij nomine, vt asseruit, partibus ex altera, personaliter constitutis, ac ipsis hinc inde partibus in causa, & causis inter easdem quacunque occasione pendentibus, finem, & concordiam desiderantibus: nec non ab ipso Reuerendissimo Patre Domino Cardinali, & Legato, cui has causam, & causas simpliciter ad manus ei omnimodè tradiderunt, concordiam, finemque bonum sibi in huiusmodi causa, & causis dari, & fieri petentibus, idem Reuerendissimus Pater, Dominus Cardinalis, & Legatus asserens, se etiam per Sereniſſimum Principem, & Inuictissimum Dominum, Dominum *Sigismundum*, Romanorum, & Hungariæ, & Bohemiæ, &c. Regem suis literis fore requisitum, vt finem litibus inter prefatos Dominos Duces, & Abbatem, & Conuentum existentibus imponeret, ipsosque Dominos Duces ab excommunicationis, aggrauationum ei reaggrauationum sententiis in eos, ad supradictorum Dominorum Abbatis, & Conuentus instantiam quacunque authoritate latis, & promulgatis, absolueret, vt tandem absoluti in subsidium fidei Catholicę, pro qua dictus Reuerendissimus Pater, Dominus Cardinalis, & legatus Principaliter missus extitit, sede ab antedicta se preparare possint, ipsas hinc inde partes sic, vt præmittitur, instantes & petentes, in præfatis causa, & causis concordare, & amicabiliter componere volens, disposuit, & ordinauit ea, quæ sequuntur, in hunc modum.

Primò; quòd ipse Dominus Dux *Ludouicus* Iunior, de præsenti omnia grauamina ipsis Dominis Abbati, & Conuentui per ipsum, & suum Genitorem, supradictum, Officialesque & Nuncios suos imposita reuocare, & pro se principaliter, & nomine procuratorio, quo suprà, juramento, & fide data, quòd non alia imponi de nouo permittat, permittere debeat, & mandet ipsis officialibus, quòd ipsa grauamina amoueant. Secundò; quod permittere debeat suo juramento medio, absque omni difficultate idem Dominus Dux *Ludouicus* Iunior sui & quo supra, procuratorio nominibus se satisfacturum ipsis Abbati, & Conuentui ratione sententiæ in sacrosancto generali *Constantiensi* Concilio contrà ipsos Dominos Duces, & pro parte dictorum Dominorum Abbatis & Conuentus latæ, de singulis damnis, tàm in rebus Abbatis per ipsos Dominos Duces Seniorem, & Iuniorem, ac suos Officiales, seu Nuncios qua occasione illorum, post dictam sententiam illatis, juxta declarationem, & dictamen per ipsum Reuerendissimum Patrem, Dominum Cardinalem, & Legatum fiendum, post informationem à magnifico, & excelso Domino, Domino Brunorio de la scala, &c. pro nunc præfati Sereniſſimi Principis, Domini Regis, per *Bauariam* Capitaneo generali, ac strenuis, & nobilibus viris, *Syfrido Marschalk*, Magistro Curiæ eiusdem Domini Ducis *Ludvvici* Senioris, ac *Wienaldo Schvveller*, ac *Ioanne Gumpenberger*, recipiendam, de prædictis damnis, ab Officialibus ipsorum Dominorum Ducum, ac Colonis, & hominibus aliis ipsorum Dominorum Abbatis, & Conuentus, nec non per alias probationes, & relationes ipsi Reuerendiſsimo Patri, Domino Cardinali, & Legato faciendas. Tertio; quod ipse Dominus *Brunorius*, *Syfridus*, *Wienaldus*, & *Ioannes* promittere bona fide debeant, quod ad hanc informationem, & relationem, infrà hinc, & festum, sancti Martini Episcopi proxime futurum facere habeant, & recipere. Quibus sic peractis, & ipsis hinc inde partibus adhuc ibidem, personaliter, constitutis, dictus Dominus Dux *Ludouicus* Iunior principalis sui, & procuratorio nominibus, quo supra, omnia grauamina, de quibus supra, mentionatur, verbo reuocauit, promittens ibidem, eadem, indilatè facto, & opere pro viribus totis reuocare, nec non sui ipsius, & quo supra nominibus procura-

procuratorio, in manibus dicti Reuerendissimi Patris Domini Cardinalis, & Legati ad sancta Dei Euangelia corporaliter tactis scripturis sacrosanctis, promisit & jurauit, omnia alia & singula superius in primo, & secundo articulis contenta, & narrata, firmiter, & absque vlla dilatione obseruare, & obseruari facere. His autem factis, supradicti Dominus *Brunorius*, & *Wienaldus* ibidem præsentes, ipsi Reuerendissimo Patri, Domino Cardinali, & Legato, dictas informationem, & relationem infra tempus supradictum recipere, & facere, bona fide promiserunt, & eorum quilibet promisit. Huiusmodi verò omnibus, & singulis sic perpetratis, dictus Reuerendissimus Pater, Dominus Cardinalis & Legatus, à supradictis Excommunicationum, aggrauationum, & reaggrauationum sententiis, antefatum Dominum Ducem *Ludouicum* Iuniorem id pro se principaliter, & procuratorio nomine, quo supra, pro suo genitore supradicto, flexis genibus humiliter petentem, nec non omnes alios, & singulos suos in hac parte complices, generaliter in dictis sententiis expressos, prælibato Domino *Craftone*, quo supra nomine, ex aduerso ibidem presente, & in hoc consentiente, nec non prius de stando Iuri, & parendo S. Matris Ecclesiæ, & ipsius Reuerendissimi Patris, Domini Cardinalis, & Legati mandatis, ab ipso Domino Duce *Ludouico* Iuniore, suo, & procuratorio nominibus, quo supra, ad sancta Dei Euangelia corporaliter tactis scripturis sacrosanctis, per ipsum Reuerendissimum patrem, Dominum Cardinalem, & legatum juramento recepto, authoritate supradicta: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti duxit absoluendos, & absoluit, injuncta inde sibi, & dicto suo Genitori pro modo culpæ, pœnitentia salutari: aliorum autem in dictis sententiis excommunicationis specialiter expressorum absolutionem in forma Ecclesiæ consueta religioso fratri *Conrado* Custodi fratrum Minorum, in Oppido *Ingolstatt*, *Eistetensis* diœcesis, absenti ibidem, tanquam præsenti, dicta plenarie commisit auctoritate. Nec non idem Reuerendissimus Pater, Dominus Cardinalis, & Legatus interdictum occasione sententiarum, excommunicationum, aggrauationum, & reaggrauationum prædictarum, ad dictorum Dominorum Abbatis, & Conuentus instantiam, & contra ipsos Dominos Duces, & suos in hac parte complices, in quibuscunque locis, quacunque auctoritate positum, eadem auctoritate duxit relaxandum, & relaxauit, sub reintrusionis pœna ipso facto in dictas excommunicationum, aggrauationum, & reaggrauationum, & interdicti sententias, vigore dictæ sententiæ, & processuum inde secutorum in prædictos latas, si ea, quæ predictus Dominus Dux *Ludouicus* Iunior jurauit, & promisit, per suum Genitorem antedictum, & ipsum dolo, & fraude seclusis, cum effectu non obseruabuntur. Insuper verò dictus Reuerendissimus Pater, Dominus Cardinalis, & Legatus, per expressum declarauit, quòd per ordinata supra per eum, & declarata, commissioni, quam Dominus *Brunorius* supradictus sibi super recognitione Regalium dictarum hinc inde partium per supra fatum Serenissimum Principem, Dominum Regem Romanorum asseruit fore factam, præjudicare, neque derogare non intendit. De, & super quibus omnibus, & singulis, dictæ hinc inde partes sibi à me Notario publico infrascripto, vnum, vel plura publicum, seu publica fieri petierunt Instrumentum, siue Instrumenta & earum quilibet petiit, nec non in maius robur omnium præmissorum, dictus Reuerendissimus Pater Cardinalis, & Legatus suum jussit inferius sigillum appendi. Acta fuerunt hęc in dicto oppido *Ingolstatt*, in hospitio dicti Reuerendissimi Patris, Domini Cardinalis, & Legati, sub anno, Indictione, die, Mense, & Pontificatu, quibus supra, presentibus ibidem Venerabilibus, & circumspectis viris, Dominis, Iuliano de Cæsarinis, Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe Canonico, vtriusq; Iuris

Doctore, dicti Domini nostri Papæ Capellano, & ipsius sacri Palatij Apostolici causarum auditore, & Wilhelmo Kircher Decretorum Doctore, nec non Magistro Iacobo de janua, fratre ordinis prædicatorum, in sacra pagina professore, ac honorabilibus viris, Dominis Ioanne de Capellis, dicti Reuerendissimi Patris Domini Cardinalis, & Legati Capellano, & Bartholomæo Musca, ciue Ianuensi, supradicti Serenissimi Principis Domini Romanorum Regis familiari, testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis. Et ego Rolandus Phibbe, Clericus Osnaburgensis, Publicus, Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, quia præmissis omnibus, & singulis, dum sic, vt præmittitur, per supradictum, Reuerendissimum Patrem Dominum Cardinalem, & Legatum, & coram eo fierent, & agerentur, vnà cum prænominatis testibus, præsens interfui, eaque sic fieri, vidi, & audiui, Ideò præsens publicum instrumentum, per alium fideliter scriptum, exinde confeci, subscripsi, & in hanc formam publicam redegi, signoque & nomine meis solitis, vnà cum appensione Sigilli dicti Reuerendissimi Patris Domini Cardinalis, & Legati signaui, rogatus, & requisitus, in fidem & testimonium omnium, & singulorum præmissorum.

CATALOGVS ABBATVM CAESARIENSIVM.

VDALRICVS I. *è Lucellensi monasterio, el. an. 1134. an. 21. ob. an. 1155, die 11. Martij.*
CONRADVS I. *el. an. 1155. præf. an. 10. ob. an. 1165. die 14. Martij.*
DIETHELMVS I. *el. an. 1165 præf. an. 9. ob. 20. Iun. an. 1174.*
ALBERTVS I. *an. 1174. præf. an. 19. ob. 30. Sept. an. 1194.*
EBO I. *el. an. 1194. præf. an. 16. ob. 7. Septembr. an. 1210.*
CONRADVS II. *el. an. 1210. præf. 18. ob. 26. April an. 1228.*
HENRICVS I. *el. an. 1228. præf. an. 11. ob. 7. Octobr. an. 1239.*
RICHARDVS I. *el. an. 1239. præf. an. 12. ob. 4. Iul. 1251.*
VOLWICVS I. *el. an. 1251. ob. an. 11. ob. 16. Decembr. an. 1262.*
HENRICVS II. *el. an. 1262 præf. an. 4. resignauit 18. Octob. an. 1266. factus suffraganeus Augustan.*
TRATWINVS I. *el. an. 1266. præf. an. 21. ob. 14. Sept. an. 1287.*
HENRICVS III. *el. an. 1287. præf. an. 15. ob. 20. Maij. an. 1302.*
IOANNES I. *el. an. 1302 præf. an. ob. 25. Octobr. an. 1320.*
VDALRICVS II. *el. an. 1320. præf. an. 19. ob. 4. Sept. an 1339.*
VDALRICVS III. *el. an. 1239. præf. an. 21. resign. an. 1360. ob. 31. Decemb. an. seq.*
IOANNES II. *el. an. 1360. præf. an. 19. ob 3. Martij an 1379.*
IOANNES III. *el. an. 1379. præf. an 21. ob. 25. Maij an. 1400.*
IOANNES IV. *el. an. 1400. præf. an. 22. ob. 24. Aug. an. 1423.*
CRAFFTO I. *el. an. 1423. præf. an. 4. resign. an. 1427. ob. an. 1430. 7 Febr.*
LEONHARDVS I. *el. an. 1427. translatus est an. 1440. ob. 22 Sept. an. 1447.*
NICOLAVS I. *el. an. 1440. præf. an. 18. ob. 22. Sept. an. 1458.*
GEORGIVS I. *el. an. 1458 præf. an. 21. ob. 8. Decemb. an. 1479.*
IOANNES V. *el. an. 1479. præf. an. 11. ob. 3. April. an. 1490.*
GEORGIVS II. *el. an. 1490 præf. an. 19. ob. an. 1509.*
CONRADVS III. *el. an. 1509. præf. an. 31 ob. 6. Nouembr. an. 1540.*
IOANNES VI. *el. an. 1540. præf. an 35. ob. 28. Nouembr. an. 1575.*
VDALRICVS IV. *el. an. 1575. præf. an. 11. ob. 14. Aug. an. 1586.*
GEORGIVS III. *el. an. 1586 præf. an. 3. ob. 11. Febr. an. 1589.*
DOMINICVS I. *el. an. 1589. præf. an. 5. ob. 6. Ianuar. an. 1594.*
SEBASTIANVS I. *el. an. 1594. præf. an. 14. ob. 15. April. an. 1608.*
IOANNES VII. *modernus Abbas. elig. an. 1608.*

CARME-

CARMELITARVM MONASTERIVM STRAVBINGAE.

CARMELITÆ fratres D. Mariæ Virginis Ratisbonæ ex æde Diui Osvvaldi, per Conradum Episcopum, quòd hunc ad viua Dei Templa construenda in concionibus liberius adhortarentur, pulsi Straubingam migrarunt, vbi Monasterium hoc institutum est per Albertum Stainhaufciuem, & Capituli B. Virginis Mariæ, in Augusta, ad quos Parochia cum decimis pertinebat, Præpositũ seu Procuratorem ibi, cum consensu Alberti, Ducis Bauariæ, Comitis Hollandiæ, Seelandiæ, Anno 1367. Auentinus lib. 7. fol. 797.

Eivs filius Albertus Dux ibidem in Choro sepultus est, qui obiit Anno 1399. quinque annis ante Patrem, qui secundum August. Colnerum, Consiliarium, ac Secretarium olim Ducum Bauariæ, Anno 1405. obiit, ibidem sepultus. Sed secundum Flandrensem Chronicam obiit Anno 1404. sepultus Hagæ in Hollandia, vt & Auentinus in suamet translatione sentit.

Sepvlti sunt etiam ibi in Choro Nobiles Nothaffti de Wernberg, qui illis Ducibus Hollandis intimi ac familiarissimi fuerunt.

ADDITIONES

Fundatio Monasterij Fratrum Carmelitarum Straubingæ.

ALBERTVS Dei gratia. Comes Palatin⁹ *Rheni* & Dux *Bauariæ* nec nõ *Hannoniæ*, *Hollandiæ* & *Seelandiæ* Comitatuũ atque *Frisiæ* Dominij Gubernator, omnib. præsens scriptũ intuentib. salutẽ in perpetuũ. Ad vniuersorũ tam posterorũ quã præsentiũ notitiam volumus peruenire. Quod nos ad honorem Dei omnipotentis & B. Virginis *Mariæ*, ad salutẽ nobis, nostrisq; & omniũ progenitorum ac successorũ nostrorũ animab. perpetuo promerendã fratrib. religiosis ord. B. *Mariæ* de monte *Carmeli*, præcurrente gratia & assensu sanctissimi in Christo patris ac Dñ. Dñ. *Vrbani* Papæ quinti, vt aream ipsis pro suis habitationibus, & erectione noui Monasterij oportunã nunc infra muros Ciuitatis nostræ *Straubingæ* deputatã, anticipatã, & construendo quodamodo inchoatã, deinceps iuxta suarũ facultatẽ rerũ erigere ac ædificare, perficere ac consumare valeant: liberã nostrã dam⁹ & adiungim⁹ voluntatẽ, volẽtes insuper vt dicti ordinis fratres omnib iuribus, gratiis, immunitatib. & libertatib. vbi q; locorũ per terminos nostri Dominij seu Ducatus Bauariæ rationabiliter vti vel gaudere debeãt in futurũ; sicut cæteri eiusdẽ ordinis fratres alibi & aliis terris, prouinciis & ciuitatib. iure consuetudinario nunc potiuntur, & hactenus sunt gauisi. Quare volumus, & sub obtentu gratiæ nostræ firmiter præcipiendo mandam⁹ omnib. & singulis officialibus nostris, cuiuscunq; dignitatis, conditionis seu status fuerint, indifferenter, qui nunc sunt aut fuerint tẽpore succedente, quatenus prædictos fratres in præfato Monasterio diuinũ cultũ exercentes, quos in nostræ tuitionis præsidium, & gratiam nostram specialẽ recepimus, in gratia ipsis per nos facta nomine nostro manuteneant, conseruent & defendant: nullã eis inferendo seu per quoscunq; alios permittendo inferri iniuriam seu molestiam sicut gratiam nostrã diligant & fauorem. In cuius rei testimoniũ & certitudinẽ firmiorẽ præsentẽ paginã ipsis fratribus supradictis libere elargimur, sigilli nostri munimine roboratam. Datum in oppido nostro *Straubingæ*, Anno Domini Millesimo trecentesimo septuagesimo primo, die S. *Vincentij* martyris.

Nos *Ioannes* Landtgrauius de Leuchtenberg, Gubernator inclyti Principis Domini *Alberti* Ducis *Bauariæ* præcipimus dilectis deuotis Priori Prouinciali & fratribus suis, B. *Mariæ* de monte *Carmeli* Alemañiæ superioris & Bohemiæ salutem in Domino & in omnibus quæ diuini cultus augmentũ sentiunt, & fauorem, & promotionem. Quoniam Creatorem omnium vt dignum foret, temporalib. curis distracti laudare non sufficimus, ideo quod in nobis minus est, per

personas

personas Deo deuotas recompensari confidimus & speramus. Hinc est quod ex speciali commissione nobis facta in hac parte per Illustrem Principem Dominum *Albertum* Ducem prædictum, cuius anctoritate plenaria fungimur, vobis & ordini vestro consensum & assensum recipiendi aream pro nouo Conuẽtu construendo intra murus *Straubingæ* vobis datum, vel in futuro alias areas pro necessitate fratrum ibidem pro prædicto clausstro quouis modo acquirendas, & in eadẽ vel eisdem construendi & ædificandi ea, quæ secundum modum ordinis vestri nobis pro Ecclesia, dormitorio, officinis ac aliis quibuslibet vtilitatibus & commodis necessaria sunt, liberam potestatem secundum tenorem Bullæ Domini *Vrbani* Papæ V. consensũ Venerabilis Domini Dn. *Ioannis* Archiepiscopi *Pragensis*, aclegati sedis Apostolicæ ordinario pro nunc Ecclesiæ *Ratisbonen* sede ibidem jam vacante, mandantes Iudici & consulibus *Straubingæ* qui modo sunt, vel qui fuerint in futurum, atq; Iudicibus, Scultetis, vel vices eorum gerentibus per totum territorium prædicti magnifici Principis, quatenus fratribus prædictis charitatis beneficia fideliter exhibeant, atque contra eos iniustè insultantes compescant, in quo Domino nostro Duci prædicto & nobis fidelis famulatus præbebunt interfignum. Datum in *Landovv*, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo octauo in Die Assumptionis B. Mariæ, sub sigillo nostro, quod præsentibus in testimonium est appensum.

CARMELITARVM MONASTERIVM IN ABENSPERG.

IOANNES Dominus in Abensperg instituit contubernium pro fratribus beatæ Mariæ Virginis, Carmelitis Monachis in suo oppido Abensperg, Anno Domini 1389. qui tamen ibi non est sepultus, sed Roræ in veteri Capella à se ædificata. Ibi tamen sepultus est Dominus Nicolaus de Abensperg, vltimus huius familiæ, occisus prope Frisingam à Christophoro, Duce Bauariæ, & eius militibus, ac ad Monasterium Abenspergense delatus, Anno Domini 1485.

ADDITIONES.

ICH Johannes Herr zu Abensperg/ bekenn vnnd thue Kundt offentlich mit dem Brieff/ für mich vnd alle meine Erben vnd Nachkommen/ allen den die jhn ansehen/ lesen oder hören lesen. Wann ich vernommen han/ daß nit grössers Almusens noch Lohns ist in diser Zeit/ danne zu mehren vnnd zu fürdern den Dienst vnnd Lob deß Allmächtigen Gottes/ vnser lieben Frawen vnnd aller Gottes Heiligen/ so hab ich zu hilff vnnd zu trost meines Vatters vnd aller meiner Vorderen/ mein/ aller meiner Erben vnd nachkommen Seelen Heyl willen/ den Geistlichen Brüdern vom Berg Carmeli/ die genandt seynd vnser Frawen Brüder/ erlaubt vñ geb/ ein Statt in vnser Statt zu Abensperg/ geben vnnd erlauben jhnen die auch mit krafft diß Brieffs zu einem Closter jhres Ordens/ darinnen sie Gott/ vnser lieben Frawen vnd allen Heiligen dienen mögen vnd sollen als in andern Clöstern jhres Ordens/ darzu soll ich mir sie gnädigklich beuohlen lassen seyn/ sonder sie darzu schirmen vnnd beholffen seyn. Dauon so bitt ich alle die/ die durch meinen willen lassen oder thun wöllent. Vnnd schaff auch ernstlich mit allen den meinen wie die genant seyndt/ die ich jetzt hab/ oder künfftigklich gewinn/ wa dieselben Brüder von Abensperg/ zu euch kommen/ daß jhr euch die durch Gottes willen zuuörderst/ vnnd durch meiner vnd fürderung willen/ beuohlen last seyn vnnd jhnen fürderlich seyn wöllen/ daran thut jhr mir sunder wol zu dancken. Vrkundt diß Brieffs

versigelt

versigelt mit meinē anhangenten Insigel. Geben zu Abensperg an S. Ruprechts tag. Nach Christi Geburt dreyzehen hundert Jahr / vnnd darnach im neun vnnd achtzigsten Jahr.

IN dem namen Gottes / seiner heiligē Dreyfaltigkeit / waū der Mensch dz wirdigst ist aller Creaturen / vnd mehr nach der Seel / dann nach dem Leibe / die wirdigkeit vnd dz Heyl der Seel / das soll ein jeder Mensch erkennen / ehe dz die Seel scheidet von Menschen Leibe Gott zu danckē seiner Gnaden / bekēne ich Johañes Herr zu Abensperg / daß die Gnad deß allmächtigen Gottes vnsers lieben Herrn Jesu Christi / vnd die genad vnser Frawē / seiner lieben Mutter der keuschē reinē Jungfrawen Mariam / vnd die einsendung deß H. Geistes / von Göttlichen einsprechen mir zu sinne gegeben / vnd in mein Hertz vnnd Gemüt eingesendet vnnd geworffen hat / mit gantzer lieb vnd voller begierde / zu ablegung meiner sünde / zu Heyl vnnd zu trost allen meinen Vorfordern / mein vnnd meiner lieben Haußfrawen / vnd ehlichem Gemahl / vnd vnser bede Kindter Söhn vnnd Töchtern / vnd aller vnser Erben vnd Freundte / vnd Nachkommē Seele / vnd gemeinglich allen glaubigen Seelen / Gott vnd seiner lieben Mutter Mariæ / vnnd allen Heiligen zu Dienst / zu Lob vnnd zu ehren / mit gutem willen / vnd langer vorbetrachtung begehrt hab / vnd zu mir geworben / geladen / vnnd durch Gottes willen gebetten hab den Ehrwirdigen Geistlichen / andächtigen Orden vnser Frawen Brüder vonn dem Berg Carmeli / jhr Meisterschafft den Obristen jhres obgenanten Ordens / daß ich die Brüder deß obgenenten Ordens setzen / vnnd mit ewigen wesen halten / vnd bleiben bey mir zu Abensperg auff meinem rechten aygen Vätterlichen Erbe. Da will ich jhnen helffen bawen ein Closter / vnd ein erbliches wesen / vnd stettes bleiben in den ehren vnser Frawen der heiligen Jungfrawē vnd Mutter Maria / daß sie da singē vnd lesen die 7. tagzeit / vnd die würdige Meß / vñ auch vollbringē ander Gottsdienst nach gesatz vñ wohnheit jres Ordens / Gott zu lob vnnd zu ehren / Mariæ der Mutter der Barmhertzigkeit / zu trost allen glaubigen Seelen; mein begirde vnd bitt habent erfüllet / der ehegenant Orden / jhr Meisterschafft der Obrist / vnd die Gebrüder deß ehegenanten Ordens / vnnd seynd zu mir kommen durch meiner fleissiger bitt willen / vnnd habent das also auffgenomēn durch Gottes willen / bekennen wir / verrichten vnd thun kund offentlich mit dem Brieff. Ich ehegenenter Johannes / Herr zu Abensperg vnd ich Angnes Fraw zu Abensperg / sein eheliche Wirtin / ich Jobst / vnd ich Ulrich Herr zu Abensperg Gebrüd vnd beede jr Sön / vnd all vnser Erben / Sön vnd Töchter / wie die genent seyn / gegenwertig vnd künfftig / vnd all vnser Erbē vnd Nachkomen / dz wir den ehegenenten Orden vnser Frawen Brüder lauterlich vnd mit guten willē wolbedächtlich durch Gott / vnd durch vnser Frawen willen geben haben ein völlige Hoffstatt / zu einē Closter / darauff sie Zimern vnd bawē sollen / vnd mögen / wz jhr noturfft ist in vnserm Marckt zu Abensperg / da wir angehebt haben ein newe Kirchē in den ehren vnser lieben Frawen / vnd haben jhn geben vnsern Baumgarten dabey mit aller weyte vnd Hoffstatt / als darzu gehört / vñ als jn dz alles / Hoffstatt vnd Baumgarten / mit marck / vnd mit rechter Außweisung eigentlich beweist / vnd außgezeigt. Vnd vō vns geben / vnnd gefreyt ist / für jhr rechtes / freyes / ledigs / eigen / vnnd verzeyhen vns auch deß alles gentzlich vnnd leutterlich durch Gott vnnd durch vnser Frawen willen / also daß wir / vnnd all vnser Erben vnd Nachkommen kein recht / forderung noch außsprach darauff noch daran nimmer haben noch gewinnen sollen noch wöllen inn keiner weiß / wir sollen vnd wöllen jhn deß ehegenant Closter vnd die Hoffstatt / mit sambt dem Baumgarten / vnnd mit aller weite / als wir jhn das geben / vnnd mit marckt außgezeiget habē schirmen vnnd Freyen vor allen weltlichen Gewalt / vnnd vor aller jrrunge vnnd beschwerung / also daß wir vnd all vnser Erben vnnd Nachkommen / noch niemand vonn vnsert wegen / vonn keiner sach wegen / inn keinem Gewalt / keinen einfall / noch kein jrzugg noch hindernusse daran thun sollen noch wöllen / vnnd sie daran nichts bekrancken / leidigen noch beschweren / noch keinem vnsern Gewalt / noch Amptmā / vnd wieder

genant

genandt seyn mag/noch keinem vnserm Diener gegenwertigen oder künfftigen/Vnderthanen/noch keinē den vnsern/Wie der genand ist/Edler oder Vnedler/Reicher oder armer/Geistlicher oder Weltlicher sie mit weltlichē Rechtē/noch on recht/noch mit Gewalt anzufallen/noch sie zu hindern/zuleydigen noch zubeschweren nit verhengen/ noch in deß bestatten inn keiner weiß/ darzu so haben wir gebetten die Hochgeboren Fürsten die Hertzogen vonn Beyern/ ꝛc. vnser genedig Herrn/ daß sie nach vnser begird vnnd bitt mit sambt vns vnserm heiligen Vatter Bonifacio Pabst zu Rom jr Brieff gesend/geschriben/ vnd gebittē habent/ daß er die andächtige vnser Frawen Brüder deß Ordens von Berg Carmeli vnnd das Closter zu Abensperg mit ewigem wesen/ vnnd mit Geistlicher Ordnunge/ vnnd mit aller Geistlicher Freyunge bestättig auff mein Vätterlich Erbe/ darzu es der ehergenente Orden auch selber eintzigklich geworben/gearbeit vnd erbetten hat/daß vnser heiliger Vatter der Pabst vnsern Gnedigen Herrn von Beyrn/ ꝛc. vnnd vnser/vnnd deß Ordens gebett gnedigklich erhört hat/ vnnd hat dem Orden das also bestatt mit seiner Päbstlichen Bullen. Vnnd darumb/ daß sich Gott desto gnedigklicher vber vns/ vnd all vnser Erben/vnd vber vnser Vorfordern vñ Nachkomen vnd all glaubig Seel/vnd vber all Christenheit todt aber lebendig erbarm/vnd auch das sich die ehgenante Andächtige vnser Frawen Brüder dester baß bey vns zu Abensperg enthalten bleiben vnnd ernehren mögen/ so haben wir jhnen lautterlich durch Gott/ vnnd durch vnser Frawen willen zu einem rechten ewigen Seelgerät geben den Zehent aller vnser Gült auff vnserm Kasten zu Abensperg/ wie die genannt ist/ die auff vnsern Kasten zu Abensperg gehört/besucht vnnd vnbesucht/nichts außgenommen/ der jetzundt gültig vnnd ledig ist/oder noch gultig vnd ledig wird/es sey Trayd/Gült/Weingült/pfenning-Gült/Schweingült/Oelgült/Keeßgült/ Schwaig Keeß/ Dienst Keeß/ Genß/ Hüner/ Ayer/ Weystendt/ Kelber/ Lämber/ vnnd Hew/ nichts außgenommen/wenig noch vil/ das auff vnserm ehegenanten Kasten zu Abensperg gehört/ vnnd zu Gült gefellet/ oder gefallen mag/ den sollen wir vnnd vnser Erben vnnd Nachkommen/ vnnd vnser Amptleut für baß ewigklicher all jahr järlichen ohn allen abgang jhr trewlich vnnd förderlich ohn alles verzyehen/vñ ohn alles widersprechen reichen vñ geben ohn all jrrung vnd hindernuß jede Gült/als sie vns järlich verdingt vnd gestifft wird/ von vns/ oder vnser Amptleuten vngefehrlich vnnd zu jeder zeit/als sie durch recht einbracht wirdt vnd gefellt/ vnnd sollen in deß nicht verzihen noch säumig seyn in keiner weiß trewlich ohn alles geuerdte/ besunderlich vmb den Zehendten deß Hew auff vnserm Wißmat/ das man jährlich in vnsern Hoff vnd in vnsern Bawstadel zu Abensperg hewget vnnd einbringt/als durch recht gehn Abensperg zu vnser Veste/ vnnd vnser Hoff zu Abensperg gehört/ waū das ist/ daß man vns daselbst vnser Hoff wißmat mähet/Hewget vñ arbeit/ zu dem alten vnd junge Hew/da sollē die ehegenante vnser Frawen Brüder allweg aller järlich den zehenden Schober Hew vngefährlich zu zehent haben vnnd nemen/ vnnd daran sollen wir/vnser Erben vnd Nachkommen/vnd all vnser Diener noch Amptleut noch jemandt von vnsert wegen bekräncken jrren noch hindern in keiner weiß/ vnnd auß welchem Holtz wir vnns zu vnserm Hauß vnnd Hoff zu Abensperg beholtzen/ da sollen sie auch Holtz nemen/ vnnd soll jhr Wagen nach vnserm Wagen gehen/ vnnd sollen sich nach jhrer Notturfft beholtzen in aller der maß/als wir selben/ wir geloben vnd geheissen mit vnserm Ayden vnd Trewen inn krafft deß Briefs/alles dz/das an dem Brieff von Artickel/vnd von Worten/zu Worten stehet geschriben trewlich vnd willigklich stehet zuhalten vnnd zuuolführen/ vnnd das alles mit nichten zu mindern/zu jrren/ zuhindern/ noch zubekräncken in keiner weiß/ weder wir/ noch vnser Erben/noch Nachkommen noch jemandt von vnsert wegen/vnd heissen vnd gebieten ernstlich vnd vestigklichen allen vnsern Amptleuten/Diener vnnd Vnderthanen/ Pfaffen oder Layen/Geistlichen oder Weltlichen/vnd allen den vnsern/ wie die genandt seyn/daß sie jhn das alles halten vnd vollführen/ vnnd in keiner weiß verzucken/ abbrechen jrren noch bekräncken/ als lieb jhn

vnser

vnser Huld sey/wann wir dz Seelgerät vnd die Gütter dem ehegenandten Closter/vnd den Brüdern vnser Frawen Ordens von dem Berg Carmeli gestifftet/gegebē vnd bestätt haben von vnserm eigen Gut/daß darauff ander weil weder von Erbschafft/von Gelt schulde oder keinerley einsprechen vnnd einmal wegen niemandt nichts zu forderen/noch einzusprechen hat gehabt/inn keiner weiß/ vnd haben das thon durch GOTT/vñ vnser Frawen willen verthälich vnd williglich/an der weil vnd zeit wir da deß vñ anders vnsers Guts gewalt vnd macht haben gehabt/vñ mit recht wol gethun mochtē. Wer das darüber hundert/bekräncket/oder vber für vnnd jrret/oder in wider den Brieff keinen einfal oder jrsal daran thet/von vns/oder von wem das beschehe/er wehre hocher oder nider/Edeler oder Vnedeler/Geistlicher oder Weltlicher/niemandt außgenommen/der wer ein rechter Vbelthäder vnnd ein Zweyfeler an Gott/vnnd ein brecher der Brieff/vnnd soll mit rechtem Rechten rechtloß verbannet vnd verächtet seyn ohn alles widerreden vnnd widersprechen/vnnd sey in die Vngnad Gottes gefallen/also daß jhm die Barmhertzigkeit deß Allmächtigen GOTTes nimmer erscheine/vnnd setzen darüber Gott zu einem Richter/daß er das zorniglich vnd vnbarmhertziglich an demselben reche/Vnd bitten auch all vnser Herren von Beyern/wie die genant seyn/gegewertig oder künftig/ob dz genant Closter zu Abensperg/vnd den Orden vnser Frawen Brüder daselst jemandt beleydigt abbrech vnnd beschwert/vnnd in jrrung oder einfäl thät wider das/dzhie an dē Brieff stehet geschriben/daß sie deß niemand mit bestatten vnnd in das vnderstehen/vnnd wehren/vnnd dieselben ernstlich in jhren schweren Vngnaden halten/vnd darzu thun/als sie wöllen/daß deß Gott jhr Lohn seye/vnnd jhnen Maria in allen jhren nöthen desto fleissiger beystehe. Deß alles zu einem wahren ewigen bestetten Vrkundt geben wir ich ehegenanter Johannes/ Herr zu Abensperg vnnd ich Agnes Fraw zu Abensperg/sein eheliche Wirtin/vñ ich Jobst/ Herr zu Abensperg jhr Sohn den Brieff besigelten mit vnserm angehangenden Insigeln/vnnd darzu zu einer mehrern vrkundte/Zeugnuß vnnd Gedächtnuß haben wir gebetten vnsern lieben Ayden vnd Schwagern Graff Vlrichen vonn Schawmberg/vnd vnsern lieben Bruder vnd Vettern Herrn Albrecht von Abensperg/daß die beede jhre Insiegel zu sambt vnsern Insiegeln an den Brieff gehangen haben. Vnd vnder die Insiegel alle verbinden wir vns vnd vnser ehegenant Sohn vnnd Bruder Herr Vlrich von Abensperg/vnnd aller vnser Kindt Söhn vnd Töchter/vnnd all vnser Erben vnnd Nachkommen mit vnsern Ayden vnnd Trewen alles daß stet zuhalten vnd zuuolführen/ was an dem Brieff von Wort zu Wort stehet geschriben/trewlich ohn alles geuerde. Das ist geschehen nach Christi Geburt dreyzehen hundert Jahr/vnd darnach in dem andern vnd neuntzigisten Jahr an dem heiligen Palmtage.

Copia der Stifftsbrieffs verenderung bey dem Carmeliter Closter zu Abensperg.

ICH Johañes Herr zu Abensperg/ vnnd ich Niclas Herr zu Abensperg sein Sohn bekennen eintrechtiglich offentlich mit disem Brieffe/für vns all vnser Erbē vñ Nachkomēn/als von deß Seelgeräts vñ Zehents wegē/aller Gült/kleiner vnd grosser/so zu dē Thurn vñ Kasten gehören zu Abensperg/nichts außgenomēn/als dann vnser Vorfordern löblicher Gedächtnuß durch einschenckung deß H. Geists zu vnserm Closter vnser lieben Frawen Brüder Ordens vom Berg Carmeli in vnser Statt Abensperg/vermacht/gestift vñ darzu gebē hettē zu einer ewigē Stifftgült vñ Seelgerät. daß die Brüder möchten vnd solten daselbst Gott dienen mit singen die 7. Tagzeit vnnd Meß lesen ewiglich nach jres heiligē Ordens ghwonheit vnd gesätzē nach laut eines vnuermeyligē Hauptstifftbrieffs/ so der Ding halben vorhanden ist. Haben wir/als die

rech-

rechten natürlichen Erben mit langer vorbetrachtung vnd zeitigem rath angesehen die grosse jrrumb vnd eintrag/so dem Prior vnd Conuent deß benanten vnsers Gottshauß zu Abensperg/aufferstanden vnd begegnet ist/mit dem/daß jnen derselb Zehent theyl aller Gült deß benanten vnsers Kastens zu Abensperg/als sie vermeinten/nicht vollkommenlich gereicht noch gebē wer/daß also lange Zeit gemangelt/ vñ daran abgang gehabt hetten. Wir haben auch weitter fürgenoñen/daß solch Gut vñ Stuck/darauß daß solch zehent theyl aller Gült dem benanten vnsers Gottshauß gefallen/ gereicht vnnd geben werden solt/ein theyl von dem heiligen Römischen Reich Lehen/ vnd etlich von den würdigen Stifften vnser Frawen Gottshauß zu Rohr/S. Heymeram Gottshauß zu Regenspurg vnd andern Gottsheuser vnd Stifften Vogtey gewesen seynd/ vnd vmb der vrsach willē/ dz man sölcher eintrag/jrruñ vnd läwttrumb. Ob auß den belehentē Güttern vnd Vogteyen vnsern Vorfordern seelig solchen zehentē theyl Gült zuuergebē macht gehabt hetten oder nit/dz benant vnser Gottshauß ein jeglicher Prior vnd Conuent/ vnd all jhr nachkommen daselbst fürann ewigklich von vns/vnser Erben vnd Nachkoñen vertragen seyn. Sonder das löblich fürneñen vnd guter Will/so dieselbigen vnser Vorfordern löblicher Gedächtnuß mit dem benenten vnsern Gottshauß fürgenoñen haben/mit gekränckt/sonder dürch vns/all vnser Erben vnd Nachkommen vestigklich bestett vnd behaltē werde/vnd auff solches haben wir vns mit vnserm Gottshauß zu Abensperg Herrn Hansen Schweinhaubt an den zeiten deß benanten vnsers Gottshauß Prior dem Congent/allen jren Nachkoñen daselb/ vñ den benanten Zehentheyl aller Gült kleiner vnnd urosser/so auff vnsern Kasten zu Abensperg gehört/nichts außgenoñen/auff ein gantzes ende vertragen vnd geeynt/durch den andächtigen Herrn Friderichen Schecker/ an den zeiten Prior deß Gottshauß der obgenenten vnser lieben Frawen Brüder Ordens zu Straubing / der den gantzen vollen Gewalt gehabt hat von einem gemeinen General Prouincial vnd Capitel deß genanten Ordens/biß auff sein vnd jr völligs benügen/nach laut eines Spruchbrieffs daruñ außgangen/mit beeder theyl willen vnd wissen/ vnd also geben/verordnen vnnd vermachen wir vmb die vorgenante forderung deß Zehents aller Gült dem benanten vnserm Gottshauß hiemit in krafft dises Brieffs fünffzehen Schaff Korns/ein Schaff Weitzs/vnd zwey Schaff Gersten/alles Abensperger Stattmaß vñ zwölff pfund Münchner pfenning ewiger Gült vnd Gelts auß dē harnach geschribenen stuckē vnd Gütern. Item am ersten auß dem Sedelhoff zu Haunspach sechs schaff Korn/ ein Schaff Weitzs/vnd ein Schaff Gersten/vnd vier gemeste Schwein/ oder für jedes sibenzehen Schilling Münchner pfennig/zwo Hochzeit/oder für jede ein Kalbsbauch/ od̄ darfür sechs Schilling/zwe pfenning/sechs Genß/od̄ für jede Ganß fünffzehen pfenning vnd vier vnd zwantzig Hüner/ oder für ein Hun vier pfenning/vnd zween vnnd dreyssig Keeß/ oder für ein Keeß vier pfeñing/ Vnd der obgenant Hoff ist getheilt wordē/ vnd der Meyrl gibt die Gült halber/vnd der Simon ein viertel/vnnd der Berchtoldt ein viertel/ mach an einer Summ/jtem an Korn sechs Schaff/an Waitzs ein Schaff/ an Gersten ein Schaff/an gelt machts zehē Pfūd/vier Schilling vñ sechszehē Münchner pfenning. Item der Mayrel von einē besundern Gütlein ein Schaff Korn/jtē der Berchtold auß einem besundern Gütlein ein Schaff Korn/ Jtē von dem Closterhoff zwey Schaff Korn/ vier Genß/oder für eine fünffzehen Münchner pfenning/zehen Hüner/oder für ein Hun vier Pfenning/sechszehen Keeß/ oder für einē vier pfenning/sechs Schilling Münchner pfenning Wißgült/macht in einer Sum̄ eylff Schilling vnd vierzehen pfenning. Item auß dem Hoff zu Peissenhoffen fünff Schaff Korn/vnd ein Schaff Gersten als ewiger Gült vnd guter Gelts nach laut deß Registers jn von vns daruñ gegeben/solch obgenāt Gült an derselben zeit alles vnser rechts/freyes/ledigs/vnnd von aller menigklich vnansprach eygen Gut gewesen ist/als mit der vnderscheid/daß der benant Prior/Conuent vñ all jr nachkoñen die obgenante Gült ewigklich einneñen vnd empfahen sollen/ vnd järlich mit jhrer Gült auß den obgenanten Güttern vnd Stucken vor vns/vnsern Kastnern

vnnd

vnd Ampteleuten vorgehen/ ohn vnser/ vnser Erben/ Nachkommen/ vñ aller vnser Amptleut jrrung eintrag vnd hindernuß. Was aber mehr vnd weitter Gült auff den benandten stucken vnd güetter ligt nach laut vnsers Salbuchs/ sollen wir darnach einnehmen vnnd empfahen ohn deß benanten Priors/ Conuents vnd aller jhrer Nachkoñen irrumb vnd einrede/ vnd sie sollen noch habē darein nichts zuredē in kein weiß vnuärlich. Wir behaltē vns in dē obgenantē güttern die Scharwerck/ gericht vnd alle herligkeit beuor/ als wir dañ solches von alter allweg darauff gehabt haben/ doch so sollen vnd wöllen wir die benanten Stuck vnd Gut mit Scharwercken vnd andern Dingen nicht beschweren/ dadurch sie an jhrer obgenanten Gült mangel vnnd abgang möchten gewinnen. Sondern wir wöllen jhnen die schutzen vnd schirmen/ als dann jhr recht Erbstifft Herrn thun sollen/ vñ als wir/ vnser Erben vnd Nachkömmen deß von dem Allmächtigen ewigen Gott vnnd der hochgelobten Königin Maria belohnet vnd begabet werden wöllen. Ich obgenanter Johañes Herr zu Abensperg/ vnd ich Niclaus Herr zu Abensperg sein Sohn setzen den benanten Prior/ Conuent vnd all jhre Nachkommen der benanten Gült vnnd Gelts ein/ auß vnser nutz vnnd gewier/ inn jhr nutz vnnd gewier/ vnnd machen sie der gewaltig hiemit in krafft deß Brieffs/ also vñ mit der vnderschayd/ daß ein jeglich Prior/ der da jetzo ist/ od künfftiglich wird/ der Conuent vnd jr Nachkoñen die benant Gült jnnē haben/ nutzē vnd niessen sollen vnd mögē/ als ander deß benantē vnsers Gotshauß eigen haab vñ gut/ darein habē noch wöllen wir/ noch vnser Erbē vñ Nachkoñen jnen nichts redē in kein weiß/ doch so behalti wir vns/ vnsern Erbē vñ Nachkoñen hierinnē beuor/ dz ein jeglicher Prior vnd Cōuēt/ jr Nachkoñen die benantē Gült vnd Gut/ die dz benāt vnser Gotshauß hat/ oder gewint/ nit verändern/ verküñern/ versetzen noch verkauffen sollen noch mögen/ ohn mercklich vrsach/ vñ ohn vns/ vnser Erbē vnd Nachkoñen gunst willē vñ wissen. Ob sie aber solch Gült füran/ wañ vnd wie sich dz machet/ ohn mercklich vrsach verenderten/ verküñerten/ versetzten od verkaufften/ wem dz wehr/ ohn vnser/ vnser Erbē vnd Nachkömen gunst/ willē vñ wissen/ so soll doch sölches kein Krafft haben. Wir habē vns auch hieriñen weitter vorbehaltē/ vñ behaltē auch vns/ vnser Erbē vñ Nachkoñen/ hiemit in krafft deß Brieffs/ daß wir die benāten 18. schaff Trayd Gült/ vnd 12. pfund gelts Münchner pfenig/ so sie auß den benanten vnsern stucken vnd Güteru haben vñ einneñen/ jetzo vnd fürā ewiglich/ alle Jar järlich zu einer jeglichē zeit im Jar ewige losumb/ doch also vñ in solcher maß/ wañ wir/ vnser Erbē vnd Nachkoñen dē benantē vnserm Gotshauß Prior/ Conuent/ vnd jhren Nachkoñen so vil guter gwisser ewige Gült vnd Gatergelts/ in maß/ als oben geschriben stehet/ an andern gelegnē gewissen enden/ wo wir die zukauffen finden/ gekaufft/ vnd sie der eingesetzt vñ gewaltig gemacht habē/ als Landsrecht ist/ alßdañ so sollē vns/ vnser Erben vnd Nachkoñen die benantē stuck vnd Gut zu Daunspach vnd Peissenhofen von dē gantzen Orden vnsers benantē Gotshauß Prior/ Conuent vnd jren nachkoñē ohn ansprach gantz müessig vnd ledig seyn on allē eintrag vnuärlichē/ vnd soll alsdann der rechte Hauptstiftbrieff ab/ tod/ füran kein krafft haben/ noch wird vns gebraucht werden in keinen weg/ dieweil wir aber jn solch obgenant Gült zu ewigen zeiten nit gekaufften/ vnd biß auff jhr benügen derselbigen gewaltig gemacht habē/ so soll derselbig Hauptstifftbrieff hinder dem Ehrwirdin Gott Herrn Conraden Abt/ od sein Nachkoñen/ vnd dē Conuent S. Haymeran Gotshauß zu Regenspurg still ligen/ so lang biß wir die Gült in maß/ als oben geschriben stehet/ gekaufften/ vnd sie derselbē biß auff jhr benügen eingesetzt vnd gewaltig gemacht haben/ So haben wir/ vnser Erben oder Nachkoñen denselbigen Hauptstifftbrieff gewalt auffzuheben/ vnd damit thun/ wie vns verlust/ darein sollen noch haben sie vns nichts zureden/ besonderlich/ wañ wir jnen solchen kauff vnd Gült als offt begriffē ist/ verstrecke vnd verfertigt haben/ so sollen noch ermögē sie daß desselbigē Hauptstifftbrief füran wider vns/ vnser Erben vnd Nachkoñen nimmer brauchen/ in keiner weiß vnuärlich. Ich obgenanter Johannes Herr zu Abensperg/ vnd ich Niclaus Herr zu Abensperg sein Sohn vernewen vnd bestätten jn hiemit in krafft diß Brieffs dē

benantem vnserm Gottshauß Prior/ Conuent vnnd allen jhren Nachkommen alle jhre Priuilegia/ Brieff alts herkommens/ die freyung deß benanten Gottshauß/ vnnd was sie sunst ausserhalb deß rechten haubtstifftbrieffs von vnsern Vordern löblicher gedechtnuß außgezaigt/ gemarckt/ vnd zu dem benanten Gottshauß geben ist/ mit sambt dem hew vnd gruemat Zehent/ so sie auß vnserm Wißmat dem Gauger haben/ vñ darzu den Wein Zehent zu Irusing/ auch als sie denselben bey vns bißher gehabt vnd braucht habē/ daß sie das füran ewiglich vnuerendert jnne haben/ nutzen vnd brauchen sollen/ mit sambt der Früemeß zu Sant Peter vor vnser Statt zu Abensperg gelegen/ vnnd allen den stucken vnnd gütern/ so zu der benanten Meß oder vnserm Gottshauß gehörent/ vnnd die wir vnser Vorfordern ausserhalb deß haubtstifftbrieffs/ oder ander leut/ geistlich oder weltlich darzu geben haben/ es sey Wißmat/ Acker/ Zehent/ Hern lehen/ oder wie man die Stuck nennen soll vnnd mag/ nichts außgenommen/ mit sambt dem/ das disser gegenwertiger brieff jnne helt/ vnd das alles das wöllen wir jhnen schutzen vnd schirmen/ vnd freyen vor allē weltlichē Gewalt/ also daß wir noch all vnser Erben/ noch niemädts von vnsert wegen jhn darinnen keinen Gewalt/ keinen anfall noch kein jrrung vnnd hindernuß zuziehen thun/ noch andern zuthun gestatten sollen noch wöllen in kein weiß/ vnd wöllen auch/ ob jemandt das benant vnser Closter dem Prior/ Conuent vnd jhren Nachkommen anderst/ den diser vnser Brieff jnne helt/ leydiget beschweret vnd jrret/ das niemandt gestatten noch selber thun in kein weiß/ vnd begehren vnnd bitten darzu von allen vnsern Erben vnnd Nachkommen/ daß sie solches weder Reichen noch Armen/ Edeln oder Vnedeln in kein weiß gestatten/ sonder den vnd dieselbigen vestiglich vnd sträfflich in jhren Vngnaden haben/ dz deß Gott der Allmächtig/ vnd die hochgelobte Königin Maria jhr Lohn wöllen seyn/ vnd jhn in allen jren nöthen desto fleissiger bey gestehen/ was wir auch selbs/ vnser Erben vnd Nachkommen wider all obgeschriben Sach mit vnserm benanten Gottshauß dem Prior/ Conuent vnd allen jhren Nachkomen tägen Kriegen oder rechten wolten Geistlich oder Weltlich/ das haben wir an aller statt verlohren/ vnd sie gegen vns behabt vnd gewunnen/ vnd verzeihen vns darauff hiemit in krafft diß Briefs aller Freyheit vnd Priuilegia/ so wir von Römischen Keysern vnd Königen haben/ vnnd die wir wider die verschreibung brauchen wolten oder mögten/ daß dieselbigē vns/ vnsern Erben vnnd Nachkommen wider die verschreibung nichts helffen sollen noch mögen inn kein Weiß trewlich vnnd vngeuerlich/ vnd ob das wir/ oder vnser Erben vnd Nachkommen/ oder sonst anders jemands das obgenant vnser Closter zu Abensperg vnd den Orden vnser Frawen Brüder daselbst anders denn oben geschriben stehet/ leydig abbrechen beschwerten/ oder zu jrrung vnd einfälltheten/ also daß wir in solches/ so sie vns darumb bitten vnd ersuchen nicht vnderstehen mögten odr wolten. So bitten wir all vnsere Herrn von Bayrn/ wie die genant seyn gegenwertig oder künfftig/ daß sie solches niemandt gestatten/ sonder den/ oder dieselben schwärlichen in jhren Vngnaden halten vnd darzu thün/ als sie wöllen daß Gott deß jhr lohner sey/ vnd Maria jhn in allen jhren nötten desto fleissiger beystehe/ Den von deß brennten Kalchstein/ Zimmerholtz vnd der Fuhr wegen sollen vnd wöllen wir thun nach laut deß Spruchbrieffs darumb außgangen/ vnd deß alles zu einer wahren vnd ewigē bestättung aller obgeschribenen sachen/ geben wir jhnen für vns/ all vnser Erben vnd Nachkommen dem obgenanten vnserm Gottshauß vnd allen jhren Nachkomen disen Brieff mit vnsern eigē vnd anhangentē Jnsigel besigelt/ vñ darzu haben wir den Wolgebornen Herrn Vlrichen Herrn zu Laber/ vnsern lieben Vettern/ vnd den Strengen Vesten Herrn Heinrich Nothafft den eltern zu Werenberg/ an denselben Zeiten Vicedomb zu Straubingen vnsern lieben Schwagern gebetten/ daß sie jhr sigel mit sampt vns an disen Brieff gehangen/ die wir fleissiglich darumb gebetten haben/ jhn vnd jhren Erben/ Jnsigel ohn schaden/ darunder wir vns verbinden mit vnsern trewē an Aydes statt stehet zuhalten/ jnnhalt deß Brieffs der geben ist zu Abensperg/ an S. Johannis Tag zu Sumbenten/ als man zehlt nach Christi Geburt vierzehenhundert/ vnnd darnach in dem drey vnd Sechtzigisten Jahre.

Epi-

Episcopatus Chiemensis.

ADDITIONES

IN nomine Domini, Amen. *Eberhardus* Dei gratia *Salisburgensis* Ecclesiæ Archiepiscopus, Apostolicæ sedis Legatus, in perpetuum. In vinea Domini Sabaoth laborantes sollicita consideratione perpendimus, nos ad regimen gregis nobis commissi minus sufficere, & vt onera nostra in alios partiri debeamus, de licentia & auctoritate Domini *Innocentij* Papæ III. & assensu Capituli nostri *Saltzburgensis* in *Chymensi* Ecclesia Kathedram constituimus Episcopalem. Tali adhibito moderamine, vt secundum formam priuilegij prædicti Domini Papæ super hoc editi Capitulo nostro *Saltzburgensi* in dignitatibus, in libertatibus, consuetudinibus & omnibus rationibus suis occasione noui Episcopatus nullum fiat præiudicium & grauamen: de quibus rationibus subscriptas exceptiones specialiter & nominatim necessarium duximus exprimendas. In primis videlicet constituimus, vt Præpositus & capitulum *Chymensis* Ecclesiæ nullo vnquam iure quicquam sibi vendicet de præfati Episcopi electione, sed ipsius Episcopi Electio simpliciter & pure tantum ad nos & nostros spectet ex ordine successores. Idem etiam Episcopus à nobis & successoribus nostris electus, & pontificali annulo inuestitus & beneficiatus, homagium faciat Archiepiscopo, & sacramentum præstet se in omnibus fidelitatem debitam seruaturum. Statuimus etiam vt electus ante perceptam consecrationem coram nobis & Canonicis à capitulo *Saltzburgen:* destinatis iuret nunquam motu proprio idem capitulum se grauamine perturbare. Excipimus etiam ne *Chymensis* Episcopus Ecclesia *Saltzburgense* vacante nulla penitus ratione electionis Archiepiscopi se debet ingerere solennia, quorũ diuini officij in maiori Ecclesia, nisi à capitulo vocatus vllius iuris prætextu celebret præter pontificalia officia, quæ vice nostra nobis absentibus adimplere satagat, & hoc de mandato nostro speciali. De causis etiam cognoscẽdis, quarũ diffinitio nobis nõp ręsentibus de iure cõmuni spectat ad capitulũ maioris Ecclesiæ extra diocesin suam sibi collatã Archidiaconi *Salisburgen:* iussu integraliter conseruet. Volumus etiam vt secundum antiquam consuetudinem & à nobis, & à prędecessoribus nostris hactenus obseruatam Præpositus Ecclesiæ *Saltzburgen:* siue in publico siue in priuato à latere nostro propter præsentiam Episcopi seu Episcoporum à nobis creatorum nunquã debeat segregari, sed Pręposito in sinistro latere posito, *Chymensis* in dextro latere secundum cuiuslibet Episcopatus dignitatem & ætatem in suo ordine statuantur. Ne igitur hæc nostra constitutio, ab aliquo in posterum valeat immutari præsentem inde paginã, inde conscribi, & sigillo nostro Pontificali fecimus communiri. Datum *Saltzburgæ:* VI. Kal. Martij Anno Domini M.CCXVIII. Pontificatus nostri anno XVIII.

Ex M.S. Fundatione Monasterior. Bauar. lib. Tegernseen.

MARTINVS Episcopus seruus seruorũ Dei. Ad perpetuã rei memoriã. Ex Apostolicæ sedis circũspectione prouenire dignoscitur, vt Rom. Pontifex quandoq; Prædecessorũ suorum Romanorum Pontificũ gesta innouet, innouationẽ restauret, & auctoritate apostolica fulciat innouata. Hinc est q, nos ad Venerabilis nostri Episcopi *Chiemensis* instantiã quarundam felicis recordationis *Alexandri* PP. IV. prædecessoris nostri, quæ in Cancellaria nostra diligenter inspectæ & examinatæ sunt, cum incipiant vetustate consumi litterarum tenorem de verbo ad verbũ prędentib. annotari fecimus, qui talis est. ALEXANDER Episcopus seruꝰ seruorum Dei. Venerabili fratri Episcopo *Chiemensi* salutem & apostolicam benedictionẽ. Hiis quę ad laudem diuini nominis, & Ecclesiastici decoris augmentum ab Ecclesiarũ Prędatis proinde statuuntur, libenter adiicimꝰ apostolici mu-

niminis firmitatem, vt intemerata consistant, cum nostro fuerit præsidio communita. Cum igitur, sicut petitio tua nobis exhibita continebat bonæ memoriæ E. *Salisburgensis* Archiepiscopus animabus suæ curæ commissis cupiens procurare salutem, *Chimensem* Ecclesiam tunc *Salisburgen:* Diœcesis, de sui assensu Capituli, & licentia felicis mem. I. PP. prædecessoris nostri instituto ibidem, Episcopo creauerit Cathedralem, certam Dioc. & certos redditus quarundam Ecclesiarum, nec non & alia quædam bona *Salisburgen:* Diœcesis mensæ ipsius Episcopi deputando, prout in eiusdem Archiepiscopi litteris confectis exinde plenius continetur. Nos tuis deuotis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem Archiepiscopo prouide factum est, ratum habentes & gratum, illud auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem ipsarum litterarum de verbo ad verbum præsentibus inseri facientes, qui talis est.

EBERHARDVS Dei gratia *Salisburgensis* Archiepiscopus, Apostolicæ sedis Legatus, *Rudegero* Venerabili *Chimen:* Episcopo in perpetuum. Nos super familia Domini constituti, vt demus ei cibum in tempore, verbum illud sollicitè cogitantes, *messis quidem multa. operarij autem pauci, rogate ergò Dominum messis vt mittat operarios in messem suam*, Domino *Innocentio* PP. III. vna cum Capitulo nostro obtulimus preces nostras, quas fauore Apostolico exaudiuit, vt in Insula *Chimen.* in Monasterio regularium Cathedram Episcopalem, poneremus Dominici gregis facilius gubernandam, ita potius animarum, quam rerum commodum attendentes, eiusdem monasterij per omnia iure saluo, & nihil de bonis ipsius ad Episcopalem Cathedrã transferatur, & capituli *Salisburgen:* saluo nihilominus super omnia iure suo, vt per hoc in dignitatibus, libertatibus, consuetudinibus, & rationibus suis eis nullum præiudicium generetur. Nos ergò ad beneplacitum apostolicæ voluntatis de consilio capituli nostri in prædicta Insula sedem, fecimus Cathedralem, & tibi *Rudegero* Venerabili fratri à nobis electo & etiam inuestito, & successoribus tuis à nobis & successoribus nostris eligendis & inuestiendis, cum sacramento fidelitatis, iuxta tenorem autem apostolici Priuilegij Episcopatum tuum his finibus limitamus, videlicet à terminis Parochiæ extet vsque ad Insulam *Ghimen:* deinde per *Prien* & *Selhuben* parochias, ac deinde per vallem *Cruzolben,* & inde per montem qui dicitur *Strichen*, & per vallem quæ dicitur *Linchetal* claudendo parochias *Chirchdorff* & sancti *Ioannis*, vsque in summitatem montis *Iochberch*, & hoc erit ipsius Diœcesis longitudo, latitudo vero ipsius parochiæ tuæ extenditur per valles *Pirlse*, *Prichsental* & *Elimalben* vsque per fines parochiæ solis retentis nobis jure patronatus in his Ecclesiis, in quibus illud prius habuimus, & decimis aliarum Ecclesiarum, & etiam in Feudatis. Assignamus etiam tibi & successoribus tuis annuos redditus Trecentarum Marcharum percipiendos in *Sahrauch*, & omnibus pertinentiis suis cultis & incultis, piscationibus, siluis Pascuis & hominibus, ad illud officium pertinentibus, & in *Puzcolben*, *Wilhalbnstorff*, *Purch*, cum possessionibus aliis quas emimus à nobili muliere *Machtilde*. Et item in *Austria* in vineis apud *Arlsdorff*, quas comparauimus ab *Ortolpho*, & aliis, qua nobis à *Spissario* nostro *Menchardo* vacare ceperunt, nec non in domo infra ciuitatem *Saltzburgensem* iuxta Ecclesiam sancti *Laurentij*, quam emimus à milite supradicto, Et item in *Striouelden*, *Celle*, & *Houen* & *Iahsenpach* Ecclesiis, & earum redditibus & omnibus possessionibus, quas edæm Ecclesiæ iure communi, & etiam speciali hactenus obtinuerunt in decimis & aliis suis rebus, saluo tamen numero clericorum seruientium in eisdem. Damus etiam tibi & successoribus tuis Ecclesiam

Sechir-

Sechirchen, cum omnibus pertinentiis suis, saluo nihilominus numero seruientium in eadem. Hoc tibi & successoribus tuis onere impositio, vt inde victum habeatis. Si quando Chrisma in *Salisburgensi* Ecclesia à nobis contigerit consecrari, & etiam quando pro aliis necessitatibus nostris ad eandem ciuitatem accesseritis disponendis, saluo in omnibus prædictis Ecclesiis iure Archidiaconi. Numerum autem Clericorum taliter moderamur, in *Striolfelde* quinq;, *Celle* quinq;, *Houen* quinque, *Thsenpach* duos, *Sechirchen* tres. Volum⁹ etiam vt ad quamlibet illarum nobis & successoribus nostris à te & successoribus tuis proprius Sacerdos præsentetur, cui committamus regimen animarum. Iurisdictionem tamen ecclesiasticam, videlicet excommunicationis, vel aliam huiusmodi in omnes in prædictis Parochijs delinquentes tibi, & tuis successoribus indulgemus, vt ipsa vtamini, quando secundum Dei amorem videbitis expedire. Præterea damus tibi & successoribus tuis possessiones in *Citerstal Vrborch*, ministerialis Ecclesiæ nostræ, suo dederit Hospitali, quod Præposito *Chimen.* priuilegium commiserat ordinandum. Ex illis autem singulis annis sex libri sororibus in Insula positis tribuantur. Et juxta easdem possessiones in Castro nostro, quod ibi ædificauimus aream vnam pro vna domo, & officinis eidem domui necessarijs, hæc omnia jure feudali tibi & successoribus tuis concedimus possidenda. Et vt hæc omnia tibi & successoribus tuis firma permaneant, hanc donationis nostræ paginam, cum consensu Capituli nostri sigilli nostri robore confirmamus. Nulli ergò hominum liceat hanc nostræ donationis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Ego Chuno *Salisburgensis* Ecclesiæ Decanus. Ego Bernardus presbyter Subdecanus. Ego Harifridus presbyter Scolasticus. Ego Albertinus presbyter. Ego Albert⁹ presbyter. Ego Alberher⁹ presbyter. Ego Henric⁹ presbyter. Ego Berchtold⁹ presbyter. Ego Volchmarus presbyter. Ego Henricus presbyter. Ego Hoholdus presbyter. Ego Leupold⁹ presbyter. Ego Otto Diaconus. Ego Fridericus Diaconus. Ego Sighardus Diaconus subscripsimus. Dat. Salzburg III. Kalend. Ianuarij, pontificatus nostri Anno XVIII. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attemptare præsumpserit, indignationē Omnipotentis Dei, & beatorū Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum *Neapoli* VIIII. Kal. Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo. Nos igitur ipsius *Friderici* Episcopi in hac parte supplicationibus inclinati litteras prædecessoris huiusmodi auctoritate prædicta tenore præsentium innouamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Per hoc autem nullum ius cuiquam de nouo acquiri volumus, sed antiquum, si quod sit, tantummodo conseruari. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis, communitionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud sanctos Apostolos, II. Id. Ianuar. Pontificatus nostri Anno vndecimo.

Episcopi Chymenses.

ANNO Domini M.CC. XVIII. EBERHARDVS *prius* Brixinensis, *postea eiusdem nominis secundus iste* Saltzburgensis *Archiepiscopus effectus* XVIII. *Pontificatus sui anno sub* Innocentio *Papa III. consentiente sibi capitulo suo, III. Kal. Ianuarij, Episcopatum in Insula quæ* Chymens. *dicitur instituit. Postmodum* Honorius III. Nea-

leg. Alexãdor.

III. Neapoli *confirmauit primo Pontificatus sui anno IX. Kal: Ian: Dictus* Eberhardus *eiusdem Episcopatus electionem sibi & suis successoribus reseruauit: & primum Episcopum*

I. RVDIGERVM *de* Radeck *postea* Patauiensem *huic loco* Chymen: *præfecit: præfuit annos 15.*

II. ALBERTVS *prius* Saltzburgen: *Præpositus, in Capitulo sepultus, rexit (annos 10.*

III. Fr. HENRICVS *de ordine* Prædicatorum *in* Raittenhaslach *sepultus, præfuit an 22.*

IV. Fr. HENRICVS *de ordine* F. Minorum. *rexit annos 9.*

V. IOHANNES *postmodum* Gurcensis *effectus; præfuit in Monasterio Chymen an. 4.*

VI. CHVNRADVS *dictus* Hintperger Saltzburgæ *sepultus an. 13.*

VII. FRIDERICVS *prius hic Præpositus in* Chymsee, *dictus* Fronhovver *ann. 2.*

VIII. ALBERTVS Saltzburgensis *Canonicus dictus* Fronstorffer. *annos 28.*

IX. VLRICVS *de* Montpreis *Can:* Salisb: *in cripta sepultus. an. præfuit 2.*

X. CONRADVS *de* Liechtenstein *prius Præpositus* Solien. *ob* Saltzburge, *rexit an. 17.*

al. Gebhardus. XI. GERHOCHVS *de* Waldeck *prius Decanus* Saltzbur. *Romæ confirmatur, an 4.*

XII. HVGO *de* Scherffenberg, *prius Can.* Saltzburgen: *rexit confirmatus an. 1.*

al. Vlar. XIII. LVDWICVS Kattlckouer. *Canonicus & plebanus* Saltzburgensis, *an. 1.*

XIV. FRIDERICVS *quondam plebanus in* Celle *prius Notarius* Conradi *de* Liechtēstain *& vt alius Catalogus habet Domini* Ortolffi *Archiepiscopi, an. 27.*

XV. GEORGIVS *de* Neuperg, *prius Canonicus* Saltzburgen. *an. 2.*

XVI. EBERHADVS *de* Perneck *Canonicus* Saltzburgen. *an. 7.*

XVII. ORTOLFVS Talhaimer *plebanus in* Mienberg *in* Chymsee *sepultus.*

XVIII. FRIDERICVS Teys *prius fuit Episcopus* Lauantinen. *in* Chymsee *sepultus, an. 7.*

XIX. ENELMARVS Kral *Decanus* Saltzburgen. *an 12.*

XX. IOHANNES Ebser *Canonicus* Saltzburgensis. *an. 9.*

XXI. SILVESTER *Doctor, prius Decanus* Patauiensis, *an. 14.*

XXII. VLRICVS Planckenfelser *prius Canonicus* Saltzburgensis *ann 14.*

XXIII. BERNHARDVS *Decretorum Doctor Canonicus* Frisacensis, *qui prius fuit trium Archiepiscoporum Cancellarius.*

XXIV. GEORGIVS Altausser *Decretorum Doctor, Præpositus in.* Traberg. *Cancellarius* Salisburgen.

XXV. GEORGIVS Ebmer *Decret Doctor fuit prius Præpositus ad* S. Zenonē

XXVI. CHRISTOPHORVS Mändel *Decret. Doctor, & Cancellarius* Salisburgensis.

XXVII. BERTHOLDVS Burschtinger *IV. Licent.*

XXVIII. SEBASTIANVS. Cattaneus *SS Theol. Doctor.*

XXIX. EHRNFRIDVS *à* Chienburg *Canonicus* Salisburgen.

XXX. NICOLAVS *à* Wolckenstain, *Canonicus* Salisburgen.

CHIEMSEE MONASTERIVM ORDINIS S. AVGVSTINI CANONICORVM REGVLARIVM

Herrn werd *olim* in der Aw oder Pfaffen werd.

DE huius Monasterij fundatione scribit Auent. & adfert Arnolphi diploma, quod iste Arnolphus Rex hoc Monasterium, vel Abbatiam sancti Saluato-

uatoris ab Episcopo Metensi, cui ab antiquis Principibus Bauariæ datũ erat, pro Abbatia Luxouium dicta, commutauerit, & Archiepiscopo Salisburgensi Diethmaro tradiderit, vt illic pro anima beatissimi Genitoris sui Karolomañi, suaque annuatim per omne tempus anniuersarij commemoratio in eleemosynarum largitate & pauperum cura peragatur, Anno 891. Ratisbonæ, Otto deinde Imperator plenariè tradidit hanc Abbatiam Friderico, Archiepiscopo Salisburgensi, qui fuit Comes à Kiemgeu, Anno 969.

AVENT. in Annal. fol. 622. ita ponit: In Norico Conradus, Iuuauiæ Episcopus, ex Abensbergensi familia oriundus, Chiminum Templum olim à Tessalono, secundo Duce Bauariæ D. Benedicto conditum, ab Vgris ad egestatem redactum, Monachis Augustinianis tradit, &c. hoc est, Canonicis regularibus ordinis S. Augustini, Archiepiscopus Eberhardus I. concessit Aduocatiam huius Abbatiæ Comiti Sybothoni de Neuburg, juxta Mangfaldum fluuium, Año 1158.

IDEM quoque habuit Aduocatiam aliorum bonorum Ecclesiæ Salisburgens. juxta Chiminum lacum sitorum, juxta tenorem illarum literarum. Post obitum verò Comit. de Hadmasperg, eiusdem familiæ cum Neuburgens. Eberhardus secundus, Archiepiscopus Salisburgens. concessit Aduocatiam Ottoni Palatino Rheni, Duci Bauariæ, ea conditione, qua antea Comites prædicti illa vsi sunt, Anno 1244. Et ita hæc Aduocatia peruenit ad Duces Bauariæ, juxta Annales Chiemen.: Vide si lubet, Genealogiam horum Comitum, in libro meo Genealogiarum Bauaricarum.

ISTE Eberhardus secundus, familię de Truchsen, Episcopus antea Brixinensis, Pater pauperum, erexit seu instituit tres Episcopatus, Chiemen. Seccouiens. & Lauentinum, hoc tamen sine omni prejudicio Præpositi, & Monasterij Chiemen. anno 18. sui Pontificatus.

PRIMVS Chiemensis Episcopus fuit RVDGERVS.

ARCHIDIACONATVS verò fuit ante Episcopatum, de cuius initio ibi certi nihil reperitur.

BONA præcipua huius Monasterij, per Adrianum Pontificem confirmata, Anno 1157. Eckstett, Brutting, Ruetheringen, Stumb, Saline in Hall, duæ curtes in Grassau, cum decimis illius Parochiæ.

ADDITIONES.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Arnolphus* diuina fauente clementia Rex. Si religiosorum igitur antistitum votis clementer annuimus, eorumque petitiones, quibus pro sibimet commissæ Ecclesiæ vtilitate nostram interpellant clementiam vsque ad effectum perduxerimus, non solum eos ad nostrę orationis frequentiam in hoc efficaciores exercemus, verum etiam ad æternæ remunerationis præmia feliciter capessenda id nobis profuturum esse liquido credimus. Quapropter omnibus Sanctę Dei Ecclesię fidelibus, præsentibus scilicet & futuris agnitum esse volumus, quomodo *Deotmarus* Venerabilis Sanctæ *Iuuauensis* Ecclesiæ Archiepiscopus & Archi Capellanus noster humiliter excellentiam nostram precatus est, vt quandam Abbatiam, quam ipse in beneficium habuerat, id est monasterium Sancti *Saluatoris* infra lacum qui *Chieminiseo* vocatur, constitutum, quod vulgari vocabulo *Ovva* dictum esse constat, ad jam fatam Diœcesis suæ sedem principalem, hoc est Ecclesiam in honore Sancti *Hrodberti* Confessoris Christi constructam, traderemus. Cuius itaque supplicationem congruam esse cognoscentes, quia à *Metensi* Ecclesia, ad quam jam dudum ab antecessoribus nostris tradita fuerat, per recompensationem Abbatiæ *Luxouium* vocatæ illam exoluimus, suggestionique

eius libenter assensum prębentes decreuimus ita fieri, præscriptamque Abbatiam *Ouua* vel *Chiemineseo* dictam, cum omni integritate sua, ad sacrosanctum Archiepiscopalem memoratum locum perpetuo consistendam, tradidimus. Hoc præsens auctoritatis nostræ præceptum inde conscribi præcipientes, quatenus eadem crebro dicta Abbatia cum ad eam ritè aspicientibus, tàm nostris, quam & futuris voluentis mundi temporibus ad sæpe nuncupatam Ecclesiam pro diuorum antecessorum nostrorum nostraque commemoratione consistat atque pertineat. Eo videlicet rationis tenore, vt idem venerabilis Præsul, qui præsentialiter prælibatæ sedi præesse dignoscitur, successoresque illius deinceps in æuo liberam habeant potestatem, ex vniuersis eiusdem Abbatiæ rebus veluti de Episcopij sui honore pro vtilitate vtriusque loci vniuersa disponere, & illic pro anima beatissimi genitoris nostri *Carlomanni*, nostraque annuatim per omne tempus anniuersarij nostri commemoratio in Eleemosynarum largitate, & pauperum cura cum sacrarum administratione precum omnimodis peragatur. Hæc itaque auctoritas largitionis nostræ, vt firmior certiorque absque vllius dispendio in perpetuum à cunctis fidelibus nostris habeatur, manu nostra subtus eam roborantes annulo nostro iussimus insigniri.

Signum Domini Arnolfi  Inuictissimi Regis.

Aspertus Cancellarius ad vicem *Deotmari* Archicapellani recognoui &c.

Datæ IIII. Kal: Iul: Anno Domini DCCCXCI. Indictione VIII. Anno tertio *Arnolfi* piissimi Regis. Actum *Reganespurc* in Dei nomine feliciter, Amen.

IN nomine sanctæ & individuę Trinitatis. OTTO diuina fauente clementia Imperator Augustus. Si erga loca diuinis cultibus mancipata, propteramorem DEI in eisdem Domino famulantibus quoddam offerimus beneficij præmium, nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Quocirca nouerit omnium fidelium nostrorum, scilicet præsentium ac futurorũ industria, qualiter nos per interuentum ac petitionem *Henrici* Ducis nostrique parentis ad Ecclesiam Sancti *Petri* Principis Apostolorum sanctique *Ruodberti* confessoris sanctæ *Saltzburgensis* Ecclesiæ, cui venerabilis Archiepiscopus *Fridericus* cura pastorali præesse videtur, donauimus atque concessimus vnam Abbatiam, quæ *Chymisse* nuncupatur, cum omnibus suis pertinentiis & adiacentiis, in quibuscunque locis vel comitatibus consistere vel iacere videantur, Ecclesiis, curtibus, ædificiis, seruis & ancillis, cæterisque mancipiis, terris, cultis & incultis, agris, campis, pratis, pascuis, syluis, vineis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, molendinumque locis, venationibus, viis & inuiis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus rebus, omnibus pertinentiis & adiacentiis, quæ dici vel nominari possunt, ad prædictam Abbatiam, quæ *Chymisse* nominatur, ad præfatam Ecclesiam Sancti *Petri* Principis Apostolorum, Sanctique *Ruodberti* Confessoris sanctæ *Saltzburgensis* Ecclesiæ, cui venerabilis Archiepiscopus *Fridericus* cura pastorali præesse videtur, vt iam prædiximus, omnia & ex omnibus in integrum donauimus, eo scilicet tenore, vt præfatus venerabilis Archiepiscopus *Fridericus* eiusque successores, nostris futurisque temporibus prenominatam Abbatiam *Chymisse* cum omnibus suis pertinentiis, & adiacentiis habeant, teneant, firmiterque in perpetuum possideant, atq; in ipsius potesta-

potestate successorumque eius perpetualiter nostra imperiali auctoritate per paginam nostri præcepti donatam atque concessam, permaneat, omnium hominũ contradictione remota. Et vt hęc nostræ auctoritatis donatio omni tempore firma stabilisque permaneat, jussimus inde hoc præsens præceptum conscribi, annuloque nostro sigillari. Manu propria subtersignauimus.

Signum Domini *Ottonis* magni & Inuictissimi Imperatoris Augusti.

Luitgerius Cancellarius ad vicem *Hattonis* Archiepiscopi & Capellani subscripsi.

Datæ III. Kal. Nouembr. Anno Dominicæ incarnationis D. CCCC.LXVIIII. Indict. XIII. Anno regni Serenissimi regis *Ottonis* XXXV. Imperij scilicet sui, in Italia VIII. Actum in *Tuscania* in loco qui dicitur *Monticolo*, super fluuium *Arne*, prope ciuitatem *Luccam*.

NOs EBERHARDVS Dei gratia *Salzburgensis* Archiepiscopus, Apostolicæ sedis Legatus tenore subscripti Priuilegij dilectis in Christo fratrib⁹ Prępposito & Capitulo *Chymensis* Ecclesiæ olim à venerabili prædecessore nostro *Eberhardo* piæ recordationis Archiepiscopo traditi, & vetustate attriti, protestamur nulla in ipso mutatione facta, non minus eandem diligentes Ecclesiam præsenti pagina innouasse, & auctoritate qua fungimur confirmasse. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Eberhardus* Dei gratia *Salzburgensis* Archiepiscopus dilecto filio *Vlrico Chymensi* Præposito, eiusque successoribus in perpetuum. Quoniam in hocipsum vocatione diuina positi sumus, vt vtilitati & paci Ecclesiarum præsertim nobis commissarum solerter, quantum in nobis est, seruire debeamus, illud prima fronte subtilius prouidere nos conuenit, vt ea, quæ à nobis rationabiliter & benè pro subiectorum vtilitate statuuntur, ita literarum monimentis prosequamur, ne quod benè factum est, cuiusquam temeraria in posterum vsurpatione possit infringi. Inde est, quod tibi dilecte in Christo fili *Vdalrice Chymensis* Præpposite, tuisque successoribus memoriale per calamum & atramentum edimus, per quod Deo opitulante cunctis retrò generationibus super verbo, vnde tecum & cum fratribus tuis, pro vestra nimirum quiete conuenimus, omne contradictionis ambiguum posse confidimus aboleri. Cum enim Aduocatia Ecclesiæ vestræ vacaret, & ad arbitrium nostrum Aduocati substitutio, pro tua quidem & fratrum tuorum petitione penderet: Aduocatiam loci rogatu vestro Comiti *Sigebotoni* de *Nuümburck* ea lege concessim⁹, vt remoto omni grauamine, quod Aduocatorum plerique sub nomine Patronatus Ecclesiis heu damnabiliter inferre cõsueuerunt, ipse vobis & vestræ familiæ bonus & fidelis Aduocatus existat, & nec ipse, nec vllus de suis heredib. qui sibi legitimè in Aduocatia succedent, justitiam hac in pagina subscriptam & confirmatam, suo quoque ipsius assensu probatam, quolibet ausu, qualibet surreptionis astutia presumat irrumpere. Quæ talis est: in Insula Monasterij Placitum nisi à Præposito & fratribus euocatus nunquam teneat. A singulis monasterij mansis, qui vulgo appellantur Hube, præter modium auenæ, nullo genere exactionis aliquid vnquam accipiat. Placitum vniuersale cum familia Ecclesiæ in anno semel habeat. Et quoniam nos circumjacentia bona nostra eidem Comiti nihilominus tuenda cõmisimus, expensa Monasterij ad sumptum mensæ Placiti, nimirum ipse sub hac mensura in vnum ex nostra simul & fratrum parte recipiat modiũ tritici, & dimidium modiũ siliginis, & dimidium

octo

octo modios de pabulo. Saiomas vini duas, & tres cereuisiæ, vnum porcum saginatum, vel in redemptione LX. nummos, vnum porcum pascualem, in redemptione XXX. nummos. Octoginta Caseos, octo Anseres, decem & octo pullos Gallinarum. Oua trecenta, & hæc est summa totius impensæ. Possessiones Ecclesiæ in *Stumme* ea conditione tuendas ab omni homine pro suo posse defendendas specialius accepit, vt nullam per se, nullam per nuncios suos de ipsis exactionem faciat, nunquam illuc nisi vocatus à Præposito veniat. Et huius rei gratia Karratam vini à fratribus idem Aduocatus expectet. Bannum sibi de contentionibus & iniustis contractibus, sicut aliis Aduocatis est permissum, nos quoque permittimus, sub ea tamen exceptione, vt quotiescunque mancipia *Chymensis* Ecclesiæ cum his, qui de nostro sunt jure contrahunt, contractus talis nequaquam illicitus, & ad bannum Aduocati pertinens existimetur. Quę nostræ conuentionis modum, ne vel ipse Comes, vel aliquis legitimus hæres suus transire, iniusta cuiuslibet noui juris exactione præsumat, nos hanc inde paginam conscribi, & sigilli nostri appensione jussimus communiri. Actum Chymsee, Año incarnationis Domini nostri Iesu Christi Millesimo, centesimo, quinquagesimo octauo. Indict. V I. Prid. Idus Septembris, regnante Domino *Friderico* glorioso Imperatore Augusto. Anno regni eius sexto. Imperij verò quarto. Pontificatus autem nostri anno duodecimo, Amen.

Concessio Aduocatiæ super rebus Ecclesiæ præfatæ jure feudi Dn. *Ottoni* Duci Bauariæ ab *Eberhardo* Archiepiscopo *Salisburgensi* Anno Domini M. CC. XLIIII.

Nos *Eberhardus* D. g. *Saltzburgensis* Archiepiscopus Apostolicæ sedis legatus, hoc scripto patere volumus tàm præsentib⁹ quàm futuris, quod ad petitionem & instantiam dilecti & specialis amici nostri *Ottonis* Comitis *Palatini Rheni* Illustris Ducis *Bauariæ*. Aduocatiam nobis vacantem à morte Nobilis Comitis de *Hadmaresperge* in bonis Clericorum, Insulæ apud *Chymsee* ipsi Duci contulimus jure feudi; ita tamen quod idem Dominus Dux nullam potestatem habeat eandem Aduocatiam alicui feodaliter conferendi, sed ipsam personaliter debeat retinere, nec etiam occasione eiusdem Aduocatiæ jura alia recipere teneatur, nisi quæ in antiquis priuilegiis præfati Capituli euidentius sunt expressa. Ne igitur in prædictis tempore procedente possit aliquod dubium exoriri, pro euidenti testimonio & cautela hanc scribi jussimus paginam, nostrique Sigilli munimine roborari. Datum huius *Saltzburga*. Calend. Februarij, Anno Domini M. CC. XLIIII. Indict. tertia.

NB. EBERHARDVS Dei gratia Salisburgensis Archiepiscopus, Apostolicę sedis legatus, Rudegero venerabili Episcopo in perpetuum. Habetur supra in Bulla Martini Papæ.

ADRIANVS Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Vdalrico præposito Ecclesiæ Sancti *Sebastiani Chymsee*, eiusque fratribus tàm à præsentibus quàm futuris canonice instituendis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat. Ea propter dilecti filij in Domino vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub Beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti Priuilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, vt Ordo Canonicus, qui secundum Deum & Beati *Augustini* regulam in eodem loco dinoscitur institutus, perpetuis ibidē temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunq; possessio-

possessiones, quæcunque bona in præsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: *Eckstette, Bruttingen, Ruderingen*, cum omnibus pertinentiis suis. Insulam in qua ipsa Ecclesia sita est, Villam quæ dicitur *Stumbe*, cum pertinentiis suis. Salinas in *Halle*, cum curtibus, mancipiis, & aliis pertinentiis suis. Duas curtes in *Grasiauu*, cum decimis quas justè & quietè in eadem parochia possidetis. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conseruentur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate & Diocæsani Episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisue persona hanc nostram constitutionis paginam infringere, vel sciens contra eam venire temptauerit, secundò tertioue commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamq; se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jure seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Data *Laterani*, per manus *Roberti* S. R. E. presbyteri Cardinalis & Cancellarij, III. Kal. Ianuarij. Indict. sexta. Incarnationis Dominicæ anno M. C. L VII. Pontificatus vero Domini Adriani Papæ quarti, anno quarto.

CATALOGVS PRÆLATORVM CHIEMENSIVM.

I. PRimus fuit B. HARTMANNVS, *qui ab initio* Patauiæ *ad* S. Nicolaum, *Canonicus erat: postea instituto ordine Canonicorum Regularium* Salisburgj *Anno 1121. assumptus est ibidem in Decanum. Deinde primùm anno 1131. factus Præpositus & Archidiaconus* Chymensis, *vbi tres imperauit annos: sed hoc dignitatis gradu quoque relicto, postulatus* Nouenburgj *in* Austria *Præpositus efficitur, vbi cum aliquandiu commoratus esset, petitus & consecratus est in Episcopum* Brixiensem.

II. CHVNO, *qui sub anno 1142. electus, annos decem imperauit.*

III. VDALRICVS *rexit annos 26.*

IV. SIBERTVS *rexit annos 25.*

V. ADELBERTVS *Imperio præfuit annos 25.*

VI. CONRADVS *præfuit an. 17.*

VII. ENGELSCALCVS *annos 14.*

VIII. HEN-

VIII. HENRICVS *19.*
IX. FRIDERICVS *annos 23.*
X. FRIDERICVS *huius nominis secundus. præfuit annos decem; post electus est in Episcopum* Chymensem.
Gottscalcus XI. GOTTSCALDVS *annos 5.*
XII. OTTO. *annos 15.*
XIII. GRIMOLDVS *an. 1.*
XIV. SEVFRIDVS *annos 11.*
XV. HENRICVS *secundus 15.*
XVI. IACOBVS I. *an. 2.*
XVII. IACOBVS II. *an 1.*
XVIII. HENRICVS *tertius 7.*
XIX. CONRADVS *secundus an. 7.*
XX. IOANNES I. *an. 23.*
XXI. NICOLAVS *an. 7.*
XXII. STEPHANVS *an. 11.*
XXIII. VDALRICVS *secundus, an. 33.*
XXIV. LVDOVICVS *an 1.*
XXV. VDALRICVS *tertius an 7.*
XXVI. SIGISMVNDVS *an. 10.*
XXVII. IOANNES *secundus an. 26.*
XXVIII. RVDBERTVS *an 24.*
XXIX. ADAMVS *an. 19.*
XXX. VIRGILIVS *an* $2\frac{1}{2}$.
XXXI. ERASMVS *an. 15.*
XXXII. IACOBVS *tertius an. 2.*
XXXIII. CHRISTOPHORVS I. *annos 20.*
XXXIV. ERASMVS *secundus; qui primum factus est Administrator officij Archidiaconalis, tandem per Commissarios in Præpositum & Archidiaconum confirmatus an.* $1\frac{1}{2}$.
XXXV. CHRISTIANVS *an.* $3\frac{1}{2}$.
XXXVI. IOANNES tertius, *qui prius fuit Canonicus* Rorensis, *menses tres & dies octo.*
XXXVII. VDALRICVS *tertius, an.* $1\frac{1}{2}$.
XXXVIII. SEBASTIANVS I. *an. 5.*
XXXIX. MARTINVS *qui fuit Canonicus* Rorensis, *præfuit an.*
XL. IOANNES IACOBVS Raiger *nobilis, & suæ familiæ vltimus qui prius fuit Canonicus* Baumburgensis, *annos 8. & quatuor menses, postea resignauit.*
XLI. IOANNES *quartus cognomine* Räm, *fuit prius Canonicus in* Rhor. *præfuit annos 10. & menses duos.*
XLII. CASPARVS Spindler *annos* $3\frac{1}{2}$.
XLIII. AVGVSTINVS, *qui hodie præest.*

CHIEMSEE MONIALIVM,
Frawenwörd.

DE fundatione huius Monasterij, ac illius progressu, vsq; ad Henricum quartum Imperatorem, nihil certiùs ac planiùs potest scribi, quàm prædicti Heinrici Imperat. confirmatio, huic Monasterio data, continet, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur.

IN NO-

IN NOMINE sanctæ & individuæ TRINITATIS, Heinricus, diuina fauente clementia, Rex. Ad notitiam, ad memoriam, ad fidem rerum, & firmamentum omne scribitur Testamentum, sub qua ratione & hoc scribi, sed vnde & quare jusserimus, Notum facimus omnibus Christi fidelibus: in quo dum cautiùs perspeximus, dum diligentiùs consuluimus, eandem rem (res enim alta est) longè suprà repetere volumus. Ad solam Dei gloriam & laudem, ob salutem animæ, ob remedium peccatorum suorum, Thessalo Rex Chiemensem substituit & fundauit Ecclesiam. Substituit, inquam, prædiis his dotauit, Euenhausen, Leuchtental, Schonsteten, Tegingen, Sapienzmünster, Puech, Fraunhouen, Hofnaim, Fridlfingen, Fraundorff, Palchingen. His verò, vt dictum est, dotauit, aliisque pluribus. Dotauit & perfectissimam libertatem digna & religiosa institutione, cum judicio in Insula sua, quæ Nunnuerd dicitur, & in omnibus Hofmarchis suis, ritè & legitimè habendo, sicut aliud regale Cœnobium tenetur, liberè & principaliter eidem Ecclesiæ tradidit, & solis tantùm Regibus, in tutelam & patrocinatum decreuit. In hac libertate ad Carolum vsque Regem Successorem suum peruenit, à Carolo vsque ad Ludouicum Regem, qui ob eiusdem Ecclesiæ, quam sibi pro cæteris habuit specialem, filiam suam Irngardam ibidem præfecit Abbatissam. A Ludouico autem ad Heinricum, qui quoque sororem suam Geruirgam constituit Abbatissam, ob loci nobilitatem & religionem. Ea vt diximus libertate, à Rege ad Regem descendit, & vsque ad nos eandem libertatem habuit & pertulit. Et vt hæc perfectissima regalis libertas, quam ab autore suo Tessalone Rege accepit, firma & inconuulsa omni æuo permaneat, hanc chartam conscribi jussimus, & propria manu, vt infrà videtur, corroborauimus, nostroque sigillo insignitam omnibus seculis, vt hęc sciant & credant, relinquimus.

SIGNVM Heinrici quarti, Regis inuictissimi, Gebhardus Cancellarius recognoui. Anno incarnationis Dominicæ M. LXXVII. Indictione prima, Anno autem Domini Heinrici, Regis quarti inuictissimi, ordinationis XXIV. regni XXII. Ratisbonę actum fœliciter.

HEINRICVS sanctus Imperator Chiemensibus Virginibus Gerpirgam sororem, Patauiensibus Helicam amitam præfecit, Auent. fol. 507.

ADDITIONES.

FVndatorem Monasterij Chymbsee *Monialium, vulgò* Frawenwörd *dicti, verum & indubitatum agnoscimus* Thessalonem Bauariæ *Ducem ex familia* Agilolfingorũ *vltimum. De quo Lector legat post* Marc. Velserum. *R. P.* Matthæum Raderum I. *Bauariæ sanctæ Tomo pag* 83.

Innocentius Episcopus Seruus seruorum Dei. Dilectæ filiæ *Machildi* Abbatissæ de *Chiemsee* eiusque sororibus tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum. Quoniam sine vero cultu Religionis nec caritatis vnitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi seruitium. Expedit Apostolicæ auctoritati, religiosas personas diligere, & earum loca pia protectione munire. Ea propter dilectæ in Domino filiæ, vestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus. Et ipsum beatæ Dei genitricis *Mariæ* Monasterium, quod in *Salzeburgen.* Episcopatu situm est, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes vt quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentia &c. juste & canonicè possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant.

Decernimus ergo vt nulli omnino hominiliceat præfatum Cœnobium temere perturbare, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Sed omnia integrè conseruentur, pro vestra & eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Si quaigitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostrę constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire temptauerit, secundo, tertioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine, districtę vltioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi munus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Conradus Sabinensis Episcopus.
Ego Albertus Albanensis Episcopus.
Ego Stephanus Prenestinensis Episcopus.
Ego Gerhardus presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Ierusalem.
Ego Anshelmus presbyter Cardinalis tit. S. Laurentij in Lucina.
Ego Chuido sanctę Romanæ Ecclesiæ indignus sac.
Ego Boecius presbyter Cardinalis tit. sancti Clementis.
Ego Iuo prsbyter Cardinalis S. Laurentij tit. Damasi.
Ego Gregorius presbyter Cardinalis tit. Calixti.
Ego Ribaldus Cardinalis presbyter S. Anastasiæ.
Ego Goizo presbyter Cardinalis tit. S. Cæciliæ.
Ego Petrus presbyter Cardinalis tit. pastorum.
Ego Thomas presbyter Cardinalis tit. Vestine.
Ego Gregorius Diac. Cardinalis sanctorum Sergij & Bachi.
Ego Otto Diac. Cardinalis sancti Georgij ad velum aureum.
Ego Gvvido Diac. Cardinalis Sanctorum Cosmæ & Damiani.
Ego Vasellus Diaconus Cardinalis S. Eustachij.
Ego Hubaldus Diac. Cardinalis S. Mariæ in via latia.
Ego Octauianus Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere.
Ego Hubaldus Diaconus Cardinalis S. Adriani.

Datum Lat. per manum Americi sanctæ Romanę Ecclesiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarij XIII. Kal. Maij, Indictione IV. Incarnationis Dominicæ, Anno M. C. XLI. Pontificatus vero Innocentij P P. II. anno duodecimo.

Anno Dominicæ incarnationis M. LXXVII. Indict. prima, Anno autem Domini *Henrici* quarti regis inuictissimi, ordinationis XXIIII. regni XXII. datis literis recognoscitur, *Thessalonum* regem ad solius Dei gloriam & laudem, ob salutem animæ, peccatorumque suorum remedium *Chiemense* substituisse & fundasse Ecclesiam, dotans eam prædiis emunerandis, videlicet Ayes/ Euenhausen/ Leugkhental/ Schönstetten/ Regeningen/ Münster/ Puech/ Fraunhofen/ Fridsingen/ Hofhaim/ Frawendorf/ Relekingen. Idem etiam dotans Ecclesiam eandem aliis quampluribus, perfectissimam insuper dando libertatem, digna & religiosa institutione, cũ judicio in Insula, ac aliis Hofmarchiis (vulgo Nidergerichtlichen Obrigkeit) ritè & legitimè habendo, sicut aliud regale Cœnobium tenet. Qui propterea solus eandem regibus in tutelam & patrocinium, esse decreuit. In hac

hac libertate ad *Carolum* vsque regem successorem suum, à *Carolo* vsque ad *Ludouicum* permansisse memoratur. Hic deinde ob Ecclesiæ amorem, quem præ cæteris specialem sibi habebat, filiam suam *Irmingardam* Abbatissam præfecit. Quæ libertas à rege ad regem, idem rex *Heinricus* descendisse, & ad se vsque peruenisse fatetur. Cum autē hac libertate, quibusdam eundem malè persuadētibus, Ecclesiam præfatā destituere præsumpsisset, in facto resipiscendo se deliquisse respiciens, eam denuo, quam ab auctore *Thessalone* rege accepit libertatem, monasterio reddidit & restaurauit. Corroborans literas desuper confectas propria manu & sigillo, signoque Domini *Heinrici* quarti regis inuictissimi, subsequenti.



Vnitæ sunt huic Monasterio Dominarum in *Chiembse* subnotatæ Ecclesiæ parochiales. I. SS. *Spiritus* & *Martini* in *Angath*. II. S. *Petri* in *Puech*. III. S. *Laurentij* in *Pfaffenhouen*, *Frisingensis*. IV. Nec non Ecclesia parochialis S. *Petri* in Stadt *Salisburgens.* diœcesis, à S. D. N. *Alexandro* Papa Monasterio annexę & incorporatæ Anno 1500. Prid. Non. April. Pontificat. sui anno octauo V. Ecclesia parochialis S. *Petri* in *Euenhausen*, *Salisburgens.* diœcesis. à S. D. N. *Iulio* P P. Monasterio prædicto perpetuo vnitur, annectitur, & incorporatur IX. Kal. Maij Pontificatus sui anno quarto An. Dn. 1507.

IN Nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Otto* Dei gratia *Frisingens.* Episcopus Venerabili sorori *Walpurg Chyemensis* Cœnobij Abbatissę, sibique succedentibus regulariter substituendis in perpetuum. Quæcunque pietatis & religionis intuitu sacris locis subsidia conferuntur. Pium est vt ea illis stabilitate confirmentur, ne in posterum aliqua tergiuersatione valeant perstringi aut in irritum reuocari. Ea propter dilecta in Domino soror *Walpurgis*, decimas quas bonę memoriæ *Mathilde* Abbatissæ, quæ Cœnobium cui tu in præsentiarū præsidesante te regebat. Recognouimus & concessimus duas videlicet partes in Ecclesia *Buech*, duasque in Ecclesia *Palding* tibi quoque possidendas, ob amorem beatissimæ Dei genitricis & virginis. Cuius obsequio tu tibique commissæ jugiter inuigilare debetis. Recognoscimus & concedimus, præsentisque scripti priuilegio communimus, statuentes vt nemo deinceps vobis eas auferat aut diminuat, sed integre vobis, illibateque, vestris vestrorumque idoneis vsibus jugiter profuturæ. Præterea quod de rebus tui monasterij nostræ Ecclesiæ deuote contraditum est, videlicet vnus cruciferus apud Hâching cum molendino, aliisque pertinentiis, & alius apud *Pergaren*, nos benignè ac sine venalitatis cuiuspiam vitio aut commertio susćipimus. Id præsenti scripto posteri inuentes, quod solo timore Dei & intuitu religionis *Chyemensis* monasterij istam hinc inde donationem potius quam concambium fieri concessimus. Vt autem huius nostræ benignitatis concessio futuris semper temporibus firma & inuiolata permaneat, literis eam notari & Sigilli nostri impensione signari fecimus, testibus qui præsentibus aderant subnotatis: quorum hæc nomina sunt Vlricus Decanus Magister scholarum, Engilscalcus Hoholdus Præpositus de Yfine, Albinus Præpositus Mosebuch, Otto Præpositus sancti Andreę, Hermannus Præpositus de noua Cella, Hugo Præpositus de Garze, Albertus Sacrista, Rudolfus Diaconus, Dietmarus Decanus S. Andreæ. De laicis isti: Chunradus de Dachavve Dux Croacie Dalmatieq;. De ministerialibus Heinrich de Lothrich, Waldman de Pastlem, Chonrat de Heidolfing, Rudolf de Puchenhavvsen & frater eius Gervvich, Engilvvan de Achdorff, Gottefridus Herevvitus, & multi alij, Guntherus Abbas de Minster, Lotharius Abbas de Rothe.

Signum Domini *Ottonis Frisingens.* Episcopi, 

Datum *Frisingæ* per manum Rathunic Notarij, Anno ab incarnatione Domini M. C. LIV. Indictione II. Anno Domini *Ottonis* Frisingensis Episcopi XVI. feliciter Amen.

WIr Ludwig von Gottes Gnaden Römischer Keiser ze allen Zeiten. mehrer deß Reichs. Entbieten allen denn vnsern Vitztumen/ Richtern/ vnd gemainlichen allen vnsern Ambtleuten vberall in vnsern Lande vnser Huld vnnd alles Gut. Wür wellen vnd gebieten jn allen vestigclichen bey vnseren Hulden/ daß jhr der ersamen Abtessine vnd dem Gotshuß zu Chiemß stat habt vnd lasset alle die recht die sie durch recht haben sollen/ an jhren Lauten vnd gueten/ vnd sonderlich die recht die in vnser Vatter seligen Khünig Otto von Vngern/ vnd Heinrich Pfallentzgraf bey Rhein vnd Hertzog in Bayrn der obgenanten Abtessin jhrem Gotshauß vnd Geistlichen vnd Weltlichen gegebent habent/ als die handfest sagt/ die sy Land vnd Leuten/ Edlen vnd Vnedlen gegeben habent. Die habt an in stat an jren Leuten vnd guten/ vnd beherenkhet sy daran mit nichten/ also daß jhr hintz jhren Luten noch guten nit richtet/ dan vmb die drey sachen die an den todt ziehent/ das wellen wür vnd gebieten euch es als in vnser schwär vngenad/ darumb vestigclichen wellet vermeiden/ wan wir sie mit jhren Luten vnnd guten in vnser besonder gnad vnd schirm genomen haben/ vnd wellen vnnd biten euch/ daß jhr sy daran schirmet in vnserm Namen vnd von vnsert wegen. Geben ze München an dem Pfingstag in dem dreissigisten Jahr vnsers Reichs/ vnnd in dem sibenzehenten deß Kheyserthumbs. Anno Domini M. CCC. XLIV.

WIr Ludwig von Gottes Gnaden Pfaltzgraue bey Rein Hertzog in nidern vnd obern Bayrn ꝛc. Bekennen offentlich mit dem Brief das für vns komen sein/ die würdig andechtig vnser lieb getreuen die Abtessin vnd Conuent vnsers Closters in Khyemsee/ haben vns fürbracht solch brief freyheit vnd gnad so sy haben von vnsern vordern Fürsten von Bayrn loblicher gedechtnuß/ vnd vns darauf diemütigkhlich gebetten/ jhn die auch gnedigkhlich zubestätten. Deß haben wir betracht vnd angesehen zimlichent jhrer gebett auch vnsern vordern in allen guten sachen nachzevolgen/ vnd den die in den Dienst Gotts sich fleissigen für ander mit gnaden wolgenaigt sein. Darumb so haben wür in all vnd yed jhr Brief/ Freyheit/ Gnad/ Gab/ vnd bestättung/ so jn von vnsern benanten vordern gegeben seind auch jhr altes herkhomen wie sie die biß an vns herbracht/ gnedigkhlich verneurt vnd bestätt haben/ als wären sie mit allen Puncten vnd Artikheln hie in von Wort zu Wort verleibet vnd geschriben/ vernewen vnd bestätten jhn die auch also wissentlich vnd in krafft diß Briefs/ allen vnd yeden vnsern Haubtleuten/ Rentmaistern/ Landtschreibern/ Pflegern/ Richtern/ Mauttnern/ Khastnern/ Ambtleuten/ Jagermaistern/ vnd allen andern den vnsern gegenwürtigen vnnd khünfftigen ernstlich gebiettund/ daß jhr sy dabey vngeirrt beleiben lasset/ in dhainem khranck daran thuet/ noch yemandts andern zethuen gestattet in dhain weiß als lieb trew yedem sey/ vnser vngnad vnd schwäre straff zuuermeiden. Zu vrkhundt geben wür in den Brief/ mit vnsern anhangenden Insigl versigelt. Zu Landshuet an S. Jacobs tag/ deß H. Zwelffpotten/ nach Christi Geburt da man zelt tausent vier hundert/ vnd ainß vnd fünffzig jar.

Ad mandatum Domini Ducis *Michael Riedrer*, Præpositus & Cancellarius.

CATA-

CATALOGVS ABBATISSARVM HVIVS MONASTERII.

Ex lib. donation.

MÆCHTHILDIS. *An. 1141.*
WALDPVRGIS. *An 1154.*
CATHARINA. *An. 1210.*
A. . . . *An. 1220.*
AGNES. *An. 1246.*
SOPHIA. *An. 1250. usq; 57. inclus.*
HETTWICH. *An. 1261. vsq; 66 incl.*
HERBVRGA. *An. 1271. vsq; 1307. incl.*
KVNEGVNDIS. *An. 1307. vsq; 1315.*
CATHARINA. *An. 1315. vsq; 1317. incl*
ELISABETHA. I. *An. 1329. qui numerus falsus est, quemadmodum ex Vet. libro Traditionum apparet.* NB. juxta designat. Monasterij
KVNEGVNDIS *à* Schönstett. *an 1317. vsq; 1338. incl.*
OFFMEI. *an. 1339. vsq; 1356. in designat. 1464. fals.* Offina in designat.
SOPHIA. *an. 1356. vsq; 1382. incl. juxta designat.* Sophia *an. 1335.*
CATHARINA. *an. 1382. vsq; 1392.*
ELISABETHA. II. *an 1396. (juxt. designat 1392) vsq; 1399. incl.*
CATHARINA. *an. 1400. 1415. in designat. 1416. 1417.*
ELISABETHA III. *an. 1418 (1417 juxta designat.*
DOROTHEA. *an. 1422. vsq; 1449.*
BARBARA. *an. 1450 1462. 1465. juxt designat. 1467.*
MAGDALENA. *an. 1478. an 1469 juxt. designat.*
MAGDALENA Auuerin. *1491.*
Hoc anno in festo Purificationis *B Virginis incendio periit Monasterium de nocte: reædificatum tempore Abbatissæ* Vrsulæ. Ex designat. anno 1596. Monachium transmissa
VRSVLA *de* Pfäffing *an. 1507 juxta designat. sed an. 501. 1511. 1522. 1527.*
MARGARETHA *à* Podman. *in designat. an. 1552.*
VRSVLA Leütgebin *an. 1572.*
MARIA Plindhamerin. *in designat. an. 1576.*
SABINA Preuudorfferin. *an. 1588.*
MARIA MAGDALENA HAIDENBVCHERIN *de Kauffringen.*

S. CLARAE IN RATISPONA MONASTERIVM MONIALIVM.

ANNO. 1286. Sorores pœnitentes ordinis S. Mariæ Magdalenæ, quę illius templum inhabitabant, secundùm Auent. suasu fratrum minorum mutauerunt ordinem, acceptaregula S. Claræ. Auent. fol. 725. & 752. ex Chronica S. Magni.

ADDITIONES

Deß Gottshauß zu Sant Claren zu Regenspurg Bestattbrieff deß Spruchs zwischen deß Bischoffs vnd jhr.

LOn Gottes Gnaden wir Albrecht Pfaltzgraue bey Rein/Hertzog in Bayrn vnd Graue zu Voburg ꝛc. Bekennen vnd tun kundt offenlich mit dem Brieff/ wann vns die Andächtigen vnser lieb getrewen die Abtissin vnd der Conuent deß wirdigen Gottshauß Sant Claren Orden zu Regenspurg haben fürbringen lassen ainen Spruch Brieff/ zwischen dem Ehrwirdigen in Gott Vater vnserm besundern guten Freund/ Herrn Fridrichen Bischofen zu Regenspurg für sich vnd sein Nachkommen

auff einem/ vnd jhnen für sich vnd jhr Nachkommen dem andern theil gegeben vnd außgangen antreffendt die jrrung/ so zwischen jhr beyderseit gewesen sind/ von wegen der Wert vnd Anschut so die Thonnaw an deß obgenanten Gottshauß zu Sant Claren Wismad bey dem Wuehenbach genant/ der werde in Werder Herrschafft gelegen/ gesetzt vnnd angeschutt hat/ darumb baid Partheyen in demselben Spruch Brieff durch Erber Leut entschaiden worden sind/ Namlichen also daß die obgemelt anschutt mit jhrer gelegenheit von deß Gottshauß zu Sant Clarn Wismad bey dem Wuehenpach genant/ der werd nach der weit vnnd brait desselben Wismads Gerichten hinauß biß auffs jüngst an den verren Graben do es die Thonaw am lesten daselbs angeschutt/ geben vnd lassen hat dem obgenanten Gottshauß zu Sant Clarn zusambt seinem Wismad vorgenanten füran allwegen folgen/ beleiben vnnd seyn soll an deß obgenannten Bischoff Fridrichs vnd aller seiner Nachkommen vnd manichelichs jrrung eintrag vnd widersprechen nach laut vnd mit mehr Worten desselben Spruchbriefs der geschehn/ ist an dem nägsten Suntag vor der Aindleff tausend Mayd tag do man zalt nach Christi vnsers lieben HErrn Geburt tausent vierhundert vnd im vier vnd sunfftzigisten Jarn vnd vns darauf demütiglichen angeruffen vnd gebeten jhn vnd jrem Gottshauß als jr Landsfürst vnd oberister Vogt solchen spruch gnediglich zu confirmyren vñ bestätt/ hierumb auß wol bedachten Muth vnnd rechter wissen/ So haben wir der obgenanten Abtissin Conuent vnd Gottshauß/ als jhr Landsfürst vnnd oberister Vogt solchen vorgemelten Spruch auß sundern Gnaden vnd Neigung so wir zu jhr haben gnediklichen bestätt vnd befestige/ bestätten vnd befestigen jhn den mit disem vnserm Brief/ doch vns vnentgolten vnd vnschedbar/ ob wir in solchem icht Gerechtigkeit hetten oder haben sollen/ deß zu vrkundt haben wir jhn den Brieff geben mit vnsern anhangenden Insigel versigelt. Zu München an Mittwoch nach Sant Martins tag/ do man zalt nach Christi vnsers lieben HErrn Geburt/ tausent/ vier hundert/ vnd in dem vier vnnd funfftzigsten Jarn.

S. CRVCIS IN RATISBONA MONASTERIVM MONIALIVM.

FVIT hîc olim Capella S. Sixti, vbi vixerunt sacræ Virgines, quibus Heinricus, Comes de Ortenberg, dedit Parochiam, & decimas in Schvvarzhof, prope Neuburgante syluam Bohemicam, vt scilicet, ex illis redditibus proxime Capellam Monasterium ædificaretur, Anno 1237. quod & factum est. Ea Capella illa jam est Xenodochium sacrarum Virginum, seu infirmaria, vt vocant, ędificatum est huius ordinis Monialib⁹ Cœnobium in Schvvarzhof, quod Hussitæ vastârunt, itaque Moniales Ratisbonam profugerunt.

HEINRICVS Otto & Heinricus, Duces Bauariæ inferioris, instituerunt ibi anniuersarium pro sua & progenitorum salute, confirmantes prædium seu curiam in Obern Berbing, ac eximentes illam ab aduocatia, steuris, censibus, ac aliis oneribus, Anno Christi 1323. Confirmat hoc Albertus Dux Bauariæ, dictus sapiens; eatenus, quatenus regulæ suæ obseruantiam seruarent, Anno 1489. Extant ibi diplomata.

CHIEBACH MONASTERIVM MONIALIVM, ORDINIS S. BENEDICTI.

CASPAR Bruschius in centuria sua Monasteriorum Germaniæ, de fundatione huius Monasterij quædam fabulosa scribit, ac eam Comitibus Wittelspacensibus tribuit, errans quoque in anno fundationis, quem ipse 1108. ponit, nec non in consecratione eiusdem, cùm tamen diplomata eiusdem Monasterij,

sterij, quorum infrà fit mentio, aliter testificentur: Tametsi hoc verum est quòd Witelspacenses, extincta stirpe fundatorum, facti sunt Aduocati huius Monasterij, tanquam vicini. Kuebach Cœnobiũ in eiusdem nominis vico Bauarico, medio ferè itinere inter Schrobenhausen & Aicha constructum, fundatum & dotatum est, Anno 1011. secundum Auent. & sequens diploma fundationis, ab Alberone, Comite de Sempt & Ebersperg, in honorem S. Magni Confessoris, cùmque paulò pòst incendio periisset, ab Vdescalco Comite, fratre fundatoris, eiusque coniuge Wilbirgi denuo instauratum esse ibidem legitur. Abbatissarum loci non extat integer Catalogus.

Henricvs secundus Rex huic Monasterio priuilegium dedit, creandi sibi iuxta regulam S. Benedicti Abbatissam, & eligendi pro libitu Aduocatum; post obitum tamen Comitis prædicti Alberonis fundatoris, qui ius Aduocatiæ temporibus vitæ suæ sibi reseruauit, recipiens Monasterium hoc, cum Monachabus & omnibus bonis tam collatis, quàm deinde conferendis, in suam regiam immunitatem. Datum Anno 1011. Anno Henrici secundi regnantis decimo, in Regenspurg. Sequitur diploma in fine.

Henricvs tertius Rex, pro remedio animæ suæ, & ad petitionem Hademot, venerabilis Abbatissæ, dedit huic Monasterio villulam, quæ vocatur Brunadra, & molendinum situm in Hochenrieden, infra comitatum Ilsunc Comitis, cum omnibus suis pertinentiis, hoc est vtriusque sexus mancipiis, areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, agris, pratis, pascuis, campis, syluis, aquis, aquarumq; decursibus, piscationibus, exitibus & redditibus, viis & inuiis, quæsitis & inquirendis. & cum omni vtilitate, quæ inde prouenire potest. Actum Vlmæ, 5. Iduum Nouembris, Indictione decima, Anno 1041. Anno regni Henrici tertij III, ordinationis verò XIII.

Hermannvs Episcopus Augustensis, diuisione decimarũ in tota Parochia Chuebacensi, per Childebertum Archidiaconum nomine ipsius, cum consilio & consensu Richardis Abbatissæ, eiusque sororum, nec non Palatini Comitis, eiusdem Ecclesiæ defensoris, ac totius populi collaudatione facta, statuit vt Parochianus Presbyter Episcopi ac etiam suam partem obtineat: Vnde in celebranda populi Synodo Archidiaconum, suscipiendo honorificè pascat; reliquas partes Abbatissa habeat, vt pauperibus in hospitali fideliter distribuat. Actum 1127. Calendas Februarij, Honorio Papa præsidente, Lothario Rege secundo regnante.

Hic Hermannus Episcopus Augustensis, de familia Comitum Witlspacensium, dicitur fuisse magnus huius Monasterij fautor ac benefactor.

Cvm non multum postea lis esset orta inter Ecclesiam Aichensem, & Dominam Adelhaidin Abbatissam, volentes Cuebacensem Ecclesiã, tanquam filiam Aichensi quasi matrici subiectam esse, Abbatissa credibili testimonio comprobauit, Chuebacensem Ecclesiam liberam ac matrem per se esse; eam libertatem Conradus Episcopus Augustensis cum suo capitulo per decretum confirmauit, ac desuper litteras dedit, Anno 1154. Indictione tertia, 15. Calendas Octobris, regnante Friderico, Rege glorioso, extat ibidem.

Brvschivs meminit loco supra dicto in Templo Chuebacensi, quod singularem præ se fert antiquitatem, in quadam parua & humili Crypta, sub Monialium Choro extare saxum seu monumentum, cum tali inscriptione.

Continet iste locus Comitis laudabile corpus,
Albrat enim fertur flebile quod moritur.

Francia quam dederat, gaudens hæc terra fouebat,
Dum vixit statuit optima, quæ potuit.
Qui legis hoc carmen poscas sibi te precor ex hinc
Vnde ruit culpa, quò redeat venia.

HANC ALBERATIM dicit fuisse vxorem Comitis Adalberonis, ipso in reditu ex itinere Hierosolymitano defuncto, Comitissam grauidam & partui propinquam, ex mœrore animi vna cum infante extinctam, eius vnicam filiam, Willeburgim doloribus perculsam, se & omnia sua bona Deo dedicasse, ac auxilio cognatorum suorum, Comitum Witelspacensium, Cœnobium hoc construxisse; cuius ipsa prima Abbatissa designata sit, &c.

ISTVC autem diplomati Henrici sancti aduersatur, vt supra dictum est. Auentinus in epitome ponit, Alberoni fundatori vxorem Alberadim.

SEQVVNTVR diplomata fundationis & confirmationis Heinrici sancti Imperatoris.

INNOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Henricus diuina fauente clementia Rex, &c. Notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisque fidelibus præsentibus scilicet & futuris, qualiter quidam fidelium nostrorum Comes officio, nomine Adalbero, cogitans cum transitorijs suis æterna, cum terrenis mercari cælestia, quoddam Monasterium puellarum ad regulam S. Benedicti, in honorem verò sancti Magni Confessoris, in loco nomine Chuebach, in Comitatu Herzhusa, de prædio & collaborato suo fundauit, & pro libitu Deo aspirante perfectum, sanctique Magni ministerio, & nomini dedicatum, in nostram potestatem libertandi gratia transfudit, & suæ suorum proprietati ac potestati deinceps in futurum eo tenore abalienauit, quatenus post acceptam nostræ immunitatis chartam idem ipse præfatus Comes Adalbero jus Aduocati legitimum omnibus diebus vitæ suæ in eodem tantùm Monasterio retineat, post obitum verò suum idem Monasterium ex integro in potestatem Abbatissæ, & sanctimonialium ibidem Deo sub regula sancti Benedicti commilitantium reuertatur, quatenus Abbatissa eiusdem loci, sub nostra, nostrorumque Successorum munificentia liberam habeat potestatem Aduocatum, quem sibi necessitas & vtilitas dictauerit, subrogandi. Congregatio autem Monasterij per successiones temporum liberam habeat electionem Abbatissas regulares iuxta decretum sancti Benedicti, sine omnium hominum contradictione substituendi. Hoc addito, si (quod absit) aliqua potestas iniustaidè Monasterium vel res suas alteri Monasterio vel personæ in beneficiare vel in proprietatem donare voluerit, & in hoc ingenio effecerit, prædicti Comitis Adalberonis proximus hæres in sua potestate habeat, quousque nostro, Successorumque nostrorum adiutorio ad statum Monasterij, vnde ablatæ fuerant, iterū reducat, & in pristinam libertatem, stabilitatemque restituat. Iustis igitur prædicti Comitis petitionibus annuentes, eo quo rogauerat tenore præfatum Monasterium cum Monachabus, & omnibus ibidem in præsens collatis, vel in posterum conferendis in nostram immunitatem recipimus, & hoc regia præcepti nostri libertate donatum, & perpetuum confirmatum nostræ manus subscriptione roborauimus, & in æternæ memoriæ testimonium Sigilli nostri impressione insignire iussimus.

GVNTHERIVS Cancellarius vice Erchanbuldi Archicapellani notauit.

DATA 6. Calendas Iulij, indictione 9. Anno Dominicæ incarnationis, Millesimo

simo vndecimo. Anno verò Domini Henrici secundi regnãtis 10. Actum Regenesburæ fœliciter. Amen.

ALIA COPIA EX VERO ORIGINALI DESCRIPTA IN EODEM COENOBIO.

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Henricus, diuina fauente clementia, Rex. Si loca diuinis cultibus mancipata augere & ditare studuerimus, hoc ad præsentis nostræ vitæ statum, & æternæ retributionis præmium nobis profuturum esse credimus. Qua propter omnibus Christi, nostrisque fidelibus tam futuris quam & præsentibus notum fieri volumus, quod ob remedium animæ nostræ & petitionem HADEMOT venerabilis Abbatissæ, villulam, quæ vocatur BRVNADRA & molendium situm in loco Hovvenrieden infra comitatum ILSVNC Comitis, cum omnibus suis pertinentiis & adiacentiis; hoc est vtriusque sexus mancipiis, areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, agris, pratis, pascuis, campis, syluis, aquis, aquarumq; decursibus, piscationibus, exitibus & redditibus, viis & inuiis, quæsitis & inquirendis. & cum omni vtilitate, quæ vllo modo prouenire potest. Chuebachensi Ecclesiæ in honorem S. Magni Confessoris constructæ & consecratæ; cui prædicta Abbatissa præest in vsum & vtilitatẽ sanctimonialium Deo, & sancto Magno pro tempore ibidem famulantiũ, per huius regalis authoritatis paginam concedimus, donamus, & de nostro proprio iure, in eius propriũ ius & potestatem transfundimus, & tradidimus, ea videlicet ratione, vt supra nominata Ecclesia prædicta bona quietè & pacifice deinceps teneat, & habeat. & omniũ hominum contradictione remota possideat. Et vt huius nostri præcepti testamentum inconuulsum, & omni tempore incorruptum permaneat, præsentem paginam inde conscriptam, manu propria, vt infra videtur corroborauimus, & sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Eberhardus, Cancellarius vice Bardonis Archicancellarij recognouit.

Data 5. Idus Nouemb. indictione 10. Anno Dominicæ incarnationis. 1041 Anno autem Domini Henrici tertij, ordinationis eius XIIII. Regni verò III. Actum Vlmæ fœliciter. Amen.

Sigillum omnino vetustate corruptum est.

Alia Copia

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Hermannus Aug. Episcopus salutem in Domino. Quomodo summus Pastor Pastoribus præcepit pastorale officium exercere, errabundis & languidis omnib. congruam infirmitati medicinam prouidere: Ideoque ex præcepto admoniti Dominico & officij nostri cogimur debito, vt nec importuna instantia aliquos prouocemus, nec blandiente desidia aliquos perire permittamus, sed neglecta, & vbique dispersa studiosius colligamus, collectaq; in vsum Ecclesiæ, iuxta Canonum decreta in melius diuidamus. Decimas igitur in Chuebachẽsi Parochia, in villis, in vicis, in noualib. iamdiu iniuste subtractas, quas Childibertus Archidiaconus nostra fungẽs legatione, cum quorundam virorum consilio, & cum Abbatissæ Richardis, eiusque Sororum voto, nec non Palatini Comitis, eiusdem Ecclesiæ Defensoris, totiusque populi collaudatione, in quatuor partes diuisit, videlicet vt

nostram

noſtram Parochianus Presbyter, & ſuam partem obtineat, vnde in celebranda populi Synodo Archidiaconum ſuscipiendo honorificè paſcat: Reliquas verò partes Abbatiſſa & pauperibus, in hoſpitali fideliter diſtribuat, hoc indicio ſancti Spiritus affirmantes ſancimus, hoc autoritate Banni noſtri, ne vlla perſona hoc mutare præſumat, corroboramus.

Et vt pagina huius deſcriptionis nota ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus quàm futuris, & inconuulſa permaneat & ſtabilis, hanc chartam conſcribi, ſigillique noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Præterea quoſdam fratres, Heinricum Decanum, Purckhardum, Etichum, Meginardum, Hartvvicum, Henricum, Dietgerum. Presbyteros, qui videre & audiêre, fecimus aſſcribi & Laicos, Palatinum Comitem, Vdalſchalchum de Wallershouen, & alios de familia quàm plurimos.

Actum eſt, Anno Dominicæ incarnationis 1127. indictione 5. 3. Kalendas Februarij, Honorio Papa præſidente, Lorhario Rege II. regnante.

Sigillum erat omnino corruptum.

Alia Copia litterarum.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Anno milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto, incarnationis Dominicæ, indictione tertia, 15. Kalend: Octobris, regnante Friderico, Rege glorioſo. Ego Conradus, Auguſtenſis Eccleſiæ Epiſcopus, licet indignus, in generali capitulo, cum Choro maioris Eccleſiæ, ac ſex venerabilibus Abbatibus, ac vndecim regularibus Præpoſitis, ac innumera multitudine Clericorum iuſtitiæ deuotæ fauentibus; cum Dominus Abbas S. Vdalrici, Heleto & Palatini Comitis in hoc negotio miſſi Vicarij, conteſtata lite, per Patronos cauſſarum, pro Eccleſia Aichina, aduerſus Dominam Abbatiſſam de Chuebach, Adehaidin cœperunt litigare, volentes prædictam Eccleſiam quaſi matricis Eccleſiæ Aichan filiam comprobare. Cæterum Domina Abbatiſſa Eccleſiæ prædictæ libertatem ac matrem perſe iuſtitiæ firmitate & veritatis tenore credibili teſtimonio comprobauit. Quorum teſtium nomina hæc ſunt: Meinhart, Otto, Dietmar, Conrad; Vdalrich; Hi erant Presbyteri, Merbotho Laicus. Ea propter recognita iuſtitia S. Magni Eccleſiæ prædictæ libertatem confirmamus. Et quicunq; auſu temerario Capituli noſtri decretum, irritare voluerit, æternæ damnationis reũ excommunicationis perpetuæ vinculis eum innodamus. Signum propria manu noſtra ſubſcribimus.

ADDITIONES.

FVndatorem huius Cœnobij (quod à præterfluente riuo vaccarum vulgò dicto, & in flumen *Parrum* influente nomen traxit) Moniales ex ſuis vetuſtis monumentis agnoſcunt Comitem *Wittelspacenſem Adalperonem*, qui poſt recuperatam è Saracenorum manibus terram ſanctam ex voto eo peregrinationem ſuſcepit, relicta domi vxore grauida: ipſe in reditu fatis ceſſit. Nuncio flebili accepto vidua *Alberadis* partus dolorib. circũdata, cum fœtu interiit: relicta vnica ex præmortuo coniuge filia *Wilburgi*; quæ ſpretis mundi vanitatib. ſe ſuaque omnia Deo contradidit; ſuorum cognatorum ope conſilio condidit: atque in hoc ipſo prima Abbatiſſa Chriſti miles ſtrenua ad celeſte brauium peruenit.

Sublata è medio *Wilburgi* antiſtite, ſucceſſit *Adelheidis* ex Comitibus *Wittelspacenſibus* progenita. huius in diem hodiernum ſub choro Monialium in Eccleſia Monaſterij in crypta exigua conſpicitur ſepultura cum tali epitaphio lapidi inciſo.

Conti-

Continet iste locus, Comitis laudabile corpus,
Albrat enim fertur flebile quod moritur.
Francia quam dederat gaudens hæc terra fouebat,
Dum vixit statuit optima quæ potuit.
Qui legis hoc carmen poscas sibi te precor) ex hinc.
Vnde ruit culpa, quo redeat venia.

Dedicauit Ecclesiam, & monasterium confirmauit *Hermannus* Episcopus *Augustanus* An. Dn. MCXXI. & non longe post igne consumptum restauratur ab *Adelscalco* Wittelpsacen. Comite, eiusque coniuge *Wilburgi*, dotauit liberaliter *Otto* M. *Wittelspacen.* Comes *Boiorum* Dux à *Friderico* I. designatus.

CATALOGVS ANTISTITVM MONASTERII KVEBACH.

I. Dn. Wilburgis *fundatrix.*
II. Dn. Adelheidis *Com. de* Wittelspach,
III. Dn. Hattemuth *præfuit circ. ann. 1041.*
IV. Dn. Richardis *an 1127.*
V. Dn. Adlheidis *ann. 1154.*
VI. Dn. Magdalena *ann. 1228.*
VII. Dn. Agnes *ann 1253.*
VIII. Dn. Sophia *ab* Hochenperg, *anno 1268.*
IX. Dn. Maechtildis, *an. 1275.*
X. Dn. Sophia *ann. 1297.*
XI. Dn. Salome, *ann. 1303.*
XII. Dn. Sophia *ann. 1310.*
XIII. Dn. Anna, *ann. 1324.*
XIV. Dn. Agnes *ann. 1335.*
XV. Dn. Anna, *ann. 1337.*
XVI. Dn. Salome *ann. 1346.*
XVII. Dn. Petrissa Waltingerin, *ann. 1351.*
XIIX. Dn. Salome *ann. 1357.*
XIX. Dn. Petronella, *ann. 1360.*
XX. Dn. Salome *ann. 136>.*
XXI. Dn. Anna, *ann. 1374.*
XXII. Dn. Petronella Pesenhauserin, *ann. 1380.*
XXIII. Dn. Petrissa, *ann. 1404.*
XXIV. Dn. Agnes, *1407.*
XXV. Dn. Veronica, *ann. 1417.*
XXVI. Dn. Agnes Pferingerin, *ann. 1428.*
XXVII. Dn. Petrissa, *ann. 1440.*
XXIIX. Dn. Agnes, *an 1443.*
XXIX. Dn. Anna, Oederin, *ann. 1456.*
XXX. Dn. Catharina Schvvöllerin. *ann 1463.*
XXXI. Dn. Barbara Hufnegelin, *electa fuit an. 1467. præfuit an. 20. sub qua reformatum fuit Monasterium.*
XXXII. Dn. Scolastica Stamlerin, *eligitur an, 1488. rexit an. 12.*
XXXIII. Dn. Iuliana Holzböckin. *elect an. 1500. præfuit an 17.*
XXXIV. Dn. Sabina *elect an. 1517. gubernauit an. 4.*
XXXV. Dn. Scolastica de Hasling, *eligitur an. 1521 præfuit an. 16.*
XXXVI. Dn. Veronica Pöllingerin *administrationem suscepit an. 1537. tenuit an. 16.*
XXXVII. Dn. Maria Rhelingerin *elig. an. 1550. præsedit an. 9.*
XXXVIII. Dn. Sophia Schillingin. *elect. an. 1559 præfuit. an 16.*

XXXIX. Dn. Scolastica Holtzböckin *eligitur an 1575. tenuit reg. an. 2.*
XL. Dn. Barbara Sternin *elect. an. 1577. rexit an. 29.*
XLI. Dn. Genoueua Rettin *elig. an. 1606. præfuit hebdomadis 39.*
XLII. Dn. Anna Maria *im* Hof *hoc ipso anno 1619. feliciter præest.*

Sequuntur Abbatissæ quarum nomina reperiuntur quidem in Calendario defunct. sed de his præterea nihil habetur.

I. Dn. Adalberta.
II. Dn. Irmelgardis.
III. Dn. Hildegardis.
IV. Dn. Hildvvig.
V. Dn. Hildburgis.
VI. Dn. Wertha.
VII. Dn. Kunegunda.
VIII. Dn. Bichburgis.
IX. Dn. Tutta.
X. Dn. Scolastica.
XI. Dn. Berchtrat.
XII. Dn. Hedtvvig.
XIII. Dn. Richnissa.
XIV. Dn. Wervvig.
XV. Dn. Ottiha.
XVI. Dn. Richkardis.
XVII. Dn. Mechtildis.
XVIII. Dn. Anna.
XIX. Dn. Gertrudis.
XX. Dn. Geissula.
XXI. Dn. Irmenthraudt.

DIETHRAMSZELL.

IVXTA Isaram Monasterium S Augustini Canonicorum regularium. Anno 1099. tempore Vrbani secundi, imperante Henrico quarto, regni eius XLIII. duo pij & deuoti viri, Otto & Berengerus cum quodam venerabili Sacerdote Diethramo, maioris deuotionis & pietatis caussa in eremum, Eglingerfurt nomine, secesserunt. Cum verò ibi duos annos mansissent, propter aquæ penuriam domicilia sua ad riuum eiusdem syluæ transtulerunt & Ecclesiam eodem in loco, in honore S. Martini, extruxerunt. Cum verò inter Dominos aliquos eodem tempore de terminis & finib. eius syluæ contentio oriretur, Otto Comes de Diessen, cum duobus filiis suis, Ottone & Heinrico, Abbas Vdalscalcus de Tegernsee, cum Aduocato suo, Reinpertus de Reut, cum fratribus suis, Ruperto, Adalberto, & Liebhardo, & alii plures conuenerunt; è quorum numero duodecim huius negotij arbitros elegerunt, qui dato iuramento, limites vnicuique parti proprios designarunt, & hanc syluæ partem tanquam vacãtem possessionem iudicarunt: cui decisioni & transanctioni fratres de Reut nequaquam stare voluerunt. Interim Dei omnipotentis instinctu mutati, omnes concorditer prædictam syluam non solum vacantem, verum etiam cuique parti addictã ad Monasterium deputarunt, quin etiam alios vicinos fundos ac bona pro ædificatione Monasterij tradiderunt. Dominus Diethramus missus est Romam, & à

Paschali

Paschali Pontifice confirmationem huius rei obtinuit, Anno 1107. Ex qua intelligitur, prædictos Dominos hoc Cœnobiolum simul fundasse, & multis donis auxisse.

In veteribus autem Tegernseensis Monasterij litteris legitur, quod Vldalscalus Abbas cum consensu sui Conuentus & Heinrici Episcopi Frisingensis. Item Comitum, Bernhardi & Sibothonis in Neuburg, Aduocatorum Monasterij sui ex quorum familia & iste Abbas erat, Cœnobium hoc, cella sancti Martini dictũ, iuxta regulam S. Augustini, in fundo proprio, qui Elingerfurt, alias Klingenreut dicitur, ædificauerit, ea lege, vt Monachis potestatem permitteret eligendi sibi Præpositum, cum consilio tamen Abbatis in Tegernsee, à quo electus possessionem temporalium accipere debebat, eumque propter insignia beneficia, tanquam filia matrem venerari; cæterum in spiritualibus Episcopo subiici deberet.

Et hvivs Monasterij primus Præpositus fuit Diethramus, à quo Cœnobium nomen Diethramszell obtinuit: Testes harum litterarum citantur, Comes Sigbotho; tanquàm Aduocatus, Wernhard de Stosse, Otto de Gruobe, Vdalscalcus & Richardus de Hochenberch, Anno Domini 1102.

Anno 1156. Otto Episcopus Frisingensis, cum adiutore Episcopo Brixinensi Hermanno consecrauit hoc Monasterium.

Otto Episcopus Frisingensis confirmauit etiam hoc Cœnobium, Anno 1190. in cuius litteris hi Nobiles citantur Testes, Heinricus de Brucke, Heinricus à Ramingen, Berchtoldus de Vagen; de ministerialibus Episcopi Heinricus, fœlix puer, das feelig Kindt/ Gerùich de Bubenhausen, Adilold de Dormbach, Eberhardus de Werdi, & filius eius Eberhard, Hartuicus de Richolueſtorf, & filius eius Otto, Otto de Pasingen, & frater eius Heinricus, Vlricus Fertinch, Alanus de Elpach, Otto de Herberchingen, Heinricus de Sibotho de Wacharingen, Arnold de Herbrechthausen, Alanus de Reichenspuirn. Datum Frisingæ, vt supra. Hoc Cœnobium satis iam inops est, propter incuriam quorundam Præpositorum.

ADDITIONES.

Anno Domini Millesimo nonagesimo nono, Sedente in Apostolica sede *Vrbano* secundo, Pontificatus autem eius anno decimo, Imperante *Heinrico* quarto. Regni autem eius quadragesimo tertio. Quidam *Otto* & quidam *Berengerus* pro æterna mercede Pompas mundi spernentes cum quodã Sacerdote valde venerando nomine *Dietramo* in quandam syluam se contulerunt, secus locũ qui tunc *Eglingerfurt* dicebatur, & ibidem duos annos continuauerunt. Post hoc autem, anno incarnationis millesimo centesimo transtulerunt sua domicilia, propter aquæ penuriam ad riuum qui erat in eadem sylua, ibique Ecclesiam in honorem S. *Martini* ædificauerunt. Eodem verò tempore orta est contentio de terminis & limitibus eiusdem syluæ. Quam propter dirimendam litem conuenerunt, Comes *Otto de Dieſſen*, cum duobus filiis suis *Ottone* & *Henrico*, Abbas *Vdalscalcus* cum Aduocato suo, *Reimbertus* de *Rute* cum fratribus suis *Ruperto* & *Adelperto* & *Liebharto*, cum multis aliis. de quibus duodecim sunt electi, quorum notitia maiori certitudine æstimabatur: qui tactis sacrosanctis Euangeliis iurauerunt se certos limites ostensuros, sed eorum testimonio inuenta est supra dicta syluа quasi vacans possessio. Sed sæpe dictus *Reimbertus* cum fratribus suis in contentione persistentes, prædictæ descriptioni non consenserunt. Mutatione atem dexteræ Excelsi omnes maturiori vsi consilio, diuino

Ex] libr. Tradit M. S. cum quo concordat M. G. E. Monasteriis.

al. finib.

cultui tradiderunt, quicquid iuris possent per contentionem obtinere. Insuper & dexteram dederunt, quod præfatum Cœnobium simul omnes fouerent, manutenerent atq; ab iniuriantium manib⁹ defenderent. Eodem etiam die sæpe dictus *Reimbertus* cum fratribus suis tradidit supradicto Oratorio tantum circum adiacentis terræ, quod plenè posset Hubam nobilis viri complere. Similiter & Comes *Otto* cũ filiis suis, & Abbas cum consensu Aduocati & suorũ Monachorum, contulerunt eidẽ Cœnobio, quod ipsis fuerat assignatũ. Et vt ista possent perpetua firmitate constare, decreuerunt pragnatica sanctione confirmare. Quapropter direxerunt prouisorem eiusdem Cellæ ad Dominum Papã *Paschalem* secundum petentem muniminis sui tuitionem. Qui plenè ipsorum petitionem suscepit, & statuit vt quæcunq; prædia, quæcunque bona per supra dictum Abbatem aut per eius successorem, vel per alios fideles concessa sunt, vel in futurum donatione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium iustè illic dari offerriue contingerit, firma ipsis ipsorumque successoribus permaneant concessa. Acta sunt hæc VII. Idus Aprilis, Anno Dominicæ incarnationis Millesimo centesimo septimo. Contracto vero temporis consilio, & auxilio prædictorum Dominorum, venit idem Sacerdos ad Dominum Apostolicum *Kalixtum* secundum, qui concessa prædecessoris sui *Paschalis* secundi suo Priuilegio confirmauit, & quædam adiecit, quæ in eius Priuilegio plenius inueniuntur. Factum est autem hoc anno M. C. XXIII. Pontificatus autem eius anno quarto, regnante *Heinrico* quinto, anno regni eius XVII. Omnia etiam hæc *Innocentius* secundus Papa suo Priuilegio confirmauit.

Anno Millesimo centesimo quinquagesimo sexto. VIII. Kal. May, dedicatum est Monasterium in *Celle* à Venerabili Episcopo Frisingensis Ecclesiæ *Adelberto*, cooperante sibi *Hartmanno Brixinensi* Episcopo in honore Sanctæ *Trinitatis*, sanctæ *Mariæ* virginis, Sanctorum Apostolorum *Philippi & Iacobi*, Sancti *Martini* Episcopi & S. *Walpurgis* virginis & aliorum plurimorum sanctorum Martyrum, cõfessorum atque virginum, sub *Adriano* quarto Papa, regnante Augusto Cæsare *Friderico* primo.

De fundatione Monasterij Cellæ Dietrami *in Cronica Monasterij* Tegernsee *ita scriptum inuenitur.*

VDALSCALCVS piæ memoriæ huius Cœnobij Abbas, qui Venerabili Abbati *Eberhardo* successit, diuinitus inductus, consensu Dñi *Hainrici Frisingen.* Ecclesiæ Episcopi, & conniuẽtia matriculariũ aduocatorum nostrorũ *Bernardi de Grube* & *Sigibitonis* Comitis de *Neunburgk*, & astipulatione huius congregationis, ministerialiũ huius Ecclesiæ, fundauit *Cellam* ac Prælaturam in *Allodio* huius Monasterij, in loco qui *Eglingerfurt* dicebatur, collectis ibidem religiosis personis ad diuini seruitij cultum, dotauitque eandem Ecclesiam de sui Monasterij possessionibus, præficiensque huic titulo Præpositum huic Ecclesiæ filium *Dietrammũ* de institutione futurorum Præpositorum, coram Domino *Frisingensi* Episcopo *Hainrico* & eius Capitulo, conlaudanteque primo Præposito *Dietramo* & cũ collectis sibi personis sic diffinitum est, & priuilegio confirmatũ: vt obeunte Præposito, fratres eiusdẽ Ecclesiæ consensu & consilio Abbatis Præpositum sibi eligant & electus possessionem & inuestituram temporalium ab Abbate *Tegernseesi* accipiat, Dño *Frisingensi* Episcopo in spiritualibus respondeat. Acta sunt hæc incarnationis Domini anno M. C. II. Indict. X. Episcopat⁹ Domini *Hainrici* quinto. Quod Priuilegium ex post, pro improbitate quorundam Præpositorũ se à dicta obedien-

obedientia eximere quærentium, tam Apostolica quam Imperiali auctoritate est confirmatum. Primò Anno Dominj M C V I I. Confirmatum est à *Paschali* Papa secundo. Secundo à *Calixto* II. Tertio ab *Honorio* II. Quarto à *Gregorio* VIII. Ab *Ottone* II. Episcopo *Frisingensi*, ab *Innocentio* Papa III. ab *Honorio* III. ab *Alexandro* IV.

Hæc sunt prædia quibus *Cella* beati *Martini* dotata & ditata fuit à *Tegernseensis* Ecclesiæ Abbatibus, quorum quædam ministerialibus in beneficiata & Abbatibus resignata per manus Abbatum transierunt in possessionem prædictæ Ecclesiæ, alia autem largitione Abbatum & oblatione fidelium *Tegernseensium*, eo quod eadem Ecclesia à *Tegernseensi* Cœnobio fundata esset, conniuentia Abbatum collata sunt.

Eglingerfurt cum sylua, simul cum *Alodiis* Dñi *Molsoldi* de *Riedt* ministerialis Ecclesiæ nostræ, quæ prædia in dotem data sunt eidem Ecclesiæ à Venerabili Abbate nostro *Vdalschalco*, in quibus etiam titulus fundatus est sub Paschali Papa II. Cæterũ regnante *Heinrico* Imperatore *quarto*, temporib. D. *Henrici* primi *Frisingẽsis* Ecclesiæ Episcopi. Prædia in *Raperzhouen*, quæ cõcãbita sunt cũ prædio in *Gegkẽbuint* quod erat cuiusdam ministerialis fœminæ huius Monasterij Prædium in *Prunnen*. Prædium in *Gramansdorff*. Prædium in *Puchen*, *Wizzendorff*, quod venditum est per concambium pro prædio *Piburg*. Prædia *Anzenharde*. Prædium *Perchaim*. Prædiũ *Pistoffeshouen*. Prædium iuxta *Snaitte*. Prędium in *Hagenach*. Prædium in *Pillungshofen*. Item duo prædia in *Pistofehouen*. Item prædiũ *Hagenach*. Prędium *Ismaningen*, prædium *Talhaim*, prædium iuxta *Aichelsvvanch*. Prædium *Halfendorff*. Prædium *Siehohesprun*. Prædium Dñi *Vdalrici* clerici de *Eglingen* in *Harde*. Prædium Dñi *Werneri* de *Pavvrn* in *Aschotingen* duo prædia, & V. mancipia.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Hainricus* Dei gratia sanctæ Frisingensis Ecclesiæ Episcopus, ex petitione dilecti filij nostri *Dadascaloi* Abbatis *Tegernseensis* Monasterij, vniuersitati fidelium tam præsentium quam futurorum insinuo, quod præfatus Abbas consensu nostro ac totius Capituli, & astipulatione *Bernhardi* & *Sigibtonis* de *Newvenburg* aduocatorum sui Monasterij, & consilio & conniuentia suæ congregationis & ministerialium suorum in Allodio eiusdem Monasterij quod *Egelingareiit* dicebatur, collectis fidelibus atq; religiosis personis ad diuinæ religionis cultum, Cellam beati *Martini* laudabiliter instituit, Ordinem secundum Regulam S. *Augustini* inuiolabiliter ibidem, obseruari constituit. Possessiones quibus ipse eandem Ecclesiã ditauit cum oblationibus fidelium, quas eadem Ecclesia consequi posset vsibus fratrum ibidẽ Deo seruientium deseruire concessit. De institutione verò præpositi, nobis annuente & præposito *Dietrammo* presente, ita ordinauit, vt obeunte Prępposito fratres ejusdem Cellę consilio & consensu Abbatis concorditer sibi Prępositum eligant & electus possessiones & inuestituram temporalium ab eo accipiat, nobis autem de spiritualibus respondeat. Et vt hęc institutio in futuris temporibus firma & inconuulsa permaneat, sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Acta sunt hęc apud *Waringder* X V I I. Calend. Nouemb. Anno Dominicę incarnationis M C I I. Indict. X. Anno Episcopatus nostri V. Huius rei testes sunt de Canonicis matricis Ecclesię Hainricus. V Vichmannus, Herrandus, de parochialibus eiusdem Monasterij V Veringher de V Varingder, Vdalricus de Harpenigen, Gerbicus de Gmunden. De nobilibus Sigiboto aduocatus, V Verinhart de Stosse, Otto de Grube, Vdalschalh & Rihher de Hohenberch. De ministerialibus Ecclesię Rudolf & Otto de Riholuestorf, Egmo de Dietprehtesehirchen, & filius eius Ambricus, Vdalricus, Hainricus & duo filij eius, Sigimar V Volfolt de

VVachergen. Sigibo, Ekkehart, Hainrich VVerinher de Harpenigen, Pilgrim Megenh Dufhouerij, & alij quam plures.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Otto* Dei gratia *Friſingenſis* Epiſcopus ſecundus. Quæ à fundatoribus venerabilium locorum ſeu Eccleſiarum iuſtè & religioſe inſtituta ſunt, vt futuris temporibus maiori firmitate conualeſcant, dignum duximus ea litteris mandare, ne quod venerabiliter inſtitutũ eſt, vel obliuio deleat, vel incuria prauorum hominum ſubuertat. Ea propter vniuerſis in Chriſto filiis & fratribus noſtræ Diœceſis, Abbatibus, Præpoſitis, Decanis, & vniuerſis ſub eorum regimine degentibus, cunctiſque Chriſti fidelibus futuris & præſentib. ſignificamus, quia accedentib. nobis ad Epiſcopalẽ dignitatem, motum eſt verbum in conſilio noſtro, quod Eccleſia, quæ cella beati *Martini* dicitur ad noſtrum ſpectaret Epiſcopatũ. Cui rationi ſe Abbas *Tegernſeenſis* Monaſterij *Rupertus* oppoſuit, & eandem Eccleſiam, eo quod in fundo & de fundo S. *Quirini* fundata & ditata eſſet, priuilegiis & ſufficienti ratione obtinuit. Nos verò quos decet praua corrigere, iuſtitiã diligere, non infringere pulſante iuſtitia, nec nõ pro dilectione fratris noſtri Manigoldi eiuſdẽ Monaſterij Abbatis, vtriuſque enim intuitu animum ab inſolita vexatione reuocauim⁹ & ea quæ religioſe inſtituta ſunt, auctoritate noſtra confirmamus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus; ita videlicet, vt ſicut in principio tempore *Heinrici* anteceſſoris noſtri inſtitutũ eſt, & electio Præpoſitorũ prædictæ Cellæ ad conſenſum & conſilium celebretur Abbatum *Tegernſeenſis* Monaſterij, & electi poſſeſſiones & inueſtituram temporalium ab eis accipiant, & omnem honorẽ & reuentiam, quam filia matri pro exhibitione multiplicis gratiæ, & iure fundationis exhibere debet, exhibeat, nobis de ſpiritualibus reſponſuri. Acta ſunt hæc conniuentia totius Capituli *Friſingenſis* Eccleſiæ, & miniſterialium in villa quæ *Laneskirchen* dicitur, Anno incarnationis Dominicæ M. CXC. Indict. VIII. Anno verò Epiſcopatus noſtri ſexto. Regnante Frederico Imperatore Roma. Auguſto. & filio eius *Hainrico* feliciter, Amẽ. Teſtes de choro Friſingenſi, Berchtoldus Decanus, Ortvvinus Slierſenſis Præpoſitus, Fridericus Wertſedinus Præpoſitus. Cunradus S. Viti Præpoſitus, Cunradus Cuſtos, Hainricus Scolaſticus. Eberhardus de Schlierſe. De nobilibus, Hainricus de Brucke, Hainricus de Rainigen. Berchtoldus de Vagene. De miniſterialibus, Hainricus Felix puer. Gervvicus de Pubenhauſen. Adiloldus de Dorinbach. Eberhard⁹ de Werde, & filius eius Eberhardus. Hartvvicus de Richolfelsdorff, & filius eius Otto. Otto de Paſingen, & fratres eius Hainricus, Vlricus Fertinch, Alanus de Elhpach, Otto de Herberchingen. Hainricus & Siboto de Wacharingen, Arnoldus de Herberhteshuſen, Alanus de Richerspürn, & alij quam plures. Datum *Friſingæ* per manum Gottfridi Notarij XVIII. Kl. ſeptẽbr.

Signum Domini *Ottonis Friſingenſ.* Epiſcopi,

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Dilecto filio *Tegernſeenſi* Abbati, Saluté & Apoſtolicã benedictionẽ. Iuſtis petentiũ deſideriis dignũ eſt nos facilẽ præbere conſenſũ, & vota quæ à rationis tramite non diſcordant effectu pro-

prosequente complere. Ea propter dilecte in Domino fili, tuis iustis postulationib. grato concurrētes assensu; Priuilegium quod venerabilis frater noster *Frisingensis* Episcopus super quodā Monasterio in fundo Ecclesiæ tuæ, & in sua Diœcesi constituto pia consideratione inductus, cœnobio tuo concessit, sicut Canonice factum est, & vsque ad hæc tempora pacificè obseruatum, tibi & Ecclesiæ tuæ auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationē, omnipotentis Dei & beatorū Petri & Pauli apostolorū eius se nouerit incursurū. Datum apud *Fornoum* 11. Kal. Decemb. Indict. VI.

Innocentius Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio *Tegernseensi* Abbati, Salutem & Apostolicam benedictionem. Iustis petentium desiderijs dignum est nos facilem præbere consensum, & vota quæ à rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Ea propter dilecte in domino fili tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, Ecclesiam S. *Martini* quam bonæ memoriæ *Dedaschalchus* prædecessor tuus in fundo Monasterij fundasse dicitur, & dotasse, tibi & Monasterio tuo, sicut eam iustè & pacificè possides, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Anlagniæ* XI. Calend. Ianua. Pontificatus nostri anno sexto. Formium.

Honorius Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati & Conuentui Monasterij de *Tegernsee*, Salutē & Apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana Ecclesia deuotos & humiles filios ex assuetę pietatis officio propensius diligere consueuit, & ne prauorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater suæ protectionis munimine confouere. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus, grato concurrentes assensu, personas vestras & locum ipsum, in quo diuino estis obsequio mācipati, cum omnib. bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis præstante Domino poterit adipisci, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem Ecclesiam sancti *Martini* de *Cellis*, quam cum pertinentiis suis Canonicè vos proponitis assecutos, sicut eam iuste canonicè ac pacificè possidetis, vobis & per vos ipsi Monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Lateran.* XVIII. Calend. May. Pontificatus nostri anno septimo.

Honorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati & Conuentui de *Tegernsee* salutem & apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectū. Eapropter dilecti in domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras & locū in quo diuino estis obsequio mancipati cum omnib. bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurū justis modis præstante Domino poterit adipisci, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem Ecclesiam Sancti *Martini* de *Cellis* cum pertinentijs suis,

quam vos asseritis canonicè assecutos, sicut illam iustè canonicè ac pacificè possidetis, & in instrumento exinde confecto plenius continetur, vobis, & per vos Monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noueritincursurum. Datum *Lateran* IV. Nonas May, Pontificatus nostri anno septimo.

CATALOGVS PRAEPOSITORVM MONASTERII DIETRAMBSCELL.

I. Dietramus fundator Monasterij D.
II. Conradus.
III. Albertus.
IV. Engelmarus.
V. Wolfcalcus.
VI. Otto.
VII. Henricus.
VIII. Vdalricus.
IX. Otto.
X. Eberhardus.
XI. Arnoldus.
XII. Conradus.
XIII. Ortolphus.
XIV. Vdalricus.
XV. Reinardus.
XVI. Rupertus.
XVII. Conradus.
XVIII. Vdalricus.
XIX. Henricus.
XX. Eberhardus.
XXI. Conradus.
XXII. Henricus.
XXIII. Ioannes.
XXIV. Liebhardus.
XXV. Ioannes.
XXVI. Ambrosius.
XXVII. Ioannes.
XXVIII. Augustinus.
XXIX. Wolfgangus.
XXX. Augustinus.
XXXI. Wolfgangus.
XXXII. Leonardus.
XXXIII. Casparus.
XXXIV. Ioannes.
XXXV. Paulus Hirschauer.
XXXVI. Wolfgangus Carl.
XXXVII. Casparus *modernus Præpositus.*

DIES

DIESSEN.

MONASTERIVM Canonicorum Regularium S. Augustini. Hauto, aliàs Hanto, Comes de Andechs, Episcopus Augustanus, maximus illius Episcopatus locupletator & dotator, successit S. Symperto. Præfuit adhuc Año 840. sub Ludouico Pio: habuit fratrem religiosissimæ vitæ, Rathardum Canonicũ, qui Monasterij S. Georgij Martyris, non procul à vico Diessen, vbi nunc est Ecclesia Parochialis, autor & fundator fuit: Quod posteà per Arnoldum malum desolatum & destructum est. Bruschius de Episcopis Augustanis ex Annalibus ibi. Vide Auent. fol. 378. vbi dicit ex nobilissimis Bauariæ Principibus prognatos, sed familiam præterit. Deinde Anno Domini 1013. instaurata est S. Georgij Ecclesia, per quendam Adelhaimum & fratrem eius Vdalricum.

SECVNDA fundatio: Kunigunda, aliàs Kunissa, vxor Friderici Comitis Diessensis, secundi illius nominis, filia non Ottonis Comitis de Valey, vt liber Dietramzellensis per errorem habet; sed Conradi Comitis Oningensis, prope lacum Brigantinum & Richlite, quæ fuit filia magni Ottonis Imperatoris I. Ista deuotissima matrona post mortem mariti fundauit Ecclesiam sancti Stephani, in qua posuit 3. Canonicos regulares; ibidem defuncta & sepulta. Auentinus scribit in eius sepulchro nuper inuentum laterem coctum, cum inscriptione Latina: Kunegundis peccatrix, huius loci fundatrix, istam construens aulam 2. Nonis Martij, Anno 1020. Anno 1124. Hartuicus, Præpositus Monasterij S. Georgij, cum consensu Hermanni, Episcopi Augustensis, vnà cum suo Conuentu migrauit ad Ecclesiam S. Stephani, propter maiorem commoditatem: Ibi Hartuicus Præpositus obiit Anno 1170. qui 46. annis laudabiliter præfuit.

TERTIA fundatio facta, Anno 1132. juxta Bullam Innocentij secundi. Nam alia fundatio non extat, per illustres Principes, Berchtoldum Comitem de Andechs, & Ottonem Comitem de Wolfratzhausen, vnà cum vxoribus, Sophia & Laurita, & liberis earum, qui arcem suam Damasiam verterunt in Monasterium, construentes ibi Ecclesiam, in honorem B. Mariæ Virginis, dotantes eam mobilibus & prædiis, nec non pluribus priuilegiis, ratione aduocatiæ & quarumcunque exactionum, offerentes eam tutelæ B. Petri & sedis Apostolicæ, cui annuatim vnum aureũ persoluerent, vt latiùs in prædicta Bulla continetur.

Auentinus in Chronica fol. 692. ita ponit: Arnolphi filij, Poppo, Berchtoldus 1. Otto Wolfrathusius & Gebhardus, hi Damasiam in templum vertêre. Otto Episcopus Bambergensis hanc Ecclesiam multis quoque beneficiis & prædiis juuit, videlicet Kircheim, Münsing, Pierdarf, Schmiechen & Prunnen Ecclesiis; qui obiit Anno 1196. Heinricus Comes, Wolfrathusius filius, secundum Bullam Innocentij, alias Nepos Ottonis prioris, cùm liberos non haberet, multis donis & prædiis dotauit ac locupletauit Monasterium Diessense, Anno 1150. cuius rei extat ibidem in Calendario dicto ante veterem regulam documentum: Inter alia castrum Schönenperg in montanis, cum suis pertinentiis. Posteà Otto 1. Dux Meraniæ, Palat. Burgund. & Henricus Marchio Istriæ, fratres, circa annum Domini 1220. multa bona & prædia eidem Monasterio contulêre; inter alia Trebegast in Norico & Hermanstorf, ita vt quatuor Canonici regulares ibi residerent, & singulis annis Præposito & Conuentui soluerent marcam auri puri, quod vltra centum annos durauit. Posteà quidam Comes de Orlamund inuasit illa loca, & vendidit Monasterio dicto Corona cœli in Norico pro 600. libris Hallensibus: quam summam vix tandem magnis precibus & intercessionibus extorsit Præpositus Conradus, pro qua emit jura patronatus, cum decimis in Kaufring, Vtting, & Schöndorf, Anno 1300. Hæc ex libro Dietbramzellensi. Alibi reperio, quòd Comes Orlamun-

lamundanus vendidit Burggrauiis Nuernbergen, Kulmpach, Flaſſenburg & Trebegaſt Anno 1336.

VERSVS.

Dieſſenſes Proceres & eorundem mulieres
Semet cum donis noſtris tribuêre Patronis;
Interior foſſa cunctorum continet oſſa,
Nomina ſed Procerum tenet hic locus & mulierum,
Spiritus illorum quò tendat ad alta Polorum
Hæc optent juuenes cum pueriſq; ſenes.
Marchio Berchtoldus, conjunx Haduuigis & ejus,
Berchtoldus Comes, atq; ſua conjunx præclara Sophia,
Cunrat Canonicus Comes Henricus Otto frater & eius,
Dux & Marchio Berchtoldus, ſua nobilis uxor & Agnes,
Filius illorum, Marchio Henrich, vir honorum,
In cæli porta locet hos pia virgo Maria.

Anno 1182. Indict. 12. quarta Idus Octobris dedicatum eſt Monaſterium Dieſſen à venerabilibus Epiſcopis, Hartuico Auguſt. & Ottone Bambergen. preſidente Cathedræ Romanæ Lucio venerabili & Apoſtolico viro, anno Pontificatus eius II. in honorem ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & S. Crucis, & S. Mariæ perpetuæ virginis, & S. Ioannis Baptiſtæ & S. Petri & S. Ioannis Euangeliſtę.

Anno Domini 1317. Monaſterium cum toto vico ibidem, in die S. Clementis, ſub Præpoſito Conrado incineratum, qui poſtea per Ducem Auſtriæ Leopoldum captus eſt &c.

LVDOVICVS Imperator fecit permutationem cum Præpoſito Dieſſeñ. cui dedit juriſdictionem Straff vnd Wendl/ in Parochia Dieſſen, extra maleficia, recipiens ab ipſo jurisdictionem in vico Dieſſen, quæ antea ad Monaſterium ſpectabat, Anno 1326. &c.

Hi Nobiles ſequentes ſepulti ſunt in hoc Monaſterio præter Comites Damiſianos,

THORER, cum 42. corporibus,
De GREIFFENBERG,
SMIHER,
GRONATZHOVER,
SCHONDARFFER,
PIENTZENAVER,
ZWERGER,
WIDERSPERGER Rorbach,
WEINLINGER Hornſtain,
MINSINGER,
WITELZHOVER.

ADDITIONES

DAMASIA, *hodie Dieſſen, in Itinerario Antonini Pontes Teſſenij, de quib. dictum in Nomenclatore, delineat. Veterũ Norici, pag. 9. & pag. 87.*

Sequuntur Diplomata Pontificum.

In

IN Nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. *Innocentius* Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio *Hartvvico* Præposito Ecclesiæ S. *Stephani* in *Diezhen*, eiusque successoribus canonicè substituendis, salutem & Apostolicam benedictionem. Quotiens illud à nobis petitur, quod rationi & honestati noscitur conuenire, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Proinde dilecte in Domino fil. *Hartvvice* Præposite, tuis justis & rationabilibus postulationibus clementer annuimus, & venerabilium fratrum nostrorum *Chonradi Salisburgensis* Archiepiscopi & *Hermanni Augustensis* Episcopi precibus inclinati, Ecclesiam B. *Stephani*, à *Berhtolfo* & *Ottone* Comitibus, & *Sophia* & *Lauritta* eorum vxoribus & filiis per manum Illustris Viri *Degenhardi* B. Petro oblatam, cui Deo auctore præesse dinosceris, sub B. Petri tutelam, & apostolicæ sedis protectionem suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuimus itaque vt quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in presentiarum justè & legitimè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis modis præstante Domino potuerit adipisci, firma vobis & illibata permaneant. Quod autem præfati fratris nostri *Hartmanni Augustens.* Episcopi annuente studio de Ecclesia B. *Georgij*, in qua prius diuinis eratis studiis mancipati, vos ad Ecclesiam S. *Stephani* transtulistis, quoniam locus ipse tàm ad conseruandam religionem, quam etiam fratrum vsibus aptior visus est, laudamus, & nostra auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus etiam vt Capella quæ sita est in loco *Werde* Ecclesiæ B. *Stephani* de cætero cum omni jure subjaceat, & quicquid juris, quicquid dignitatis ipsa hactenus noscitur habuisse, totum in Ecclesiam S. *Stephani* transfundatur. Hoc tamen rationis tenore, vt prædictæ Ecclesiæ S. *Georgij* attenta sollicitudine prouidere curetis, quatenus diuinum ibi officium assiduè Domino impendatur. Porrò decimas, quas prænominata Ecclesia S. *Stephani* concessione Pontificum justè hactenus habuit, eidem loco in perpetuum concedimus. Sanè si quis fratrum vel sororum post factam ibidem professionem, persuadente Diabolo sine licentia Præpositi eiusdem loci ad alia loca confugerit, prohibemus & interdicimus, vt nullus eos suscipere præsumat, sed tamquam voti proprij temeratores, ad eandem Ecclesiam redire compellantur. Adhæc adjicientes statuimus, vt Ordo Canonicus secundum B. *Augustini* regulam in eadem Ecclesia futuris temporibus conseruetur. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Præposito, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut fratrum pars consilij sanioris, secundum Dei timorem, & B. *Augustini* regulam prouiderint eligendum. Ad indicium autem perceptæ huius à Romana Ecclesia tuitionis & libertatis, Aureum vnum annis singulis *Lateranensi* Palatio persoluetis. Nulli ergò omninò hominum liceat prænominatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Sed omnia integra conseruentur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Sepulturam quoq; ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum qui se illic sepeliri delibe-rauerint deuotioni & extremæ voluntati, nisi fortè excommunicati fuerint, nullus obsistat. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contrà eam temerè venire tem-ptauerit, secundo tertioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo

examine

examine districtę vltioni subjaceat. Conseruantes autem interuenientibus Beatorum Apostolorum Petri & Pauli meritis gratiam Domini nostri Iesu Christi, & æternæ beatitudinis præmia consequantur, Amen.

Datum *Cluniaci* per manum Amelrici sanctæ Romanæ Ecclesię Diaconi Cardinalis & Cancellarij. VIII. Idus Februarij, Indict. X. Incarnationis Dominicæ anno M. C. XXXII. Pontificat9 autem Dni Innocentij PP. II. Anno II.

Dei gratia *Moguntinensis* sedis Archiepiscopus, & Apostolicę Sedis Legatus, Venerabili fratri *Hartvvico* Præposito, atque vniuersę congregationi S. *Mariæ* apud *Dieſſen* salutem & benedictionem. Pia Christianorum vota, & maximè religiosorum virorum, juxta consuetudinem & pietatem matris nostræ Romanę Ecclesiæ attendentes, piis eorum postulationibus piam impendere sollicitudinem & congruam exhibere dignum duximus consolationem. Apostolica itaque mandata gerentes aurem facilem precibus vestris tanquam specialiter Ecclesiæ Romanæ pertinentium accommodamus, atque apostolica auctoritate, nobisque concessa potestate Capellam in honore S. *Blasij* dedicatam apud *Egelingen*, sicut hactenus cum cura animarum eam possedistis, sic de cætero possidendam vobis firmamus: atque Capellam S. *Viti* apud *Wintahe* cum omni jure suo, tàm spiritali quàm corporali, cum cura scilicet animarum vobis vestrisque successoribus concedimus, atque eandem ex parte Domini Papæ *Alexandri* tenendam firmamus: idque vigore huius paginæ corroboramus. Saluo antiquo jure Augustensis Ecclesiæ schismate quidem cessante. Præterea vobis tanquam viris religioni deditis, & de quibus nulla sinistra suspicio potest haberi, concedimus, vt ordines à quocunque Catholico Episcopo dictam schismaticam sedauerit prauitatem, recipiatis. Itaque ex parte Dei omnipotentis, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum & auctoritate prædicti Domini nostri mandamus, atque præcipimus, vt nullus hanc jam dictis viris religiosis à nobis collatam munificentiam audeat infringere. Si verò ausu temerario quisquam huius scripti transgressor extiterit, nisi requisitus intra XL. dies resipuerit, ac satisfecerit, vinculo excommunicationis subjaceat, & à corpore & sanguine Domini alienus existat.

Anastasius Episcopus Seruus Seruorum Dei, Dilectæ in Christo filiæ Melectæ Monasterij de N. salutem & apostolicam benedictionem. Sicut obedientes ad æternæ vitæ præmia per obedientiæ virtutem perueniunt; ita inobedientes per inobedientiam damnationem æternam vtique promerentur. Peruenit quidem ad nos, quod cum canonicè ad onus sis administrationis abbatiæ vocata, onus ipsum non velis suscipere, & recusas aliis ministrare, cum Christus non ministrari sed ministrare venisse legatur. Quia ergò melius est obedire quam sacrificare, & auscultare magis quam offerre adipem arietum, deuotioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus jugum Christi, administrationem videlicet abbatiæ, ad quam vocata es, nullatenus recuses accipere, & mandatis venerabilis fratris nostri *Augustensis* Episcopi nequaquam audeas repugnare.

Sciens

Sciens quia eidem fratri nostro dedimus in mandatis, vt si ei obedire nolueris, canonicam in te censuram exerceat. Datum Laterani X. Kal. Decembr.

Calistus Episcopus Seruus Seruorum Dei. Clero & populo *Augustens.* salutem & apostolicam benedictionem Dilectus frater noster H. Episcopus vester ad sedem Apostolicam cum multo labore & fatigatione personæ suæ peruenit; & sanctam Romanam Ecclesiam matrem suam humilitate debita & obedientia recognouit. Quem nos paterna dilectione suscepimus, & tanquam obedientem filium nobiscum diligenter habuimus. Ipsum itaque ad vos cum nostra gratia & integritate sui Episcopalis officij remittentes, vniuersitatem vestram rogamus, monemus atque præcipimus, vt eum benignè suscipiatis, affectione præcipua diligatis, & ei sicut Patri & Magistro vestro, nec non & animarum vestrarum Episcopo reuerentiam & obedientiam humiliter impendatis. Data *Laterani* II. Kal. Aprilis.

In nomine Domini, Amen. Anno verbi incarnati Millesimo C. LXXVIII, Indict. XI. mense Septembri, solutus est census Rom. Ecclesiæ de Cœnobio S. *Mariæ* in *Diezhen*, à retroactis annis retentus, vsque ad ipsum annum, per Præpositum *Degenhardum*, in manus *Sifridi Moguntinæ* Ecclesiæ Scolastici, à Domino Papa *Alexandro* ad hoc literis Apostolicis transmissi. Anno Pontificatus eius XX. Exsib. Tradit. M. S.

Notum sit omni Ecclesiæ fidelium, tàm futuris, quam præsentibus, quod Comes *Hainricus* de *Wolfratehusin* cœnobium quod situm est in *Diezhen*, principalem scilicet locum suum, possessionibus multis amplificauit, præsente eiusdem loci Præposito *Hartwico*, & aliis multis nobilibus & vulgaribus astantibus. Anno namque M. C. LVIII. die Kal. Maiarum, tradidit possessiones subscriptas per manus nobilis hominis *Waldscalci* de *Vffildorf*, quicquid possedit in eodem *Diezhensi*, agros, homines, & piscationis jura in lacu qui dicitur *Amberssee*, qui eodem loco vicinus est, & siluam magnam cuius fines transeunt à loco eodem *Diezhensi*, vsque ad montem qui dicitur *Bisinberch*, & venationes bestiarum, ceruorum, castrorum & lictorum in flumine *Ambre* & *Rote*, in potestatem Præpositi *Diezhensis*, & fratrum eiusdem loci constituit. Tradidit etiam eodem modo prædia sua in *Mandichingen*, quatuor scilicet curias cum hominibus incolentibus eas, & omnes homines suæ proprietatis in eodem loco, exceptis his qui incolunt terram, quam tradidit idem Comes S. *Mariæ*, & S. *Oudalrico* in *Augusta*. Tradidit etiam hortum & partem nemoris ad se pertinentis. Tradidit etiam eodem oblationis modo prædia sua apud *Wintahe*, *Schondorf*, *Luttinhouin*, homines, agros, siluas, culta & inculta omnia ad se pertinentia ex integrò obtulit. Tradidit etiam vrbem quandam in montibus sitam, quæ vocatur *Shonenberch*, & montem vicinum qui dicitur *Iringisberch*, & adjacentia juga vsque *Wenpen*, ea videlicet ratione vt vrbe destructa nunquam alia persona præsumat reædificare montes prædictos in posteras generationes, & in testimonium eiusdem conditionis tradidit dimidium mansum in loco qui *Wengen* dicitur. Hæc item etiam tradidit in eundem locum quicquid possedit in *Bozano* vinearum, agrorum, hominum, culta & inculta, nihil sibi nec aliis residui relinquens. Tradidit etiam per manum nobilis viri *Gotefridi* de *Anedorf* partem fontis in *Halle*, quę vocabulo illorum dicitur Achtail per singulos annos pondera salis sex scilicet talentorũ precia. Omnia supradicta tradidit S. *Mariæ* sẽper virgini, & S. *Stephano* protomartyri in *Diezhen*, vsibus fratrum Deo seruientiũ inibi omnimodis profutura, pro remedio animę suæ, & fratris sui *Ottonis*, qui in expeditione regis

Lotharij

Lotharij in obsidione *Papiæ* ciuitatis obiit, & omnium parentum suorum, & omnium fidelium Christi defunctorum. Huius traditionis testes sunt:

De vffildorf	De Anedorf	
Idem Oudelscalchus.	Gotefridus.	
De Seuelt	De Wilhaim.	De Lochusin
Degenhardus.	Bernhardus.	Ameltus.
DeStarcholtishouin	De Stainibach	
Adelbertus.	Hartnidus.	
De Wolfrath.	De Schallechaim,	De Arbedorf,
Lazarius.	Hainricus	Ortolfus & frater eius.
De eod. loco	De wlfratehusin	
Oudalricus.	Gramannus qui & wlfvvinns dicitur.	
De Selvve,	De eodem loco	De Froutingen
Hainricus & frater eius.	Sibandus.	Luitfridus.
De Kirichaim	De Andechs	De Tagedinsvvanch
Bernhardus	Oudalricus.	Oudalricus
De Husin	De Raistingen	De Raistingen
Theodericus	Oudalricus.	Goteboldus & Bernhardus fratres.
De eodem loco		
Geroldus.	De Andechs	De eodem loco
	Ludevvicus.	Berhtoldus.

Nouerit omnium Christi fidelium tàm futurorum quàm presentium discreta sollertia. quod Comes *Hainricus* nec non & ministeriales sui tradiderunt S. *Mariæ*, S. *Stephano* protomartyri in *Diezhen*, partes salis in *Halle*, duo scil. Achtail in loco qui dicitur *Vbereche*, & tertiam partem vnius vntialis in loco qui dicitur *Houbtacchere*, & dimidium locum patellæ in loco qui dicitur *Chere*, domum locumque in quo sita est eadem domus, in loco qui dicitur *Dineſtat*.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tàm præsentibus, quam futuris, quod Comes *Hainricus* tradidit prædia sua per manus *wlfvvini*, qui & *Gramannus* dicitur S. *Mariæ* in *Diezhen*, mansum vnum in loco qui dicitur *Amphrun*, & quendam *Gozvvinum* cum fratribus suis, & alium mansum qui dicitur *Ellenpoge*, & quendam *Chunradum* cum fratribus suis. Huius rei sunt testes: Berhtoldus & frater eius Luitoldus de Boule. Marcvvardus de Husin. Albericus homo eiusdem Wolfvvini. Gebehardus de Handen. Rilandus, Chounradus, Gerungus.

Notum sit omnibus tam futuris quam præsentibus, quod Dominus *Hainricus Ratisponensis* Episcopus tradidit prędium suum *Telbes*, per manum *Alberonis* de *Starcholtishouin* S. *Stephano* protomartyri in *Diezhen*, rogatu ministerialis sui *Routperti* de *Boule*, pro requie animæ ipsius *Routperti*, qui in expeditione Regis *Lotharij* defunctus est. Huic prædio nos addimus dimidium mansum, quem bonę memoriæ *Berhtoldus* de *Svvaphusin* pro requie animæ suæ S. *Mariæ* in *Diezhen* dedit. Ipsum quoque prædium annuatim persoluere debet quinque carradas vini. Huius rei sunt testes, Albero de Starcholtishouin, Wernhardus & frater eius Friderus de Homeras, Chounradus de Scondorf, Gebolfus.

Notum sit tàm futuris quàm præsentibus, quod Comes *Hainricus* suam principalem Curiam in *Diezhen* tradidit S. *Stephano* protomartyri pro requie animæ suæ, nec non & parentum suorum. Huius rei testes sunt, Richerus de Hohenburch, Gotescalchus & Ludevvicus de Hohenreine. Eberhardus de Boule, Heinricus de Meringin, Egelolfus, Henricus de Tanchirchen, Gotfridus de Ane-

Beul vulgò Pâl.

de Anetorf. Dietmarus de Diezzen. Sciendum est quod idem Comes *Hainricus* tradidit prædium suum quod situm est *Wengen* ad eundem locum pro liberatione animæ ministerialis sui *Magensen*, qui occisus est in obsidione castri *Valaiæ*. Huius rei sunt testes Gotefridus de Anetorf. Eberhardus de Buole, Wolfvvin de Nuiuarn. Rapoto & frater eius Hainricus de Tanchirchn, Hainricus de Meringen. Ortolfus de Birichnvvang, Egelolfus de Wolfrateh. Leo de Munigisingen, Walfridus de Berchah. Münsingen.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tàm futuris quàm præsentibus, quod Dominus *Otto* venerabilis Episcopus *Babenbergensis* prædium suum in *Chirhaim*, quod emit à quodam *Alberto*, qui vulgo *Zollo* vocatur, sine vllius contradictione de *Pfaffinhouin* tradidit S. *Mariæ* in *Diezzen*, vsibus fratrum Deo inibi seruientium omnimodis profuturum. Tradidit & aliud prædium per manum fratris sui *Berhtoldi* March. in *Musingin*, quod ipse emerat à religiosis Canonicis viris de *Rore*, & in suis vsibus per multos habuit annos, nullo sibi contradicente vel obstante, S. *Mariæ* semper virgini in *Diezzen*, IV. scilicet Curias, III. molendina, cum pratis, & agris, & hominibus, qui sui juris vel proprietatis fuisse dinoscuntur, & Ecclesiam eodem loco sitam, & saltum quendam vicinum eidem loco, qui vulgò *Arnhart* vocatur, & decursum fluuij, apud quem ipsa molendina sita sunt. Ita vt nulli hominum liceat juxta eundem fluuium in supradicto prædio plura exstruere molendina, nisi per licentiam Præpositi *Diezensis*, & fratrum eius, ne reditus & tributa eiusdem in aliquo attenuari vel corrumpi videantur. Tradidit etiam ad eundem locum Ecclesiam *Smiehen*, quæ sibi hæreditario jure in possessionem cesserat, & Capellam in *Brunnen*, & Ecclesiam in *Musingen*, cum omni suprascripto prædio. Dedit & calicem vnum, duas casulas, quatuor cappas purpureas, omnia supradicta tradidit idem venerabilis Episcopus S. *Mariæ* semper virgini in *Diezzen*, fratribus Deo inibi seruientibus, omnimodis profutura.

Notum sit omnibus tàm futuris quàm præsentibus, quod Dominus *Heinricus Ratisponensis* Episcopus tradidit prædium suum *Telbes* per manum *Adalberonis* de *Starcholfeshouen*, S. *Stephano* protomartyri in *Diezen* rogatu ministerialis sui *Ruotperti* de *Buole*, pro requie animæ ipsius *Ruotperti*, qui in expeditione regis *Lotharij* defunctus est. Huius rei sunt testes Adelbero de Starcholfeshouen, Werenhardus & frater eius Fridericus de Homeras, Cuonradus de Scondorf, Geboldus de Grauendorf. Vid. sup.

Ludovvicus Dei gratia Comes Palatinus *Rheni*, Dux *Bauariæ*. Nouerint vniuersi præsentis literæ inspectores, quod nos de æterna salute tractantes, ob remissionem peccatorum nostrorum duas Curias in *Schondorf* ad nos jure proprietatis pertinentes, vnà cum hominibus ad easdem spectantibus, & omnibus ipsarum pertinentiis, videlicet in agris & siluis, pratis & aquis, cultis & incultis, Ecclesiæ *Diezensi* liberaliter cum aduocatia earundem dedimus ipsi in perpetuum seruiendas, Dantes super hoc dictæ *Diezensi* Ecclesiæ in testimonium præsentem literam, sigilli nostri munimine roboratam. Actum in claustro *Diezen*, An. Domini M. CC. LVIII. in die S. Benedicti I. Indictione. Huius donationis testes sunt, Hadmarus liber de Laber, Magister Dietricus Vicedominus Præpositus Illmunstr. Hainricus de Pasingen, Ludevvicus de Andehse, Hermannus & Vlricus de Phetin, Berchtoldus & Ortvvinus Gissones, Otto de Widesperch, Grifo de Vndavve, Otto de Sildilstorf, Chunradus de Hochenvvanch, & alij quàm plures.

Hæc prædia fuerunt obligata *Grifonibus* de *Vndavv*, quæ ego *Chunradus Diezensis* Præpositus persolui pro XXXVI. libris Augusti monetæ.

PRAEPOSITI DIESSENSES.

I.

ANno Christi cIↃcxxxii. primus iniit Ecclesiæ huius Præpositurã Hartvvicus; quem priùs Decanum in Rotenbuch, fundatores nostri virtutum eius capti bono odore & notâ industriâ, approbante Hermanno Episcopo Augustano, inde acciuerant. Is quondam aulæ Bauaricæ Cancellarius, ad monasteriam illud fortè venerat in comitatu Principis, cum ecclesiam ad vespertinas Dei laudes ingressus, verba illa Christi per voces cantantium accepit, *Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* quæ ipse verba ad se referens, & ornatum suum sericum ac versicolorem Euangelicis nuptiis parùm conuenire interpretatus, mundo nuntium extemplò remisit, Canonicũmq. regularem induit. Quia verò Diessense monasterium à S. Georgij ad ędem S. Stephani translatum erat, eius translationis (annitentibus simul fundatoribus & Episcopo Hermanno) confirmationem cum aliis priuilegiis ab Innocentio II. Pont. obtinuit. Interim tamen monasterium S. Mariæ dudum cœptum, Otto Comes à Wolfartshausen cum propinquis suis Comitibus & Marchionibus Andexiensibus egregiè vrgebat, Hartvvico etiam non impigrè allaborante. Qui præter Canonicorum sodalitium, & sanctimoniales rexit separato clausas cœnobio: rexit, inquam, ea moderatione & prudentiâ, quam B. Mechtildis earum Præpositæ perspecta sanctitas commendat. Demùm anno gubernationis XLI. seruus bonus & fidelis vocatus est in gaudium domini sui: cuius corpus ante altare S. Ioannis Euangelistæ ad parietem Aquilonarem sepultum, lætam ἀνάστασιν exspectat.

II.

Hartvvicum optimum in Christo patrem secutus est bonus filius Degenhardus, domi nobilis. Qui huic loco XXXI. annis sanctè præfuit. Præteralia, q̃ molitus est, ædificia, anno eius nono, hoc est Christi Deihominis cIↃ. c. LXXXII. perfecta est ecclesia B. Mariæ Virginis, eodémque dedicata IV. Id. Octobris, à Dn. Othone Bambergensi præsule, Berchtoldi Comitis ab Andex filio, præsente Hartvvico Augustæ Episcopo. Otho autem dedicationis officio minimè contentus, monasterium illustrium suorum progenitorum sepulturâ nobile, prædiis compluribus donauit. Sepultus est Degenhardus prope januam sacelli S. Spiritus, infra Hartvvicum.

III.

Nec degenerauit Ortliebus, anno cIↃ. cc. IV. cœnobio præfectus: qui quæ deerant cœnobij structuris, nauiter compleuit, auxiliarem manum ferente cum primis illustri principe Othone Duce Meraniæ (cuius parens Berchtoldus in Capitulo haud pridem tumulatus fuerat) eiúsque propinquis ac familiaribus, qui sua prædia certatim dotandæ recenti Ecclesiæ contulerunt. Sed & Ortliebus ipse, antequam Præposituram iniisset, erexit S. Petri Ecclesiam in Pridriching è fundamentis de suo patrimonio, eámque postea, & plures alias parochiales Ecclesias cœnobio curauit vniendas ab Innocentio III. Rom. Pont. Vt verò ad Deum expeditiori pergeret itinere, Præposituram suâ sponte posuit, duobus ferè ante mortem mensibus, cùm eam annos circiter XX. tenuisset. Sepultus est in templi vmbilico.

IV.

Successit oneri Henricus vir prudens & industrius cIↃ. cc. XXIV. Oratorium interius (chorum vocamus) ornauit sacris picturis, auxit priuilegia, & annis in munere laudabiliter exactis octodecim ac semestri vitã cum morte cõmutauit.

Post

V.

Post eum præfuit Albertus, orsus anno clo. cc. xlii; qui vestigiis insistens decessorum, & spiritualia sollicitè, & temporalia curauit diligenter. Litem quandam, quæ ei fuit cum loci huius municipibus, propter raram judicij formam describere placuit ex antiquo codice. Is ergò sic habet. *Nouerint vniuersi præsentem intuentes & audientes paginam, quòd coniuersione B. Pauli Apostoli, præsentibus Domino Conrado Decano de Winckler, qui vicem gerebat Domini Sibotonis venerabilis Episcopi Augustani, & Hainrico judice de Starenberg; Dominus Albertus Præpositus & totus Conuentus Ecclesiæ Diessensis, obtinuerunt sub stolâ suâ jureiurando, quòd nec ciues ibidem, nec quisquam hominum aliquid juris habeant, vel habere debeant in eo prædio, quod ciues prædicti nominabant locum communem, ad præiudicandam Ecclesiæ jurisdictionem, quod in vulgari dicitur* gmaindt: *cùm illustris vir Hainricus Comes de Wolfrathusen prædium prædictum & alia plura prædia sanctæ MARIÆ perpetuæ Virgini delegando tradiderit in vsum fratrum ibidem jugitur Deo famulantium. Huius rei testes sunt, Conradus Decanus de Winckel, Gotschalcus de Widersperg, Hainricus judex de Starenberg, Hainricus de Pestenacker dictus monachus, Güntherus judex, Conradus judex de Ersingen, Meinhardus præco, Hainricus præco, Conradus Senfto, Haertvvicus, Burckardus & filius eius Conradus, Hainricus Rößlein, Marquardus Slicho, Conradus Murator, Hainricus Faber, Vlricus Maiso, Wernherus Latinus, & alij quàm plures. Acta sunt hæc anno gratiæ* clo. cc. xlviii. *in clausiro Dießenſi. Et ad indicium talis justitiæ, pastor armentorum in foro, clausiro Diessensi; vicino, Præposito Ecclesiæ Diessensis dedit solidum legalem, ex quo fundatus est locus Diessensis, singulis annis, & adhuc* XX. *den persoluere tenetur: quia omnis locus pascualis in parochia Diessensi situs, ad ipsam Ecclesiam ex collatione Principum nobilissimorum de Wolfrathusen & de Andex spectare videtur.* Hæc ibi. Verùm diu post Hieronymus Præpositus cùm eadem lis repeteretur, causâ cecidit, & fundus ille municipibus adiudicatus est. Albertus autem, vt ostenderet, quàm esset locus superior amandus, dignitati renuntiauit libens volénsque post nouennium & quadrimestre quàm acceperat. Tum ad benè moriendum sese comparans, anno vertente vitam clausit.

VI.

Sextum Præpositum Pollinga dedit, cum suâ non obscura laude. Conrado nomen fuit. Cuius viri quò maior virtus erat, hoc magis, permittente Deo, exercita aduersis. Nam ipso anno clo. cclı. quo ad regendum accessit, V. Id. Augusti, horrenda grandine pessum jerunt omnes fruges nostræ tam hibernæ quàm æstiuæ, tum in agro Diessensi, tum alibi, ad numerum XXC. prædiorum maiorum ac minorum, cum decimis septem ecclesiarum, nimirum Brunnæ, vtriusque Mæsing, Wessling, Frieting, Mischenried & Eschenloch, quibus malis non defuerunt aliæ vexationes & cruces quotidianæ; quas tamen Conradus velut alter Iobus animo inuicto superauit: & quod mirum esse potest, in tantis calamitatibus non tantùm nihil prædiorum monasterium auertit, sed alia emit, alia olim oppignorata redemit, ac post annos Præposituræ XIII. cum dimidio, migrauit è vita.

VII.

Ad scopulos delabitur historia, ad monasterij naufragium. Henricus homo juuenis, huius ecclesiæ Canonicus, anno clo. cc. lxiii. electus, decessorum suorum dissimulatis optimis exemplis, in diuersa abiit, cuius luxum, quia non ferebant redditus, prædia complura distraxit, & cuticulæ solum studiosus, de commodis ecclesiæ sibi commissæ nihil pensi habuit. Igitur cùm

aliquando per Christi natalem totus sacer apparatus ex auro, argento, ac gemmis super arâ maximâ expositus, post Vesperas non in sacrarium reponeretur, sed in malè munitum armarium, altari proximum, coniiceretur; duo aurifabri, pictore socio, re obseruatâ, noctu armarium effringunt; quidquid auri, argenti, gemmarum aderat, asportant; vestitas iis sacras reliquias haud procul à templo fundunt. Ex eo sacrilegio nihil restitutum, nisi pars gemmarum, ab vno de furibus, Schongauiæ capitis damnato. Non poterat verò non sentire tam graue dānum Henricus: sed dum criminis insimulat quem minimè debebat, documento fuit, & quàm cautè in suspicionibus agendum, & quantâ diligentiâ curandū sit, nè qui vult alios arguere, ipse habeat quod arguatur. Igitur vir nobilis de Gissonum familiâ, ordine presbyter, conditione parochus in Fricting, Henrico aliàs exosus, in crimen vocatur. Gisso negat, & facinus à se coram ecclesiasticis judicibus legitimè amolitur. Quamuis autem hominem iniuria morderet, persuaderi tamen passus est, ad pacem concordiamq; cum Henrico ineundam. sed ea diuturna haud fuit, & recrudescens in animo Gissonis infamis calumniæ memoria vindictæ modum obtulit. Ergò intempestâ nocte cum fidis hominibus cubiculum sui calumniatoris (nouerat scilicet, quid ibi inueniret) per fenestram inscendit, Henricum (heu pudor) deprehendit in flagitio, & vnà cum sceleris consorte insigniter depalmatum, magnâ ignominiâ primùm ad cœnobij sodales, tum ad Episcopum defert. à quo prò meritis acceptus, & malè gestâ dignitate exutus, vixit posteà XXIX. annis vitam ærumnosam.

VIII.

Anno cIↃ. cc. LXXV. Otho gubernandi onus suscepit humeris imparibus. Henricum namque ipsum imitatus, à loci Ordinario delectus gradu est, anno eius decimo.

IX.

Subiit anno cIↃ. cc. LXXXV. Seifridus Bachreiter. Qui Hartmanno Episcopo pro confirmatione præsentatus, obiectis sibi variis criminibus, repulsam tulit. Domum reuersus quamuis tristis, tristitiam celauit tamen pulcherrimè. Interea dum sodales de subrogando alio diutiùs deliberant, ecce tibi, moritur Episcopus, Wolfhardò succedente. huic sistit se Seifridus, ac confirmationem obtinet nullo negotio. Verùm post quadriennium, ob rem malè administratam, & maximè, quòd propinquis nimiùm studeret, abdicatus, ignominiam non tulit, sed clanculùm (incertum quò) abiuit.

X.

An. cIↃ. cc. XC. ne, qui pessumdaret cœnobiū, deesset, denuò electus Othó est. Viginti prædia dilapidauit vno anno, quo factū est, vt euoluto quadriennio iterum loco motus, in pagum Schmiehen amandaretur, curam pastoralem ei⁹ loci animarum nescio an meliùs gesturus, quàm Præpositūram.

XI.

Accitus est deinde an. cIↃ. cc. XCIV. ex Schamhaupten (caput verecundū latinè dixeris) Fridericus genere quàm morib⁹ nobilior. neq; is per ostiū ingressus in ouile est, sed aliunde, artibus nimirum & ope suorum consanguineorū ascendit. Vt primùm confirmationem obtinuit, equitibus (videtis pompam) amplius quinquaginta stipatus accessit, sed longè aliter recessit. Nā annus tertius vixdū dimidius abierat, cùm dissipatâ re familiari, desperatione captus, comitāte vno famulo, nocturnam fugam cepit: & manè Conuentui, vt sibi alium pastorem legerent, renuntiari jussit. Ipse autem ad professionis suæ monasterium reuersus, ibidem obiit inglorius.

Miserti

XII.

Misertus tandem Deus afflictæ nostræ domûs, salutem dedit in manu feminæ. Mechtildis princeps, quæ filiorum Ludouici (posteà Imperatoris) & Rudolphi nomine superiorem Bauariam regebat, fando acceptis monasterij calamitatibus, ipsamet huc adiit, & Bertholdum Conradi, qui jus dicebat municipibus, filium (Scholasticum huius loci, vocat vitæ scriptor.) hominem tunc laicum, sed rebus gerendis sanè aptum, oeconomum (nec erat in domesticis, qui reclamaret) constituit. Is explorato mox domûs statu, deprehendit ad clo. Io ccc. libras den. ingentem per id tempus summam, in ære alieno, prædia LXXXII. alienata. sed breui dexteritate tantâ promouit rem familiarem, vt exhibitis Principi post biennium accepti & expensi rationibus, in Præpositum (nam regularem Canonicum jam anteà induerat) communi omnium consilio eligeretur, nec grauatè à Degenhardo Episcopo confirmaretur. Erat autem litteris, vt illa tempora ferebant, liberaliter imbutus, corpore prævalidus, prudens animi, linguâ disertus, facie (ita loquitur historia coæua) terribilis, vitiorum vindex. Nouus igitur Præpositus ante omnia ad instaurationem collapsæ disciplinæ adiectâ manu, consilio præcipuè Conradi vsus est germani sui, monachi Dominicani. Conatum boni viri plerique vitæ veteri assueti, adeò tulerunt ægrè, vt aliquando simul non minùs septem è fratribus excederent, quorum tamen quinque, emendato posteà consilio, reuersi. Eorum abitu Berchtoldus nihil territus, adolescentulos recepit, quibus, quam voluit, formam facilè impressit. Porrò cum sodalitium auxisset eousque, vt sedecim presbyteros haberet, oblaium instituit (certos quosdam redditus, in vsus fratrum extraordinarios, ab ipsismet dispensandos) tunc fortasse, ob vigilantiam Præpositi tam naui, non malum; sed quod proprietatem posteà inuexit, & aliorum vitiorum fons & origo fuit. Mechtildis autem viri virtutem suspiciens, ornauit eum aulicis honoribus. *Assumpsit enim eum*, inquit Chronicon., *sibi in principalem Capellanum, & sigilli sui secretarium: deinde constituit ipsum totius curiæ suæ magistrum supremum & prouisorem; & renouauit elapsas dignitates libertatesque, priscis temporibus à nobilissimis Principibus* Ducibus Meraniæ *Præposito* IV. *Heinrico & omnibus successoribus concessas.* Quâ Principis gratiâ benè vsus Berchtoldus, redemit prædia distracta, reparauit deserta, patronos colonorum (aduotatos vocant alij) qui se intruserant in partem pensionis, plurimos remouit. His accessit prædiorum aliquot ab eodem Principe donatio. Obiit Berchtoldus anno Christi clo. ccc. xvi. gubernationis xix. in festo SS. Trinitatis, cùm in matutinis Laudibus cantaretur Responsorium, Summæ Trinitati.

XIII.

Et secundum Conradum (Berchtoldo non dissimilem, sed suauiorem moribus) tentatio probauit, qui eodem anno Præpositus creatus, dum autumno exeunte vltra Alpes negotiorum gratiâ moratur, Leopoldus Austrius, Friderici contra Ludouicum Cæsarem electi frater, terram Bauariam cum exercitu ingressus armatorum, municipium cœnobiumque (excepto solo nostro horreo pistrinóque) ignibus deleuit. quarto autem pòst anno, ipsum quoque pistrinum cum omni supellectile hostili manu periit, & Præpositus Monachium, quam vrbem obsidebat Leopoldus, captiuus abductus; sed Ludouico superueniente & obsidio soluta, & ille liberatus est. Qui

vt primùm ex calamitate respirauit, mox instaurat monasterium. addit reparare afflicta belli clade prædia, oppignorata redimit, amolitur aduocatos. Dein distractis fundis aliquot remotioribus, emit alios propinquiores, & diuersarum ecclesiarum patronatûs jura, decimas ac dotes. Et iam laborum finem aduenisse cogitauerat, cùm ecce templum, odeio excepto, totum corruit: quod ipse denuò impensis magnis & sudoribus erectum, auxit etiam nouo S. Spiritûs sacello, adiuuante viro nobili Vdalrico Widelshofer, cuius liberalitate fundatum, ibi est sacrificium quotidianum. nec dissimili exemplo Arnoldus à Mœxenhausen, vt vxoris innocentis cædem expiaret, sacrum aliud instituit in arâ D. Leonardi. Sacellum denique S. Martini in Hæderen erexit Conradus ex ruinis. Qui cum præfuisset annos XXXIV. & menses propè duos, gubernaculum deposuit suapte sponte, anno clɔ. ccc. LI. festo S. Alexij: quo die Conuentûs Oblatum ditauit aliquot fundorum pensionibus. supérque vixit annis VIII. mense vno, diebus circiter viginti. Sepultus in sacello S. Spiritus.

XIV.

Heinricus inde Meilinger secutus, non Conradi, sed suo sed pessimo exẽplo vixit. Prædia & fundos plurimos decimásque partim distraxit ac vendidit, partim adeò oppignorauit, vt nulli omninò fructus inde perciperentur. Pecuniam verò inde confectam, vel luxu dissipauit, vel in propinquos effudit. Quo eius flagitio, eò deuentum est inopiæ, vt cùm sodales peractâ re diuinâ, prandium irent, inane autem esset penu & mensa vacua, & nec teruntius in arcâ, necesse sacros calices cauponibus opponere, vt esset vnde viueretur. Ausus tamen est in tantâ suâ dissolutione aliis seuerus esse: & nouum quidem carcerem pro fratribus exstruxit, sed ipse anno præfecturæ XXVIII. dignitate proturbatus primus eo clausus est. Nihil gessit memorabile, nisi quòd non diu antequam abdicaretur, altare B. Mariæ Virgini in templi parte infima erexit. defunctus, tumulum ante altare S. Barbaræ accepit.

XV.

Ecclesiæ nostræ iterum quassatæ, iterum succurrit patriæ Principis pia sollicitudo. Ioannes superioris Dux Bauariæ, Ludouico Cæsare dignus nepos, huc veniens, simul acciuit Vdalricum Schleher presbyterum, bonæ famæ virum & peritum rerum agendarum, pastorem in Kœnigsdorf; quem assentiente Ordinario, nec Conuentu repugnante Administratorem fecit. Is officium tam nauiter impleuit, tam sapienter spiritualia cum temporalibus attemperauit, vt tandem Præpositus canonica electione fieret ac confirmaretur. Reparauit ruinosa ædificia, prædia redemit obærata, próque facultatibus quas attulerat è sæculo, decreuit multa diuino cultui augendo; è quibus est, vt *Almâ Redemptoris* quotidie cantetur ante sacrum solemne. Vitam clausit anno regiminis vndecimo, pridie Idus Nouembris.

XVI.

Iacobus post eum Bienzenawer quadraginta ipsos ad clauum & octo annos sedit. Rem familiarem satis vtiliter, sed impensis magnis procurauit; captato eorum, quibus cũ agendum erat, fauore ac benevolentiâ per larga symposia. Sic multa, quæ Henricus Meilinger prodegerat, recuperauit. Qualis autem quantúsque fuerit in disciplinæ regularis cultu, facilè est cogitare. Oblatum (vt illius sæculi vtamur verbo) malorum cæterorum seminarium adhuc vigebat & multa incommoda inuexerat: quæ vti tollerentur, Alberti Ducis opera, vocati sunt ex bene reformato Monasterio Vndersdorfensi, qui Diessenses docerent

rent meliora. Ii fuerunt Ioannes Schoen Magister artium, postea Præpositus; Andreas. Augustinus, Siluester, & quidam anonymus: quibus licet à nonnullis acriter resisteretur, constanter tamen in id, cuius grat â aduenerat, incubuerunt. Fama est, & Iacobum Præpositum reformationi obstitisse varias per artes, atque hanc fuisse causam, vt simulata profectione Tyrolensi, in Rotenbuech veniret, hominem suis morib. similiorem designaturus successorem. Sepultus est autem ante aram S. Crucis.

XVII.

Thomam Vend Rotenbuchensem Canonicum à Iacobo nominatum successorum iam significatum est. Is verę pietatis reformationē vel non intellexit, vel aliàs neglexit; ex æternæ oeconomiæ acrei rusticæ scientior studiosiorq;. Ad Tyrolensem vindemiam profectus, vitam ibi morbo finiit, annis Præposituræ suæ euolutis nondum planè tribus.

XVIII.

Conradus Sartoris subiit anno CIↃ.CCCC.XLVIII. Cuius electionem non defuerunt qui studio ambitionis impugnarent: quod ille vt aduertit, furori concedendum ratus, renunciauit suo iuri. Verum ea ratione suæ potius quieti consuluit, quam Monasterio, cui maiores hinc impensæ imminebant. Ergò Augustam profecti cum Conradi ambitiosi illi apud Petrum Episcopum & Cardinalem verbis supplicibus, apud ministros eius donis muneribusque, vt sibi Præpositus designaretur, institerunt; nihil minus, quam de Conrado, cogitantes, sed sibi quisque optimè sperantes. Petrus eorum perspectis artibus & ambitu, lupos hiantes pulcherrimè elusit, ac Conrado semel iam electo parere iussos remisit domum. Ille sic confirmatus, ædificiorum alia resarciuit, amplia uitalia, noua alia construxit, nec Vndersdorffenses interim restituendæ disciplinæ segniter aduigilabant. Ipse demum anno præfulatus decimo è corpore discessit IX. Kal. Febr.

XIX.

Conradum Marstaller oeconomū deinde elegerunt, quib. horrori erat disciplina regularis, hominē nec literis excultum, nec aliis regēdis natum. Quam electi ineptitudinem Ioannes Schoē Decanus Petro Episcopo coram exposuit. Respōsum est ab illo, *Magister Ioannes, non possunt omnes esse magistri sed sufficit si aliàs fuerint dispositi & probi.* Conradus accepta confirmatione lætus domum rediit: sed qui in oeconomia laudem alicuius diligentiæ collegerat, hanc quoq; breui perdidit, indulgentia in consanguineas corruptus. Decanum reformationi insudantem adeo non iuuit, vt & manifesta quorundam crimina dissimularet. Eam ignauiam haud diutius tulere Dux Albertus & Petrus Cardinalis, qui abdicare iusso concesserunt tamen splendidè viuendi liberalem apparatum; de cuius reliquiis ipso mortuo frustra litigatum est à consanguineis. Vixit Præpositus tres annos, non multum post superstes.

XX.

Tandem Ioannes Schoen, hoc est, pulcher (& verè pulcher, qui tam diu exulantem spiritualem pulchritudinem huic nostro Monasterio restituit) post viginti annorum labores in Decanatu exantlatos, factus est Præpositus. Is reformationē, omnib. iam remoris sublatis, aggressus; fratres non tā verbo quàm exemplo docuit: & vt oues suas bonus pastor semper in oculis haberet, in cōmuni dormitorio, vti ex ipsis vnus, habitauit. Tum officiales potiores sui similes creauit. Vdalricū Illmunsterer Schirensem, œcononū, & Vdalricū Weilheimer, sæcularem quondā Canonicum in Monte sancto, Decanum. Sed erant, quibus iugum Christi durum erat & onus graue; ex quibus aliquando simul qua-

tuor Presbyteri furtim abierunt, & per internuncios. vt sibi vitam alibi liceret degere, obtinuerunt. Et aberat adhuc Ioannes Thorer, qui iam, Conrado gubernante, equo clam discesserat, hostilesque ac minaces litteras miserat Præposito. Enimuerò Conradi eos non timuit successor. Comperto per exploratores lustro vagi hominis (erat autem tunc in pago Menchingen) eum comprehendit, & duro carcere constrictum vltra annum tenuit. Sed inuenit is tandem, vnde euaderet, frusto quippe cocti lateris repagulum dissoluit, longo sed pertinaci labore. Ita cum erupisset, comparatis armis, nihil non hostile gessit in res homines que Monasterij. equos abstulit, fabrorum incendit ligna, vnum famulum sagitta interfecit: grauiora ne faceret, Alberti Ducis & Petri Cardinalis interceßit auctoritas, qui hominem ad pacem minis compulerunt, his conditionibus, vti à Monasterio extorris semper esset, ei verò hinc quotannis decem aurei, quam diu viueret, persoluerentur, qui tandem in Rotenbuech viuendi finem fecit. Liberato itaque à lappis tribulisque agro Domini, Præpositus noster ex Vndensdorffensi professionis suæ Monasterio nouam coloniam traduxit, in qua fuit & successor eius Ioannes Zallinger, Accessit Petrus Hirs ex cœnobio Rorensi, cuius sedulitatem testantur etiamnum pro choro scripti codices. Multas porrò impensas fecit optimus Præpositus in nouas easque planè necessarias structuras. nam hortum Refectorio vicinum, sudibus ad id vsque tempus malè septum, muro cinxit bene alto; & totum Monasterium mœnibus cœpit portisque claudere. Eius quoque est tota ædificatio, quæ nunc partim habitatur à Præpositis, partim ab hospitibus frequentatur. Fatiscentem vetustate S. Stephani Ecclesiam deiecit, Episcopi concessu, erexitque nouam. Ipsius præterea molitio est, turris operosa Ecclesiæ maioris, quam septennio absoluit. Sacrum thesaurum cumulauit multis ornamentis, bibliothecam bonis libris. Abiit ad meliorem vitam, anno laudatissimæ administrationis quartodecimo, relinquens & disciplinam rectè constitutam, & rem familiarem optimè instructam.

XXI.

Successor datus est votis conspirantibus, anno CIↃ. CCCC. LXXIV. Ioannes Zallinger, vultu quidem seuerus, sed in fratres pietate suauis. Qui quò facilius disciplinam modò constitutam tueretur, suos otium vitare docuit, ac libris describendis occupauit. In negotiis ciuilibus tanta erat existimatione, vt in lite aliquando nobili, quæ ad Cæsareum tribunal agitabatur, arbiter constitueretur. Ruinę proximum sacellum D. Albani nouum fecit, & in templo nostro chorum erexit in sublime, columnis nixum. Addidit granarium quadrato lapide. Mœnia, quæ decessor eius cœperat, absoluit. Eius temporibus vsque in Carinthiam immanitas Turcarũ penetrauit: quæ causſa fuit, vt venditis, quos ibi habebam, reddititibus censibusque, eodem pretio vicinos compararet. Porrò significante centum annos scriptum chronicon, bonum alioqui virum extremâ ætate morosiorem factum, ac remissius agentem obtrectatoribus non caruisse. Mortem obiit an. CIↃ.CCCC.XCVI. XII. Kal. Martij, sepultus in vmbilico summi templi.

XXII.

Dehinc Conradus Maurer compromisso (scrutinium tentatum quidem, sed caruerat euentu) est electus. Qui dum nominatur, lacrymas non tenuit, præsagas fortè calamitatis secuturæ. Erat quidē antea vegeto semper integroque corpore: sed breui morbo Gallico ac podagræ doloribus acceptus ita est, vt ad diem vsq; mortis lecto plurimum hærere cogeretur, accessit malum grauius,

uius, quòd eum fama, seu vera seu falsa, luis venereæ suspitione conspersérat. Chronicum nostrum vocat hominem minus doctum, & consequenter parùm prouidũ. Fuit tamen in dispensandis temporalib. satis dexter, nec rerũ diuinarũ negligens. nã templũ maius lateritia testudine & organo, & aliquot altaria sacrarum imaginum quà pictarũ quà sculptarum tabulis ornauit: arã nouam inuestibulo honori Angelorum excitauit: sacellum S. Martini renouauit: pastoralẽ D. Georgij Ecclesiam, mox ruinam minitantem, deiectam solo nouam reddidit. Eius insuper sunt opera, valetudinarium (quod iam in vestiarium conuersum est) & domuncula presbyteri ad S. Rassonem habitantis. Ipso præsidente exarsit bellum Palatinum in Bauaria, ad quod restinguendũ conferre iussus est aureorum millia plus quatuor: quæ caussa fuit, vt æs alienum moriens relinqueret, Hieronymo Viti, qui successit, dissoluendum. Decessit anno CIↃ.IↃXII.

XXIII.

Hic etiam frustrante scrutinio (ambitionem eligentium accusat auctor vitæ eius) per compromissum creatus, in illa incidit infausta tempora, cum Lutherus Germaniam doctrinæ suæ pestilentiã afflatam miscere cœpit seditionibus, bellis, sacrilegiis: quæ res & Hieronymo incommodare visa est. Argumenta certè habeo minimè obscura, itum hìc fuisse in antiquum disciplinæ chaos: & ipse, qui docere sanctitatem exemplo debuisset, impuram consuetudinem nescio cum quo dœmonis mancipio habebat, sciente & conniuente sacrò magistratu. Ad rem domesticam pro temporũ difficultate sat bene procurauit: & quamuis prædia nonnulla, vt imperatam in belli vsus pecuniam conferret, alienarit; plura tamen rursus comparauit. At plures abiit ætatis an. LI. Christi CIↃ. IↃ. XXXV. Kal. Feb. cum Præpositus fuisset annis XXII. ac semestri.

XXIV.

Depositum ab Hieronymo per mortem onus Ioannes Dietmair suscepit, Weilheimensis, miti anima vir, in pauperes munificus, sibi temperans, orandi Dei studiosus. Bernardum, suum deinde successorem, habuit granario præfectum: qui abusus virilenitate impediuit, ne Ioannes admodum in re familiari promouenda esset fœlix. quamquam, si verum est, quod adhuc narrant natũ grandiores, ad bellum Turcicum ad aliasque patriæ necessitates, supra viginti aureorum millia per annos totidem contribuit, mirum non est, pauxillum ab eo contractum æris alieni, aut vnum alterumue prædium oppignoratum. Mortis necessitati paruit anno CIↃ.IↃ.LVIII.III. Kal. Nouemb.

XXV.

Ioanni Bernardus eius ciuis mox suffectus est: quem laudare vellem, si verè posset. mores certè hominis non meruere. Vinariam tabernam excitauit ad mœnia cœnobij, impensis sanè magnis, nullo impendio. Prædia non pauca vendidit. Ergo tandem dignitate quam nouennio tenuerat, exutus est.

XXVI.

Dein Vdalricus Trieg Buchloënsis, Sueuus, biennium Administrator audiit, Præpositus quinquennium; homo intemperans, oeconomiam vniuersam ita gessit flagitiosè, vt successori nihil prorsus relinqueret pecuniæ paratæ, nihil vini, frumenti nihil, sed æris alieni multum. Nec tamen, quod sciam, fundorum distraxit quidquam (oppignorauit autem nonnihil, re-

dimen-

dimendum successori) immo vnum emit & alterum, sacellum in Raumenthal construxit honori SS. Trinitatis, & Beati Vdalrici. Tribus locis erexit Christi statuas è cruce cum latronibus pendentis, quæ tacere nolui, qui deteriora dixi.

XXVII.

Post hunc Ioannes Reismair Oderting natus ad Ambram, pago prouinciæ Landtspergensis, Pollingensis Monasterij presbyter professus & parochus in Beisenberg, Vdalrico relegato Rotenbuchium, cæteris de collegio per alia cœnobia dispersis, vtriusque magistratus auctoritate ad Diessensem vocatus Præposituram, Monasterio tam fuit vtilis, quàm noxij, qui eum proxime antecesserunt. Annos præfuit XV. desitque viuere IV. Id. April. anno CIↃ. IↃ. LIX. XIX.

XXVIII.

In eius locum eodem anno scrutinio electus Balthasar Günter Krälhoui. ensis. (quæ villa solitaria est paroeciæ Beisenbergicæ) in decessoris sui vestigiis, perrexit laudabiliter. Emit opimam vineam Terlani ad Athesin. Ecclesiam S. Rassoni nouam eamque ampliorem condidit. Deposuit curam Cœnobij cum vitâ, anno CIↃ. IↃC. XI. Nonis Februarij, sepulchrum nactus iuxta aram Sanctæ Annæ.

XXIX.

Simon Werlinus Landspergensis, post obitum Balthasaris, IV. Id. Mart. viâ Compromissi Præpositus creatus est, qui adhuc de suis præteritis, præsentibus, futuris actionibus Dei iudicium exspectat.

ANIMADVERSIO.

Pag. 259. v. 18. fundatrix, lege dominatrix, ita lapis. pag. 263. & seq. pro Diezhen pone Diezen, ita codex MS. ead. pag. & seq. pro Oudalricus, Routpertus, de Boule, legendum de Buole, Ruotpertus, sicut Heluetij etiamnum guet / ruet / muet.

EBERSPERG MONASTERIVM SANCTI BENEDICTI.

EBERSPERG castrum olim inter Oenum & Sennonas, nunc Sempta amnes situm in sylua, quam Ioannes Auentin. lib. 4. fol. 477. Carnodunensem olim apellatam dicit, nunc Eberspergensis vocatur à Sighardo, Comite de Sempta, aduersus Vngarorum irruptiones, admonentib. sacris vatibus, Conrado de Hevva ex Hegouia, & Gebhardo Argentinensi sanctissimis ac facundissimis eius temporis viris, conditur. Ab apro quem ibi inuenit, Eberspergnomen accepit, circa annum 900.

EBERHARDVS & Adalbero, Comites de Sempta, Nepotes Sighardi ex Ratholdo filio. post bellum Vngaricum, cui Anno Domini 955. interfuere, cum Sorore Wilpirga Templum diuo Sebastiano in arce sua Eberspergconstruxerunt, An. Domini 970. Ipsi paucis post diebus mortui sunt, & hæc sunt principia huius Monasterij.

VLRICVS, filius Adalberonis. cum coniuge sua Richarda, sorore Marquardi, Carinthiæ Marchionis, Eberspergij Collegium pro Monachis Augustinianis instituerunt, ipsa obiit 1013. ipse 1019. ambo ibidem sepulti.

ADALBERO tertius, filius Vlrici, cum coniuge Richildi, sorore Welpho.

phonis tertij. Ducis Carinthiæ, cum liberis carerent, Eberſperg arcem in ædem Diui Benedicti commutauerunt, tradideruntque Monachis interalia Peffenhauſen. Item in Auſtria Ponſenpoig, & Ibs, quæ cum Monaſterio longius ſita eſſent, longo poſt tempore, nempe anno 1180. Ducibus Auſtriæ, pro commodioribus ac propinquioribus prædiis data & commutata ſunt.

FVNDATIONEM ſeu inſtitutionem huius Monaſterij, per Adalberonem tertium cum coniuge factam, Henricus tertius Imperator, & idem Dux Boiorum confirmauit, Anno 1040. cuius diplomatis tenor poſtea ſequitur.

IDEM quoque Adalbero Comes Monaſterium Beurn ad radices Alpium, in ſuperiori Bauaria ſitum, ab Vngaris vaſtatum, cuius curator ſeu Aduocatus erat, refecit, ac ejectis Auguſtinianis, Benedictinis Monachis reddidit, ac duodecim Monachos Tegernſeenſes eo tranſtulit. Obiere iſti coniuges fundatores eodem anno, nempe 1045. atque in his defecit nobiliſſima hæc familia Comitum à Sempta & Eberſperg.

Sequitur vidimus diplomatis Henrici tertij Imperatoris, nec non Heinrici ſexti per Rudolphum Regem Roman.

RVDOLPHVS Dei gratia Rom. Rex, ſemper Auguſtus, vniuerſis Romani Imperij fidelibus gratiam ſuam & omne bonum. Nouerit præſens ætas & ſucceſſura poſteritas, quod nos priuilegium claræ recordationis Heinrici tertij, Roman. Regis, Prædeceſſoris noſtri nobis exhibitum vidimus & inſpeximus ſub hac forma.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Rex, qui ſuis prædiis, reb. & poſſeſſionibus, licet caducis, diuino cultu Sanctorumq; ob commemorationem ditauerit Eccleſias, in hac & in æterna vita ſperet ſibi præmia permanſura. Quapropter omnes ſanctæ Eccleſiæ fideles, tàm præſentes quàm futuri noſcant, noſtrique Succeſſores æquè comperiant, qualiter quidam nobis Comes, nomine Adalbero, conſentiente vxore ſua Richlinda, Chriſtum hæreditatis ſuæ deſiderans fieri poſſeſſorem, quoddam Monaſterium Monachorum ad Regulam S. Benedicti, in honore verò S. Sebaſtiani Martyris, in loco, nomine Eberſperg, in Comitatu Steinheringa, de prædio, & de collaborato ſuo fundauit, & pro ſuo libitu, Deo aſpirante, perfectum, ſanctique Sebaſtiani Miniſterio & nomini dedicatum, in noſtram poteſtatem libertandi gratia transfudit, & ſuæ ſuorumque proprietati ac poteſtati deinceps in futurum eo tenore abalienauit, quatenus poſt acceptam noſtræ immunitatis chartam, Idem ipſe præfatus Adalbero, fraterque eius Eberhardus, ſi ſuperuixerit ius Aduocati legitimum omnib. diebus vitæ ſuæ in eodem tantum Monaſterio retineant. Poſt obitum verò illorum, idem Monaſterium ex integro in poteſtate Abbatis & Monachorum ibidem, Deo ſub regula S. Benedicti commilitantium reuertatur, quatenus Abbas eiuſdem loci ſub noſtra, Succeſſorumque noſtrorum munificentia liberam habeat poteſtatem Aduocatum, quem ſibi neceſſitas & vtilitas dictauerit, ſubrogandi. Congregatio autem Monaſterij per ſucceſſiones temporũ liberam habeat electionem, Abbates regulares, iuxta decretum ſancti Benedicti, ſine omni contradictione ſubſtituendi.

Iuſtis

Iustis igitur prædictorum Comitum petitionibus annuentes eo quo rogauerunt tenore, præfatum Monasterium, cum Monachis & omnibus ibidem in præsens collatis, vel in posterum conferendis, in nostram immunitatem recipimus, & hoc regali præcepti nostri libertate donatum & perpetuo confirmatum nostræ manus subscriptione roborauimus, & in æternæ memoriæ testimonium, sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Signum Domini Henrici III. Regis inuictissimi, Theodoricus, Cancellarius vice Bardonis Archicapellani recognouit. Data Calend. Ianuarij, indictione octaua. Anno Dominicæ incarnationis 1040. An. autem Dñi Heinrici ordinationis XII. Regni verò primo. Actum Ratisbonæ fœliciter, Amen.

ITEM VIDIMVS ET AVDIVIMVS PRIVILEgium clara recordationis Henrici sexti Rom. Imperatoris sub hac forma conscriptum.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Henricus sextus, diuina fauente clementia Romanorum Imper. & semper Augustus. Si ad Ecclesias & loca venerabilia benignè dirigimus aciem mentis nostræ, ac eorum profectib. intendimus diligenter, nedum æternæ retributionis merita, sed laudis præconia consequimur temporalis. Hinc est quod bonam ac religiosam consuetudinem antiquorum Regum seu Imperatorum imitantes, honestis personis atque venerabilib. locis Majestatis nostræ defensionem ac præsidium impendere debem⁹, quatenus & Imperij nostri sublimitas exinde clarius eniteat, & diuina gratia largius nobis salutem & auxilij suffragium impendat. Nos equidem ex relatione illustrium virorum & ex priuilegiis Antecessorum nostrorum liquidò compertum habemus, quod Comes Adalbero, Nobili exortus prosapia, quoddam Monasterium, Eberspergnomine. in Comitatu Stainharing situm, magnis atq; copiosis expensis laudabiliter condidit, diuitiis & magna gloria sublimauit, & auctoritate ac priuilegiis plurimùm Antecessorum nostrorum regalis Abbatiæ titulo decorauit, vt in honore sancti Sebastiani Martyris diuinus ibidem cultus perpetualiter celebretur. Cuncta quoque ad præfatem Cœnobium pertinentia, vel quæ in futuro munificentia Regum & Imperatorum, largitione Pontificum, oblatione fidelium, adipisci poterit, tàm quæsitis quàm inquisitis, in pratis & in Alpinis, pascuis, syluis, aquis, aquarũue decursibus, venationibus, piscationibus, viis, & inuiis, cum decimatione Abbatiæ & præsenti ac futura syluarũ extirpatione, sub Abbatis potestate, loci eiusdem, absque omni personarum contradictione perenniter esse constituit. & vbicunq; eorum naues & carri vel sonmarij aduenerint, absque telonei transeant exactione, &c. Nos igitur incuitu diuinæ gratiæ prædictorum Antecessorum nostrorum vestigia sequentes, cuncta quæ illi statuerunt, & nos eadem Imperiali auctoritate approbamus, Ecclesias quoque & Basilicas in dotibus suis erectas, cum fundis & prædiis ad eas pertinentibus & plebe, dicto Monasterio confirmamus; etiam quæcunque generantur in humo, vel quæ latent sub terra, siue sint venæ salis, vel ferri, argenti vel auri, vel cuiuslibet metalli. Noueritergo vniuersitas fidelium, quod iam prędictum locum sic in nostram & in omnium successorum nostrorum Regum & Imperatorum protectionem recepimus. vt sit regalis Abbatia in perpetuum, omnimoda libertate sublimata, & ab omni subiectionis obligatione libera, vt nullus Archiepiscoporum, Episcoporum, Ducum, Marchionum, Comitum vel aliquorum omnino persona præsumat hanc molestare, vel à iuris sui statu diminuere

minuere. Compertum etiam habens decorem & reuerentiam eiusdem Monasterij, ex Aduocatorum importunitate & praua consuetudine, valde immutatam esse, & antiquam pulchritudinem Antecessorum nostrorum diligentia decenter exornatam in eadem domo penè deletam audiuimus, quæcunque in dicta domo vitiosa consuetudo aut iniqua exactio Aduocatorum violentia, vel cæterorum omnium negligentia emersisse videtur, iudicio ac sententia Principum penitus reprobauimus. Statuimus quoque, vt Abbas absque omni respectu Aduocati Officiales, villicos, mansionarios, in locis necessariis, prouideat & disponat; famuli etiam eiusdem domus qualitercunque excesserint, & ex culpa pœnam meruerint, pœna talis, dimidiam libram denariorum non excedat, nisi furtum vel homicidium commissa fuerint, aut violenta oppressio mulierum; Ministerialibus exceptis, qui pro pœna sex solidos exhibebunt. Ad hæc mandato præcipimus, vt nullus de cætero Aduocatus Ministerialibus eiusdem Monasterij violentiam audeat inferre, vel iniuriam: Quod si attemptare præsumpserit nostram Maiestatem, is, qui læsus est, appellare non differat. Si quis Ministerialium extra sui Monasterij Collegium matrimonium contraxerit, omne patrimonium cum Fœdo ab eadem Ecclesia conquisito, liberè & sine omni contradictione Monasterio cedat, nullo malo ad alienandũ præuenientе ingenio. Nullus etiam Aduocatus ibi hæreditario iure existat, sed Abbas communicato fratrum Collegij consilio, iustum & idoneum defensorem licenter eligant, qui postquam de iure & rebus Ecclesiæ conseruandis per Sacramentum certitudinem fecerit, Bannum à Rege vel Imperatore suscipiat. Quod si postmodum Sacramenti oblitus fuerit, & iura Ecclesię violauerit, & tam ipsos Monachos, quam eorum homines & possessiones, hospitalibus & indebitis placitis & exactionibus vexauerit, Abbas, Regia suffultus auctoritate, habeat plenam potestatem subrogandi sibi meliorem & vtiliorem. Item decernimus, sicut ex approbatione priuilegiorum Antecessorum nostrorum cognouimus, & authoritate propria confirmamus, vt huiusmodi Aduocati zelo diuino ducti potius, quam commodo temporali, de commissis sibi Ecclesiis defendendis iure Aduocatiæ nihil amplius exigant, quam vnum modium auenæ vsualis mensuræ Monasterij & vnum agnum. Item decernimus, quod Ministeriales Ecclesiæ fidelitate & homagio debito Abbati sint astricti. Præterea si Prælati Ecclesiæ aliqua necessitate cogente, damnum sibi vel rebus suis illatum, saluo ordine suo recuperare non valuerint, ipsos Aduocatos in competentem locum aduocent, vbi causas quærimoniæ diligenter discutiant, nihilque ibi ab eis vel eorum colonis, quasi sub iustita exigant, sed cum charitate, quod eis impensum fuerit recipiant. Sanè fratribus eiusdem Monasterij præsentibus atque futuris liberam facultatem eligendi Abbatem concedimus, & electus inuestituram à Rege vel Imperatore per sceptrum accipiat. Insuper quæcunque bona ad idem Monasterium pertinere dignoscantur, siue temporibus futuris iustis & rationabilibus modis peruenire poterint, salua & illibata eidem perpetuo iure permanere decernimus. Et ne quisquam hominum vniuersa hæc nefario ausu præsumat inuadere, occupare, minuere, vel quolibet modo alienare, cuncta sub nostræ Majestatis tuitione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus.

Si qvis autem contra hanc nostræ Majestatis paginam temere venire præsumpserit, centum libras purissimi argenti fisco nostro persoluat, & totidem supradicto Monasterio componat. Vt autem hæc nostæ potestatis auctoritas firma futuris temporibus & inconuulsa permaneat, præsentis scripti & sigilli nostri attestatione confirmamus. Huius rei testes sunt, Henricus Würtzburgensis,

gensis Episcopus, Otto Frisingensis Episcopus, Conradus Abbas de Salueld, Erol-dus Abbas de Weissenburg. B. Dux Meraniæ, Comes Al. de Pogen. Com. Fr. de Abinberch, B. Burggrauius de Hennẽberg, B. de Vfldorff, Kuno de Messenberg, Seifrid Marschalcus de Hagen, & alij quam plures. Signum Domini *Heinrici* sexti, Romanorum Imperatoris inuictissimi.

Acta sunt hæc Anno incarnationis Dominicæ, millesimo, septuagesimo tertio, Indictione sexta, regnante Domino Henrico sexto, Rom. Imperatore glorioſissimo, anno regni eius XXIII. Imperij verò tertio.

Datvm apud Wirzburg, 15, Kalend. Iunij. Præsente itaque & petente venerabili Henrico, Monasterij prædicti Abbate, Principe nostro dilecto, vt supradicta priuilegia innouare & confirmare de solita benignitate regia dignaremur, nos eius deuotis supplicationibus inclinati, ptædicta priuilegia & singula, quæ continentur in eis, innouamus, & scripti præsentis patrocinio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ innouationis & confirmationis paginam infringere, aut ei in aliquo ausu temerario contraire: Quod si facere præsumpserit, grauẽ nostræ Majestatis offensam se nouerit incurrisse. Testes huius rei sunt, Hartmannus Augustensis Episcopus, H. Tridentinus Episcopus, Hilprandus Eystetensis Episcopus. Ortolphus Abbas Burensis, Henricus Præpositus de Wertsee, Alb. Præpositus Illmünstrensis, Henricus Præpositus Ottingensis, Ludouicus Comes Palatini Rheni, Dux Bauariæ, Philippus Dux Carinthiæ, Meinhardus Comes Tyrolensis, Fr. Burggrauius de Nürnberg, Gebhardus Comes de Hirschberg, Henricus Comes de Furstenberg, Al. Comes de Hochenberg, Ludouicus Comes de Otingen, Hugo Comes de Werdenberg, Theobaldus Comes de Phirreto, Heinricus Comes de Vriburch, & quam plures alij. Signum Domini Rudolphi, Romanorum Regis inuictissimi.

Datvm apud Augustam, 15. Calendas Iulij, Indictione tertia, Anno Domini 1275. regni verò nostri secundo.

Sepulti sunt in hoc Monasterio Nibiles de Pienzenau, in Capella S. Stephani, ad dexteram Chori, Otto illius familiæ, Vicedominus Ducum in superiori Bauaria, Instituit ibi anniuersarium, cum quotidiana Missa, deditque Monasterio 800. ducatos, quibus Abbas redemit Hofmarchiam Kundl in Comitatu Tyrolẽsi. Item vineas aliquot in Austria oppignoratas iuxta litteras illius fundationis de Anno 1391.

ADDITIONES.

a. ERRAT hic Auentinus, ex quo hausit Dn. Hundius. Testibus namque Chronographis nostris, Templum D. *Sebastiani Eberspergæ* non post bellum Hungaricum an. LV. supra DCCCC. habitum, sed ante illud; non an. LXX. sed XXVIII. nõ ab his tribus *Eberhardo* Scil: *Adalberone*, & sorore eorum *Wilpirga*, sed à solo *Puerhardo* extructum fuit tempore Henrici I. Reg. Rom. & Arnolphi II. Boiorum Ducis. Hi porrho tres simul; non templum, sed Monasterium, non anno LXX. sed à XXVIII. vsque ad XXXIV. spatio sexennij videlicet construxere. Anno autem LXX. vel potius LXXIV. præfatum templum consecratum primum fuit, non ædificatum; idque procuratione & sumptibus, non trium præfatorum, sed Comitis *Vdalrici* vnius ipsorum filij, puta *Adalberonis*.

b. Adalbero cum sorore sua *VVilpirga*, & coniuge *Richildi* circa annum LXIX. *Euerhardus* verò decennio ante h. e. LIX. circiter obiit. Et hoc quoque veritate caret, Comitem *Vdalricum* cum *Richarde* Coniuge Augu-

stinia-

ſtinianis flaminibus anno xc. Collegium inſtituiſſe. In primis enim Monaſteriũ *Auguſtinianis* hic erectum fuit, non anno xc. ſed à xxviii. vſque ad xxxiv. neque ab *Vdalrico*, ſed tribus ſupradictis liberis *Ratholdi*. Anno autem XC. *Vdalricus* tantum abeſt, vt *Monachis* præfatis Monaſterium extruxerit, vt etiam heis, pacifice licet, ab extructo pro ipſis ante LVI. annos Cœnobio, dimiſſis, ordinem S. *Benedicti* huc ipſorum loco introduxerit.

Vdalricus Comes fatis conceſſit, non, ſicut Auentinus ſcribit anno 1019 ſed 1029. *Lib. 5. Annal. Boicar. fol. 530.*

Adalberonem tertium filium *Vdalrici* cum *Richlinde* vxore *Eberſperg* in ædem D. *Benedicti* mutaſſe, falſum itidem eſt. *Vdalricus* enim parens, & ordinem, & monaſterium Auguſtinianorum mutauit in ordinem & clauſtrum *Benedictinorum* idque anno prædicto D. cccc. xc. *Adalbero* autem & *Richlindis* coniugis ann. M. xx xvii. caſtrum cum Cœnobio, peruetuſta in nouum & amplius Monaſterium eorundem D. *Benedicti* conſecrane orum innouarunt. c. *Auent. fol 531.*

Richlindis ſeu Richlita, vxor *Adalberonis* III. filia fuit, *Rudolphi Sueuorum* Ducis, & Soror *Welphonis* II. Et ipſe quoque Auentinus, ſibi non probe conſtans, aſſeruit alibi *Richlindis* noſtræ nepotem fuiſſe *Welphonem* III. ex fratre *Welphone* II. ſed hæc obiter adnotaſſe ſufficiat. d. *Vid. Annal Boic. fol. 529.*

Catalogus Prælatorum Monaſterij *Eberſpergen.* à prima fundatione, vſque ad noſtram hanc ætatem.

SIcut diuerſis ordinibus Religioſis tributum fuit hoc Monaſterium, prout res temporaque poſtulabant, ita diuerſis deinceps huius loci Rectores enumerabimus: vt ſucceſſio legitima conſtare cuilibet poſſit.

Nec vero quiſquam mirari habet, nonnunquam huius vel illius ordinis in hoc, iſto, alioue loco inſtitutum. pro conſilio & beneplacito ſummi Pont. Chriſti in terris Vicarij, & militantis Eccleſiæ capitis ac directoris ac pro rerum quoque & temporum exigentia, mutari, abrogari, aut in melius transformari. Hoc enim ipſũ eſt, quod Saluator noſter, B. Petro in mandatis dedit. Paſce oues meas, qua commiſſione, vt omnes fideles Eccleſiæ Catholicæ filij oues firmiter credunt, & cum ſuarum animarum ſalute experiuntur: omnes B. Petri ſucceſſores ſedem Apoſtolicam legitimè conſcendentes, & hodie experiuntur; & vſque ad ſeculi conſumationem non erunt expertes. Fidelis enim Domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti ſermo eſt, quem ad Regni ſui cæleſtis poſſeſſionem iam iam indepturus Apoſtolis ſuis, omnibuſque fidelibus dixit: *Ecce ego vobiſcũ ſum, vſque ad conſummationem ſeculi.*

Verum vt hoc quod de mutandis in locis religioſis, pro re nata ordinibus, aliiſque ſubſtituendis, diximus, exemplis quoque præcedentium temporum firmemus, non moleſtum erit, ſpero, lectori, breuem hunc, quem ſubiungimus Catalogum, melioris informationis, & veritatis adſtruendæ gratia vno quaſi obtutu perluſtrare.

Altaha ſeu *Altaich* inferius olim *Benedictinorum* poſtea *Canonicorum*, nunc iterum *Benedictinorum*.

Aldespachium, olim *Clericorum ſæcularium*, nunc *Ciſtercienſium*.

Altho, *Benedictinorum* olim, nunc ordinis *Saluatoris* ſeu *S. Brigittæ*.

Andecenſe ſeu *Montis Sancti*, ſæcularium olim *Canonicorum*, nunc *Benedictinorum*.

Beyherdinga, virginum olim Deo dicatarum, nunc *Canonicorum Regularium*.

Beurenſee Monaſterium, olim *Auguſtinianorum*, nunc *Benedictinorum*.

Buxhaim, olim Canonicorum *regularium* nunc *Carthusianorum*.

Comburg, olim *Benedictinorum* nunc *Canonicorum* sæcularium.

Chymsee, olim *Benedictinorum* nunc *Canonicorum Regularium*.

Ebersbergense, olim *Canonicorum Regularium* postea *Benedictinorum*, nunc *Societatis Iesu*.

Elwanga olim *Benedictinorum* nunc *Canonicorum sæcularium*.

Ratisbonæ habent locum *Augustiniani*, quem ante tenebant duo Sacerdotes *sæculares*.

Mettense Monasterium, olim *Benedictinorum*, postea Canonicorum *sæcularium*, nunc rursum *Benedictinorum*.

Mospurgum olim erat Monasterium, nunc sæcularium Sacerdotum.

Oetinga vetus olim *Benedictinorum* nunc *Canonicorum* sæcularium.

Osterhouium ex collegio *Canonicorum* Regularium, nunc *Pramonstratensium*.

Paringense Monasterium olim *Canonicorum* Regularium, nunc *Benedictinorum*.

Monasterium S. *Petri* in *Madrona* monte, olim erat *Benedictinorum*: postea in *Præposituram* abiit; quam Princeps plerumq; alicui ex aulicis Sacerdotib⁹ confert.

Pfaffenmünsterense Monasterium olim *Benedictinorum* nunc *Canonicorum sæcularium*.

Pollinga, prima institutione Sacrarum virginum erat domicilium, nunc *Canonicorum Regularium*.

Schlechdorffium Monasterium olim monialium, nunc *Canonicorum Regularium*.

Prüelium, olim *Benedictinorum* fuit, nunc est *Carthusianorum*.

Saluatoris monasterium aliorum olim erat, nunc *Præmonstratensium*.

Schefflarense Cœnobium, olim *Benedictinorum* nunc *Præmonstratensium*.

Weltenburgum à *Benedictinis* ad Canonicos *Regulares* transiit, & ab his rursum ad *Benedictinos* venit.

Wessenbrunnium, olim Canonicorum *Regularium* nunc *Benedictinorum*.

Biburgum, olim Canonicorum *Regularium*, dein *Benedictinorum*, postea Duci *Bauariæ* traditum à sum. Pont. vt eius reditus in pios vsus conuerteret, denique adtributum fuit *Societati Iesu*.

Idem accidit cum Monasterio *Mnuchsmunstrensi* quod olim *Benedictinorum* nunc est *Societ. Iesu*.

Schamhauptense Cœnobium, olim pro Canonicis Regularibus S. *Augustini* constructum, sum Pont. Academiæ *Ingolstadiensi*, à tempore exortę in Germania Lutheranæ hæresis, ob indefessam autitæ Religionis Catholicæ propugnationem, pleno iure adtribuit.

Wiltinense Monasterium, olim *Benedictinorum*, nunc *Præmonstratensium*.

Album castrum seu **Weissenburg**/ Abbatia *Benedictinorum* ante 50. annos facta est præpositura Canonicorum *sæcularium* ac paulo post incorporata est Episcopatui *Spirensi*.

Augia diues vulgo **die Reichenaw**, Abbatia *Benedictina*, ante an. LX. incorporata est Episcopatui *Constantiensi*.

Ochsenhausen Præpositura olim & membrum Monasterij S. *Blasij* ordinis sancti *Benedicti*, authoritate *Martini* V. ante annos CLXXX. factum est proprium Monasterium ordinis sancti *Benedicti* nihilomnino pendens à Monasterio sancti *Blasij*.

Monasterium S. *Lucij* prope *Curiam*, olim ordinis S. *Benedicti*, datum deinde est ordini *Præmonstratensium*.

Oenin-

Oeninga propè *Constantiam* Monasterium Canonicorum *Regularium*, ante annos LX. incorporatum est Episcopatui *Constantiensi*.

Bambergæ Monasterium S. *Stephani* Canonicorum *Regularium* conuersum est in Præposituram Canonicorum *sæcularium*.

Monasterium *Vinearum*, vulgò Weingarten, fuit olim monialium, quibus translatis in *Bauariam*, positi sunt ibi *Benedictini*.

Cella Pantaleonis vulgo Hofen ad lacum *Podamicum* fuit olim Monasterium monialium: deinde verò Præpositura, ac membrum Monasterij *Weingartensis*,

Weihenstefan, olim Canonicorum *Regularium*, nunc *Benedictinorum*.

Laureacense primò *Benedictinorum*, dein *Augustinianorum*.

Lucernense prius *Benedict.* nunc Canonicorum *sæcularium*.

Gerundense in *Valesia*, olim *Carthusianorum* nunc *Carmelitarum*.

Sufficiant hæc isto loco: nemo verò rem intelligens dubitabit, non posse, aut non debere tale quid fieri, à summo pastore & rectore orbis Christiani, sedisque Apostolicæ pro tempore moderatore.

Nunc ad Rectores Monasterij Eberspergtranseamus.

Præfuerunt huic loco à prima constructione, Sacerdotes sæculares à Sighardo Comite aliunde euocati, per triginta duos minimum annos; ab anno videlicet D.CCC.LXXIX. ad D.CCCCXI. qui tunc à *Ratholdo* Comite *Sighardi* defuncti filio, cum pace dimissi abscesserunt, introductis in locum illorum D. *Augustini* Canonicis regularibus. quorum Præpositi ordine sequuntur.

HVNEFRIDVS, bis datus iisdem Monachis in Præfectum, anno videlicet MXI. à *Ratholdo* & XXXIV. ab *Euerhardo* Comite *Ratholdi* filio. Vir in Deum ac viuos pietate simul ac morum honestate nec non vitæ integritate præstantissimus. subesse autem magis quam præesse exoptans suâ se sponte Præpositura abdicauit. an. 940. ac quinq; & triginta adhuc años priuatus superuixit ob. IV. Kal. April. An. D. CCCC. LXXV. I.

DIETERICVS seu DIETGERVS, vir pius æque ac prob. mortalis inter mortales esse desiit XV. Cal. Octob. postquam annos XXI. cum laude suis præfuisset. II.

MEGINPOLDVS, Anno LXXIX. & vita & munere, quo XVIII. annis probe functus fuerat, defunctus XII. Cal. Iuniis III.

GVNTHERVS. vir græcis & latinis litteris benè doctus, rerum insuper cœlestium contemplator addictissimus; nec non pacis & quietis animi amantissimus. Abiit cum Collegis suis bona Comitis *Vdalrici* venia, in eremum migrauit. Anno Christi DCCCCXC, ibique superstes fuit annis ferè XL. Successerunt *Augustinianis* viri præstantissimi, Deo ad normam D. *Benedicti* industriam & amorem suũ comprobantes, quorum præfectus siue Abbas fuit primus. IV.

REGINPOLDVS *Augusta Vindelicorum* euocatus, qui postquam annis XI. summa cum laude præfuisset, aliorsum fuit euocatus. I.

ALTMANNVS à *Reginpoldo* in Monastica disciplina educatus, in vniuersum XL. annos præsul fuit: nomine quidem XXVII. at re quoq; ipsa XXI. His temporibus (h. e. anno XXXVII.) *Adalbero* Comes diruit castro suo & Monasterio antiquo *Augustinianorum*, nouum construxit pro *Benedictinis*. misere periit lapsu corporis, postquam LV. annos Deo ac D. Sebastiano sub regula D. *Benedicti* fideliter inseruiisset: monachumque priuatum decennio, præsulem nomine tenus XXIII. at consecratum & confirmatum XXI. annis egisset summa cum laude. exhalauit autem spiritum XVI. Cal. Iulij. II.

GERWICVS vir tanto honore dignissim⁹ cõtra quẽ *Etichonis* Comitis *Adalberonis* III. consanguineus ab *Altmanno* adhuc decumbente sumẽ laudat⁹, astu quorun-

dam electus fuisset; hic tamen non nisi sesquiannum suo munere functus, vita excessit VII. Idus May, Anno M.XLVII. Sublato *Etichone*, ad tollendũ schisma fratres vel ipsi per se, vel certe, vt credibile est, *Henrici* III. Regis, suas partes interponentis, virum omni veneratione dignum Dn. ECKBERTVM de *Herinsfeld* tunc Abbatem *Tegernseensem* euocatum in Præsulem suum susceperunt, vix autem semestri anni spatio elapso Monasterio *Fuldensi* præficitur.

IV.

V. WILLIRAMVS presbyter & professus Monasterij Anno MXLVIII. vnanimi fratrum consensu, Abbas præficitur, vir religiosissimus, & pater familias optim⁹ Obiit Non. May An. M.LXXXV. postquã annos XXXVII. & quid amplius, summa cum laude præfuisset.

VI. RVOTPERDVS I. Professus loci huius eodem anno eligitur, in ipsis statim suæ administrationis iniciis variis tentatus malis & bellorum turbinibus, auri instar in igne tribulationis comprobatus fuit. Post multos tandem magnosque exantlatos labores plenus dierum, vitam hanc caducam cum beata illa commutauit. An. M.C.XV. Vir mitis, pius, prudens, & ærumnarum patientissimus.

VII. ADALBERO, seu ALBERO, monachus, presbyter & magnæ exspectationis immatura præreptus morte sub initium anni XVII. sub finem verò mensis Aprilis.

VIII. HARWICVS hic loci religionem professus, nescio quo astu aut dolo Abbas efficitur homo vastus & arrogans, laudis atque honoris percupidus: suo tamen potius, quam aliorum malo. Vix etenim per semestre anni spatium abbatis nomen vsurpans, ceu munere tanto indignissimus, ab officio denuo amotus, omnique honore exutus, priuatã ducere vitam compulsus haud absq; magno suo dedecore fuit.

IX. HENRICVS I. in depositi *Hardvvici* locũ suis à fratribus substituitur; vir pius æquè, mitis, humilis ac castus: solo *Hardvvico* refragante, sed frustra. ad preces n. *Henrici* Abbatis Apostolicus per Germaniam legatus, Dn. *Gerardus* S. R. E. Cardinalis, re cognita *Hardvvicũ* cum dedecore amouit. Et sic *Henricus* I. anno XVIII. in suæ abbatiæ possessionem peruenit. Præfuit annis XXVIII. & quid amplius, obiit Ann. MCXLVI.

X. GELBOFF seu GEWOLFF, breui tempore multa consumens, anno statim sequenti inter viuos esse desiit, cum vix medium annum & parum quid vltra, suis prefuisset.

XI. HERMANNVS vir bonus & iustus, bonorum Monasterij conseruator & auctor, maleq; perditorum recuperator: sedulus: qui cum annos XI. & sex menses circiter sagacis munere Præsulis functus esset, pie in Christo obiit.

XII. HENRICVS II. Anno LVIII. legitime eligitur: sed ad maiora natus, post dimidium annum suæ vocationis auocatus in *Franconiam*, in Monasterio *Ebracensi* Abbas efficitur.

XIII. RVPERTVS *Rotter Edensis* huius nominis alter in *Henrici* abeuntis locum à fratrib. sublectus fuit: mortalis esse desiit VII. Cal. Octob. an. LXXX. postquã tredecim annos. & menses aliquot vltra abbatem sedulum egisset.

XIV. YSENGRINIVS hic loci religionem professus vnanimi fratrum sententia in Abbatem eligitur An. LXXII. duodecim annos, vt vero simile est, prælaturam gessit, & mortem oppetiit anno LXXXIII, mense Martio circiter, seu Aprili.

XV. CONRADVS in Monasterio ferè enutritus & religionem Professus Ysengrinio à suis collegis solita cum celebritate sufficitur, annis quidẽ adhuc iuuenis at ingenio atque iudicio, nec non morum integritate præmaturus. Scribunt hunc casu fortuito è turri delapsũ interiisse an. LXXXIV. in octaua assumptionis D. virginis,

ginis, h. est, XI. Kal. Sept. Anno M. C. LXXXIV. sub secundas Vesperas, postquam Abbatis munere functus esset annum vnum, decemque hebdomadas. XVI.

BVRCHARDVS *Conradi* frater germanus subrogatur, non tàm religione, quam sanguine quoque. abdicauit Prælaturam sponte post expletos annos XVII Anno recuperatæ salutis M. CC. I. præsul dignissimus & vigilantissimus. XVII.

WIRNDO eiusdem Cœnobij sacerdos & incola religiosus anno sequenti sublegitur. Vir fortis animo atque imperterritus: decimo quarto suæ administrationis anno, qui fuit Christi nati M. CC. XVI. mense Dec. in viuis esse desiit.

VDALRICVS I, Wirndoni sufficiendo *Ratisponâ* è monasterio Diui *Emmerammi* euocatur; ob schisma forte inter fratres ortum; vel ob inopiam idoneia- XVIII. licuius, temporib. præsertim periculis & magnis difficultatib. plenis. Ædificare cæpit anno vitæ suæ vltimo vtramque turrim ex quadratis viuis lapidibus, sed morte præuentus vix alteram absoluit, eamque duabus contignationibus humiliorem atq; nunc est. Excessit è viuis die III. Id. Ian. An. M. CC. XXXI.

CONRADVS Treuling, seu *Creuling*. huius nominis II. subsequitur; qui licet XVII. integros annos præfuerit, non plura tamen quàm duo bona huic Cœnobio & D. *Sebastiano* præstitisse legitur, diem obiit pridie Id. Octob. An. M. CC. XLVII. XIX.

HENRICVS III. cognomine *Stöckl*, Præsul industrius, An. Christi LX. administrationis suæ XIII. prid. Id. Aug. ad meliorem vitam emigrauit. XX.

VDALRICVS successor *Henrici* III. vir spectabilis, in monasterio *Ebersper-* XXI. *gens.* religionem professus, mortis suæ breui futuræ quasi præscius, pro anniuersaria sui commemoratione D. *Sebastiano* tribuit curiam vnam in *Grund* sitam. Fatis concessit, cum nondum integras XX. hebdomadas in obeundo Præsulis munere complesset; sub initium anni LXI. Id. Ian.

HENRICVS IV. Vir pius ac industrius, præfuit annos XV. tantum non XVII. XXII. electus enim fuerat anno LXI. die obiit Prid. Id. Maij: quam ob rem excõunicat°, & ab officio suspensus, quin imo ab ipso Præsulatus munere amotus fuerit, nõ liquet. nec desunt, qui sua ipsũ sponte fratribus Abbatiã resignasse adserunt.

CONRADVS nominis huius III. Monasterij *Rotenses* Abbas tum temporis XXIII. vigilantissimus, & maximæ apud omnes exspectationis euocatur; sed circa initium Iunij in regimine constitutus, mense Nouembri homo esse desiit.

EBERHARDVS I. *Conradum* excipit, pius vir, & prudens. Hic à *Rudolpho* I. XXIV. Rom. Rege impetrauit * Priuilegium, Regalia, & electionis confirmationem. * pro se & suis succes soribus. Monasterio benè præfuit; & An. LXXXIV. spatio semestri vltra septennium sui Præsulatus mortem obiit, X. Kal. Martij.

PETRVS *Küenberger, Ebersbergæ* religionem professus, eodem anno ad Præ- XXV. sulis dignitatem euehitur; pacis & tranquillitatis animi, veræque in Deum pietatis studiosissimus, strictissimum illud justumque Dei judicium, de tàm periculosæ villicationis suæ reddenda ratione pertimescens, præter omnium spem & opinionem, Prælaturam suam, eo quo ante biennium & sex menses acceperat modo fratribus suis resignauit; Anno nimirum LXXXVI. superstes etiam, quamuis priuatus, Monasterij bonorum amplificator fidelis. Ipse vero valetudinarius, aeris forsan mutandi, vel certè sacris operandi causâ, ad pagum *Seon* aliquando exiens, ibi morte obrutus, piè interiit.

VDALRICVS *Moser* olim *Ebersbergæ* professus & Cancellarius postmo- XXVI. dum verò Abbas *Wessesbrunnensis*, qui defuncto Petro succederet à fratribus euocatur An. LXXXVII. Mense Aprili circiter. Dum res Monasterij benè curat, breui morbo expeditus, postquam laudabiliter præfuisset annos XI. Ob. V. Kal. Octobr. An. MCXCVIII.

XXVII. OTTO *Sigersdorfer*, defuncto *Vdalrico*, post trium mensium septemque dierum interregnum, An. nimirum XCVIII. Non. Ianuarij, die D. *Erhardo* sacro, vnanimi totius Cœnobij consensu ac voluntate, singulari Dei instinctu, maximaque proborum omnium congratulatione in Abbatem *Eberspergens.* eligitur; vir perquam eruditus ac prudens; industrius æquè ac vigilans: disciplinæ religiosę amantissimus; nec non veræ in Deum * pietatis studiosissimus: qui tam fortis & magnanimus fuit, vt rebus nec frangi siniſtris, neque secundis extolli, nec difficultatibus vllis vinci potuerit. Huius administrationis anno VI. Christi M. CCC. V. post vesperas S. *Floriani* martyris, IV. Non. Maij, à mente tùm capto & vesano religionem professo fratre presbytero *Conrado* templum & Monasterium succensa vnius noctis spatio cum omnibus ædificiis & officinis, ornamentis quoque Ecclesiæ, in cineres redacta fuerunt. Quod damnum ingens *Ottonis* Abbatis industria, & dexteritas restaurauit. Templum procurante Abbate *Ottone Albertus*, Episcopus *Chyemensis*, Anno VIII. vltra M. CCC. Archiepiscopi Salisburgens. *Conradi* suffraganeus: die IV. Id. Iulij. D. *Margarethæ* virgini & martyri sacro. Tandem Prælatus, ceu alter fundator optime meritus viam vniuersæ carnis ingreditur, expletis sui regiminis annis XLIV. mensibus V. diebus X. Anno reparatæ salutis M. CCC. XLIII. XV. Calend. Iunij.

* & Sanctos

XXVIII. WERNHARDVS, seu vt alij, MENHARDVS presbyter ac professus Monasterij. Ob. die XIV. Calend. Ianuar. An. LIX. postquam Abbatiæ annos XI. menses VI. circiter præfuisset.

XXIX. STEPHANVS *Obser*, siue *Ebser*, successit, perprobus quidem vir, sed ob hoc ipsum paterfamilias haud æquè bonus: præfuit años XXXI. Ob. An. LXXXV. V. Calend. Iulij. Sepultus in sacello D. V. *Mariæ*, retro sub fornice; cuius Epitaphium saxo insculptum & incluſum parieti cernitur propè januam.

XXX. PHILIPPVS *Höhenberger* pius simul atque doctus Vir successor *Stephani* declaratur mense Iulio, eiusdē anni M. CCC. LXXXV. bene præfuit annos XXVII. & mensem alterum, Ob. Ann. M. CCCC. XII. V. Idus Octobr. sepultus in sacello D. Virginis.

XXXI. SIMON *Granarius*, siue Castner dictus huius Cœnobij religiosus eligitur, eodem anno & mense, decessit an. MCDXLII. III. Cal. Martij, postquàm Præsulem huius loci egisset annis XXIX. & mensib. IV. sepultus in Capella, propè aram D. *Mauritij*.

XXXII. F. EBERHARDVS suffectus, Ob. IV. administrationis suę anno, in *Austria*, quo se ob nescio quæ expedienda contulerat; XIV. Calend. Maij An. MCDXLVI.

XXXIII. ECKHARDVS annis ęque ac prudentia maturus, pietate insuper & morum integritate vir insignis, eodem adhuc anno XLVI. mense Maio circiter eligitur. Resignauit senex jam & optimè promeritus anno LXXII. cum præfuisset summa cum laude pietatis & industriæ annos fere, XXVI. Ob. XII. Cal. Nouembr. Anno LXXIV. sepultus ante aram B. *Virginis*, in sacello à se reparato.

XXXIV. SEBASTIANVS *Häfele* ingenio, prudentia & pietate, rerumque ferè omnium experientia insignis, eligitur Non. Iulij An. MCDLXXII. abbatis munere immortali cum laude functus añis XXVII. & mensib. octo, eo se abdicauit mense Martio; superuixit annis adhuc quatuor, & duob. mens. ferè. Ob. diem suum IV. Cal. Iunij, An. MDIV. in mediis quasi bellorum totius Boiariæ tumultibus, feria Pentecostes altera: sepultus proximè ante Baptisterium, in naui templi media.

XXXV. LEONHARDVS I. eligitur An. M. D. sed. an. IX.

XXXVI. VITVS el. An. M. D. IX. gubernauit an. III.

XXXVII. LEONHARDVS II. el. M. D. XII, sed. an. XXXIII.

WOLF.

WOLFGANGVS el. an. 1540. administrauit An. tres cum dimidio. XXXVIII.
IOANNES. el. An. M. D. L. sed. an. II. XXXIX.
IACOBVS assumtus An. M. D. L I. sed. an. XVII. XL.
IOACHIMVS, euehitur An. M. D. L XVIII. rexit an. XII. XLI.
SIGISMVNDVS elect. An. M. D. XXC. sed. an. IV. XLII.
IOANNES II. elig. An. M. D. L XXXV. rex. an. IV. XLIII.

Administratores Monachi.

IOAN. WEINHART. M. D. XC. an. 2.
BERNHARDVS Hiltz. M. D. XCII. an. ½.
CYRIACVS Empel. M. D. XCIII. an. 3½.

Incidit circa hæc tempora tertia circa hoc Monasterium mutatio; à Benedictinis enim Monachis ad Patres Societ. IESV fuit deuolutum per Sum. Pont. *Clementem* VIII. sicut ex Diplomate suæ sanctis. subnotato apparet.

CLEMENS Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuã rei memoriam. Cælestis patris prouidentia ad summum Apostolatus apicem euecti, tamquam de excelso monte ad ima agri irrigui Militantis Ecclesiæ nostrum dirigentes intuitum, considerantesque laboriosam atque indefessam operam, quam veneranda *Societas IESV* in seminanda sapientia salutari inter cæteros ipsius agri cultores vbique præstat, dignum quin potius debitum reputamus, vt illius Collegia & loca congruæ sustentationis adminiculis etiam per suppressionem regularium locorum minus vtilium confoueamus, ac alias desuper disponamus, prout Nobilium virorum vota expetunt, & temporum condicio persuadet, nosque conspicimus salubriter in Domino expedire. Sanè pro parte dilecti filij Nobilis viri Ducis *Bauariæ* nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum in Monasterio *Ebersperg* nuncupato, propè & extra muros oppidi *Monachij* Ordinis Sancti *Benedicti Frisingensis* Diœcesis, quinque Monachi vel circa supersint, ipsiq; vitam licentiosam, & regularibus institutis dicti ordinis parum conformem ducant, & vix aliquod futuræ emendationis specimen præ se ferant atque ita scandali potius, quàm ædificationis occasionem præbeant, &, si in dicto Monasterio ordo ipse ac omnis status regularis perpetuo supprimeretur, illiusque fructus, reditus & prouentus Collegio *Societatis IESV* in dicto oppido, quod celebre inprimis & frequens, ac erudiendę juuentutis, aliisque piis dictæ societatis exercitiis, etiam propter vicinarum ciuitatum opportunitatem, quâ in eis vberes quotidie in vinea Domini fructus produci possunt commodum existit, institutio applicarentur. Vnio verò aliàs dicto Collegio de *Mallersdorf* ejusdem Sancti *Benedicti*, ac de *Schambaupten* Sancti *Augustini* Canonicorum Regularium Ordinum *Ratisbonensis* Diœcesis Monasteriorum, alias Apostolica auctoritate facta, perpetuo dissolueretur, illaq; in pristinum statum ad effectum, vt in eiusdem Religiosi ordinum suorum huiusmodi per illorum superiores, quibus id vtile & gratum erit, introducantur, restituerentur, & alia, quæ sequũtur fierent, quo casu dictus *Guilielmus* Dux annuos redditus duorum millium florenorum Monasterio celebri, sed tenuioribus subnixo redditibus *Montis sancti* eiusdem Ordinis S. *Benedicti Augustanæ* Diœcesis prouinciæ *Moguntin.* in augmentum dotis illius assignare paratus est, ex hoc omnium huiusmodi locorum statui & felici successui cum majore Dei laude & seruitio, populique ædificatione opportunè prouisum foret. Quare prædictus *Guilielmus* Dux nobis humiliter supplicari fecit, vt præmissis annuere, aliasque desuper opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia

voluimus,

voluimus, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis vniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum communem æſtimationem etiam Beneficij, cui aliud vniri peteretur, alioquin vnio non valeret, & ſemper in vnionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, dictum *Guilielmum* Ducem à quibusuis Excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliisq; Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, à jure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, dictiq́ue Collegij fructus, reditus & prouentus verum annuum valorem ſecundum æſtimationem prædictam, nec non aliarum vnionum, eidem Collegio hactenus forſan factarum tenores, verum quoque & vltimum primo dicti Monaſterij, cujus fructus, redditus & prouentus ad trecentos florenos auri in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur, vacationis modum præſentibus pro expreſſo habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſi vel poſtquam dictus *Guilielmus* Dux redditus annuos duorum millium florenorum hujuſmodi dicto monaſterio *Montis ſancti* perpetuò donauerit, & aſſignauerit, vt præfertur in primo dicto Monaſterio Abbatis regimine deſtituto, Ordinem ipſum Sancti *Benedicti*, ac omnem illius ſtatum & eſſentiam ac dependentiam regulares, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò ſupprimimus & extinguimus, illudq́ue cum annexis ac juribus & pertinentiis ſuis vniuerſis, illiusq́ue ac annexorum ſuorum quorumcumque fructus, redditus & prouentus huiuſmodi, ac jura, proprietates & bona prædicto Collegio etiam perpetuò vnimus, annectimus & incorporamus: ãnuum vero redditum duorum milliũ florenorum per præfatum *Guilielmum* Ducem vt præfertur, aſſignandum monaſterio *Montis ſancti* huiuſmodi etiam perpetuò applicamus, & appropriamus; vnionemque prædictam de Monaſterijs *Mallersdorf* & *Schamhaupten* eidem Collegio factam, ſimiliter perpetuò diſſoluimus, ac eadem Monaſteria de *Mallersdorf* & *Schamhaupten*, illorumque conuentus, cum omnibus ſuis redditibus, juribus & bonis, ſuo ſuoque ordini huiuſmodi ac aliàs, in priſtinum & eundem met ſtatum, in quo ante prædictam vnionem quomodolibet reperiebantur, in omnibus & per omnia reſtituimus, reponimus, & plenariè reintegramus: ita quod liceat Rectori & Collegialibus Collegij, nec non Abbati & Conuentui Monaſterij *Montis ſancti* bonorum & jurium ſibi applicatorum, ac ſancti *Benedicti* & ſancti *Auguſtini* Ordinum huiusmodi ſuperioribus Monaſteriorum de *Mallersdorf* & *Schamhaupten*, ac annexorum & pertinentiarum ſuorum quorumlibet corporalem, realem & actualem poſſeſſionem, per ſe vel alium ſeu alios eorum, ac Rectoris & Collegialium, nec non Monaſteriorum & Ordinum eorundem nominibus propria auctoritate liberè apprehendere, ac etiam perpetuò retinere, ipſasque proprietates & bona locare, dislocare & arrendare, nec non fructus, redditus & prouentus illorum percipere, exigere, leuare, & recuperare, ac in ſuos vſus & vtilitatem conuertere, nec non eisdem ſancti *Benedicti*, eoſdemque quinque aut tot, quot ſunt in primo dicto Monaſterio, *Mallersdorf* & S. *Auguſtini* Ordinis prædictorum ſuperioribus ſui ordinis religioſos vſq; ad competentem numerum in *Schamhaupten* Monaſteriis prædictis, vt ibi Conuentus faciant, transferre, & introducere, ac deſuper, prout expediens fuerit, ſtatuere & ordinare cuiusuis licentia deſuper minimè requiſita. Decernentes, præſentes, ex eo quod intereſſe habentes vel prætendentes ad hoc vocati non ſint, nec præmiſſis conſenſerint, & cauſa vel cauſæ propter quas illa fient, examinatæ & juſtificatæ ac verificatæ non fuerint, de ſubreptionis vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio aut intentionis noſtræ, ſeu quouis alio defectu notari, impugnari, vel

aliàs

aliàs quomodolibet infringi, aut in jus vel controuersiam vocari, seu aduersus illas quodcunque juris vel facti remedium impetrari nullatenus vnquam posse; sed illas semper & perpetuò validas & efficaces existere, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; neque sub quibusuis similium vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, vel aliis contrariis dispositionibus per quascunque literas vel constitutiones Apostolicas, aut Cancellariæ Apostolicæ regulas, & pernos & successores nostros etiam motu proprio, ac sub quibuscunque tenoribus & formis, nec non cum quibusuis clausulis & decretis pro tempore factis & concessis, etiam in crastinum assumtionis ad summi Apostolatus apicem cuiuscunque ipsorum successorum nostrorum comprehendi, sed semper ab eis exceptas, nec non quoties illas reuocari vel limitari aut suspendi, seu eis derogari contigerit, toties in pristinum statum restitutas, & plenariè integratas, ac de nouo concessas esse & censeri, & ita per quoscunque judices, etiam causarum Palatij Apostolici auditores, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere, irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabili fratri nostro Episcopo *Ratisbonensi*, ac dilectis filiis *Ratisbon.* & Collegiatæ Oppidi *Monachij* etiam *Frisingensis* Diœcesis huiusmodi Ecclesiarum Præpositis, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut vnus eorum per se vel alium seu alios easdem præsentes & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Guilielmi Ducis ac Rectoris & Collegialium ac superiorum ordinum huiusmodi seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti solenniter publicantes eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra literas prędictas & in eis contenta quæcunque firmiter obseruari, ac *Guilielmum* Ducem atque prædictos omnesque alios & singulos, quos literæ ipsæ quomodolibet concernunt, illis pacificè frui, & gaudere: Non permittentes illos seu eorum aliquem desuper quomodolibet molestari: Contradictores quoslibet & rebelles per censuras Ecclesiasticas aliaque opportuna juris & facti remedia, eâdem auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus sententias, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando. Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus priori voluntate nostra prædicta, nec non Lateranensis Concilij nouissimè celebrati, vniones perpetuas nisi in casibus à jure permissis fieri prohibentis, ac quibusuis aliis Apostolicis, nec non in Prouincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, nec non Monasteriorum prædictorum fundatione & dotatione, si obstent, eorundemque & Ordinum huiusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis etiam illis eorumque superioribus & personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis, nec non irritantibus, & aliis Decretis in genere & in specie etiam motu simili & aliàs etiam iteratis vicibus in contrarium forsan quomodolibet concessis, confirmatis & innouatis. Quibus omnibus, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis

alia

alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores, huiusmodi, ac si ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice duntaxat harum serie specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscunque: aut si conuentui, Vasallis, & aliis subditis primodicti Monasterij vel quibusuis aliis communiter aut diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis: prouiso, quod propter suppressionem, extinctionem ac vnionem, annexionem & incorporationem prædictas Ecclesia Monasterij suppressi huiusmodi, debitis propterea non fraudetur obsequiis, sed illius congruè supportentur onera consueta. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, suppressionis, extinctionis, vnionis, annexionis, incorporationis, applicationis, appropriationis, dissolutionis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, Decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius nouerit se incursurum. Datum *Romæ* apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, quarto decimo Kal. Iunij, Pontificatus nostri anno quarto.

Montaltus Vice-Can: A. de Alexiis. — M. Vestrius Barbianus.

Post traditam Reuerendis Patrib. Societatis Iesu possessionem Monasterij Ebersperg, Rectores Collegij Monacensis fuere. An. Christi. — *an.*

M.D.XCVI. CHRISTOPHORVS Marianus. — *I.*
M.D.XCVII. OTTO Eisenreith. — *I.*
HENRICVS Gaugenrieder.
M.D.XCVIII. MELCHIOR Hertelius. — *VI.*
M.DC.IV. MATTHIAS Mairhofer. — *III.*
M.DC.VII. IACOBVS Keller, adhuc jam XII. annos.

ESSING ECCLESIA COLLEGIATA.

IN Vico seu foro Essing sub arce Randeck ad Altmülam, fundauit D. Vlricus senior de Abensperg, vnà cum filiis suis, Dietrico, Canonico Ratisbonensi, Ioanne, Vlrico, Alberto & Wilhelmo, constituitque ibi sex Canonicos, qui sunt Sacerdotes. Fundauit simul Xenodochium, in quo duodecim valetudinariæ personę sustententur. Ius verò præsentandi illas personas reseruauit maximo natu suæ familiæ: vt testantur hac de re literæ fundationis datæ, Anno 1367. Auentinus ponit septem Canonicos & annum. 1363. Sed verisimilior est copia literarum dictarum. D. Weignandus primus fuit ibidem Decanus.

Ad prædictam fundationem dederunt aliqua prædia & bona Wolffhart ab Ouensteten, Berchtoldus Vlranier, & Albertus ab Erlach; vt testantur literæ datæ, Anno 1361.

Stephanus,

Stephanus, Fridericus & Ioannes, Bauariæ Duces, fundárunt ibidem anniuersarium, ad quem dederunt Ecclesiam Empfenbach, cum aliquibus redditibus, Anno 1380.

Tam vicus Essling, quàm etiam Ecclesia Collegiata pertinent ad Dominos seu possessores dominij Randeck, qui olim erant de familia Abensspergensi, quibus deficientibus successerunt Duces Bauariæ. Wilhelmus Dux Bauariæ dedit hoc ob fidelia seruitia Leonhardo ab Eck, Doctori & Consiliario suo intimo, cuius filius Osvvaldus ob æs alienum compulsus, distraxit Domino Ottoni Heinrico, Comiti à Schvvartzenberg, qui hoc anno 1579. adhuc tenet.

ADDITIONES.

Ich Vlrich der Alt von Abensperg/ vnd ich Dieterich Chorherr zu Regenspurg/ ich Johannes/ ich Vlrich/ ich Albrecht/ vnnd ich Wilhelm/ die jungen vonn Abensperg/ seine Söhn/ wür veriehen für vns vnd für vnser Erben vnd Nachkommen/ offentlich an dem Brief/ daß wür haben angesehen/ das khurtz Leben diser Welt/ die Lieb Gottes/ vnd das hail vnnser vnd vnnserer vordern vnnd nachkommen Seel/ vnd haben gestifft vnd gebauth/ auf vnnserm vätterlichen Erbe/ vnnd aigen zu Essing/ vnnder vnser vest/ zu Rannd eckh ainen Chor vnd Stifft/ mit sechs Chorherrnen/ die Priester sein/ der geweicht ist/ in den Ern deß heiligen Geists/ deß heiligen Herrn Sanct Marthius vnnd andern Heiligen/ deren Heylthumb Rast in derselben Khüerchen vnnd dabey ein Spital mit zwelff Siechen die man darinn pfrienden vnnd speisen soll/ vnd dieselben Chorherrn sollen auch alle Tag haben ein gesungene Friemeß/ vnd ein gesprochne Meß/ vnnd sollen auch darzue singen alle Tagzeit als ander Chorherrn thuen/ vnd darumb haben wir dem Chor vnnd Stifft vnnd das Spital gewident vnd begabt/ mit denn Güettern die hernach geschriben sent. Zu dem Ersten die Khüerchen zu Sündlbach in Aychstetter Bistumb/ die yber denn Pfaffen gibt zehen Pfundt Regenspurger Pfening/ Item die Pfarr zu Khroppenhofen/ in demselben Bistumb/ die Gilt vier vnd zwainzig schaf bayder Traidt/ Item ain hof zu Eygenprün/ der gilt siben schaf/ beyder Traidt/ zehen schilling Regenspurger Pfenning/ vier Gens/ acht Hienner/ zwaintzig Khäß/ zwai Weishait. Item einen Hof zu Reuet/ der gilt zway Schaf Rogkhen/ zway schaf Habern/ acht Khäs/ vier Hiener/ zway Weisheit/ Item denn Reuetzehent zue Essing der gilt siben schaf bayder Getraidt/ Item ein wis zu Leyrndorf die gilt zehen schilling Regenspurger Pfenning/ vnnd sechtzig Pfenning/ Item die Pfarr zu Aw die gilt acht pfundt Regenspurger Pfennig/ vnd sechtzig pfenning vonn der Vogtey/ Item ein aigen zue Nidern Essing das gilt ain schaf Rockhen/ ein schaf Habern/ fünf schilling Regenspurger pfenning/ Item vonn dem Weingartten zu Khäpfelberg/ aller jahr sechsthalb[e] Emerweins/ Item die Khüerchen zu Hagenbüll die gilt vier pfundt Regenspurger Pfenning münder sechtzig Pfenning/ Item ein Mil zu Göckhing/ die gilt zway pfundt Regenspurger Pfenning/ Item ainen Hof zu Nidern Essing der gilt zway schaf Rockhen/ zway schaf Habern/ sechtzig Regenspurger Pfenning/ vier Genns/ acht Hienner/ hundert Ayr/ zway Weishait/ Item ein Müll zu Plyntberch/ gilt anderhalb schaf Rockhen/ vnd sibenzig Regenspurger Pfenning/ Item ainen Garten bey der Stifft zu Essing/ gült sechtzig Regenspurger Pfenning/ Item einen Hof zu Puelbach der gilt fünf schaf Rockhen/ ein schaf Waitzen/ ein schaf Gersten/ vier schaf Habern/ drey schilling Regenspurger Pfenning/ zween meßen Magens/ dreyssig Khäß/ acht Hienner/ vier Gens/ zway weisheit/ soll jeglichs zwelf Regenspurger Pfenning werth sein/ Item von ainem Hof zu Aw dritthalb pfundt Regenspurger Pfenning vnnd ainen Garten bey der Bruck der gilt zwaintzig Regenspurger

Pfening/ Item in dem Dorff zu Schwaben/ von ainen Hoff dritthalb schaf Rockhen/ vnd alsuil Habern/ sechtzig Regenspurger Pfenning/ acht Hienner/ sechzehen Khäß/ zway Weishait. Item daselb ain Hof gilt drey schaf Rogkhen/ drey schaf Habern/ ein halbs schaf Waitz/ ein halbs Gersten/ acht Hiener/ sechszehen Khäs/ zway Weisheit/ neun schilling Regenspurger Pfenning/ Item ain Hof zu Hettenhausen/ der gilt ein schaf Rockhen/ alsuil Habern/ vnnd sechtzig Regenspurger Pfenning/ Item ain Hof zu Kheulstorf gilt ain schaf Rockhen/ ain schaf Habern/ ain halb pfundt Regenspurger Pfenning/ vnd clainen dienst vnd zway Weishait/ Item die Cappel zu Egersperg gilt yber den Pfaffen zway pfandt Regenspurger Pfenning/ Item ein Hof zu Saibach der gilt anderhalb schaf Rockhen/ alsuil Habern/ acht Hienner/ sechzehen Khäß/ zway weisheit/ Item ain Hoff zu Töttenackher der gilt dritthalb schof Rockhen/ alsuil Habern/ zwaintzig Regenspurger Pfenning/ vier Genns/ acht Hienner/ zway weishait/ Item ain hof zu Peretztrumb der gilt ain schaf Rockhen/ ain schaf Habern/ Item ain aigen zu Zelle gilt ain halb schaf Rockhen/ ain halbes Habern. Item ain Wisen zu Geisenfeldt/ sechtzig Regenspurger Pfenning/ Item ainen Hof zu Humelstorf der gilt neun schilling Regenspurger Pfenning/ anzween Pfenning/ Item ein wiß zu Lauttsee/ gilt zwainzig Regenspurger Pfenning/ Item ain Hof zu Wolffbuech/ gilt ain schaf Rockhen/ ain schaf Habern/ Item ainen hof vnd ain Paumgarten in dem Dorf zu Schwaben/ gilten zway schaf Rockhen/ zway schaf Habern/ ain halbs pfundt Regenspurger Pfennig/ acht Hienner/ sechzehen Khäß/ Item zwen Weingarten zu Staufackher gilten bey vier vnd zwaintzig Emerweins/ Item ain Weingartten zu Gronstorf gült bey viertzig Emer weins/ Item ainen Weingarten zu Khelhaim der gilt zwelf Emer weins/ Item ainen Weingarten zu Ranndeckh der gült zwelf Emer weins/ Item die Khirchen zu Lobsing gilt zwelf pfundt Regenspurger Pfenning yber denn Pfarrer nach Herrn Conrath Stollen/ Todt/ Chorherrn zu Regenspurg/ Item der Durchleuchtig Fürst Hertzog Albrecht zu Bayrn/ hat zu der Stifft geben auß seinen Forst zu Khelhaim alle Wochen zway fueder Holtz/ Item ich vnnd mein Erben haben den Chorherren in der stifft zu Essing vonn vnsern Vischern alle wochen sechs Pfenbarth Visch gegeben.

Wir die vorgenanten von Abensperg veriehen auch ann dem Brief/ daß wir die vorgenanten Guet/ ledigchleichen/ haben aufgeben/ den vorgenanten Chorherren vnd jren nachkommen zu Essing/ vnd veriehen auch/ vns vnnd vnser Erben/ dero vorgeschribnen Güetter vnd aller derer Recht/ die wür darann hetten/ oder gehaben mechten/ wie die genandt seindt/ daß wür noch vnser Erben vnnd nachkommen/ khein recht ansprach noch vorderung darnach nimmermehr gehaben sollen noch einmengen/ noch niemand von vnsertwegen. Es mügen auch der Techant vnd die Chorherrn/ vnnd jre nachkommen zu Essing die vorgeschribnen Güetter besitzen vnd entsetzen/ stifften vnd entstifften wie sy wellen/ daß wir noch vnser Ambtleuth sy darann nichts sollen enngen noch irren mit khainen sachen. Auch veriehen wür daß die vorgenanten Chorherrn/ khainerley Ainung oder Marckhrecht sollen tragen mit dem Burgern zu Essing/ sy sollen sonst mit jrnen nutzen/ Holtz/ Gemainuelt/ Waydt vnd Wasser. Mer veriehen wür an das wür die vorgenanten Chorherrn vnd jre nachkommen/ nicht sollen enngen noch jrren/ an jr Haab/ bey jrem lebenntigen leben/ an jren geschafft nach jren Todt/ noch khein vnser Ambtman/ also das sy jr Haab/ mögen schaffen vnd geben jren freundten/ oder durch ihr Seel willen/ wem sy wellen. Vnnd yber das alles das vorgeschriben steth/ gehaissen wür dem vorgenanten Stifft zu Essing/ daß zuwiden vnnd begaben/ nach vnseren vermügen/ vnd was wür noch darzue geben das soll beleyben/ in allen den Rechten/ als es vnnser heyliger Vatter Innocentius der Baabst bestett hett/ mit seinen Brieffen. Vnd wür sollen auch die vorgenannten Chorherrn sy vnnd ihr Leuth/ vnd jre Güetter freyen vnd schiermen als andere vnser Güetter/ vnnd sy bey jren

rechten

rechten behalten/ als wür best mügen/ also daß die Lehenschafft bey vns vnd vnsern Erben vnd nachkhommen ewicklichen soll beleiben/ als mit der beschaiden / wann ein Techant auf dem ehegenanten Chor vnd Stiffe zu Essing nicht ahn ist/ vnd von Todtswegen abgeth/ so soll je der Eltist vnder vns oder vnder vnser nachkommen auß den andern Chorherrn nach jhren Tode einen Techandt wölen/ vnd sollen den antwortn den Bischoff zu Regenspurg oder seinen Pfleger/ der in geistlichen recht entpfilcht/ vnd als offt auch der Chorherrn ainer vonn Todtswegen abgeth/ so soll je der Eltist vnder vns vnd vnsern nachkommen aber einen andern Chorherrn dargeben/ der ein beschaydner Mann ein Priester sey/ aber nach der andern rath/ vnd soll der Dechant vnd die Chorherrn/ demselben alle jr recht vnnd gewalt geben/ denn der vorder gehabt hat/ ohnn alle widerredt/ daß jn vnd jren nachkommen alles das stehet beleiben ewiglichen das vorgeschriben steth. Da vber geben wür jnn dem Brief versigelten/ mit vnsern Jnnsigln/ für vns vnd all vnser Erben vnd nachkommen. So veriehen wür/ ich Albrecht vnnd ich Wilhalm die jungen von Abensperg daß wür nicht Jnsigl haben/ vnd verbintten vnser vnder die vorgeschriben Jnsigeln/ mit vnsern Trewen alles das stett zehalten das an dem ist verschriben/ gennzlichen ann alles geuär. Das ist geschehen/ als man zehlt von Christi Geburth/ dreyzehnhundert Jar/ vnnd in dem siben vnnd sechtzigisten Jar/ deß nechsten tags nach Sanct Virichstag deß heiligen Bischoffs.

Confirmatio Apostolica Collegij S. Spiritus in Essing.

INNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, venerabili fratri Episcopo *Ratisponensi* Salutem & Apostolicam benedictionem, deuotis fidelium studiis, & præsertim illis quæ pietatis opera diuinique cultus augmentum respiciunt quantum cum Deo possumus, fauorem beneuolum impertimur. Cum itaque sicut exhibita nobis pro parte dilecti filij Nobilis viri *Vlrici* de *Abensperg* Militis Ratispon: Diœcesis petitio continebat ipse dudum de propria salute cogitans, cupiensque terrena in cœlestia & transitoria in æterna fœlici commercio commutare ad honorem Dei suique cultus augmentum, ac infirmorum & pauperum refugium & juuamen, in loco de *Essing* Ratisbonensis Diœcesis, vnum hospitale & in eo vnam Ecclesiam seu Capellam quam Basilicam nuncupauit de bonis sibi à Deo collatis canonicè fundauerit atque construxerit, namque pro sex Presbyteris qui in dicta Ecclesia perpetuo deseruiant in diuinis quorumque singuli singulos clericos suis expensis in eisdem seruitiis debeant retinere, nec non pro duodecim saltem pauperibus in hospitali prædicto continuè sustentandis sufficienter dotauerit, jure patronatus vt asserit sibi & suis hæredibus in perpetuum reseruato. Nos ipsius Militis, in hac parte supplicationibus inclinati fraternitati tuæ, per apostolica scripta mandamus quatenus si est ita auctoritate nostra statuas & ordines quod vnus de dictis sex presbyteris, in dicta Capella ad præsentationem dicti patroni vel heredum suorum per te & successores tuos Episcopos Ratisbonenses qui erunt pro tempore instituatur perpetuus Rector & Gubernator hospitalis & Ecclesiæ prædictorum, qui animarum infirmorum & pauperum, ac domesticorum familiarium in dictis hospitali & Ecclesia, pro tempore degentium, & alias de gubernatione ipsorum pauperum curam gerat, eorum confessiones audiat, ac eis pœnitentias salutares injungat, & beneficium absolutionis impendat aliaque ministret eisdem Ecclesiastica Sacramenta, quique etiam bona & jura hospitalis prædicti gubernet & administret, ac presbyteris pauperibus & familiaribus prædictis emolumenta ipsius hospitalis distribuat, prout duxeris ordinandum dictisque

præterea hoſpitali & Eccleſiæ cœmiterium & liberam ſepulturam pro omnibus & ſingulis perſonis quas in ipſo hoſpitali pro tempore mori contigerit eadem auctoritate concedas & alia ibidem ſtatuas & ordines, quæ pro animarum ſalute ac ipſius & Eccleſiæ nec non pauperum & aliarum perſonarum degentium in eiſdem ſtatu ſalubri videris reperire, Apoſtolicis vel aliis conſtitutionibus contrariis non obſtantibus quibuſcunque, jure tamen parochialis Eccleſiæ & cuiuslibet alterius in omnibus ſemper ſaluo, Dat: Ammon. VIII. Idus Aprilis Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Sequitur Confirmatio Epiſcopalis.

QVONIAM labilis eſt memoria hominum & corruptibili materia formata, cum certius morte, nihil incertius ſit hora mortis. Idcirco inuentum eſt ſcripturæ remedium, vt ea quæ in præſenti hominum diſpoſitione extiterint ordinata, poſſint in poſterum ad perpetuam liquido memoriam comparari. Nos igitur *Conradus* de *Hâmberch* Præpoſitus & prouiſor in Spiritualibus & temporalibus generalis, totumque Capitulum Eccleſiæ *Ratisponenſis*, conſiderantes & pia meditatione penſantes, quod nobilis vir Dominus *Vdalricus* ſenior de *Abenſperg*, ſpiritu benigno ductus pro ſe & hæredibus ſuis Dietrico, *Iohanne* & *Vlrico* ac ſucceſſoribus eorundem ad Dei omnipotentis honorem diuinique cultus incrementum, & in eius ac progenitorum ac ſucceſſorum ſuorum remedium animarum in loco dicto *Eſſing* noſtræ *Ratisbonenſis* Dioec: quoddam collegium Canonicorum ſæcularium cum hoſpitali annexo de bonis ſibi à Deo collatis canonice fundauerit in honorem ſancti *Spiritus*, *Martini* & aliorum ſanctorum, quorum reliquiæ in prædicto collegio requieſcunt benigne conſtruxerit, eumque pie ſex Canonicis presbyteris, quorum vnus per canonicam electionem aliorum in Decanum ſit eligendus, & per eoſdem Epiſcopo Ratisbonenſi aut eius prouiſori ſit præſentandus, & per jam dictos Epiſcopum vel prouiſorem confirmandus, qui in dicto Collegio deſeruiant in diuinis, omnesque horas canonicas peragendo & ſingulis diebus tres miſſas videlicet priorem miſſam & publicam decantando & reliquam legendo quibusque ſingulis ſuos reditus ſpeciales, & taxum decem librarum denariorum Ratisbonenſium certorum reddituum vna cum propriis hoſpitiis juxta collegium prædictum deputauit & duodecim ſaltem pauperibus in hoſpitali prædicto collegio jam dicto annexo continuè ſuſtentandis, per redditos infra ſcriptos dotauerit, videlicet Eccleſiam in *Syndelbach*, *Eyſtetenſis* Dioc. ſoluentem in abſentia decem libras denariorum, item Eccleſiam in *Croppenhoſen* eiuſdem Dioc: ſoluentem viginti quatuor ſcaphas vtriuſque, item curiam in *Eyzenprunn* ſoluentem ſeptem ſcaphas vtriuſque bladi decem ſolidos denariorum, quatuor anſeres, octo pullos, viginti caſeos, duas præſentias, item curiam in Reut ſoluentem duas ſcaphas ſiliginis, & duas auenæ, octo caſeos, quatuor pullos, duas præſentias. Item decimam Noualium in parochia *Eſſing* ſoluentem ſeptem ſcaphas vtriusque bladi. Item vnum pratum in *Leyrndorff* ſoluens decem ſolidos denariorum, item parochialem Eccleſiam in *Au* ſoluentem in abſentia octo libras denariorum: & L X. den. de Aduocatia, Item vnum prædium in inferiori *Eſſing*, ſoluens vnam ſcapham ſiliginis & vnam auenæ, quinque ſolidos denariorum, item reditus de vineis in *Khâpffelberg* ſoluentes quinque vrnas, cum dimidia, item Eccleſiam parochialem in *Hagenhil*, ſoluentem quatuor libras cum L X. denar. Item de molendino in *Göcking* duas libras denar: Item curiam in inferiori *Eſſing* ſoluentem duas ſcaphas ſiliginis, duas auenæ

L X. dena-

LX. denariorum, quatuor anseres, octo pullos, centum oua, duas præsentias. Idem Molendinum in *Blintberckh*, soluens vnam scapham siliginis cum dimidia LX. denariorum. Item curiam in Essing juxta collegium soluentem sexaginta denar. Item curiam in *Puelach* soluentem quinque scaphas siliginis, vnam scapham tritici, vnam scapham hordei, quatuor scaphas auenæ, tres solidos denariorum, duas metretas papaueris, triginta caseos, octo pullos, quatuor anseres, duas præsentias valentes, viginti quatuor denariis, & de curia in Avve III. libr. denariorum & hortum juxta pontem, item curia in villa dicta *Schvvaben* soluentem III. scaphas siliginis & totidem auenæ LX. denariorum octo pullos, sedecim caseos, duas præsentias; item curiam ibidem soluentem tres scaphas siliginis, tres auenæ, mediam tritici, mediam ordei, octo pullos, sedecim caseos, duas præsentias, nouem solidos denariorum; Item curiam in *Hettenhausen* soluentem vnam scapham siliginis & totidem auenæ, LX. denariorum. Item curiam in *Khlopffenberg*; vnam scapham siliginis, vnam scapham auenæ, LXX. denar. Item Curiam in *Kheylstorf*, soluentem vnam scapham siliginis, vnam scapham auenæ, mediam libram denarior. & minuta ac duas præsentias. Item Capellam in Castro *Egersperg* soluentem in absentia duas libras denar. Item Curiam in *Sælbach* soluentem vnam & mediam scapham siliginis, totidem auenæ, octo pullos, sedecim caseos, duas præsentias. Item Curiam in *Tottenacker* soluentem duas scaphas & mediam siliginis, totidem auenæ viginti denariorum, quatuor anseres, octo pullos, duas præsentias. Item Curiam in *Berezstrumb*, soluentem vnam scapham siliginis, vnam auenæ. Item prædium in *Zelle*, soluens mediam scapham siliginis, mediam scapham auenæ. Item pratum in *Geysenfeldt*, soluens sexaginta denar. Item vnam Curiam in *Humelstorf*, soluentem nouem solidos denariorum minus duobus denariis, item pratum in *Lautterfee* soluens viginti denar. item curiam in *Wolfspuech* soluentem vnam scapham siliginis, vnam auenæ, item curiam in prædicta villa *Schvvaben* adjuncto pomerio soluentes duas scaphas siliginis, duas auenæ, mediam libram denar. octo pullos, sedecim caseos, item duas vineas in *Stainacker* soluentes citra viginti quatuor vrnas vini. Item vnam vineam in *Gronstorf* citra quadraginta vrnas, item vineam in *Kelheim* soluentem duodecim vrnas. Item vineam in *Randeckh* soluentem duodecim vrnas. Item Ecclesiam parochialem in *Lobsing* post obitum Domini Conradi dicti *Stolle* canonici Ecclesiæ Cathedralis soluentem in absentia duodecim libras denar. Ratisponen. Item illustris Princeps Dominus *Albertus* Dux *Bauariæ*, vna cum Domino de *Abensperg* & suis hæredibus dotauit sæpedictum Collegium, cum duobus plaustris lignorum singulis septimanis ducendis de silua sua ad districtum *Kelheim* pertinentem. Item piscatores soluentes per hebdomadam sex denar. Præterea prefatus Dominus *Vlricus* de *Abensperg* Senior cum suis heredibus scilicet Domino *Dietrico* Canonico *Ratisbon.* *Ioanne* & *Vlrico* promiserunt, fide data prædictum Collegium pluribus reditibus dotare, ac in omnibus bonis prouentibus seu juribus juuare, & diligentius defensare, Iurepatronatus tamen sibi & hæredibus suis in perpetuum reseruato: ita quod Decanus ad presentationem Domini *Vlrici* senioris de *Abersperg* & hæredum suorum prædictorum ac successorum eorundem per Episcopum *Ratisbonensem* vel eius prouisorem, qui tunc est vel fuerit instituat perpetuus Rector & Gubernator Collegij & hospitalis prædictorum, qui animarum Canonicorum, scolarium infirmorum, pauperum ac domesticorum familiarium ibidem in dictis Collegio & hospitali pro tempore degentium & alias de pauperum gubernation: curam animarum confessiones audiat ac eis pœnitentias salutares iniungat, beneficium absolutionis im-

pendat emolumenta distribuat, aliaque ministret eisdem Ecclesiastica Sacramenta, vna cum cimiterio & libera sepultura pro omnibus & singulis personis, quas in ipso Canonicorum Collegio, necnon hospitali pro tempore mori contigerit prout dictus Dominus *Vlricus* senior de *Abensperg* in literis Apostolicis vera bulla bullatis, Sanctissimi in Christo Patris & Domini, Domini *Innocentij* diuina prouidentia Papæ sexti impetrauit, verum etiam, vt prædicti Canonici presbyteri cum eorum Decano gaudeant eisdem libertatibus & juribus, quib' aliæ Ecclesiæ collegiatæ in Diœcesi Ratisbonensi gaudere dinoscuntur & nihilominus ab eiusdem Domini *Vlrici* senioris de *Abensperg* ac hæredum suorum prefatorum & successorum suorum eorundem præsentation: cum aliquis de prædicto Collegio Canonicorum viam fuerit vniuersæ carnis ingressus per Decanum & reliquos Canonicos de Collegio prædicto alius discretus & approbatus sacerdos recipiatur, & sibi de juribus & redditibus Stalle in Choro & * Capituli prouideatur per eosdem. Quapropter prædictus Dominus Vlricus de Abensperg Senior cum suis hæredibus supradictis nobis humiliter cum instantia supplicauit, quatenus ipsorum fundation. seu dotation. Collegij & hospitalis predictorum ac pie mentis intention: dignaremur glorioſus & gratioſus confirmare. Nos verò ad votiuam ipsorum instantiam eandem fundationem ratam habentes & gratam, ipsamque cum omnibus aliis adquirendis in posterum supradicto rescripto apostolico & juribus Ecclesię parochialis in *Essing* in omnibus tamen saluis, quibus in nulla parte volumus derogare, auctoritate nostra in quantum de jure possumus ex certa nostra scientia approbamus & præsentibus confirmamus in quorum robur & testimonium prædictorum præsentes sigillis nostræ procurationis & Capituli nostri duximus roborandas. Datum & Actum Anno Domini Millesimo tricentesimo sexagesimo septimo, in crastino sancti Vdalrici egregij Confessoris atque Pontificis.

Sequitur confirmatio Episcopalis super Beneficio S. in *Hagenhil.*

ALBERTVS Dei & Apostolicę sedis gratia Episcopus *Ratisbonensis*, vniuersis & singulis has literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Honorabilium & circumspectorum armigerum nobis in Christo dilectorum *Caspari* & *Erasmi Geben* fratrum nostræ *Ratisponensis* Diœcesis, exhibita nobis petitio continebat. Quod cum ipsi quandam Capellam sitam in Cimiterio parochialis Ecclesiæ in *Hagenhyl* dictæ nostræ *Ratisbonensis* Diœcesis ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, beatissimæque genitricis suæ virginis *Mariæ* totiusque Curiæ cœlestis triumphantis, ac ob salutem & remedium animarum suarum progenitorumque & successorum suorum, & omnium animarum fidelium defunctorum, vnam missam perpetuò celebrandam fundauerint & de propriis suis bonis pro vno presbytero seu capellano, perpetuo ibi tenendo, copiosè dotauerint, videlicet bonis & redditibus subscriptis. Item primo vnam curiam in *Schaffhyl* soluentem singulis annis duas scaphas cum dimidia siliginis & totidem scaphas auenæ, dimidiam scapham tritici & totidem ordei mensuræ in *Altmanstein* ac sexaginta denarios Ratis: de pratis in vulgo **Wisgelt**. Item in *Nidertholling* vnam curiam, soluentem etiam singulis annis duas scaphas siliginis & totidem scaphas auenæ, dimidiam scapham tritici, & totidem ordei, mensuræ prædictæ & duos panes, vulgariter nuncupatos **zwo Weißhait**. Item in ambabus villis dictis **Osendorf** & in *Hyttenhausen* decimas, cum quatuor scaphis cuiuslibet bladi, & duarum dictarum pratis in vulgò, **zwap Tagwerch Wismaths**. Item in *Hagenhyl*

vnam

vnam domum cum areis & hortis ab aliis attinentiis suis, & vnam Hubam soluentem singulis annis duas scaphas siliginis & auenæ mensuræ supradictæ, & quadraginta denarios Ratis. de *pratis* vulgariter Wißgelt/ pro quibus bonis & redditibus, sic enumeratis, quilibet Sacerdos seu Capellanus institutus vel instituendus debet & tenetur in Capella prædicta absque ipsius Parochialis Ecclesiæ in *Hagenhyl*, periculo & detrimento præfatam celebrare missam, vna die singulis hebdomadis per annum duntaxat excepta in qua vacare poterit, & si legitimum ac euidens impedimentum euenerit, poterit & per duos abstinere dies, quia pro celebrando missa dominicum altare quotidie accedere laboriosum est, Cenæ etiam Domini parasceues, & vigiliæ paschæ diebus duntaxat exceptis, in huiusmodi missas non est solitum celebrari. debet etiam & tenetur idem Capellanus hebdomadatim feria secunda ipsam Ecclesiam circuire, aspersorium, per cimiterium spargendo, & memoriam ipsorum fundatorum ac progenitorũ suorum agere, debet etiam & tenetur in omnibus festiuitatibus Beatæ Mariæ Virginis, ac diebus Apostolorum & signanter in summis festiuitatibus, videlicet Natiuitatis Christi, Epiphaniæ, Palmarum, Cenæ Domini, Parasceues, Paschæ, Ascensionis Domini, Pentecostes. & per octauas corporis Christi, Dedicationis parochialis Ecclesiæ *. diuinis interesse officiis, de nocte in vesperis & manè missarum solemniis & omnibus prædictis festiuitatibus sæpedictus Capellanus debet peragere ipsam missam, sine detrimento parochialis Ecclesiæ supradictæ, tenetur etiam plebanus ibidem in die dedicationis præmemoratæ Capellæ fideliter assistere, & si funus alicuius potentis personæ præsens extiterit, ipse Capellanus in ipsa matrice Ecclesia, ad iussum plebani celebrabit, & tenetur etiam sæpedictus Capellanus, ipsi plebano, qui pro tempore est aut erit in omnib. licitis & honestis obedire, si verò Capellanus, qui pro nunc est, aut in futurum erit, circa præmissa negligens fuerit, prædictam missam, sub forma vt præmittitur, non agendo totiens quotiens, hoc sine impedimento legitimo contigerit ad solutionem quatuor denariorum, ad prædictam missam ipsius Capellæ dandam puniatur, ipse condignam reatus sui pœnam sentiat, & quis tã meritorium & salubre in perpetua maneat firmitate, ius vero patronatus sibi & successorib. suis masculini sexus, ac deinde venerabili Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ in *Essing* seruando & retinendo, ita quod ipsi & hæredes sui masculini sexus in perpetuum si qui fuerint ad dies vitæ suæ, quod si non fuerint, totiens quotiens tunc ipsam Capellam seu missam vacare contigerit, præfatum capitulum eligere habet, idoneum & discretum presbyterum eundemque nobis & successorib. nostris, infra tempus, à Canonib. diffinitum præsentandũ per nos aut Vicarium nostrũ eundẽ presbyterum ad dictã Capellã & missã instituendam. Quæ omnia & singula honorabilis vir Dominus *Fridericus Stettner* Rector dictæ parochialis Ecclesiæ in *Hagenhyl* coram nobis attentauit, eisq; pro se & successorib. suis dictæ Ecclesiæ, in *Hagenhyl*, Rectoribus libere & expresse consensit. Quare prædicti *Caspar* & *Erasmus* nobis debita cum instantia humiliter & instanter supplicarunt, quatenus nos prædictæ missæ fundationem & dotationem, presbyteris que seu Capellani ordinationem ac missæ celebrationem admittere & ex speciali gratia confirmare dignaremur. Nos igitur opus tam laudabile & salubre, benigno prosequentes affectu, volentesque præfatorum *Caspari* & *Erasmi Geben* fratrum comendandum in Domino propositũ fauorabiliter promouere, præfatæ missæ celebrandæ fundationis presbyterisque seu Capellani institutionis & ordinationis contractũ, pro vtrite & rationabiliter factus & initus est in forma petia, iuxta donationis ipsorum *Caspari* & *Erasmi* fratrum litteram quam apud nostras præsentes litteras teneri volumus pro insertis & conseruari in

omnibus suis clausulis, Capitulis, & pœnis vniuersis authoritate nostra ordinaria omni via, ordine & modo, quibus melius de iure valere potest præsentibus confirmamus, approbamus, ratificamus, ac robur habere decernimus perpetuæ firmitatis, prædictam missam in perpetuum beneficium erigendo, saluis tamen iuribus Ecclesiæ parochialis in Hagenhyl, in cuius contemptum nihil approbare volumus, nec aliquomodo tenemur prohiben: sub intermin. diuini Iudicij, ne quis aduersus ea facere, aut ea ausu temerario præsumat violare, nec etiam quouis modo infringere. In quorum omnium euidens testimonium, & certitudinem firmiorem, præsentes fieri iussimus litteras, maioris nostri sigilli munimine roborat: Datum *Ratisbonæ*, Anno Domini Millesimo, quadringentesimo, quarto decimo, die verò vicesima quinta mensis Octobris.

ETAL MONASTERIVM ORDINIS S. BENEDICTI. &c.

IMPERATOR Ludouicus quartus (vt habet historia Monasterij, sed Ioannes Auent: in Annalibus suis, lib. 7. fol. 790. non meminit historiæ sequentis, forte non satis fide dignæ &c.) cum propter nimias impensas, quas in Italia fecerat, ita vt ei iam necessarij sumptus pro reditu in Germaniam deficerent, admodum sollicitus esset, venienti quadam die ad sese Monacho, & spem facienti, illum ex his malis emersurum: ea conditione, si postquam in Germaniam rediisset, Monasterium in loco suæ ditionis, quod dicatur Ampherang, in honorem Dei & beatissimæ Virginis Mariæ extrueret, fidem dedit, se illud sedulo executurum, & Cœnobium in prædicto loco sibi tunc ignoto conditurum. Quamobrem illico à quodam Regulo Italiæ, quem vna cum ditione sua libertatis iure donauit, magnam pecuniæ vim accepit; ita vt oppignorata omnia redimere posset. In Germaniam itaque reuersus, in Partenkirchen à quodam suo venatore Magistro, Henrico Vend nomine, exceptus est, ex quo de loco illo Ampherang quæsiuit; Cumque ille in vicinia iam esse diceret, eoque Imperatorem deduceret, iussit Imperator illic ligneam domunculam pro venatore ædificare, syluamque inibi olim latronum receptaculum extirpari, & ita Monasterium, quod promiserat erigi. in honorem B. Mariæ Virginis, posuitque primum lapidem, simul quoque offerens effigiem beatæ Virginis ex alabastro factam, quam illi Monachus in Italia dederat, quæ vsque hodie adhuc ibi ostenditur, in die Vitalis Martyris, Anno 1330. Instituitq; Abbatiam S. Benedicti pro 20. Monachis, quorum 14. Sacerdotes esse deberent: Primus Abbas ex Monasterio Reichenbach huc positus, nomine Fridericus Henrichreuter, post cuius obitum Priorem in Nidernaltaich, nomine Eberhardum, Abbatem huius loci fecit. Posuerat eodem loco tredecim Equites auratos emeritos; quorum vnus Magister ac superior esset, vna cum coniugibus eorum, ac aliquot viduis, quibus æquè ac Sacerdotibus omnia ad vitæ sustentationem necessaria præberi ordinauit, atque hoc Cœnobium vocauit Etal. Durauit hæc constitutio vsque ad obitum Imperatoris; postea filij ipsius bona illa & redditus ad se rapiebant, ita vt oportuerit illos milites hinc alio migrare. Et Abbas Eberhardus, resignatione facta, rediit ad suum Monasterium Nidernaltaich. Tertius Abbas, nomine Iodocus ab Agenvvang, fuit homo magnificus, sub quo Monasterium magnam suorum bonorũ iacturam fecit. sub huius Abbatis anno quarto Marchio, scilicet Ludouicus filius Imperatoris, qui antea multa bona abstulerat, constituit Aduocatum Monasterio nomine. Heinricum Eschilpeck, qui antea scriba Monasterij fuerat; hic magno ære alieno grauauit Cœnobium. Præfecit, deinde alium, nomine Fride-

ricum

ricum Glockner, ciuem Monacensem, qui itidem vltra mille libras denariorum damnificauit, ac quasi totum pessundedit Monasterium.

Postea non sine miraculo factum est, vt filius Glockneri, vna cum quodam amico suo, in die annunciationis beatæ Mariæ Virginis, quendam Eberhardum, Camerarium Marchionis, cui Marchio castrum Wildenberg donauerat, interficerent, ob id Glockneri pater & filius in exilium acti, castrũ Wildenberg Monasterio restitutum est.

Ludovicvs Imperator dedit huic Monasterio Comitatum Möringen, cum omnibus attinentiis suis, Aduocatiam in Lauterpach, in Hademaringen. 24. librarum Monacensium, Comitatum in Pitengavv, cum omnibus attinentiis, & cũ Aduocatia Raitenpuch & Staingaden, Aduocatiam in Habach; ablata postea per filios Ludouici & alienata: Quapropter etiam milites coacti sunt hinc migrare, vt supra dictum est, Anno 1332. Imperator Ludouicus emit, in ipso die S. Viti, ab Vlrico de Schöneck, Episcopo Augustensi, à Præposito, Decano, totoque Capitulo castrum Escheloch & forum Murnau, cum omnibus attinentiis suis, cum Ecclesiis Escheloch, Staffisee, Hugelfingen, quæ omnia huic Monasterio dedit, Anno 1358. Confirmatum est Monasterium Etal ab Vrbano V. Pont. Max. sub Abbate Conrado Kumerspruckher, qui hanc confirmationem ipse Roma reportauit, Anno 1363. Nonas Maij, Dominica post inuentionem S. Crucis, præsentibus illustrissimis Principibus D. Stephano, Duce Bauariæ, seniore, cum coniuge sua Margaretha, nec non filiis suis, Stephano, Friderico & Iohanne, cum coniugibus eorundem. Ecclesia hæc, quam prædicti Principes largis suis muneribus prosecuti sunt, in honorem beatæ Mariæ Virginis solenniter dedicata est à venerabili in Christo D. Paulo, Frisingensi Episcopo, ad cuius Diœcesim pertinet, sub Vrbano quinto, Pont. Max. & Carolo quarto: Interfuerunt, præter supra dictas personas Conradus Abbas in Tegernsee, Stephanus Abbas in Eberspeg. Conradus Kumerspruckher, Abbas huius loci, Vlricus Præpositus & Archidiaconus in Raitenpuch, Conradus Præpositus in Pollingen, Vlricus Præpositus in Schefflern, Vlricus Præpositus in Peulperg, Cnoradus Præpositus in Schlechdorff, & quinq; Canonici Frisingenses &c. cum aliis.

Sepulti sunt ibi Nobiles de Kumerspruck, alias ab officio dicti, die Jägermeister.

ADDITIONES.

Iohannes Dei gratia *Boemiæ* & *Poloniæ* Rex. ac *Lucemburgen:* Comes. Profitemur publicè per præsentes, quod nos ad requisitionem Serenissimi Domini nostri, Domini *Ludouici* Romanorum Imperatoris, nostrum assensum præstitimus liberum, tribuimus & consensum, cum in talibus Principum Electorum consensus donationibus debeat rationabiliter interuenire, vt Dominus noster Imperator aduocatiam Monasterij *Stayngadem* & districtum seu vallem *Ambergavv* quorum proprietas Imperio debebatur, tytulo veri dominij cum vniuersis suis iuribus, hominibus & pertinentiis quibuscunque, donare & tribuere valeat Monasterio dicto *Etal*, quod idem Dominus Imperator ibidem, ob perpetuam rei memoriã & laudem Dei duxit diuinitus construendum. In cuius rei testimonium præsentes conscribi & Sigillo nostro iussimus communiri. Datum in *Noua ciuitate* An. Domini Millesimo, Trecentesimo Tricesimo, feria quinta post diem Pentecostes.

Wir

WIr Vlrich von Gottes Gnaden. Erwölt vnnd bestaet zu Bischoff zu Auspurg. Thun chundt allen den die disen Brieff ansehent oder hörent lesen/ da wir chamē in vnser Capitel zu den Ersamen Herren/ Herren Krafften dem Tumbrost/ Rud dem Tegan/ vnd gemeinchlich zu vnsern Capitel/ vnd legten jn für/ als si selber wol westen/ vnnd wir zu vnser Gotzhauß in grosser Gült waren/ an Christen vnnd an Juden/ vnnd das dar vff gieng grosser schade/ von der Gült wegen/ di wir funden vor vnserm Voruaren/ Bischoff Friderich seelig/ der von dez Landes gebresten/ vnd dez vrluigs wegen inn grosser Gült geuallen waz. Da wurden wir mit einander zerat/ gemeinchlichen daz wir von vorindem noch von ligenden Gut nicht möchten vergelden/ wir chömen in grozzen schaden/ dem daz Gotzhauß nicht vberwinden möchte/ vnd haben angesehen als verre wir machten/ daz wir vergülten mit dem minsten schaden/ vnd haben dem Durchleuchtigen Fürsten vnserm gnadigen Herren/ Kayser Ludwigen von Rom verchaufft vnd geben recht vnd redlich/ mit der vorgenanten Herren dez Tumbrost/ des Teganß/ vñ gemainchlichen dez Capitels Willen vnd Gunst Eschenlach vnsers Gotzhusers buech Murnawe den Marget mit Luten vnnd mit guten/ swaz darzu gehört/ beschucht vnd vnbeschucht. Di Lut sin vnser aigen/ oder vnser Lehen/ Mülen/ Wazzer/ Wayd/ Velden/ Aecker/ Wisen/ Vischemen/ vnd Gericht/ vnnd swaz darzu gehört/ vnnd sunderwar die Chirchensetze der Chirchen ze Eschenlach/ ze Staffeler/ vnd ze Hugölfingen die zu dem Guten gehöret/ mit allen den rechten/ als wie sie biz her besezzen vnd braitt habē/ vnd habē niemals recht an denselben Guten verchauft/ danne die vnsere vnd Gotzhus allein vmb zwelffhundert pfunt Augspurger pfeüing/ die wir von jm empfangen haben/ vnd an vnsers Gotzhuses nutz gelart haben/ gar vnnd gaentzlich. Deselben Gut hat der vorgenant vnser Herre der Kayser gechaufft vnd gegeben dem Maister/ dem Abte vnnd dem Conuent gemainklich/ dez Closters vnser Frawen in dem Etal/ siner niwen Stifft ze rechtem aigen. vnd süln der vorgeschriben Gut/ jr gewären sin/ nach deß Landes recht vnd gewonheit/ vng swa si anspraechlich würden mit dem rechten diu Ansprach süln wir jn entlösen nach dem rechten/ als lang/ vnd in der frist/ als man aigen vnd Lehen staetigen vnnd vertigen sol. Wir gehaizzen auch für vns vnd für vnsere Nachchomen/ den vorgeschribn chauff staet zehalten ewichlich/ vnnd dawider nicht zechamen haimlich noch offenlich/ vnd verzihen vns aller der Schirm/ di wir gehaben oder gewinnen mochten/ von Geistlichen oder Weltlichen rechten/ oder vonn dheines Babstes/ oder Kaysers briefen die wir jetzu haben oder für baz gewinnen mochten/ vnd mit namen dez schirmes/ daz wir nach vnsern Nachchomen/ nicht mügen gesprechen/ daz wir an dem chauff vber daz halb tayl betrogen sin. Wir verzeihen vns auch mit Namen der gesetzt die da sprechent gemayns verzeihen helffe nicht vnd der gesetzt die anuahent. hocius porrectum &c. vnnd gemainchlich aller der Schirm/ Freyheit/ Brieff/ Gewonheit/ gesetzt vnnd recht/ damit wir chomen möchten wider den vorgeschriben chauff. Daz daz also staet vnnd vnzerbrochen beleibe dem vorgenanten vnserm Herren dem Kayser/ dem Maister/ dem Abte/ vnd dem Conuent dez Closters vnser Frawen in dem Etal/ niwen Stifft geben wir inn disem Brieff zu einem Vrchundte/ mit vnserm/ vnnd dez vorgenanten vnsers Capitels Jnsigeln versigelten/ die daran hangent. Der geben ist ze Auspurg. Da man vonn Christus Geburt zalt/ drüzehenhundert Jahr/ zwei vnd drezzigisten Jahr/ an sant Vites Tag.

Jn Gottes heiliger Drifaltigkeit/ vnd in vnser Fawen ehren. Haben wir Ludwig von Gotts Gnaden Remischer Keheiser ze allen zeiten merer deß Reichs disе ordenung ze vnser Frawen Etal gestiffet/ vnsern Herren Gott ze lob vnnd vnser Frawen ze ehren/ daz vnsern Herren als löblich vnd als andächtig darinnen gedient werde/ daz wir/ vnnd alle vnsere vordern vnd Nachchumen vnd alle Christenheit an Seel vnnd Leib gen Gott getröstet werden/ deß helff vns der Vatter/ vnnd der Sun/ vnd der heilig Geist/ ein ware Gottheit/ Amen. Bei dem ersten sollen sin zwenzig Münch sant Benedicten Orden/

der sullen

der sullen vierzehen Priester sin / vnnd dreizehen Ritter / der sull einer Maister sin / des des Closters Pfleg / mit allen sachen / vnd sullen die Münch jren Orden / vnnd die Ritter vnd Frawen jhr Ee recht vnd redlich halten / vnnd mit dheinen sachen vberfahren / yeder Ritter vnd sein Fraw sollen haben einen Knecht / vnd ein Dirn / vnd einen Haytzer. Es sullen die Wittiwen nit besunder Dienerinne haben. Jhn sol der Maister zwo Dienerin geben / die jn gemainlichen wartten. Ez sol auch die Maisterin ein besunder Dienerin haben die jr wart / ez sullen die Ritter dhein ander varw dragen dann pla vnnd graw. Vnd die Frawen nur pla vnnd schwele Ritter vnnd Frauu da empfangen werdent / die sullen dem Maister gehorsam thun an vnser Fraenw stat / vnd die sullen sie vestichlich behalten. Geschehe ach / daz sich ein Ritter begewen wolt vnnd sein Haußfraw nicht / daz mag er wol tun / daz die Fraw nicht gehorsam thuet. Sie soll aber als ordenlich lebē / als die andern dieweil der Mann lebt. vñ swan der gestirbt so sull si außvaren. Swelche Fraw nit gehorsam hat gethan / oder thun wolt / der ist man nichtz sultig dann jhr Pfründ von Kuchen vnnd von Kheller. Sturb aber einem Ritter sin Haußfraw / der mag ein ander nemen / die bei jm auff der Hoffstatt beleibet. Hät aber eines Ritters Haußfraw gehorsam gethan / so bleibet si in dem Chloster biß an jrn tod. Die Ritter sulln dhein ambt haben / dan daz sie der Maister tun haitzet. vnnd suln ach von der Hoffstat weder reiden noch gen / an des Maisters vrlab / oder schwen er sezet. Vnd suln die Frauen also der Maisterin ze geleicher wise gehorsam sin. Ez mag auch ein ander Fraw wol Maisterin sin / ob des Maisters Fraw nicht gut darzu were. Darnach sullen baide Ritter vnnd Frawen sich rainchlich halten an der Ee / vnnd mit einem stätten tugentlichen Leben / alle Zit auff der Hoffstatt beleiben. Ez sullen ach Ritter vnd Frawen ze Mettin / vnnd bey allen tagzeiten sein / si jrre danne Kranckheit jrs Leibs. Vnnd da sullen si jr Tagzeit sprechen / die jn gesetzet ist / vnnd sullen wolgezogenlichen ze Kirchen stan / vnnd alle zeit züchtig sin mit Worten vnd mit Werchen. Die Frawen sullen in der Kirchen mit nieman reden / weder mit Geistlichen noch mit Welthlichen / ez sey dan daz si beichten. Täten si ez darüber / so soll si die Maisterinne darumb bezzern nach jr beschaidenheit. Wann si aber beichten wellendt / so suln sie niden in der Kirchen offenlich sitzen. Ez suln auch Ritter vnnd Frawen alle Jahr fünff stundt vnsers Herren Leichnam empfahen / ze Weichnächten / an dem Antlaz tag / an dem Ostertag / zu Pfingsten / vnd an vnser Frawen Tag in der Vasten. Ez sull auch etlich Fraw an jren Stul ze Kirchen stan / ez sei dan ob si vor Khranckheit hinuf nit komen müg. Vnd sullen ach die Maisterinn / vnd die Frawen einen Beichtiger haben. Vnnd ob si ze Krieg wurden / so sull jn der Abt einen geben nach des Maisters vnd der Ritter raht. Ez sul ach der Maister vohr den Rittern / vnd die Maisterin vohr den Frawen disen Brieff alle Monat vor dem Tisch / zu einem mall haitzen lesen. Vnd sul der Maister mit den Rittern vnd die Maisterin mit den Frawen alle Freytag Capittel haben / vnnd die Frawen sullen allezeit vor dem Tisch zwen Paternoster sprechen vnd hinnach drei in der Kirchen. Ez sullen auch Ritter vnd Frawē alle Freytag vnd ander Vastag / die der Khristenheit gesetzt sind vasten vnd ehren / si enmugen dan vor Ehranchheit / so sullen sie ezen mit des Maisters vnnd der Maisterin vrlab. Vnd dieselben Vastag sullen jr Diener vnnd Dienerin ach halten. Ez sullen die Frawen inn dhein Hauß gehn auff der Hoffstat / ez gehe dann die Maisterin mit / möcht si aber selb mit jr nicht / so soll si zwo andere Kritters Frawen an jr stat mit ze sicken / doch mag ein Ritters Fraw zu der andern wol gehn an vrlob. Si sullen ach ob der Hoffstat nit Kirchverten an der Maisterin vrlob / vnnd die sull aines anderen Ritters Frawen mit jhr senden / oder sie var selb mit jhr / gescheh ach des Gott nicht entwelle / daz sich ein Ritter vergäst an der Ee / mit einer ausern auss-

serhalb

serhalb deß Closters/ den sul der Meister bezzen/ entsezen in offen seinige buzz ze Kirchen vnd ze Tisch/ also daz er in der esse Stuben vor andern Rittern auff der Erd Wazzer vnd Brot ezzen sul/ als lang als dem Meister vnd die Ritter duncht daz er woll gebezzert hab. Beuelles er aber auff der Hoffstatt mit einer andern Frawen/ dann mit eines Ritters Frawen/ so sull man jhn legen in einen Thurn/ vnnd jhn darein mit Wazzer vnnd mit Brot als lang halten/ als der Meister vnd die Ritter gut dunchet. Geuiel aber ein Ritter vff der Hoffstat/ mit eines Ritters Fraw / oder eines Ritters Fraw mit einem Ritter/ die sullen die Hoffstatt raumen/ vnd der Pfründt ewiglichen entberen/ vnnd swan jeman vmb sol vnkeisch/ oder vmb andere sache die wider Gott wären/ beschultigt würdt/ daz sol man vor dem Maister oder vor der Meisterin bewären mit zwien oder mit drei den zegelauben sei ehe daz man si darumb zubüzzen seze. Sie sollen auch nit dantzen weder Ritter noch Frawen/ heimlich noch offenlich/ werez darüber thät/ den sul der Meister oder Meisterin darum straffen nach bescheidenheit. Si sullen sich ach hütten vor trunckenheit/ vnd von allen vngeürten Leben/ vnd sullen weder würff zabel/ nach dhein andere spil vmb gelt nichts treiben/ an vnder jhn selben/ oder mit andern gar Erwegen Luten/ mügi sie durch kurtzweil spilen/ vnd nicht anders. Die Ritter mügen ach also durch kurtzweil auß dem Armbrust siezzen/ es mügen ach die Ritter alle kurtzweil wol treiben/ mit Pysen/ mit Baizen/ mit Jagen/ mit deß Maisters Vrlaub/ vnnd waz zu taghalt gehört. Es sullen ach baide Ritter vnd Frawen fridtlichen vnd ainmütiglichen mit einander leben/ wer des nit that/ den soll der Maister oder die Maisterin darumb vestiglichen straffen vnd buzzen. Vnd sullen in deß ander Ritter vnd Frawen beholffen sein. Vnnd soll sich ach dhein Ritter Zeumminne annemē ob man jn sein Fraw straffet vnd buzzet. Vñ welch Ritter dē Maister oder welch Fraw der Maisterrinne nit gehorsam vñ vnderthenig sin wolt/ den soll man dhein pfründt geben/ noch jhren gesinnt. Ist aber ein Fraw der Maisterin gehorsam/ so soll man jr vnd jhre Jungkfrawen jhr pfründt gewen/ ist si aber vngehorsam gewesen/ swan sie daz erkennet vnd gehorsam sein will so soll man jhr die pfründt wider geben. Man soll si aber festiglich Straffen. Wolten si aber ze lang inn der Vngehorsam vnd hertigcheit beleiben/ er wär Ritter oder Fraw/ die sullen von dem Closter vahren/ vnd soll sich der Maister aller jre hab vnderwinden/ biß auff die Zit/ daz sie nach des Conuentz raht vnnd willen Leben. Es sullen baide Ritter vnnd Frawen ob dem Tisch nicht reden an des Maisters oder der Maisterin vrlaub/ man soll jn ach ob tische tusch lesen das gutlichsten vnnd sullen beide Ritter vnnd Frawen alle bei einnander ezzen vnd jhr statt an tisch alle tag verwandlen/ vnnd der Maister vnd die Maisterin sullen an den wirdigisten ortten sitzen. Es sullen auch zwen Ritter vnd zwo Frawen mit einander ezzen/ vnd swall vbrige chost von jren Tisch kumbt/ die sol man in das Allmusen legen. Sich soll ach dhein Ritter oder Fraw vber die anderer bekleiden an des Maisters oder der Meisterin vrlaub. Die Ritter mügen wol Hosen tragen der varb die jhn erlaubt ist vnd fleth Hut/ gulden Gürttel vñ Sporn/ vingerlin vnd beschlagen Metzer ob si/ wellen. Es sullen auch der Maister vnd die Ritter gewöhnlich vff der Hoffstatt beliben. Müsten si aber von des Closters wegen derab reitten/ so sullen jhr Frawen dieweil si auss sindt bei der Maisterin/ oder bey jrrer verweserin beleiben/ ob sie selb dahin nicht wär/ vnd bei jn ezzen vnd wohnen tag vnd nacht/ swelche deß nicht thät/ der sol man dhein pfründ gewen nach jrrer Junchfrawen/ vnd sol si die Meisterin swärlich büzzen. Es soll auch der Maister dheinen Ritter empfahen an der Ritter willen vnd gunst/ vnd den sie gemeinlichen jagent vff ihr gehorsam daz er dem Closter nutz vnd gut sei. Vnd swelcher Ritter da empfangen wirdt/ der soll vir baz recht tün vor dem Maister vmb alle sache/ dann vmb Erw vnd vmb aigen. Vnd swen si empfagent der sol sich vor darzu bereit haben/ das er Gotts leichnamen nem/ mit sambt seiner Haußfrawen. Es soll der Maister mit der Ritter Raht ein Meisterin sezen/ vnd sullen die Frawen damit nit zeschaffen haben. Es sullen weder der Maister noch die Ritter daheimen Diener haben der der Hoffstat nicht nutzlich

sei/

sei/swer jn darüber haltt/ den sul der Maister buzzen vmb sein vngehorsam/ vnnd ob der Maister einen hiet/der sul jn ach lazzen bei der gehorsam. Ez sul der Maister die Münche in dem Closter ehrlichen vnd woll handeln/vnd ob je einer sich würd den sol er geben wez er bedarff/vnd in gar gütlichen thun. Wer aber ein Ritter oder sein Fraw Kranck / also dez si ze Tisch nith komen möcht/die sol der Meister ach besorgen / vnnd in gar gütlichen thun an chost/vnd waz si bedürffen. Ez sol weder der Maister mit dem Ritter/noch die Ritter mit dem Maister/noch die Ritter selb vnder einander dheinerley besunder buntnutz nimmer thun noch machen/vnd welche ez darüber theten / wan man dez gewar wird so sullen dieselben ewiglichen enberen/ vnd sullen auch von den Chloster varen. Es sull auch dhein Ritter/ seine Kindt vff der Hoffstatt haben/dann die Kindt die darauff geboren werdent / dieseben Kinder sullen vff der Hoffstat deu Jar beliben vnnd nicht lenger/ vnnd sull in der Maister dieselben Zit geben wez si betürffent. Ez soll ach ein Maister gantzen gewalt haben vber alle sin Amptlutt / zusetzen vnnd entsetzent. Es soll ach ein Maister vier Pferdt haben / einen Lauffer vnnd drei Pfert einen geriten Koch/ zween Jungherrn / einen Schreiber/ einen geriten Jäger mit zwelff Hunden vnnd einen Laidhundt / vnnd einen geriten Valckner vnnd zween lauffent Knecht. Ez sullen ach die Ritter auff der Hoffstatt khein Pfert haben / vnnd soll der Maister acht Pfert haben da er jn mit wardt / vier Zeltent Pferdt vnnd vir Knechs Pferdt. Wer ach ob ein Maister icht thät das dem Closter schad wer / swelcher Ritter des jnne wird/der soll in heimblich zu red setzen vnd dauon weisen. Wolt er jn aber nicht folgen/ so soll er es einem andern khundt thun der mit jhm gehe zu dem Maister vnd jhn baß zu red setzen/vnnd in fruntlichen daruon wisen/ wolt er dan jn baiden nicht folgen/ so mügen si etzt dan die Ritter allen lazzen wizzen/ vnnd die sullen jn dane freundtlichen dauon wisen / vmb daz alle sambt mugen die Ritter einen Maister nicht ensezen. Sie sullen es bringen an den der dann Herr ist vom Lande/ vnd der soll sich dan eruaren ob der Maister recht / oder vnrecht hab. Jst dann daz der Maister gerechter stehet vor dem Lantz Herrn / so sol er bi sinem Ambt beliben als vor/stehet er aber vngerechter so mügen dan die Ritter einen andern Maister sezen / nach das Lantz Herren raht/ Gunst vnd Willen. Vnd die Ritter sullen ach dheinen vnsern Ritter nemen ze Maister/dan der vor gehorsam hat gethan in dem Chloster/vnd sol ach dhein Meister noch Ritter den Lantz Herren nicht geltz darumb geben/ vnd soll es ach der Lantz Herrn von in nit nemen. Swelcher Ritter ez darüber thet/oder der Maister/als man das gewahr wirdt/der sol der Pfründt ewiglichen enbern. Vnd wann wir der obgenant Cheiser Ludowig/ stiffter si in des Closters zu Etal/so welnwir/vnd ist alle vnser mainuug vnd hoffnung/daz disc Ordnung/ oder ob icht mer darzu gesetzt wirdt/ daz Gott loblich vnd dem Closter nutzlich ist/vnsern Herrn Gott/vnd vnser Fraw sante Mariezc lob vnd ze ern ze Heil vnser/vnserer Vordern vnd Nachkhomen seele/ von allen Rittern vnd Frawen/die jetzu in dem Chloster sindt oder darin kumment ewiglichen behalten werde.

Vnd daz disc Ordenung mit Gotshilff also ewiglichen stät vnd vngemailigt behalten werde haben wir disen Brieff geben/ versigelten mit vnsern Cheiserlichen Jnsigel. Das ist geschehē ze dem Etal/des nächsten Montags nach vnser Frawen Tag als si ze Himel vur/ nach Christes geburt dreuzehenhundert Jar/ vnnd in dem zwai vnd dreisigisten Jar/ inn dem achtzehenden Jar vnsers Richs / inn den fünfften des Cheiserthums.

WJr Ludwig von Gotes Gnaden/Margraff ze Brandenburg / Phallentzgraff bi Ryn/ Hertzog in Beyrn/ vnd des Heiligen Rychs Obristcr khaun / verichen offenlich an disen Brieff/ vnd tun kunt allen den die jn ansehent/ oder hörēt lesen/

swaz der Durchleuchtig Fürst/vnser lieber Herr vnd Vatter/Keyser Ludwig von Rome hintz seinem nuuen Closter ze sant Maryen//ze dem Etal des Richs gut gemachet vnd gegeben hat/od̄ hinanfür macht vñ gibt daz/daz mit vnserm guten Gunst vñ willē geschehē ist/ vnnd ach geschicht/vnnd bestetigen dieselben Gyft als oben geschriben ist/ von vnsern Gewalt den wir haben/wann wir der Kurfürsten einer sin/ ewiglich stet zehaben vnnd zehalten/vnd darwider nimmer zekomen/ mit disem vnsern gegenwertigen Brieff/ den wir darüber geben ze einen waren vrchunde/ mit vnserm Insigel. Der geben ist ze Nurenberg/ am Mitwoch in dem Pfingsten. Da man zalt von Christes geburt driuzehenhündert Jar/ darnach in dem drui vnd dreizzigesten Jar.

WIr Ludwig von Gotes Gnaden/ Römischer Keiser ze allen zeiten/ merer des Reichs. Veriehen vnd tun kunt offenlich mit disem Brieff/ allen den die jn sehent/ hörent/ oder lesent/ daz wir durch Gott vnd vnser vordern Sel willen/ den Kirchensatz/ der Kirchen zu Eglingen/ die von vns vnnd dem Hertzentum ze Bayern/ Lehen gewesen ist/dem Maister vnd dem Chloster ze vnser Frawen Etal vermacht/ geben/ vnd verlichen haben. Also daz derselb Maister/vnd daz Kloster/ fürbas mit der Kirchen vnnd mit allem nutzen/die dauon geuallent/schaffe/vnd tun sullen vnd mügen/ alles daz jn nutz vnd gut ist. Vnnd daz zu einem verchund geben wir disen Brieff versigelten mit vnserm Kayserlichen Insigel/der geben ist zu Nurnberg an sant Mathie tag/nach Christus Geburt driuzehē hundert Jar/vnnd darnach in dem niun vnnd dreissigisten Jar/in dem finf vnd zweinzigisten Jar vnsers Reichs/vnd in dem zwelften des Kaisertums.

WIr Ludwig von Gottes Gnaden/ Römischer Kayser ze allen zeiten merer des Reichs/tun kunt offenlichen mit disem Brieff/das wir die Pfarr Kirchen vnd die Capelle ze Gundelfingen mit allen rechten/nutzen vnd Gülten/ die darzu gehörent/geben/ vnd gemachet haben/ vnserm Closter zu dem Etal. Also daz dieselbe Pfarrkirchen rnd Capelle/mit jr rechten nutzen vnd zugehörenden daz vorgenand Chloster ewiglichen haben vnd niezzen sol/ Vnd gebieten allen vnsern Amptlutē/ Vitztumen/ Richtern/ die jetzu sint/ oder für bas werden vestiglich ernstlichen/ daz si vnser vorgenantes Closter ze dem Etal daran nicht hindern oder jrren/bi vnsern Hulden. Och wöllen wir ob hintz oder vorige Pfarr Kirchen vnd Capellen. Luten vnnd Guten jemand icht zusprechen oder zu klagen hab. Daz der Recht vor einem Maister ze dem Etal swer dan Maister ist/nemen vnd suchen sol/oder wen er es entphilhet/vnd darwider sol si nieman benätten oder bekhrenchē/mit dheinen sachen. zur vrkhunde gebē wir disen Brieff/mit vnserm Keiserlichē Insigel. Der geben ist zu Ingolstatt/des Erigtags vor dē Auffertag/ nach Christus Geburt druzehen hundert Jar/ vnd in dem vierzigisten Jar/in dem sechs vnd zweinzigisten Jar vnsers Richs/vnnd in dem dreizehenden des Keisertums.

WIr Ludwig von Gotts Gnaden Römischer Kayser zu allen Zeiten/ merer des Reichs. Kunden offenbar an disem Brieff/ allen den die jn ansehent oder hörent lesen/daz wir durch Gott vnd durch Heyl vnser Vordern vnd Nachkomen/ an dem Reich König vnnd Kayser Sele/ die Burg vnnd daz Dorff zu Möringen daz gelegen ist in Lande ze Bayern/ zwischen Menichingen vnnd Rysingen/ mitdem Kirchensatz daselben/ mit allen Gerichten/ si gen zu den Todt oder nicht/ vnnd mit allen Nutzen/ Gülten/ Rechten/ Eren/ Freiheiten/ vnd Gewonheiten/ mit Leuten vnnd mit Guten/ ze Dorff/ ze Velde/ze Wasser/ ze Holtz/ an Acker/ an Wismat/ an Wayd/ mit aller Hofmarich/ vnnd mit allen dem daz darzu gehört/ wie daz genant ist/ besucht/ vnnd vnbesucht/ vnsern Closter ze vnser Frauen Etal/zu einem freyen ledigen eignen gegeben haben vnnd geben ach mit disem Brieff von vnserm Kayserlichen gewalt also daz der Maister vñ die Personē/die jetzundt daz dēselbē vnserm Kloster wonend sind od̄ fürbaz wesehaft da wūt/die vorgeschribē Burg vñ daz Dorf ze Möringē mit allē

zuge-

zugehöretē als oben benennet ist ewiglichē /vnd an allen jrrungen besitzen/niezzen vnd haben sullen/als ander des offtgenanten Gotshus ze dem Etal/ aygeniw Freyew/vnnd ledigew gut. Vnd darüber zu einem vrchunde geben wir jm disen Brieff mit vnserm Keyserlichen Jnsigel versigelten/der geben ist ze Vilshouen an sant Paulus tag als er bekert wart/ do man zalt von Christus Geburt dreuzehenhundert Jar/ darnach in dem ainem vnd vierzigestim Jar in dem siben vnd zwanzigisten Jar vnsers Reichs/vnnd in dem vierzehenden des Kheiserthumes.

WJr Ludwig vonn Gottes Gnaden Römischer Keiser ze allen zeiten merer des Reichs verichen vnd tun chunt offenlich mit disem Brieff/ daz wir durch Gott ze vorderst/vnd auch durch vnser/vnd vnserer Voruaren vnd Nachkomen Seel vnd Heil/ vnd auch durch besunder gunst/gnad/vnd lieb/ die wir haben zu vnsern neuen Stifft des Chlosters ze vnser Franen Etal/ dēselben Chloster/dem Maister/vnd dem Personen die dar ze gehörnt vnd auch der inne wonent sint geaygent/vnnd für ain ledigs aygen vnd Gut/geben haben. Vnd geben auch mit disem Brieff von vnserm Kaiserlichē gewalt/ze haben vnnd ze niezzen ewichlich an alle jrrung vnnd gerüwichlichen ze besitzen/ Peytengaw/ Burg vnd Dorff vnd alle die Gut die dar ze gehörnt wie die genant sint/ mit allen den nutzen/ Rechten/ Freyheiten/ vnnd Gewonheiten/ die darzu gehörnt/ die wir vnd daz Reich hie disshalb des Lechs habent/vnd die di Amplut ze Schongaw vō vns vnd dem Reich inn gehabt habēt/oder noch habent mit allē den Ehafften/Herschafften/Vogteyen/vnd Gerichten/si gehören zu dem Tod oder nicht/vnd vmb Erbe vnd vō aigen/oder wie die genant sint oder mügen werden/Weltern/Dörffern/Velden/Ackern/ Wazzer/Wismad/Vischwaid/vnd Gerautten/Aigen/vnd Lehen/vnd mit andern Guten wie die genant sint/besucht vnd vnd vnbesucht/Aigen als Aigens Recht/Lehens als Lehēs Recht/in aller der weis/rechten vnd gewonheit/ als si di vorgenanten Herschafft wie vnd daz Reich/vnd die Amplut die di vogen Herschafft inne habent gehabt/ herbracht vnnd genozzen habent also daz daz vorgenant vnser Gotzhus ze Etal/der Maister/ vnd Person da selben/fürbas ewiglichen/vnd an alle jrrung vnd hindernuzz/ dieselben Herschafft vnd Gut als vorgeschriben statt inne haben/ einnemen/ vnnd völlichlichen niezzen sullen als jr ledigs vnd freyes Gut. Vnd dauon wellen vnd gebieten wir allen vnsern des Reichs getrewen Lantvogtē/Vogten/Viztumē/Pflegern/Steteē/ vñ andern wie die genant sint/ vestigliche bey vnsern vnnd des Reiches hulden/ daz si daz vorgenant vnser Gotzhus zu Etal/ den Maister vnd die Person daselben/an den vorgenanten Guten vnd Herschafft nicht jrren/oder mit nichtiw beschweren noch hindern/sunder/daz si vnsern Gotzhus dem Maister vnd den Personen daselben beholffen sein/ob si jeman darā wolt bechrenhē. Wer des nicht entet der soll wizzen/daz der swerlichen in vnser vnd des Reichs vngenad geuelt: vnd darüber ze einem vrchund geben wir in disen Brieff versigelten mit vnserm Kaiserlichen Jnsigel. Der geben ist ze München/ am Eritag vor sant Waltpurgen tag/nach Cristus geburt driuzehenhundert Jar/ darnach in dem drey vnd vierzigistē Jar/ in dem neun vnd zwainzigistē Jahr vnsers Reichs/vnd in dem sechzehenden des Kayserthums.

HEnricus Dei gratia electus & confirmatus Eccleſiæ *Auguſtenſis*, Eberhardus Præpoſitus, Rudolph⁹ Decanus, totumq; Capitulum eiuſdē Eccleſiæ, vniuerſis quib. præſentes exhibitæ fuerint, ſalutē in oīm ſaluatore. Quoniā Imperialis fortuna, q̄ celeſtis prouidentia mundo prętulit & mirifice magnificauit, in perſona Ser^mi. D. Ludouici Rom: Imperatoris munificentia largitatis locum in *Etal* in ſolemnē conuentū erexit, & exaltationē Catholicæ fidei nec non diuini cultus augmentationē excellenter dotauit. & ſublimiter decorauit, & ſpecialiter Eccleſias *Laubingen*, *Gundelfingen*. ambas. *Mörngen*, *Menchinen*, *Eglingen*, *Andorf*, *Staffelſee* & *Eſchenloch* dioc: *Auguſten*· incorporari, donari, nec non vniri benigniſſime procurauit, vt ibi ſpiritualia quæ ſine temporalib. non ſubſiſtunt vigeant, & p̄ conſolationes recipiant incrementū, nos eiuſdē precib. inclinati nec non

cupientes eius beneficiis & fauoribus, quibus nos & Ecclesiam nostram specialiter prosequitur & frequentius impendendo nostris necessitatibus occurrit familiariter & humiliter vices rependere singulariter vniuersi conuenientes in capitulo nostro, seruatis omnibus quæ requiruntur in talibus tàm de consuetudine quam de iure, communiter nullo penitus discrepante, liberaliter concedimus & indulgemus per gratiam specialem, quod nos prædictus *Henricus* electus & confirmatus *Augustens*: Ecclesiæ, nec non nostri successores, qui pro tempore fuerint ab eisdem Ecclesiis vel earum clericis, seu qualibet earum vel quolibet eorum nihil præter Kathedraticam exigemus nec aliqualiter requiramus, quibuscunque causis vel colorib. exquisitis: Volentes, constituentes, diffinientes, & ordinantes, promissa perpetuo inuiolabiliter perdurare. In quorum omnium euidentiam & debitam firmitatem præsentes conscribi fecimus, & sigillis tâm Episcopali quam capituli nostri legitime roborari, ad certitudinem præsentium & memoriam futurorum. Dat. *Augustæ* An. Domini M.CCC.XLI, in octaua S. Ioannis Baptistæ.

WIr Stephan von Gotts Gnadē Pfallentzgraff bei Rin/ vnd Hertzog ze Beyrn. Bekennen offenlich mit disem Brieff das wir dem Ersamen Geistlichen Mañ/ dem Abbt/ vnd dem Conuent des Chlosters ze Etal / vnsern lieben Diemütigen geheizzen haben/ bei vnsern Gnaden vnd Trewen/ daz wir dheinerlei Gut/ Nüzze/ Gült/ oder Kirchen/ die si jezu auff disen hiutigen tag jnne habent/ vnd die jn vnser lieber Herr vnd Vatter Kaiser Ludwig von Rome selig/ geben vnd verlihen hat. Von dhainerlei sache oder notwegen/ fürbaz nicht mehr verleihen/ verkümmern nach versetzen sullen/ vnd wellē si vff den selben jrn gutē/ nutzē vñ Kirchē gen allermeniklich genediglich vnd trewlich beschirmen vnd versprechen vff recht/ swo in des not beschicht. Vnd des zu einem vrkundt geben wir disen Brieff versigelten mit vnserm Jnsigel der gebē ist ze München am Eritag vor dem Palmetag/ nach Christes Geburt driuzehen hundert Jar/ vnnd in dem neun vnd vierzigisten Jar.

VRBANVS Episcopus seruus seruorū Dei, Dilectis filiis .. Abbati & Conuētui Monasterij S. Marię de *Etal* Ordinis S. *Benedicti Fryſingē*: dioc: Salut. & Apostolicā bened. Cum à nobis petitur q, iustū est & honestū ..... ordo exigit rationis vt id per solicitudinē officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter ..... vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras & locum, quo diuino estis officio mancipati, cum omnib. bonis q̄ in præsenti rationabiliter possidetis & in futurum iustis modis præstante Domino poteritis adipisci, sub B. Petri & nostra protectione susc ipimus, specialiter autē decimas, pascua, nemora, possessiones & alia bona vestra sicuti ea oīa iustè & pacificè possidetis, eidem Monasterio autoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio cōmunimus, salua in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Nulli ergò omnino hominū liceat hanc paginā nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attēptare pręsumpserit, indignationē omnipotentis Dei & beatorū Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurū. Dat. *Romæ* apud S. Petrum x. Kl. Martij Pontificatus nostri anno sexto.

A de Fabrica

Oliuerius.

Sigismundus diuina fauente clementia Rom: Imperator, semp Augustus ac Hūgariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croaciæ &c. Rex, ad ppetuā rei memoriā. Notum facimus tenore præsentiū vniuersis ad hoc sumi dispensatione præsidij principalis Monarchię obtinuim⁹ principatū, ad hoc sacri Imperij suscepim⁹ dyadema. Vt si ad alia extrīseca nos sollicitudo cōtinua prouocet, ad ea tamē, q̄ statū felicē & quietū, ac incrementū iuriū, gratiarū, & libertatū, p̄sonarum religiosarū respiciunt

ſpiciunt, tanto intendamus vberius, quanto noſtrũ præ ceteris mundi Principib. ſoliũ magnificentius erexit celeſtis prouidẽtia creatoris. Sane pro parte religioſorũ *Conradi* Abbatis & Conuentus Monaſterij *Etal* Ordinis S. *Benedicti Fryſingen:* dyoc. deuotorũ noſtrorum dilectorum, noſtræ celſitudini extitit humiliter ſupplicatum quatenus ipſis, & eorum monaſterio, vniuerſa & ſigula iura, gratias, priuilegia, libertates, indulta, munimenta, litteras, bona, poſſeſſiones, & prædia ac homines, ipſis à diuis Romanor: Imperatorib. atq; Regibus, predeceſſoribus noſtris felicis recordationis ac principibus, ſiue aliis quibuſcunq; Chriſti fidelib. data, donata, & conceſſa, ac datas, donatas, & conceſſas, & ſignãter litteras Sereniſſimi *Ludouici* Rom: Imperatoris, ac Illuſtrium Principum *Stephani Friderici Stephani* & *Iohannis*, ac aliorum *Bauariæ* Ducum, & omnia in eis contenta de benignitate imperiali ratificare, approbare, & confirmare gratioſius dignaremur. Nos itaq; ſupplicationibus huiusmodi Majeſtati noſtræ, à præfato Abbate & Conuẽtu Monaſterij prelibati humiliter factis, benigni⁹ inclinati, conſiderãtes petitionẽ eorum rationabilẽ atq; iuſtã. Ipſis & eidem Monaſterio *Etal* vniuerſa & ſingula iura, gratias, priuilegia, libertates, indulta, munimenta, literas, bona, poſſeſſiones, emptiones & prædia, ac homines, ipſis à diuis Rom: Imperatorib. Regib. & ſignanter *Ludouico* Imperatore, nec non ab Illuſtrib. Principib. *Stephano Friderico Stephano* & *Iohanne*, ac aliis Chriſti fidelibus, obtenta & obtentas, quantum rationabiliter & legitime proceſſerunt. in omnib. ſuis punctis, clauſulis. ſententiis, & articulis. non per errorẽ aut improuide, ſed ſano Principum, Comitum, Baronũ, & procerũ noſtrorum accedente conſilio ex certa ſcientia, & de Romanę Imperialis poteſtatis plenitudine, approbauimus, ratificauimus, iñouauimus, & cõfirmauimus: Decernẽtes ea & eas perpetuã obtinere roboris firmitatẽ, ac ſi præsẽtib. de verbo ad verbũ, ſeriatim eſsẽt inſertæ. Nulli ergò omnino hominũ liceat hanc noſtræ approbationis, ratificationis, innouationis, & confirmationis paginã infringere: aut ei quouis auſu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attemptare præſumpſerit, indignationẽ noſtrã grauiſſimã, & pœnã in litteris prædeceſſorũ noſtrorum & aliorum contentã, ſe nouerit incurſurũ. Mediã noſtro & Imperij ſacri fiſco ſiue erario, & reſiduam partẽ dictis Abbati, Conuẽtui, & Monaſterio irremiſſibiliter perſoluendam. Præſentium ſub noſtræ imperialis Maieſtatis ſigillo teſtimonio literarũ. Datum *Baſilee* Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo triceſimoquarto, die viceſima octaua menſis Aprilis, regnorum noſtrorum anno Hungariæ &c. quadrageſimo octauo, Romanorum vigeſimo quarto, Bohemiæ quartodecimo, Imperij verò primo.

Ad mandatum Dom. Imperatoris, D. Gaſpar Sligk Milite Cancellario referñ. Hermanus Heocht.

BOnifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, dilectis filiis *Conrado* Abbati & Conuentui Monaſterij B. Mariæ in *Etal* ordinis S. *Benedicti Auguſten:* dioc: ſalutem & apoſtolicã benedictionẽ. Expoſcit veſtræ deuotionis ſinceritas & religionis promeretur honeſtas, vt tam vos quos ſpeciali dilectione proſequimur, quam Monaſteriũ veſtrũ dignis honorib. attollamus. Hinc eſt quod nos veſtris in hac parte ſupplicationib. inclinati, vt tu fili Abbas & Succeſſores tui Abbates dicti Monaſterij qui pro tempore fuerint, mitra, baculo paſtorali, ſandaliis & aliis põtificalib. inſigniis libere poſſitis vti, nec non quod infra ſepta dicti Monaſterij benedictionem ſolemnẽ poſt miſſarum, veſperarum, & matutinarum ſolemnia, dummodo in benedictione huiuſmodi aliquis antiſtes, vel ſedis apoſtolicæ legatus præſens non fuerit, elargiri poſſitis, felicis recordationis *Alexandri* PP. 4,

prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Abbates, & aliis quibuſcunq; conſtitutionib. apoſtolicis in contrarium editis, nequaquã obſtantib. vobis & eiſdem ſucceſſorib: autoritate apoſtolica deſpeciali gratia tenore præſentiũ indulgemus. Nulli ergò omnino hominũ liceat hanc paginã noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attẽptare preſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei & beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurũ. Dat. *Romæ* apud S. Petrum Id: Nouemb: Pontificatus noſtri anno primo.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio officiali Auguſten: ſalutem & apoſtolicã benedictionẽ. Ad audientiã noſtram peruenit q̃ tam dilecti filij, Abbas & Conuent⁹ Monaſterij in *Etal* ordinis S. *Benedicti Friſingen:* dioc: q̃ prędeceſſores eorum qui fuerunt ꝑ tempore, decimas, ſenſus, fructus, reddit⁹, prouentus, terras, agros, vineas, poſſeſſiones, dom⁹, prata, paſcua, ſyluas, iura, iuris dictiones, ornamenta eccleſiaſtica, pecuniarum ſumas, & quædã alia mobilia & imõbilia bona ipſius Monaſterij datis ſup̃ hoc literis confectis ex inde publicis inſtrumentis, interpoſitis iuramentis, factis renunciationibus, & pœnis adiectis in grauẽ ipſius Monaſterij leſionẽ, nonnullis clericis, & laicis aliquib. eorum ad vitã quibuſdã vero non modicũ temp⁹ & aliis perpetuo ad firmam vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, quorum aliqui dicuntur ſuper his confirmationis litteras in forma cõmuni à ſede apoſtolica impetraſſe. Quia verò noſtra intereſt ſuper hoc de opportuno remedio prouidere, diſcretioni tuæ ꝑ apoſtolicas ſcripta mandamus, quatenus ea quæ de bonis ipſius Monaſterij per conceſſiones huiuſmodi alienata inueneris illicite vel diſtracta, non obſtantib. literis, inſtrumentis, iuramẽtis, renunciationibus, pœnis, & confirmationib. ſupradictis, ad ius & proprietatẽ eiuſdẽ Monaſterij legitime reuocare procures, contradictores per cenſurã eccleſiaſticã, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes aũt qui fuerint nominati, ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimoniũ perhibere. Dat. *Florentiæ* Anno Incarnationis Dominicæ M.CCCC.XXXV. Non: Auguſti, Pontificatus noſtri, anno quinto.

EVgenius Epiſcop⁹ ſeruus ſeruorũ Dei, dilecto filio Abbati Monaſterij in *Benedictenbaürn Auguſten:* dioc: ſalutẽ & apoſtolicã benedictionẽ. Apoſtolicæ nobis deſup iniũctę ſeruitutis officiũ mentẽ noſtrã excitat & inducit, vt circa ea q̃ pro religionis & diuini cult⁹ augmento ꝑ futura conſpicimus operioſis iugiter ſtudiis intendam⁹, & illis q̃ propterea ꝑ ceſſiſſe cõperimus vt illibata perſiſtant libẽter cũ à nobis petitur apoſtolici volumus adiici muniminis firmitatẽ. Sane ꝑ parte dilectorũ filiorũ *Cõradi* Abbatis & Conuent⁹ Monaſterij in *Etal*, ordinis S. *Benedicti Friſingen:* dioc: nobis nuper inhibita petitio continebat, quod olim diuę memoriæ *Ludouicus* Rom: Imperator, charitatis & denotionis zelo, ſuccenſus præfatũ Monaſteriũ ꝑ diuini cultus incremento ac religionis propagatione de ſuis bonis cõſtrui, erigi & fundari fecit, illiq; ius patronatus ſibi in parochialibus in *Gundelfingẽ*, in *Laugingẽ*, in *Echlingẽ*, *Menchingẽ* & *Möringẽ*, *Auguſten:* dioc. Eccleſiis tunc cõpetens in ꝑpetuũ donauit. prout in literis autentici deſup confectis, ipſi⁹ Imperatoris ſigillis munitis dicitur pleni⁹ cõtineri. Quare ꝑ parte Abbatis & Conuent⁹ prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum vt conſtructioni, erectioni, fundationi, & donationi prædictis, pro firmiori illarũ ſubſiſtentia *robur* apoſtolicæ confirmationis adiicere, & alias ſuper his oportune prouidere, benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur q̃ de premiſſis certã notitiã non habemus, huiusmodi ſupplicationib. inclinati diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandam⁹ quatenus ſuper præmiſſis omnib. & ſingulis eorũq; circũſtantiis vniuerſis autoritate noſtra te diligẽter informes, & ſi ꝑ informationẽ huiuſmodi tibi te cõſtructione, erectione, fũdatione, & donatione p̃dictis legitime cõſtiterit, illas & q̃cunq; inde ſecuta eadẽ autoritate approbes & cõfirmes ſupplendo oẽs

defectus

defectus si qui forsã intervenerint in eisdẽ. Nõ obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac monasterij & ordinis prædictorũ juramẽto, cõfirmatione apostolica vel quacũq; firmitate alia roboratis statutis & consuetudinib⁹ cæteris q̃; cõtrariis quibuscunq;. Dat. *Bononiæ* An. Incarnationis Dom. Millesimo, quadringentesimo, tricesimo sexto, duodec. Kal. Iul. Pontif. nostri an. sexto.

A 1.

EVgenius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Abbati Monasterij in *Benedicten Bäuren, Augusten.* Dioc. salutem & apostolicam benedictionẽ. Desiderantes statum Ecclesiarum & Monasteriorum omniũ quorũ cura nobis imminet generalis salubriter dirigi & augeri eaq; pro monasteriorũ eorundẽ & in eis militantiũ personarũ cõmodo & vtilitate prouide facta comperimus vt illibata permaneant libenter cum à nobis petitur apostolici volumus adjici muniminis firmitatẽ. Sanè pro parte dilectorũ filiorum Abbatis & Conuentus Monasterij in *Etal* Ord. S. *Bened. Frisi.* dioc. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim diuæ memoriæ *Ludouicus* Rom. Rex ac nonnulli alij comites & nobiles ad dictum monasterium illiusq; personas piæ deuotionis dirigentes affectum & prospiciẽtes monasterium ipsum propter guerarum turbines, ac alios diuersos, sinistros, tunc passim emersos euent⁹ fructuum & facultatum, quibus antea refertum fuerat vbertate destitutum fore ac cupientes super his Abbati & Cõuentui ac monasterio prædictis de aliquali subuentionis ope subueniri, j⁹ patronat⁹ eis in *Etal, Staffelshee, Oschenlauch* & *Hugelsingen*, parochialibus dictę & *Augusten.* dioc. competens & pertinens Ecclesiis cum omnib⁹ juribus & pertinentiis suis præfato monasterio pro eorum suorumq; progenitorum, qui ipsius monasterij fundatores fuêre animorum salute quantum in eis fuerat perpetuo donarunt & concesserunt, ipsumq; jus in eosdẽ Abbatẽ & Conuentũ totaliter transtulerunt, prout in instrumentis publicis desuper cõfectis dicitur plenius cõtineri. Quare pro parte Abbatis & Conuentus prædictorum nobis fuit humiliter supplicatũ, vt donationi, concessioni, & translationi prædictis pro eorum subsistentia firmiori, robur apostolicæ confirmationis adjicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaq; qui de præmissis certã notitiã nõ habemus huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus quatenus super præmissis omnib⁹ & singulis eorumq; circumstãtiis vniuersis auctoritate nostra te diligenter informes, & si per informationẽ huiusmodi tibi de præmissis donatione, concessione, & translatione legitime constiterit, illas auctoritate nostra approbes & confirmes supplendo omnes defectus si qui forsan intervenerint in eisdẽ. Dat. *Florentiæ*, An. Incarnat. Dom. Millesimo quadringentesimo tricesimo sexto, nono Kal. Apr. Pontificatus nostri anno sexto.

VNiuersis & singulis tàm præsentibus quàm futuris præsentes nostras literas inspecturis. Nos *Gregorius* permissione diuina Abbas Monasterij in *Benedictenbäurn* Augusten. dioc. executor vnicus ad infra scripta à Domino nostro Papa specialiter deputatus, salutem in Domino & præsentibus fidem indubiam adhibere. Literas sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini *Eugenij* diuina prouidentia Papæ quarti eius vera bulla plumbea in cordula canapina more Romanæ curiæ impenden. bullatas, sanas, & integras, non vitiatas, nõ concellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspitione carentes, nobis pro parte venerabilium & religiosorum Dominorum Conradi Abbatis & Conuentus Monasterij in *Etal*, Ordinis S. *Benedicti Frisingen.* dioc. coram Notario publico & testibus infra scriptis præsentatas, nos cum ea qua decuit reuerentia recepisse noueritis, huiusmodi sub tenore. *Eugenius* Episcopus Seruus Seruorum Dei &c. Post quarum quidem literarum apostolicarum præsentationem & receptionem fuimus per honorabilem religiosum fratrem *Ioannem Chufftaner* priorem in *Etal* prædictorum Dominorum Abbatis & Con-

uentus Procuratorem & Syndicum, pro vt de suæ procurationis & Syndicatus mandato nobis legitimis constat documentis', procuratorio & Syndicatorio nominibus debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem dictarum literarum apostolicarum & contentorum in eisdem juxta ipsarum vim, formã, & tenorem procedere dignaremur. Nos igitur *Gregorius* Abbas & executor præfatus attenden. requisitionem huiusmodi fore justam & consonam rationi, volenteſque mandatum apostolicum nobis in hac parte directum reuerenter exequi vt tenemur. Et quia ex literis patentibus Illustrissimi & Serenissimi olim. diuæ memoriæ *Ludouici* Romani Imperatoris ac nonnullorum aliorum Ducum, Principum, Comitum, & nobilium eorumque sigillis communitis aliis literis paten. instrumentis publicis, juribusq; & munimentis coram nobis exhibitis & productis, inuenimus & reperimus donationẽ, concessionem, & translationem in ipsis literis apostolicis narratas, per prælibatum Dominum *Ludouicum* Imperatorem ac alios Comites & nobiles fuisse factas, ac omnia & singula in ipsis literis apostolicis contenta veritate fulciri, idcirco auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa & qua fungimur in hac parte, donationẽ, concessionem, & translationem prædictas approbauimus & confirmauimus, & tenore præsentium approbamus & confirmamus supplendo omnes defectus si qui forsan interuenerint in eisdem. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentes literas siue præsens publicum instrumentum huiusmodi nostrum processum in se continentes siue continens exinde fieri & per notarium publicum infra scriptum subscribi & publicari mandauimus, nostriq; sigilli jussimus & fecimus appensione communiri. Datum & Actum in Capella Reuerendi in Christo Patris & Domini Abbatis & executoris præfati sub anno à natiuitate Domini Millesimo, quadringentesimo, tricesimo octauo, indictione prima, die vero Martis quarta die mensis Februarij, Pontificatus præfati Domini nostri Domini Eugenij Papæ quarti, anno septimo, præsentibus ibidem honorabilibus & religiosis fratribus Vlrico Pistore, Thoma Schvvalb, presbyteris professis præfati Monasterij, & prouidis viris Ioanne Galenpach, Ioanne Traubinger, Paulo Traubinger, Henrico Schotter, Augusten. dioc. ad præmissa vocatis, pariter & rogatis &c.

EVgenius Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis in *Benedictenpevvren* & in *Wessensprun Augusten.* dioc. Monasteriorũ Abbatibus salutem & apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram peruenit, quod càm dilecti filij *Conradus* Abbas & Conuentus Monasterij beatæ *Mariæ* in *Etal,* Ordinis sancti *Benedicti Frisingen.* dioc. quàm eorum prædecessores decimas, terras, domos, vineas, possessiones, proprietates hominum vtriusque sexus, piscationes, venationes, aduocatias, theolonia, redditus, prata, pascua, nemora, molendina, rura, jurisdictiones, & quædam alia bona ipsius Monasterij, datis super hoc literis confectis exinde publicis instrumentis, interpositis juramentis, factis renunciationibus & pœnis adiectis in grauem eiusdem Monasterij lesionem, nonnullis' clericis & laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam verò ad non modicum tempus, & aliis perpetuò ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui dicuntur super his confirmationis literas in formà communi à sede apostolica impetrasse. Quia verò nostra interest super hoc de oportuno remedio prouidere, discretioni vestræ per apostolica scripta mandam⁹ quatenus ea quæ de bonis dicti Monasterij per concessiones huiusmodi alienata inueneritis illicite vel distracta, non obstantibus literis, instrumentis, renunciationibus, juramentis, penis, & confirmationibus supradictis ad jus & proprietatem eiusdem Monasterij legitime reuocare curetis. Contradictores per censuram Ecclesiasticam

sticam, appellatione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Quod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur. Datum *Florentiæ*, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo, tricesimo nono, septimo Id. Maij. Pontificatus nostri anno nono.

SAcrosancta generalis Synodus *Basilien*: in spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, dilectis Ecclesiæ filiis Abbati & Cõuentui Monasterij in *Etal*, Ordinis S. *Benedicti Frisingen.* dioc. salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Sacræ religionis sub qua deuotum & sedulum exhibetis altissimo famulatum, promeretur honestas, vt votis vestris illis præsertim, quæ vestri monasterij commodum & vtilitatem respiciunt, quantum cum Deo possumus fauorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, quod olim bonæ memoriæ *Heinricus* electus *Augusten.* prouide attendens, quod diuæ memoriæ *Ludouicus* Romanorum Imperator, ad dictum vestrum monasterium quod tunc nouiter fundauerat, erexerat, & dotauerat, singularem deuotionis suæ gerebat affectum pro ampliori diuini cultus augmento & piorum operum exercitio S. *Martini* & S. *Ioannis* in *Gundelfingen* & in *Laugingen*, in *Eglingen*, in *Manchingen*, ac in *Möringen* parochiales Ecclesias *Augusten.* dioc. de consensu dilectorum Ecclesiæ filiorum, Præpositi, Decani, & Capituli Ecclesiæ *Augusten.* mensæ vestrę & dicti monasterij auctoritate ordinaria perpetuo incorporauit, annexuit, & vniuit, pro perpetuis tamen vicariis in iisdem Ecclesiis instituendis Domino jugiter seruituris, de fructibus, redditibus, & prouentibus earundem Ecclesiarum congruis portionibus, de quibus ipsi sustentari, Episcopalia jura soluere, & alia eis incumbentia onera valerent supportare, ac aliis reseruatis, prout in autenticis literis inde confectis ipsorum electi & capituli sigillis munitis quarum tenorem præsentibus de verbo ad verbum inseri fecimus plenius cõtinetur, quodq; postmodum vos easdem Ecclesias quarum nec nõ eiusdem vestri monasterij annuos fatores etiam præsentibus haberi volumus pro expresso, incorporationis, annexionis, & vnionis huiusmodi vigore assequuti illas ex tũc tenuistis prout tenetis & possidetis pacifice & quiete. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt vnioni, annexioni, & incoporationi prædictis robur nostræ confirmationis adjicere de nostrę benignitatis clementia dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, incorporationẽ, annexionem, & vnionem prædictas ratas habẽtes atq; gratas illas auctoritate vniuersalis Ecclesiæ cõfirmam⁹, & presentis scripti patrocinio cõmunimus. Tenor verò dictarum literarũ talis est. In nomine Dñi. Amen. Quia dignũ est vt vtilitatib⁹ Ecclesiasticis desudãtes digna remuneratione gaudeant & spiritualibus consolentur, vt sollicitudo religiosa juris & hominum præmiis afficiatur, & ad obseruationẽ fidei prouocetũr, & vt pię desideriũ voluntatis & laudandæ diffinitionis intentio spiritualib⁹ studiis adiuuetur, præsertim imperatoria majestas per quam Deus humano generi jura distribuit, quia tanquã fortuna principalis omnes supereminet sine qua salus reipublicæ nõ potest vtiliter gubernari, est excellentius honorãda, vt decus & honor Imperij clarior exhibeatur; ea propter nouerint vniuersi, qui sua crediderint interesse, quod nos *Heinricus* Dei gratia electus & confirmatus Ecclesiæ Augusten. conuenientes in capitulo nostro cum honorabilibus viris Dominis *Eberhardo* Præposito, *Rudolpho* Decano, totoque Capitulo Ecclesiæ nostræ ad hoc more solito cõuocato, prefixo termino sicut est moris multis tractatib⁹ præhabitis, & negotio diligentius trutinato, adhibitis etiam omnibus & singulis solennitatibus

nitatibus quæ requiruntur in talibus, tàm de consuetudine quàm de jure pensantes quod Serenissimus Dominus *Ludouicus* Rom. Imperator, semper Augustus, Dei Spiritu ductus & zelo feruentissimæ charitatis quibus monasterium *Etal* quod de nouo construxit, erexit, & ædificauit, ad honorem summæ Trinitatis, exaltationem fidei Catholicæ, nec non vt suis temporibus cultus diuini nominis augmentetur, fauore prosequitur speciali & multipliciter dotauit, vt ibi diuinæ laudis organa frequẽtentur, deuotio vigeat religionis, & quod transeuntibus exhibeantur opera pietatis, quæ singula fieri non possunt nisi spiritualia temporalibus adjuuentur, ad ipsius instantiam & denotam petitionem, Ecclesias parochiales ambas in *Gundelfingen*, vid. S. *Martini* & S. *Ioannis*, item Ecclesiam parochialem in *Laugingen*, item *Eglingen*, *Manchingen*, *Möringen*, prædicto monasterio in *Etal* propter multiplicia beneficia nobis & Ecclesiæ nostræ gratiosius impensa, nec non vt firma credulitate speramus inposterum impendenda incorporamus, vnimus, tradimus, & donamus, quantum ad fructus & prouentus & redditus vtendos, fruendos & perpetuo pacificè possidendos, nobis & Ecclesiæ nostræ in eisdem Ecclesiis jurisdictionem Ecclesiasticam & jura temporalia reseruantes, volentes etiam quod in eisdem Ecclesiis nobis & successoribus nostris instituendi perpetui vicarij præsententur, quibus de redditibus earundem Ecclesiarum præbenda sufficiens & congrua ministretur vnde valeant sustentari, nec non onera sedis apostolicæ episcopalia, Archidiaconi, hospitalitatis, nec non alia jura quæcunque congruè supportare. Nolumus etiã quod Rectoribus prædictarum Ecclesiarum in *Laugingen*, & in *Manchingen* per. prædicta quam diu tenuerint eaſdem Ecclesias in jure vllum præjudicium generetur, volentes, constituentes, & diffinientes omnia premissa nec non quodlibet eorum inuiolabiliter perpetuo perdurare. In quorum omnium euidentiam præsentes conscribi fecimus, & sigillis tàm nostro quàm prædicti capituli Ecclesiæ nostræ legitimè roborari. Dat. *Augustæ*, Anno Domini Millesimo, trecentesimo, quadragesimo, in octaua Natiuitatis B. Virginis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & vniuersalis Ecclesiæ se nouerit incursurum. Dat. *Basileæ* XI. Kal. Iulij, anno à natiuitate Domini Millesimo, quadringentesimo, quadragesimo.

F*Ridericus* Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus ac Austriæ, Styriæ, Karinthiæ & Carniolæ Dux, Comes Tyrolis, &c. Ad perpetuam rei memoriam, Notum facimus tenore præsentium vniuersis, Regiæ benignitatis gratiosa sublimitas quidquid vniuersis fidelibus quos Imperij sacri latitudo complectitur grata beneficia dignetur impendere, & tanto copiosius in subjectos suæ largitatis propagare donaria, quanto ex huiusmodi distributione magnificas suis frequenter ærariis experitur accrescere & fidelium deuotionem adaugeri. Tamen ad illos qui per obseruantiam spiritualis disciplinæ mundi derelictis illecebris Conditori nostro condignum præbent obsequium specialis prærogatiua fauoris dignanter inclinatur vt ex rebus transitoriis æternæ beatitudinis inmarcessibiles diuitias sibi in æternis beatorum gaudiis thesauriſſet. Sanè Religiosi Conradus Abbas & Conuentus Monasterij *Etal*, Ordine sancti *Benedicti* Fri *singen*: dioc. deuoti nostri dilecti nostram majestatem regiam accedentes nobis debita cum instantia humiliter supplicarunt, quatenus vniuersa & singula jura, gratias, priuilegia, libertates, indulta, munimenta, literas, bona, possessiones, & prædia, ac homines, ipsis à diuis Romanorum Imperatoribus atque Regibus, prædecessoribus nostris, felicis recordationis ac Principibus siue aliis

quibus

quibuscunque Christi fidelibus, ipsis & dicto eorum Monasterio data, donata, & concessa, ac datas, donatas, & concessas, & signanter literas Sereniſſimi *Ludouici* Romanorum Imperatoris ac Illustrium Principum *Stephani, Friderici, Stephani* & *Iohannis* ac aliorum *Bauariæ* Ducum, & omnia in eis contenta de benignitate regia ratificare, approbare, & confirmare, gratioſius dignaremur. Nos itaque ſupplicationibus huiuſmodi maieſtati noſtræ à præfatis Abbate & Conuentu humiliter factis benignius inclinati, attendentesque quod juſta petentibus non ſit denegandus aſſenſus. Ipſis & prædicto Monaſterio *Etal*, non per errorem aut improuidè, ſed ſano Principum, Comitum, Baronum, & procerum noſtrorum accedente conſilio, ex certa ſcientia & de Romanæ regiæ poteſtatis plenitudine, vniuerſa & ſingula jura, gratias, priuilegia, libertates, indulta, munimenta, litteras, bona, poſſeſſiones, emptiones & prædia ac homines, ipſis à diuis Romanorum Imperatoribus & Regibus & ſignanter *Ludovvico* Imperatore, nec non ab Illuſtribus Principibus *Stephano F, riderico, Stephano* & *Iohanne*, ac aliis *Bauariæ* Ducibus & aliis Chriſti fidelibus obtenta & obtentas, in omnibus ſuis punctis, clauſulis, ſententiis, & articulis, approbauimus, ratificauimus, innouauimus, & confirmauimus, approbamus, ratificamus, innouamus, & tenore præſentium gratioſius confirmamus, decernentes ea & eas perpetuam obtinere roboris firmitatem ac ſi præſentibus de verbo ad verbum ſeriatim eſſent inſerta & inſertæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ approbationis, ratificationis, innouationis, & confirmationis paginam infringere, aut ei quouis auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem noſtram grauiſſimam & pœnam in literis prædeceſſorum noſtrorum & aliorum prædictorum contentam ſe noueritincurſurum, mediam noſtro & Imperij ſacri fiſco ſiue ærario, & reſiduam partem dictis Abbati, Conuentui & Monaſterio irremiſſibiliter perſoluendam. Præſentium ſub noſtræ Maieſtatis ſigilli appenſione teſtimonio litterarum. Datum *Auguſtæ*, Anno Domini Milleſimo, quadringenteſimo, quadrageſimo ſecundo, die viceſima prima Menſis Aprilis. Regni verò noſtri anno tertio.

Ad mandatum Domini Regis Hermannus Hecht.

N*Icolaus* Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Abbati monaſterij in *Benedictenbäurn Auguſten.* dioc. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Votis illis gratum præſtamus auditum per quæ religioſarum perſonarum quieti ac parochialium Eccleſiarum ſtatui valeat ſalubriter prouideri. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Abbatis & Conuentus Monaſterij B. *Mariæ* in *Etal* Ordin. S. *Benedicti Friſingen.* dioc. petitio continebat quod monaſterium ipſum in quo regularis obſeruantia nouiter inducta vigere dignoſcitur in montibus & loco ſilueſtri atque ſterili ſitum, & in ſuis redditibus propter varios ſiniſtros euentus plurimum diminutum exiſtat, eiusque ſtructuræ & ædificia ad ruinam tendant, adeo quod propter huiuſmodi ſterilitatem monachi in eo commorantes ſuſtentari non poſſunt, & ad tenendum familiares qui de locis remotis & fertilibus ad præfatum monaſterium res & bona conducant de neceſſitate aſtringuntur, quodque ſi perpetua vicaria parochialis Eccleſiæ ſancti *Michaelis* in *Staffelſee Auguſten.* dioc. quæ eidem monaſterio canonicè vnita & in illius juriſdictione temporali ſita exiſtit, & ibi piſces & alia victualia ipſis Abbati & Conuentui qui in regulari obſeruantia degunt, neceſſaria

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

saria commodius reperiri possunt, per vnum ex monachis dicti monasterij qui ibidem personalem & continuam facere residentiam gubernarẽtur Abbas & Conuentus prædicti ab onere tenendi dictos familiares releuarentur, ac decimas ad præfatam Ecclesiam pertinentes, quas dicti Abbas & Conuentus in villis circumuicinis percipere consueuerunt, per monachum prædictum Rectorem commodius colligere & percipere possent, & quam pluribus aliis incommodis eidem monasterio superuenientibus obuiaretur ipsique Abbas & Conuentus magnam exinde vtilitatem consequeretur. Quare pro parte dictorum Abbatis & Conuentus nobis fuit humiliter supplicatum vt eis quod Vicariam prædictam quam primum illam vacare contigerit per vnum ex Monachis dicti Monasterij regi & gubernari facere possint concedere aliasque in præmissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque de præmissis certam notitiam non habentes huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus quatenus si & postquam vocatis qui fuerint euocandi tibi de præmissis legitimè constiterit, Abbati & Conuentui præfatis quod ad vicariam prædictam cuius fructus, redditus, & prouentus, quatuor Marcarum argenti secundum cõmunem existimationem valorẽ annuum vt ipsi Abbas & Conuentus asserunt non excedunt, quam primum illum perceſſum vel deceſſum moterni vicarij ipsius Ecclesiæ vacare contigerit, vnum ex monachis dicti monasterij ad nutum dictorum Abbatis & Conuentus amouibilem dictæ parochialis Ecclesiæ instituere, ac ipsi monacho tunc instituto, vt illam regere & gubernare, nec non animarum curam parochianorum ipsius Ecclesiæ gerere & exercere liberè & licitè valeat auctoritati nostræ concedas, statuens ac decernens quod vicaria ipsa per vnum ex monachis dicti monasterij, vt præmittitur amouibilem qui apud Ecclesiam ipsam continuam & personalem residentiam facere debeat & teneatur perpetuis futuris temporibus regatur & gubernetur, ac cura huiusmodi per ipsum vicarium exerceatur & deseruiatur inibi laudabiliter in diuinis. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac statutis & consuetudinibus monasterij & ordinis prædictorum juramento confirmatione apostolica vel quauis alia firmitate roboratis, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum *Romæ* apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo primo, tertio Kal. Maij, Pontificatus nostri anno quinto.

NIcolaus Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati in *Fürstenfeldt* & Præposito in *Raytenbuech* per Præpositum soliti gubernari Frisingen. dioc. Monasteriorum, salutem & apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis *Iohannes* Abbas & Conuentus Monasterij in *Etal*, Ordinis sancti Benedicti *Frisingen.* dioc. quod Henricus Feistmantel, Conradus Vent, Iohannes Cobel, & quidam alij clerici & laici in dicta dioc. commorantes super quibusdam terris, possessionibus in præfata dioc. consistentibus bonis & rebus aliis, ad dictum Monasterium legitime spectantibus iniuriantur eidem. Ideoque discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint euocandi, & auditis hinc inde propositis quod justum fuerit appellatione remota decernatis facientes quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellatis veritati testimoniũ perhibere. Quod si nõ ambo his exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur. Dat. *Romæ* apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo primo, vndecimo Kal. Iulij. Pontificatus nostri anno quinto.

Nicolaus

NIcolaus Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Abbati in *Benedictenbevvrn*, & Præposito in *Bulling* per Præpositum soliti gubernari, *Augusten.* dioc. Monasteriorum salutem & apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis *Iohannes* Abbas & Conuentus Monasterij in *Etal*, Ordinis sancti *Benedicti Frisingen.* dioc. quod Iohannes Engelschald, Henricus Bluem, Ioannes Campler ac quidam alij clerici & laici in Auu dioc. *Augusten.* commorantes super quibusdam campis, agris, prædiis in præfata dioc. Augusten. consistentibus annuis redditibus, bonis & rebus aliis, ad dictum monasterium legitime spectantibus, iniuriantur eisdem. Ideoque discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint euocandi, & auditis hinc inde propositis quod justum fuerit, appellatione remota decernatis facientes quod decreueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellatis veritati testimonium perhibere. Quod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur. Dat. *Romæ* apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo primo, septimo Kal. Iulij, Pontificatus nostri anno quinto.

NIcolaus Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Abbati monasterij in *Benedictenbâvvren Augusten.* dioc. salutem & apostolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum Abbatis & Conuentus Monasterij in *Etal* Ordinis sancti *Benedicti Frisingen.* dioc. accepimus continentem, quod cum olim inter ipsos ex vna & habitatores opidi *Mornavv Augusten.* dioc. ad ipsum Monasterium legitime pertinentis partibus ex altera de & super jurisdictione dicti opidi ac rebus aliis tunc expressis materia quęstionis exorta, tandem partes huiusmodi in certos tunc expressos arbitros arbitratores & amicabiles compositores sub certis modis & formis fecerunt concorditer compromissum, qui huiusmodi compromisso in se sponte susceptо causam huiusmodi tenuerunt vt tenent diutius in suspenso, quamquam vt litem huiusmodi terminarent fuerint loco & tempore congruis sæpius requisiti. Quare pro parte Abbatis & Conuentus prædictorū nobis fuit humiliter supplicatū vt ipsis super hoc prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Quocirca discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus quatenus si est ita prædictos arbitros, arbitratores & amicabiles compositores ad æquum ferendum arbitrium inter partes juxta compromissi formam per cēsuram ecclesiasticam appellatione remota preuia ratione compellas. Datum *Romæ* apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quadringentesimo quinquagesimo primo. Kal. Iulij, Pontificatus nostri anno quinto.

C*Alixtus* Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto filio Abbati monasterij in *Staingaden Augusten.* dioc. salutem & apostolicam benedictionem. Debitum pastoralis officij cui disponente Domino presidemus exposcit vt monasteriorum omnium ac personarum in illis sub regularis obseruantiæ cultu studio piæ vitæ vacantium vtilitatibus & commodis diligenter intendamus & ea quæ pro illis complectendis prouidè gesta fuerint vt illibata persistāt apostolici muniamus roboris firmitate. Dudum siquidem felicis recordationis Nicolao P P. quinto prædecessori nostro pro parte dilectorum filiorum Abbatis & Conuentus Monasterij B. *Mariæ* in *Etal* Ordin. S. *Benedicti Frisingen.* dioc. exposito, quod monasterium ipsum in quo regularis obseruantia tunc nouiter inducta vigere dignoscebatur in montibus & loco siluestri atq; sterili situm, & in suis redditibus propter varios siniſtros euentus plurimum diminutum existebat, eiusque

ſtructuræ & ædificia ad ruinam tenderent, adeo quod propter huiuſmodi ſterilitatem monachi in eo commorantes ſuſtentari non poſſent, & ad tenendum familiares qui de locis remotis & fertilibus ad præfatum monaſterium res & bona conducerent de neceſſitate aſtringerentur quoq; ſi propterea vicaria parochialis Eccleſiæ ſancti *Michaelis* in *Staffelſee Auguſten.* dioc. quæ eidem monaſterio canonicè vnita & in illius juriſdictione temporali ſita exiſtit, & ibi piſces & alia victualia ipſis Abbati & Conuentui qui in regulari obſeruantia degunt, neceſſaria commodius reperiri poſſent per vnum ex Monachis dicti monaſterij qui ibidem perſonalem & continuam faceret reſidentiam gubernaretur, Abbas & Conuentus prædicti ab onere tenendi dictos familiares releuarentur ac decimas ad præfatam Eccleſiam pertinentes, quos ipſi Abbas & Conuentus in villis circumuicinis percipere conſueuerant per monachum prædictum rectorem commodius colligere & percipere poſſent, & quam pluribus aliis incommodis eidē monaſterio ſuperuenientibus obuiaretur, ipſiq; Abbas & Conuentus magnā exinde vtilitatem conſequerentur. Idem prędeceſſor Abbati Monaſterij in *Benedictenbâurn* Auguſten. dioc. eius proprio nomine non expreſſo ſuis dedit literis in mandatis quatenus ſi & poſtquam vocatis qui forent euocandi ſibi de præmiſſis legitime conſtaret Abbati & Conuentui monaſterij B. *Mariæ* præfatis quod ad vicariam prædictam cuius fructus, redditus, & prouentus quatuor marcarum argenti ſecundum communem exiſtimationem valorem annuum vt ipſe Abbas & Conuentus monaſterij B. *Mariæ* aſſerebant non excedebant quamprimum illum perceſſum vel deceſſum moderni vicarij ipſius Eccleſiæ vacare contingeret, vnum ex monachis dicti Monaſterij B. *Mariæ* ad nutum dictorum Abbatis & Conuentus amouibilem in vicarium dictæ parochialis Eccleſiæ inſtituere ac ipſi monacho tunc inſtituto vt illam regere & gubernare, nec non animarum curam parrochianorum ipſius Eccleſiæ gerere & exercere liberè & licitè valeret auctoritate apoſtolica concederet ſtatuens & decernens quod vicaria ipſa per vnum ex monachis dicti monaſterij B. *Mariæ* vt præmittitur amouibilem qui apud Eccleſiam ipſam continuam & perſonalem reſidentiam facere deberet & teneretur perpetuis futuris temporibus regeretur & deſeruiretur inibi laudabiliter in diuinis prout in eiſdem literis plenius continetur. Et ſicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum Abbatis & Conuentus petitio continebat, dilectus filius modernus Abbas monaſterij Benedictenbâurn ad dictarum literarum executionem illarum forma ſeruata procedens eiſdem Abbati & Conuentui monaſterij B. *Mariæ* conceſſit quod ad dictam vicariam cum illam vt præmittitur vacare contingeret vnum ex eiuſdem Monaſterij monachis ad nutum ipſorum Abbatis & Conuentus amouibilem & ejuſdem Eccleſiæ vicarium inſtituere & illi vt Eccleſiam ipſam regere & gubernare, nec non curā animarum parochianorum eiuſdem Eccleſiæ gerere & exercere valerent, ac ſtatuit & decreuit quod ipſa vicaria per vnū ex eiſdem monachis vt præmittitur amouibilē qui apud Eccleſiā ipſam continuā parochialem reſidentiā facere teneretur perpetuis futuris tēporibus regeretur & gubernaretur, ipſiuſq; cura gubernaretur & deſeruiretur inibi laudabiliter in diuinis. Et licet poſtmodum dicta vicaria perceſſum quondā Iohañis Aeirimſchmalz olim ipſius Eccleſiæ perpetui vicarij vacante dicti Abbas monaſterij B. *Mariæ* & Conuentus ad illam dilectum filium Auguſtinū Aeirimſchmalz dilecto filio Petro tit. ſancti Vitalis presbytero Cardinali qui Eccleſiæ Auguſten. ex cōceſſione & diſpenſatione ſedis apoſtolicæ preęſſe dignoſcitur, infra tēpus legitimū preſentauerint, ipſeq; Cardin. dictū Auguſtin. ad præfatā vicariā auctoritate ordinaria

inſtitue-

instituerit, ac idem Augustinus vicariam huiusmodi assecutus illam aliquandiu tenuerit & possederit, tamen postmodum cum ipse Augustinus eandem vicariam in manibus Abbatis Monasterii B. Mariæ & Conuentus prædictorum sponte & libere resignasset, ipsi ad eandem vicariam litterarum & concessionis nec non statuti ac decreti prædictorum obtentu ad ipsam vicariam vnum ex ipsius eorum Monasterij monachis ab ea pro ipsorum nutu amouibilem instituerunt, fuitque ex tunc dicta vicaria per monachum ipsum vt præfertur institutum gubernata prout de præsenti regitur & etiam gubernatur. Quare pro parte eorundem Abbatis Monasterij B. *Mariæ* & Conuentus asserentium quod fructus, redditus, & prouentus dictæ vicariæ non ipsis sed dicto Monacho ad illam instituto integrè cedant, ne propter dicti Augustini præsentationem & institutionem huiusmodi literarū, & concessionis, constitutionis & decreti prædictorum frustrentur effectu, eisdem concessioni, constitutioni, & decreto ac illorum obtentu gestis robur apostolicæ confirmationis adiicere ipsisq; etiam vt cum id necessarium prospexerint vicariam eandem, per presbyterum sæcularem similiter ad eorum nutum amouibilem regi & gubernari facere possint indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui de præmissis nobis expositis certam notitiam nō habemus, huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuę per apostolica scripta mandamus quatenus si vocatis qui fuerint euocandi per diligentem super his per te recipiendam informationem ea repereris ita esse concessionem, constitutionē & decretum prædicta & quæcunq; inde secuta auctoritate nostra approbes & confirmes, supplendo omnes defectus si qui forsitan interuenerint in eisdem. Et nihilominus eisdem Abbati Monasterij B. *Mariæ* & Conuentui quod necessitatis casu id exigente eandē vicariam per sęcularem presbyterum huiusmodi ad eorum nutum amouibilem regi & dictam animarum curam exerceri ipsiq; Ecclesię in diuinis deseruiri facere liberè & licitè possint eadem auctoritate nostra concedas. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac Monasterij B. *Mariæ* & ordinis prędictorum juramento, confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus cæterisq; contrariis quibuscunq;. Datum *Romæ* apud S. Petrum, An. Incarnat. Dom. Milles. quadringentes. quinquagesimo septimo. Quinto Id. Apr. Pontificatus nostri anno secundo.

Wir Maximilian von Gots gnaden Römischer Künig zu allen zeiten/ merer deß Reichs/ zu Hungern/ Dalmacien/ Croacien ꝛc. Künig/ Ertzhertzog zu Osterreich/ Hertzog zu Burgundi/ zu Brabant/ vnd Pfaltzgraue ꝛc. Bekennen für vns/ vnser Erben vnd Nachkommen/ offenlich mit disem Brief/ vnnd thun chunt allermenigclich. Alß weilent Kayser Ludwig/ vnser vorfar am Reich/ loblicher gedechtnus/ dem Gotshaus zu Etal/ von der Weingult/ so er von der Pfleg vnd vesten Kueffrein gehebt/ jerlich in ewigzeit/ zwentzig fueder Welschweins/ ze einen Seelgerat gestifft vnd geordnet hat/ vnd daz nachmahlen alle Fürsten von Bayrn die der gemelten Pfleg vnd vesten Inhaber gewesen sein verwilligt vnd bestätt/ vnd wie dan yetz dieselb Pfleg vnnd vest Kueffrein zu vnsern vnd vnsers Hauß Osterreich hannden erobert vnd bracht/ daz wir demnach/ von der Ersamen vnnser lieben andechtigen ꝛc. Abbts vnd Conuents daselbs zu Etal fleissigen bete wegen/ in solch obberürt stifftung/ als Landtsfürst/ gnedigklichen gewilliget/ vnd die confirmirt vnd bestett haben/ verwilligen/ confirmirn vnnd bestetten auch solchs von Fürstlicher macht/ wissentlich in crafft dits briefs. Vnd sy sullen den Gotsdienst/ deß sy sich darumb verwilligt haben/ laut deß Stifftbriefs/ jerlichen halten vnd vollbringen. Vnd empfelhen darauf vnserm gegenwürtign vnd ainen yden kunfftigen Pfleger vnd Ambtman zu Kuffrein ernstlich vnd wellen/ daz sy den genan-

ten Abbt vnd Conuent deß Gotshauß Etal/vnd jren nachkomen nw hinfür in ewig zeit solch obbestimbt zwaintzig fuder Welschweins alle Jar/ auß vnser Weingölt daselbs zu Kufftain/ an abgang raichen vnd geben/ vnd jnen darinn dheinerley jrrung noch eintrag thun/ noch deß yemands andern zetun gestatten/ in dhein weis/ das mainen wir ernstlich. Mit vrkhundt deß Briefs besigelt/ mit vnnsern Künigklichen anhangenden Innsigl. Geben zu Jnsprug am zwen vnnd zweintzigisten Tag deß Monats Nouembris/ nach Christi geburde fünfzehenhundert vnd im virden/ vnser Reiche deß Römischen in Neunzehenden/ vnd deß Hungerischen in fünffzehenden Jaren.

Per Regem

Commissio Domini Regis propria

Scheentein.

CATALOGVS ABBATVM COENOBII ETHAL.

I. FRIDERICVS *cognomento Heinrichsreutter de Nüchenpach, præf. an. XII. ob. an. M. CCC. XLIV.*

II. EBERHARDVS *de Nideraltaich accersitus post aliquantum temporis Prælaturâ se abdicauit, & ad prædictum Monasterium redijt.*

III. IODOCVS *de Agenbang, regens Monasterium in quartum vsq; annum, dignitate priuatus ob. die 2. Septembr. An. 1355.*

IV. CONRADVS *Kummersprucker de Tegernse adscitus, rexit monasterium quinque & triginta annos, & senio confectus expirauit die 10. Martij, profesto S. Gregorij, an. 1390.*

V. HENRICVS *cognomento Zugger tribus circiter annis cum præfuisset, diem obijt an. 1393. in festo S. Ceciliæ V. & M.*

VI. BERNHERVS *Monasterium gubernauit an. 14. Elephantiasi siue lepra infectus viuendi finem fecit 18. Iunij, an. 1404.*

VII. CONRADVS *à præsulatu remotus mortuus est die 10. Martij An. 1413.*

VIII. HENRICVS *Sandaur, vno duntaxat anno præfuit, vitaq; decessit in die S. Valentini, an. 1414.*

IX. VDALRICVS *Höhenkürcher clauum tenuit quinq; fermè annos, defunctus 27. die Martij, an. 1419.*

X. CONRADVS *Schifflein præf. an. 20 humanisq; excessit in fest. S. Barbaræ, an. 1439.*

XI. IOANNES *Kuffstainer prælaturâ cum excidisset, obijt die S Martini an. 1455.*

XII. SIMON *Hueber artium liberalium M. vltra quatuor & viginti annos Prælatum se exhibuit optimè promeritum, & rebus humanis excessit in die S. Vitalis martyris, An 1476.*

XIII. STEPHANVS *Brecht, sedecim annos Abbatem egit, mortemq; obiuit 17. April. an. 1492.*

XIV. BENEDICTVS *Zuing rex. an. 3. obijtq; in die S. Briccij Ep an. 1495.*

XV. IOANNES *de Laugingen oriundus, sedecim annos laudatissimè monasterio præfuit, mortuus V. Iun. an 1511.*

XVI. MAVRVS *Wagner Dilinganus vndecim an. prælaturam gessit, è vita migrans die 3. Martij an. 1522.*

XVII. MAVRVS II. *cognom. Nuzinger de Weindorf, Præsul meritissimus gubernauit an. 28. è vitâ sublatus VIII Cal. Nouembr. an. 1549.*

XVIII. PLACITVS *Gall omnibus corporis & animi dotibus ditatus; nec non rerum*

Mona-

Monasterij fidelis ac prouidus gubernator, cuius industriam ædificia ab eo innouata & constructa testantur, ad 18 annum vsq; Cœnobio præfuit, & è viuis excessit an. 1566.

XIX. NICOLAVS *Streidl de Weindorf, vir sanctimonia vitæ adeò spectatus, vt illi munus visitandi in omnibus Benedictinorum Bauariæ monasteriis ab Apostolicæ sedis legato fuerit delatum. Canonicæ sodalitatis B. V. & Martyris Barbaræ extitit author. præfuit an. XXIV. tandemq; placida morte quieuit An. 1590. decimo quinto Iunij.*

XX. LEONHARDVS, *Vir deuotus, & regularis obseruantiæ ardentissimus amator; instituit fraternitatem S. Sebastiani, & Sacellum S Crucis de nouo exstruxit. Tandem laborum & longæ vitæ pertæsus liberè resignauit, & inter viuos esse desiit die V. Iunij An. Dn. 1615.*

XXI. OTHMARVS *Abbas modernus.*

FORMPACH.

MONASTERIVM ordinis S. Benedicti. De fundatione istius Monasterij scribit Auentin. fol. 551. quod omnino non conuenit, cum infrà scriptis monumentis & confirmatione Lotharij Imperatoris, ex quibus, quomodo res habeat, certiùs comprobatur. Incipit commemoratio traditionum Cœnobij siue Monasterij sanctæ Mariæ, quod est ad Formpach. Ego Berengerus, Formpachensis Cœnobij primus non meis meritis Abbas, & hi, qui mecum congregati sunt fratres, animaduertimus, alternæ charitatis & debitæ esse retributionis illos describi, qui primùm, & qui deinceps suæ hæreditatis hæredem fecerunt Ecclesiam nostram, quæ est ad Formpach consecrata in honore sanctæ Deigenitricis Mariæ, pariterque loca, à quibus & quomodo ad hanc tradita sint, adnotari, vt notitiam illorum, qui ea tradiderunt, Successoribus nostris relinquamus, & per hanc memoria eorum nominatim fiat & longa. Tradidit namque in primis Domina Himeldrud, venerabilis Matrona, ad eandem Ecclesiam, cum manu Aduocati sui, in vsus ibidem Deo seruientium, hæc suę proprietatis loca, quæ hìc sunt nominata, villam, scilicet Chemnaten., Winehartesheimin, Machingen, Hartheim, Rischermin, Minicheimin. Accepit quidem ea ipsa Materfamilias Thiemonem Comitem in Aduocatum sibi, etiam dictæ Ecclesię, & his omnibus, qui vel quæ ad hanc pertinent; ea ratione & complacitatione, vt is post illum eiusdem aduocationis curam & regimen susciperet, qui in filiis eius primus esset ætate, & sic simili modo de filiis in filios suæ posteritatis huius tutelæ procuratio transiret, quatenus eò propensiori cura susceptis in patrocinatum patrocinaretur, quo se vicem & locum Patris, Aui, etiam Proaui procurare sciret: Posteà Eckpertus Comes, quarto loco à prænominato Auo suo Thiemone eiusdem procurationis debitor effectus, consilium habuit cum Abbatibus, cum Marchionibus & aliis honestioribus & religiosis viris Regionis, & maximè cum Episcopo Patauiensi Vdalrico, & ex fiducia & authoritate consilij eorum, congregatis, in eodem loco Formpach Monachis, effecit Abbatem Berngerum, Monachum expertum, atque probatum, quem Episcopus Patauiensis ille, qui suprà, Anno Incarnationis Dominicæ 1094. Indictione secunda, 16. Calend. Ianuarij in Abbatem consecrauit, & faciens sermonem pro eo ad populum, enunciauit ea, quæ ipse Aduocatus Eckpertus, & cunctus, qui aderat, populus collaudauit, videlicet, vt ea ipsa Abbatia ad Formpach sit libera, & Monachi illi post mortem Abbatis sui liberam potestatem habeant, ad eligendum sibi Abbatem, vndecunque huic nomini idoneum inuenire possint, siue in suo siue in alio vicino, seu longinquo

Donatio B. Himeldrudis de prima fundatrice.

ginquo Monasterio, & is, qui electus fuerit, ad designationem suę electionis baculum ab altare sui Monasterij sumat, & si fortè Monachi illi in electione dissentiant, tunc aduenies Episcopus Patauiensis, cum Aduocato ipsorum eos suis exhortationibus coadunet, & vt mediator sanioris partis sententiam teneri persuadeat; moxque idem Præsul hæc ita suo decreto, cum Clericis & Abbatibus, qui præsto erant, stabiliuit, & Episcopali Banno confirmauit. Aliunde hæc firmari non erat, propter schismata & dissensiones, quæ tunc temporis in Sede Romana erant, & in regno.

PORRO Eckpertus suprà memoratus loci Patronus, à Domino instinctus & amore parentum submonitus, superaddidit prioribus datis supplementum, de sua & mulieris suæ hæreditate tradidit, namque ipse & vxor eius Mechtild, annuentibus hoc filiis eorum, ad sustentationem sæpè jam dicti loci Monachorum in eodem loco Formpach hortum & cortem vnam & molendinum, donauit & campum quendam siue territorium seu nouale in vsus pratorum aptandum & prænominatis terminis extirpandum, & concessit eis potestatem saltus ibidem vel syluæ ad cedendum in quoscunque vsus & ad saginandum porcos. Dedit etiam dimidiam decimam Ecclesię, quæ Antesin vocatur, & dimidiam Huobam in villa, Hartheim nomine, & duas vineas in villa, quæ dicitur Eholuingen; insuper etiam dedit eis in Orientali plaga villam, nomine Neukirchen, & Ecclesias Parochiales duas, vnam sub castello Butino, Parochiam Butineñ.[a] & alteram in villa prædicta Neukirchen, cum decimis & cum cæteris omnibus ad has pertinentibus, & id quod in ea loci est mercatum & villam, nomine Werth, & alium locum juxta fluuiolum Glocniza, vbi modò Cella constructa est, cum pratis & sylua vsque ad Clamma, & pratum juxta fluuium Bruna, & dimidiam Huobam, in villa, quæ dicitur Beyrbach, & dimidiam Huobam in loco, qui vocatur * Smidesdorff. & dimidiam Huobam in villa, quæ dicitur Glocniza, & tres vineas, vnam in loco, qui vocatur Botschach, & duas in alio loco, qui dicitur Wirbilach. Tradidit etiam ille in idipsum, quod suprà quicquid inter Enum & Enesum fluuios inueniri potest, illorum mancipiorum, quæ coniugi suæ in partem ceciderunt, de familia patrui sui Adelberonis Episcopi. Harum singularum traditionum Testes sunt isti per aurem attracti, Otachar Marchio, Dietricus Comes de Formpach, Bernhard de Aschа, Bernhard de Schonheringen, Haiderich, Henderich de Cambe, Henderich, Heydenreich de Erlacha, Pilgrim de Rotingen, Heinrich & Reginbrecht de Perchofen.

[a] *Nunc ad monasteriũ Reicherspergpertinet, à Cõrado Salisburgensi Episcopo tradita, Anno 1142 juxta diplomata ibidẽ in quibus nulla mẽtio de Parochia seu illius jure patronatus. Sed de decimis tãtum illius; Parochia ac alterius in Brẽberg circa Butenam: de quo apud Monasteriũ Reicherspergtatius.*

** al. Inndeidorf.*

Sequitur diploma Lotharij Imperatoris.

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Lotharius diuina fauente clementia tertius Romanorum Imperator Augustus. Cùm defensionis nostræ solicitudo circa omnes Ecclesias & Christi pauperes inuigilare debeat, familiarius tamen eas Ecclesias & claustra fouere & manu tenere debemus, quæ à parentibus nostris fundata sunt, in quibus quotidie nostri & ipsorum apud Deum memoria fit. Proinde tàm futurorum quàm præsentiũ sagax nouerit industria, qualiter nos ob remedium animæ nostræ & consortis nostræ Richniza Imperatricis Abbatiam Formpacensem. cum omnibus pertinentiis suis in nostram suscepimus tuitionem & defensionem. Quam toto deuotionis nostræ affectu amplectentes, sicut libera instituta est à Comitibus piæ memoriæ, Eckberto & cognato suo Vdalrico, ita libertatis ipsius priuilegia nostra Imperiali authoritate confirmamus; ea videlicet lege & tenore, vt ab omnium mortalium seruitio

& exactione

& exactione immunis soli Matri nostræ sanctæ Romanæ Ecclesiæ suum famulatum recognoscat, & singulis annis, vnius aurei debitum exhibeat. Abbas etiam ipsius per successiones à fratribus ipsius regulariter & libere electus, non aliter nisi baculo de ipso altare accepto inuestiatur: Similiter & Aduocatus de prædictorum genere Comitum magis idoneus communi arbitrio & electione fratrum constituatur. Inter cætera autem eidem Ecclesiæ confirmamus mercatum in Neukirchen cum moneta & omnium vtilitate, quæ inde prouenire poterit, & præterea non minus confirmamus, quicquid iuris habere debet, ex donatione prædictorum Comitum, Eckberti, Vdalrici, nec non Hermanni fratris ipsius specialiter ligna, pastum, ædificia & quæcunque adiacentis foreſtiæ vtensilia. Sub nostræ itaque confirmationis auctoritate comprehendentes tam ea, quæ in præsenti habet, quam quæ habitura est eadem Ecclesia, præcipiendo iubemus, vt nullus Dux, Archiepiscopus, Episcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla denique magna paruaue persona in his concessis eam inquietare, molestare, diuestire præsumat. Si quis verò contra hoc (quod non credimus) præsumpserit, 40. libras auri medietatem prædictæ componat Ecclesiæ. Quod vt verius credatur, & ab omnibus diligentius custodiatur, præsentis decreti paginam sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Huic autem confirmationi testes adhibuimus Archiepiscopos, Adalbertum Moguntinensem, Conradum Saltzburgensem, & Conradum Magdeburgensem, Episcopos, Wirtzeburgensem Embriconem, Haluerstad. Rudolphum Megengotum Mersburgen. Gotebold. Misnen. Bernhardum Hildesheimensem; Marchiones, Conradum, Adalbertum Palat. Fridericum, Ottonem, cum cæteris maioribus & minoribus. Data anno incarnationis Dominicæ, millesimo, centesimo, tricesimo sexto, Indictione 14. pridie Idus Maij. Anno vero regni Regis Lotharij X. Imperij tertio. Actum Merspurg, in Christi nomine fœliciter. Amen.

PRIVILEGIA huius Monasterij, præsertim Lotharij Imperatoris confirmata sunt, per Duces Austriæ, nempe per Rudolphum, Fridericum & Albertum, fratres, de Anno 1306. 1311. & 1334. Item à Duce Alberto Anno 1431. vbi se Aduocatum huius Monasterij nominat.

ADDITIONES.

POST hanc institutionem transacto parui temporis spatio tradidit bonę memoriæ Dominus *Odalricus* de *Windenberge* frater Domini *Herimanni*, adiecit cœnobium quædam suæ proprietatis loca, quæ veraciter hic sunt adnotata: videlicet partem Ecclesiæ sancti *Martini* quæ contigit sibi & fratri suo *Herimanno* cum omni dote quæ ad eam pertinuit, scil. *Eholuingum* cum Ecclesia quæ ibi sita eo iure & vsu quo à suis partibus in hæreditatem acceperat cum quadam parte decimę quam *Thiemo* auus suus ab Episcopo *Egilberto Patauiensi* mutuauit cum vinea ad *Rddtharen* & huoba ad *Pergaren* & in ipsa villa cum quibusdam agris & prato. Quæ decima delegata est super altare Ecclesiæ *Eholuingun* in præbendam suis capellanis, videl. Wazoni, Wichardo, Hiltipoldo, Iozo, qui inibi diuina celebrabant. Et idem Comes *Thiemo* à prædicto Episcopo *Eg.* obtinuit suę familiæ in eadem Ecclesia sepulturã, & cætera legis diuinæ, quam postea Ecclesiam cum prędicta decima delegauit: super altare S. *Martini Formbach.* Hanc ergo villam & Ecclesiam & decimam quia ad Ecclesiam S. *Martini* pertinebat cum eadem Ecclesia tradidit *Odalricus* ad prædictum cœnobium, ea ipsa ratione & placitatione qua superiora vt scriptum est super perfecta. Morte autem præuentus ea omnia vt suæ voluntatis erat non ad perfectam delegationem E.M.S.

vſq; perduxit, ſed poſtmodum coniunx illius Domina Machilt: & filius eius *Conradus* conſiliante ſupradicto *H.* fratre ipſius *Odalricus* ſtrenue ac firmiter impleuerunt. Harum rerum teſtes ſunt per aurem ducti, qui hic ſunt adnotati. Hermannus Comes frater ipſius Odalrici. Sigehardus Comes. Gottfrit de Gottiniſdorff, Bernhardus de Sconheringin. Bernhard & Reginolt de Aſchaha. Reginger de Vtinheim. Adelbertus filius Rapholdi de Wirmizaha. Heinrich de ſeruientibus. Folerat & Odalrich. Ratolt Iſinrich:

Dominus *Ekkebertus* tradidit ad prædictum locum partem quam habuit apud *Scerdingen*, & in ipſo loco nouale quoddam, huius traditionis hi ſunt teſtes. Otto de Ramla. Sigehardus Flazze. Heinrich de Tanna. Hermannus & frater eius Durnic. de Rotingen. Bertoldus Pabo de Augsbach.

Notum ſit etiam his omnibus quod idem Aduocatus *Eckbertus* poſt obitũ vxoris eius dominę *Mechilde* annuentibus filiis eius tradidit ad eundem locum tres huobas in loco qui dicitur Viſpach ſecundum petitionem prædictæ coniugis ſuæ *Mechilde*. Huius rei teſtes ſunt, Eberhardus filius ipſius Comitis Eckberti, Eckbertus frater eius. Reginbrecht de tanna. Adalhart de metichi. Erebo phath.

Comes *Ekkbertus* delegauit *Fornbacienſi* cœnobio ſeruum ſuum nomine *Gerhoh* eo pacto, vt ſingulis annis quinque nummos perſoluat, vel ſi tribus continuatim annis præſcriptum tributum reddere omiſerit, ſeruituti obnoxius ſit. huiuſq; traditionis hi ſunt teſtes Sterfritt, Rudpertus.

Fœlicis memoriæ dominus *VVernt* Abbas ſuis precibus impetrauit à Domino *Dietrico* Comite vt iſdem Comes D. & eius coniunx *Adelheit* diuino amore ſubmonitus pro triginta talentis ad altare S. Dei genitricis M. delegauit, quicquid in *Formbacenſi* loco habuit, ſcilicet caſtellum quod inibi ſitum eſt & partem dotis Eccleſiæ S. Martini quæ ſui iuris erat, & agellos qui ſparſim Eccleſiaſticis agris interiacebant, & quoddã prædiũ ex alia ripa *Eni* fluminis poſitũ & quendã ſeruulũ *Gerbertum* cum vxore & filiis & ancillam *Dietlint* nomine cum ſuis liberis. Huius autem traditionis hi ſunt teſtes. Comes Ekkebertus. Sterfridus de brilize. Aribo de mitiche. Hũc de pfolſou, Ludvvic de Buſinberc. Wergant de VVolfaha. Poſtea verò prædictus Dominus Abbas W. eandem delegationem ſtuduit firmius conſtabilire atque corroborare. & eundem Comitem D. & coniugem eius A. rogauit vt quod pridem fuerat actum interea traditione renouaret. Quod etiam vtrique propriis manibus fecerunt & ſub his teſtibus confirmauerunt. Hi ſunt teſtes Ekkebertus Comes, Megnhart de Rotehouen. Eppo de rute. Regnboto de auvva, filius Sigitotonis de hornnheim. Alker de romtinge, Gottſchalch de Karlſteten, Fridericus filius Adelberti de berbobingnen, Geroldus de Ezzinbach, Duime & frater eius, Gerrich de gaugoldesheim.

Comes *Ekkebertus* iunior præſente Abbate *Liotoldo* tradidit *Fornbacenſi* Eccleſiæ curtim quandam in loco qui dicitur anteſin cum mancipiis & omnibus ad eam pertinentibus, poſtmodum precibus obtinuit à præfato Abbate *Perchtoldum* quendam de eiſdem mancipiis ſibi præſtari huiuſque rei hi ſunt teſtes, Cundoldus noſtræ Eccleſiæ ſeruus moriente apud villam quæ dicitur potſah vineam à Comite S. Dei genitricis Mariæ per manum cuiuſdam Nobilis viri Aribonis de Soiltorff tradidit, ſi tamen legitimo hærede caruerit, Et hi ſunt teſtes Giſildoldus de Mitihe Reginboto longus Megenhard miles Comitis.

Comes *Ekkebertus* ad altare ſanctæ Mariæ rogatu *Dietrici* Comitis *Hainricũ* hunc cum omni poſteritate ſua delegauit & ſub his teſtibus firmauit, videl. Hũc de pholſu Aribo de Sciltraim & Cisloch de mithe. Pertoldus palun & frater eius.

eius. March. Pernhart Heberh. Henric. Wilehon & sub eiusdem testibus inuestituram fecit.

Fœlicis memorię Comes *Conradus* de ratilinberge, dedit *Formbacensi* Ecclesiæ per manum patrui sui Comitis H de *Windeberg* quandam curtem nomine *Chadelheim*, sed quia isdem Dominus H. de morte præuentus, per se hanc traditionem efficere non potuit, coniunx eius venerabilis Comitissa H. cum filio suo *Herimanno* addito molendino quod inibi est benigne adimpleuit, dedit etiã vineam ad aschaha cum mancipiis & omnibus ad eam pertinẽtibus steuenonis quoque prædium dimidium cum VIII. mancipiis, prædium quoque quod ad *Filceizingen* habuit & aliud ad *Heingaren* quodque in loco qui *Succinbach* dicitur habuit. Insuper etiam quoddam territorium in *Formbacensi* littore ex alia parte *Ent* fluminis contra Monasterium tradidit etiam partem Ecclesiæ S. *Martini* cum possessionibus quas in eodem loco prædicti Comites O. H. C. habuerunt, quasque longe ante eidem cellæ tradiderunt iterata donatione confirmauit. Et quendam *Chunradum* cum aliis XII. mancipiis donauit. Quarum traditionum hi sunt testes. Dietricus Comes de Vichtenstein, Amelbertus de Preitenvvisen, Albuuinus de Steine. Regingerus de Idmoltesheim & Wernhardus filius eius. Vdalricus de Sconeringen, Widolt de Werde, Rathart, Rupertus. Rapoto.

Comes *Ekkebertus* annuente coniuge sua *VVillibirga* dedit S. Dei genitrici Mariæ per manum cuiusdam nobilis viri *Aribonis* de *Skiltaren*, syluam quæ *Chotelahe* & *VVerde* adtingit eo iure quo sibi à parentib. suis hæreditariè obuenerat, à confinio quod prædictas villas diuidit contra meridianam plagam vsque ad arborem pirũ notatã in via stantẽ super montẽ qui *Hizinberge* vocatur, & ab illa arbore vsque ad giganteam viam, & hanc viam totam vsque in riuũ *Chrebezbach* per quẽ fluuium ascendit vsque ad ipsius amnis originem, & ab hinc ad uerticẽ montis in quo idem lacus oritur, à quo vertice vsque in ripam quæ fluens *Sirna* dicitur circumgirat, perque eiusdem ripæ alueum descendens vsque ad *Weride* terminatur. Cuius traditionis hi sunt testes. Aribo de Ruitte, Adelhardus de Sunnelburc, Rutherus Pilgrimus de Stainbach. Odalricus de Ahahusen. Fridericus de Ipse. Pilgrinus de Richershaim. Fridoldus Nanus. Perchtoldus Guster. Inuestituræ. Odalricus Willehalmus.

Domina *Hedevvic* Comitissa de *Windeberge* dedit *Formbacensi* Ecclesiæ tria mancipia quorum hæc sunt nomina *Luttrat*, *Gunza*, *Chunigunt* hoc iure vt 5. nummos annuatim persoluant. Remisit etiam dimidiam hobam quam dispensatores eius de curte *Chadelheim* abstulerãt. Et hi sunt testes. Wolffganc, Perchtoldus, Hunthaha, Godeboldus.

Domina *Ita* Cometissa de *Burchusen* dedit *Formbacensi* Ecclesiæ quicquid prædij habuit, cum vineis & mancipiis in loco qui *Posinbach* dicitur huiusque traditionis hi sunt testes. Durirc de granberge, Diepoldus, Werinherus de Pholsoo. Eppo de Grantperge, Gerhardus huccingare.

VVolfganc de *Windeberge* dedit eidem Ecclesiæ ex petitione fratris sui *Heinrici* vnum mansum cum mancipiis ad *Gumbrehtingen* & hi sunt testes, Chunradus & Wecil frater eius de Hittingen. Vdalschalche de Sessingen. Otto de Etzinbahe. Adelbertus frater eius de cella. Marchvvardus.

Comes *Ekkebertus* delegauit ad altare sanctæ Mariæ tres filias *Geroldi* de *Houeruten* scilicet *Adelheidt*, *Perta* *Richkart* eo pacto vt annuatim censum V. nummorum persoluant. Huius traditionis exstiterunt testes V Vernhardus, Pilgrim, Megingoz, Pertoldus, Ingram.

Ekke-

Ekkebertus Comes dedit huic Ecclesiæ quoddam prædium in loco qui dicitur *Revvane* & propria manu tam pro anima sua quam parentum suorum ad altare S. Dei genitricis in nat. eiusdem Dei genit. delegauit. Et hi sunt testes. Dietricus Comes, nepos ipsius. Dominus Rapato filius Ducis Engilberti, Ekkehardus de pholsu, Eckinbertus de Mosepach. Eppo.

Dominus *Ekkebertus* Comes cum consensu vxoris filiorumque eius delegauit curtem *Inzingen* cum omnibus ad illam pertinentibus pro remedio animæ suæ in manum *Odalrici* Comitis ea lege & ratione vt illi super altare B. Mariæ ad *Formbach* delegaret, hoc idem Comes *Odalricus* præsente eiusdem Monasterij Abbate *Beringero* & *Ekkeberto* Comite adimpleuit, ac sub testificatione istorum testium confirmauit. Ekkebertus & Eberhardus filij Ekkeberti Comitis. Luitpoldus de Obach. Wernhart de Alderespach, Gotefrit filius Cottini de Vilisa.

Dominus *Ekkebertus* Comes tradidit *Geroldo Griezpach Vrheim, Sikkingin*, & delegauit in manum eiusdem nobilis viri nomine *Piligrimi* ea lege & ratione vt quocunque vellet ipse delegaret. Hoc idem prædium rogante *Geroldo* idē *Piligrimus*, cum omnibus suis vtilitatib. seruis & ancillis, pro remedio animæ Domini sui suæque animæ suorumque parentum sine vlla contradictione ad altare S. Mariæ delegauit & sub testificatione istorum testium confirmauit. Raffolt de Wirmiluga. Bernhart de Ascha, Piligrim de Rispach. Piligrim filius Iedunges. Adelram de Chirbach. Eppo de Lotinberht, Reginolt de Lengenoue. Reginger de Vzinhaim. Heinrich de Inuzinesdorff. Reginolt de Ascha. Bezelmus de Hedindorff. Item Heinricus filius prædicti Geroldi coram supradictis testibus rogauit eundem *Piligrinum* scilicet Aduocatum suum vt si absque legitimis filiis ipse *Henricus* & filius eius *Geroldus* obissent residua prædiorum suorum quæ in manum fidei suæ tradiderat altari Dei genitricis S. Mariæ in loco *Formbach* delegaret.

Comes *Ekkebertus* præsente & annuente coniuge sua W. tradidit *Formbacensi* cœnobio capellam quæ est in castello *Nuivvenburc* cum dote & mancipiis ad eam pertinentibus, eo nimirum pacto, vt eidem Ecclesiæ à fratribus prænominati loci diuinum seruitium benigne impēdatur. Isdem quoq; piæ memorię Comes E. prædicto cœnobio decreuit decimationem dare omnium rerum suarum, videlicet de sylua, venatu, piscatu, de camera, de cellario, de prædiis, de placitis & de omnib. bonis quæ ex diuina largitate de longe vel prope ei fuerint collatæ. Dedit etiam quatuor mancipia scilicet quendam *Gerungen* cum tribus germanis, hasque donationes vna delegatione patrauit, & sub his testibus strenuè confirmauit. Hi sunt testes: Aribo de mittiche. Bertholdus balun. Bertholdus de Hittingen. Reginboto longus.

Dominus *Dietricus* Comes de *Viethenstein* dedit Ecclesiæ *Formbach* tres mansus in loco rere, propriaque manu delegauit, pro remedio tam suæ animæ quam vxoris suæ Dominæ *Adelheidæ*, nec non & parentum suorum. Cuius rei hi sunt testes. Hugo de pfolsou. Eberhardus de Osternbach. Regnboldus, Gerrich de gaugoldesheim.

Domina *VVillibirch* Cometissa & filius eius *Ekkebertus* delegauerunt *Pertholdum* de *houerlitten* ad censum V. nummorum, annuente Comite *Ekkeberto* qui & testis extitit, sicuti & testes nihilominus extiterunt, Pertoldus Palun. Hermannus de Roting, Diepoldus de Logheim. Sigboto de Bornhemen. Marcuuardus, Ekkehardus vntur. Irmfridus Iunior. ad altare S. Mariæ.

Præfata Cometissa & filius eius *Ek.* annuente Comite E. delegauerunt dimidium mansum ad *Patheringin*, & hi sunt testes. Pertoldus Palun. Hermann⁹ de roting. Siboto de bornheim. Werhardus Zant. Harturider. Arnoldus. Heinricus de Chrugarn, Wermuot.

Dominus

Dominus *Ekkebertus* Comes delegauit ad altare S. Mariæ. nouale quoddam quod quidam seruiens *Rodgerus* prius in beneficium à Cometissa W. impetrauerat. Insuper pratum quod è regione & vltra riuulum *Tarnpach* situm est tradidit. Huius delegationis testes exstiterunt: Poppo de Stupach. Odelrich de Sneberch & frater eius Meginger. Luipoldus de Nedespach. Megingoz de Taegdingeschiren. Herimannus de Roting.

Quoniam quidem sæpe dissensio inter *Formbacenses* & *Subenenses* de vtilitate transitus aquæ qui est in *Skerdingen* quique ipsis ambobus, largitione Principum seruit facta est, dignum duximus ne amplius interdissidentes aliqua simultas oriatur describere, notitiæque nostrorum tradere, quibus vel quot annis *Forbacenses*, & quot *Subenenses* præfatam vtilitatem sint assecuti. Duæ namque sorores *Tuota* & *Himildrud* tàm nobilissimis quam etiam ditissimis parentibus ortæ, cum possessiones suas amplas inter se diuiderent, contigit, vt prænominatus transitus in ista parte in qua Monasterium *Formbacense* situm est æqualiter inter eas partiretur, videlicet, vt vno anno domina *Tuota*, altero Domina *Himildrud* ipso vteretur. Ex altera verò parte in qua *Subenense* Monasterium constructum est plures comparticipes eiusdem trãsitus, videlicet filios *Meginhardi* Comitis *Odalricum* & *Hermannũ* ac filios *Tiemonis*, *Ekkebertum* & *Henricum*, & Dominam *Itam* habentes definierunt, quatinus primo anno Domina *Tuota*, secundo Soror eius, Domina *Himildrud*, tertio *Odalricus* & frater eius *Heinricus*, ipsius transitus vtilitate potirentur, & Domina *Ita* in ipso in°i anno singuli septimana quolibet die tantum frueretur. Domino autem inspirante Domina *Tuota* partem suam quam vtrimque habuit Ecclesiæ S. *Lamberti* quæ est in *Subene* dedit, & Soror eius Domina H. partem suam ex vtraque parte Ecclesiæ S. *Mariæ* quæ est in *Fornbacensi* loco tradidit. Dehinc Dominus *Odalricus* & frater eius Dominus *Hermannus* cũ sanguineis suis *scilicet Ekkeberto* Comite & fratre suo Domino *H.* etiam suas partes *Formbacensi* Ecclesiæ dederunt. Post hæc *Diepoldus* de *Locheimin* vtilitatem diei quam Domina *Ita* habebat in beneficio à Domina sua tenẽs, impetrauit ab ea vt ipse etiam hanc *Fornbacensi* Ecclesiæ daret. Qua ratione oportet vt *Fornbacenses*, & *Subenenses* ex ista parte in quo *Fornbacensis* alue° Enũ influit, transitus vtilitate æqualiter fruantur: ex altera vero parte in qua *Subenensis* fluuiolus Enum innatat Subenenses vno tantum anno, Formbacenses antẽ post hunc tribus annis continuatis potiantur, & pro largitoribus æterna præmia largientem vtrique deprecentur.

Memoriæ tam præsentium quam futurorum plena fide transmittimus, quod Dominus *Chunradus Saltzburgen:* Ecclesiæ Episcopus, acceptis à domino *Ortolfo Vornbacen.* Abbate XV. tal. tradidit ad censum annuatim soluendum, videlicet V. denariorum prædicto cœnobio, mancipia quædam cum omni posteritate ipsorum, quorum hæc sunt nomina. Pertha & filia eius Mehthilt, & Dietricus filius Perthæ, & alij eius filij, Henricus & Hermannus, Pertholdus, & filia eius Gertrudis. Erant præterea homines prædictæ Ecclesiæ Vormbach, quorum hic annotamus nomina. Chunradus. Willibirgis. Gutherus. Adelheidis in seruitio Episcopi ex longo tempore cõstituti, & tanto minus nobis cogniti, quãto & à seruitio nostro alieni, quos idem Episcopus consentiente Abbate & omni congregatione retinuit, vt in prædictorum mancipiorum traditione esset denotior. Huius concambij seu traditionis isti testes sunt. Svvikerus de Suhten notarius. Albertus capellanus presbyter Ecclesiæ S. Petri. Meingotus, & frater eius Sigboto de Surberch. Chuno de Werfer. Leupoldus de Walde. Hartvvicus & frater eius Wernhardus de Hage. Geroldus de Antesenhouen.

Sequun-

Sequuntur Priuilegia Rudolphi, Friderici, Alberti & alterius Alberti, Austriæ Ducum, quorum D. *Hund mentionem facit.*

RVdolphus Dei gratia Dux Austriæ & Styriæ, Dominus Carniolæ, Marchiæ ac Portusnaonis. Vniuersis præsentium inspectorib. salutem cum notitia subscriptorum. Aequitatis vigor expostulat & ordo suggerit rationis, vt nostrarum personarum indempnitatib. præcauere, & præcipue religiosorum locorũ commoditatibus & honoribus ampliandis, iugiter intendere debeamus, vt per lubricum huius vitæ transcursum salubriter transeuntes, æternæ beatitudinis præmia consequamur. Noueritigitur præsens ætas & succeſſura posteritas, quod diuæ recordationis *Lotharij* Imperatoris tertij priuilegium vidimus, audiuimus, & de verbo ad verbum intelleximus diligenter, cuius tenor per omnia dignoscitur esse talis. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Lotharius* diuina fauente clementia tertius Romanorum Imperator Augustus &c. vt in Hundio habetur.

Nos igitur dictum ordinem & Monasterium *Formpacenses* quod disciplinæ Monasticæ luminosè præradiat, prærogatiua fauoris & gratiæ singularis amplectentes, ac intimo desiderio cupientes, quod status siue prosperitas non laceretur in aliquo, vel dispendiosè corrigatur. Attendentes quoq; sincerè deuotionis & fidei puritatem, qua dilecti deuoti nostri *Marquardus* Abbas & Conuentus, quos vitæ cęlibis insignit religio, nostram celsitudinem indesinentib. seruitiis amplectuntur, prædictum priuilegium prout est superius annnotatum, & vniuersos & singulos articulos in eo contentos, de benignitate solita liberaliter innouamus, approbamus, & præsentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis & confirmationis infringere, vel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui forsitan attemptare præsumpserit, grauem nostræ indignationis offensam se noueritincursurum. In quorum testimonium & perpetui roboris firmamentum, præsens scriptum, sigillo nostro iussimus communire. Datum *Wienn*, Anno Millesimo Trecent. Sexto, Sept. Idus Iunij.

FRidericus Dei gratia Dux Austriæ, Domin⁹ Carn. March. ac Portusnao. omnib. in perpetuum, Constitutus in nostra præsentia Vir honorabilis Marquardus Abbas Monasterij *Fornpacensis* pro se & suo Conuentu nobis humiliter supplicauit, quatenus priuilegium quoddam, sibi perdiuæ recordationis *Lotharium* Romanorum Imperatorem Augustum, pie concessum, & postmodum per claræ memoriæ *Rudolfum* fratrem nostrum, tunc ducem Austriæ & Styriæ liberaliter approbatum, etiam nos ipsi & suo monasterio approbare, innouare, & concedere de speciali gratia dignaremur. Cuius quidem priuilegij tenor per omnia talis est. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Lotharius* diuina fauente clementia tertius Romanorum Imperator Augustus. Cum defensionis nostræ sollicitudo circa omnes Ecclesias & Christi pauperes inuigilare debeat, familiarius tamen eas Ecclesias & claustra fouere & manu tenere debemus, quæ à parentibus nostris fundata sunt. &c. sequentia idem sonant quod Confirmatio *Rudolfi* Duc. Aust. & Styr. 1306.

Nos igitur prædictorum Abbatis & Conuentus vt suis Deo precibus commendemur, supplicationibus inclinati, prædictum priuilegium prout est superius annotatum, ad vniuersos ac singulos articulos in eo contentos, de benignitate solita, liberaliter innouamus, approbamus, concedimus & præsentis scripti munimine roboramus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ innouatio-

nouationis & approbationis infringere vel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui secus attemptare præsumpserit, grauē indignationis nostræ offēsam se nouerit incurrisse. Datū *Patauiæ* Anno Domini Millesimo trecentesimo vndecimo. Nono Kal. May.

Albertus Dei gratia dux Aust. Styr. & Carinthiæ, Dñs Carniolæ, March. ac portusnaonis, Comes in Habspurch, nec non Landtgrauius Alsatiæ Dominusq; Phuretarū omnib. in perpetuum. Constitutus in nostra prēsentia Vir honorabilis *Engelschalcus* Abbas Monasterij *Formbacensis*, pro se & suo conuentu, nobis humiliter supplicauit, quatenus priuilegium quoddā sibi per diuæ recordationis *Lotharium* Romanorū jmperatorē piè concessum & postmodū perclarę memorię *Rudolfum* fratrem nostrum tunc ducē Austrię & Styrię nec non per Serenissimum dñm & fratrem nostrū Dñm *Fridericum* quondā Roman. Regem tempore Confirmationis & jnnouationis præsentium, tunc Ducē Aust. & Styr. liberaliter approbatū, etiam nos ipsis & suo monasterio approbare, innouare & concedere de speciali gratia dignaremur. Cuius quidē priuilegij tenor per omnia talis est. In nomine sanctę & indiuiduę Trinitatis. *Lotharius* diuina fauente clementia, tertius Romanorum Imperator Augustus. Cum defensionis nostræ sollicitudo circa omnes Ecclesias & Christi pauperes inuigilare debeat, familiarius tamen eas Ecclesias & claustra fouere & manutenere debemus, quę ā parentibus nostris fundata sunt &c. Nos igitur prædictorū Abbas & Conuentus, vt suis Deo precibus commendemur, supplicationibus inclinati, prędictum priuilegium, prout est superius annotatum, & vniuersos & singulos articulos in eo contentos de benignitate solita liberaliter innouamus, approbamus, concedimus, & prę-sentis scripti munimine roboramus. Nulli ergò hominum liceat hanc paginā nostræ innouationis & approbationis infringere, vel eidem in aliquo ausu temerario contraire, Quod qui secus attemptare præsumpserit grauem nostræ indignationis offensam se nouerit incurrisse. Datum *Patauiæ* Anno Domini M. Trecentesimo quadragesimo, tertio Kal. Nouemb.

WIr Albrecht von Gotts Gnaden Hertzog zu Oesterreich/zu Steyr/zu Kernden vnd zu Crain/Margraff zu Merhern/Herr auff der Windischen March/vñ zu Portenaw/Graff zu Habspurg/zu Tyrol/zu Phirt vnd zu Küburg/Margraff zu Burgaw/vnd Landtgraff zu Elsassen. Bekennen vnd thun khundt offentlich mit dem Brieff/das für vns kham der Ersam in Gott vnser Andechtiger vnnd besonder liber Hanß der Pappenberger Abbt zu Formbach vnnd batt vns diemütiglich an statt sein selbs/seines Conuents vnd Gotts hauß zu Formbach/das wir jm vnd demselben seinem Gotshaus Gerechtigkeiten zuuernewern vnnd zubestatten/solch Gnad/Freyheit vnnd Recht/so jhn weylandt der Hochgeborne Fürst löblicher Gedächtnuß der Allt Hertzog Leopold Hertzog zu Oesterreich vnnd zu Steyr/mit seinem Brieff gegeben hat/vnd die jhm nachmalen meniger vnser Voruordern auch Hertzogen zu Oesterreich/mit namen Hertzog Albrecht vnser Vhreen/Hertzog Albrecht vnser Een/Hertzog Wilhalm vnser Vetter/vnd Hertzog Albrecht vnser lieber Herr vnd Vatter/denen allen Gott genedig sey/mit jhren sundern brüffen vernewert vnnd bestätt haben. Vnd wann wir derselben vnser Voruordern Göttlichen vnd zimlichen Wercken vnd Taten/damit sie Klöster Gottsheuser/vnd Geistliche Personen/die dem Allmächtigen Gott vleissigklich darinnen dienent/begnad vnd befreyt haben/billig Nachuolgend sein. Dauon so haben wir zu vodrist durch Gottes willen/vnd des Ehegenanten Abten Gebeth jm vnd seinē Gotts-hauß zu Formbach/dessen Vogt wir seyn/die vorgemelten Brieff vnnd alle Freyheit/Recht vnd Gnad darinn begriffen/von newem bestett. Vernewern vnd bestetten jnen die auch von Fürstlicher Macht/wissentlich in Crafft diß Brieffs/für vns vnser Erben vnd

Nachkommen/vnd maynen vnd wöllen das die mit allen Articuln vnnd Puncten so darin begriffen sein/ gäntzlich bei jhren kräfften bleiben vnd statt gehalten werden/ ohn menigklichs jrrung vnd hindernussen/ in aller maß als dieselben Brieff von Wort zu Wort hiemit begriffen weren/ vngeuerlich. Dauon empfelhen wür vnsern lieben getrewen/ allen vnsern Haubtleuten/ Herrn/Rüttern vnnd Knechten/ Pflegern/ Burggrauen/ Burgern/Mauttnern vnnd allen andern vnsern Ambtleuten vnnd Vnderthanen/ vnnd wöllen ernstlich/ das si den vorgenanten Abbt/ sein Conuent vnd jhre Nachkomen bey disser vnser bestettung/ vnd deren Gnaden vnd Freyheiten in den obbemelten jhren Brüffen begrüffen/ gentzlich lassen beleiben/ vnnd si daran nit hindern noch jrren in kein weis/ oder si theten wider vns. Vnnd des zu Vrkhundt geben wür den Brüff besigelten/ mit vnsern grossen Fürstlichen anhangenten Insigl. Der geben ist zu Wien am Erchtag nach S Gregori Tag. Nach Christi Geburt vierzehenhundert Jar/ darnach in dem ain vnd dreissigisten Jare.

ABBATES Formpacenses.

I. PERENGERVS.
II. BRINTO.
III. THEODERICVS.
IV. HENRICVS.
V. BERNHARDVS.
VI. HENRICVS II.
VII. ORTOLPHVS.
VIII. GESTWICVS.
IX. ORTOLPHVS. II.
X. CONRADVS.
XI. OTTO.
XII. ORTOLPHVS III.
XIII. PILGRINVS.
XIV. HENRICVS III.
XV. MARQVARDVS.
XVI. HENRICVS IV.
XVII. IOB.
XVIII. FRIDERICVS.
XIX. ENGELSCALCVS.
XX. MARTINVS.
XXI. OTTO. II.
XXII. CONRADVS Peisler Decret. Doct. & in spiritualibus reb. supremus Iudex in Germania.
XXIII. RVDOLPHVS.
XXIV. IOANNES Pappenberger, nobilis.
XXV. GEORGIVS.
XXVI. THEODERICVS.
XXVII. CASPARVS Schmatz, nobilis.
XXVIII. MICHAEL.
XXIX. LEONHARDVS Straser.
XXX. ANGELVS Rumpler.
XXXI. MATTHIAS.

XXXII. STE-

XXXII. STEPHANVS Ferber.
XXXIII. WOLFGANGVS Stingel.
XXXIV. LEONHARDVS Brandtmair.
XXXV. CHRISTIANVS Seſsler.
XXXVI. CEORGIVS Manz.
XXXVII. SEBASTIANVS Mayr.
XXXVIII. IACOBVS Endres.
XXXIX. CASPARVS Siber, modernus Abbas.

FVRSTENVELD MONASTERIVM AD Ambram fluuium Ordinis ſancti Bernhardi Ciſtercienſis.

FVNDAVIT hoc Monaſterium Ludouicus, Bauariæ Dux, Pater Ludouici Imperatoris, & hoc propter cædem primæ ſuæ coniugis Mariæ Brabantiæ, quam ob falſam adulterij ſuſpitionem, Werdæ ad Danubium præcoci ira percitus, Anno 1256. decollari fecerat, vbi etiam ſepulta eſt in Monaſterio S. Crucis. Impoſitum illi fuit per Alexand. Pontif. vt pro pœnitentia in ſua Prouincia, & de propriis ſuis redditibus. Monaſterium pro 12. Carthuſianis inſtitueret. Cum autem nullũ tale Monaſteriũ in Bauaria eſſet, ꝓmiſit ſimile pro fratrib. ordinis S. Bernhardi, ſeu Ciſtercienſibus, in loco, qui Furſtenueld dicitur, ædificare: Quod illi à Clemente Pontifice permiſſum eſt; ita tamẽ ſi nõ aliquo priori voto ad hoc obligatus eſſet. Ita teſtatur diploma Conradi Friſingenſis Epiſcopi. de Anno 1266. atque ita facta eſt fundatio in honorem Saluatoris Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & gloriosæ virginis Mariæ. Hunc locum vocatũ Fürſtenueld, cum omnibus pertinentiis plenariè tradidit: Multa præterea alia prædia & poſſeſſiones eidem Cœnobio donauit, quarum nomina in diplomate extant. Conceſſit item eius, eligẽdi ſibi Aduocatum, quem vellent, qui tutelam Monaſterij ſine aliqua exactione & grauamine ſuſciperet. Conceſſit etiam iurisdictionem ſuper bona & ſubditos Monaſterij, exceptis capitalibus criminibus; Item quæcunq; prædia fratres emerent, ſiue eis ꝓpter Deum darentur, quæ feudali titulo ad Principes pertinerent, liberentur eo onere, vt pleno iure proprietatis Monaſterio cedant. Præterea donauit im̃unitate telonij omniũ victualium; ſiue terra ſiue aqua ad Monaſterium perferantur. Eius rei teſtes citantur, Conradus Epiſcopus Friſingeñ. Hartmannus Auguſten. Pontifex, Conradus ſecundus, Affinis noſter, vnſer Oheim/ Hieruſalem & Siciliæ Rex, Dux Sueuiæ, Meinhardus Comes Goritiæ, Gebhardus Comes de Hirſperg. Albertus ſupremus noſter ſcriba, Præpoſitus de Illmũnſtrẽ. Eberhardus noſter Vicedominus. Dietricus olim noſter Vicedominus. Fridericus de Truchedingen, Albertus Leuzman, Albero de Pruchperg, Hadmar de Labar, Burckhart de Wilhaim, Nobiles, Herman de Heiginberg, Conradꝰ de Haldenberg, Berchtoldus Marſcalcus de Schitperg, Vlricus filius eius, Arnoldus de Mãſſenhauſen, Vlricus de Camerperg, Conradus de Chamer, Winhart de Rorbach, Vlricus de Soumerdorf, Gerunch de Arnpach, VVicknandus vicedominus, Berchtoldus Scriba, noſtri fideles, &c. alijque plures.

Actum Monachij Anno 1266. die S. Petri Apoſtoli. Monachi ex Allerſpach eiuſdem ordinis huc vocati, ſub primo Abbate Anshelmo.

IDEM Ludouicus poſtea. Anno 1276. in teſtamento suo legauit Monaſterio huic villam in Hettinshauſen. Idem poſtea in alio ſuo teſtamento Heidelbergæ facto, ante obitum ſuum. legat Monaſterio huic pro ſua & filij ſui Ludouici ſalute, aliquid dari arbitrio coniugis ſuæ, Anno 1294. Confirmat hanc fundationem patris Ludouicus quartus Imperator filius, Anno 1331.

IOANNES AbbasFurstenueldensis, & Conuentus emerunt à Wicknando Ausenhouer, Mechtilde ipsius coniuge & Berchtoldo filio, vicum seu forum, Brugg, cum omnibus pertinentiis propriis & feudalibus: Hunc contractum cõfirmat Ludouicus Imperator, ac immunitate donauit, si qua ibi sunt feudalia, siue à Ducibus Bauariæ, siue ab imperio, pro remedio animæ suæ. Extat copia sine annorum inscriptione, inqua venditores nominantur, die vesten Mann/ circa Annum 1330. vel 40.

Hoc Cœnobium habet juxta tenorem fundationis jurisdictionem, id est, die nideren Gericht/ super omnibus bonis & prædiis suis; in qua tamen per Principum Officiales plurimùm sunt turbati & molestati, donec Albertus Dux Anno 1508. denuò Monasterio hanc jurisdictionem restitueret & confirmaret; Sed hoc tantùm in Comitatu & districtu Dachouiensi, pro quo fratres fundos' quosdam ad Zeltlhof pertinentes, per inundationem proximæ piscinæ submersos. Item jus suum piscandi in fluuio dicto der Graben/ apud Burgheim, in prædicto districtu Dachau situm, Principi liberè tradiderunt.

Sepultus est ibidem Fundator Ludouicus Dux, qui obiit Anno 1294. vnà cum filio suo Ludouico, ex secunda coniuge Anna, Conradi Ducis Poloniæ filia nato, qui in hastiludio Nurenbergæ per Kraftonem de Hochenloe occubuerat, Anno 1271. nec non cum coniugibus suis, prædicta Anna, quæ obiit anno 1271. & Domina Mechtildi, Rudolphi Roman. Regis filia, quæ obiit An. 1304. 10. Calendas Ianuarij.

SEPVLTI NOBILES IBI.

DEDACHAW in Lauterbach & eorum Posteri, die Hund zu Lauterpach.
DE EISENHOLZRIED.
WATTEN de Geckenpeunt.
KEMNATER de Tanderen, & alij.

ADDITIONES.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. *Ludouicus* Dei gratia Comes Palatin⁹ Rheni Dux Bauariæ vniuersis Christi fidelibus præsentibus & futuris hanc paginam inspecturis in perpetuum. Quoniam labente tempore memoria plerumq; labitur actionum, acta nostra memoria digna literarũ munimine duximus confirmanda. Recognoscentes itaq; quod ciuitatem hic permanentẽ nõ habemus, sed futurã non manu factã inquirimus æternaliter ꝑmansurã, amicos de bonis temporalib. & caducis, qui nos cũ defecerimus in tabernacula æterna recipiant. Fauente Deo nobis facere cogitam⁹. Cũ igitur pro remedio & salute nostrorũ peccaminũ ac progenitorum nostrorũ ad honorẽ & reuerentiam Iesu Christi eiusq; gloriosæ genitricis semperq; virginis Mariæ de prædiis seu proprietatib. nostris Abbatiã Monachorũ Cisterciensis ordinis fũdare jam ceperim⁹ & cõsumare auxiliante dño feliciter & efficaciter intendam⁹ præsentiũ memoriæ committendum, & futurorum notitiæ duximus declarandum, quod ipsum fundationis nostræ locum dictum *Furstenfeld* possessionibns iam dotauimus hic subscriptis, nec non cum hominibus. qui proprij nostri sunt, eorumque posteritate in ipsis prædiis residentibus, his etiam adiunctis qui in dictis prædiis nunc manentes jure aduocatico nobis attinent, ita videlicet, vt ipsi aduocatici ab omni seruitio seu jure, quo nobis tenentur liberi mãeant & quieti donec ipsi

memo-

memorato Monasterio de nostris propriis comitentur. Concedimus etiã vt nostris ipsiusq; Ecclesię hominib. liceat vicissim contrahere matrimonia, ita vt eorundẽ contrahentiũ hæredes nobis & Ecclesię iam dictæ æqualiter diuidantur. Permittimus nihilominus de gratia speciali, vt si qui de nostris hominib. in prædiis Ecclesię præfatæ locati fuerint, illi ab omni seruitio & exactione nobis debita qeti permaneant quã diu in eisdẽ prædiis fuerint residentes. Donauim⁹ autẽ sæpe dictę Ecclesiæ in villa *Geimbach*. 5. curias, cũ syluis, pratis, pascuis, omnibusq; attinentibus, cultis & incultis, quarũ curiarũ vnã tenet iã adhuc Agnes vxor *Egẽhouarij* ꝓ beneficio personali ad dies suos tm̃. In villa *Buech*. 5. curias cum decima & omnib. suis attinentiis. *Michilnoue* curiã vnam. *Burgadelhausen* 6. prædia. *Vrsenhouen* molendinũ. *Hergolfvviſen* 4. prædia, *Hochenſtraze* 2. prædia. *Obernburchain* 1. curiã. Barræ prædiolũ. *Stuben* curiam & prædiolũ. *Hochenrieth*. 2. prædia. *Burgch* curiam. *Bergæ*. 2. curias & Vorstlechen. *Linthbach* curiam. *Stegen*, curiã, & prędiũ. *Eteshausen* curiã *Nabau*. 2. prędia. *Hertshausen* prędiolum, Ius patronat⁹ Ecclesię in *Holenbach* cũ omnib. suis attinentib. *Ingelspergæ* duas curias, *Vobligen* 4. prædia. *Strausdorff*. duas curias. *Rorsdorff*. curiam. *Berchanger* curiam. *Puren* in monte curiã. *Chulbingen*. hubã, *Norderndorff* prædium. *Tal* curiam & hubam. *Snait* curiã: *Buheln* ante nemus prædiũ. *Praidenbergæ* 4. prædia. *Wippenkirchæ* curiam & prędiũ. *Goethingen* 2. prædia & prędiolum *Talheim*. 3. hubas. *Berchach*. 2. hubas & prędiolum. *Hainrichsdorf*. hubam. *Ods*. hubam. *Haimburch*. 2. hubas & prędiolum. *Kirchstigen* prædiolũ. *Slathain* & *Nitbuch*. 2. prędiola. *Tothendorff*. prędiũ. *Harroz* curiã. *Pozzẽbergæ* curiam. *Ried* curiã. *Stũphspach* vacaria. *In Tolnze* & *Hochenburch* decimã omniũ prouentuũ nostrorũ quos ibidẽ habem⁹ nunc & habebimus in futurũ. Hæc & alia à nobis iam data & in posterũ danda prędicto Monasterio & fratrib. inibi Deo inseruientibus salua & integra, ꝓ nos, & omnes hæredes nostros volumus perpetuò conseruari. Præterea cum cõstet *Cistercienſem* ordinẽ à sede apostolica & munificẽtia imperiali specialis prędę gratiuę gratia prędę cæteris religionũ ordinib. dotatũ sic & exemptum, vt super omnib. bonis & hominib. suis aduocatum omnino habere non debeant, nisi quẽ sponte sibi duxerint eligendũ, qui eos sine omni emolumẽto & exactione qualibet protegat & defendat simpliciter propter Deũ. Nos eadẽ gratia prędicti fundationis nostræ locũ frui volumus ꝓpetuo gaudere. Decernim⁹ insup, vt nulli omnino iudicũ nostrorũ sup bonis & hominib. antedicti Monasterij nisi in casu tm̃ sanguinis hic expresso, videlicet furto, homicidio, & violẽtia, obpressione liceat aliq; iudiciũ exercere, q; tamẽ sic distinguim⁹, vt si de præmissis excessib. quis reus in bonis Ecclesię residens fuerit deprehẽsus, Iudex nõ de Monasterij reb. mobilibus, sed de persona rei tm̃. iuris iudiciũ prosequatur. Adiicimus præterea vt si quas possessiones, à nobis infeodatas quarũ proprietas ad nos spectat supradicti fratres sibi cõparauerint, aut ꝓ Deo in Eleemosynã datas acceperint, libere eas recipere liceat, deinceps titulo proprietatis easdẽ iure perpetuo pacifice possideant & quiete. Itẽ volumus vt de omnib. victualib. suis ducendis per aquas vel per terrã in omni nostro dominio nullũ omnino theloneum aut mittam soluant, sed his omnib. liberi sint perpetuo & immunes. In huius donationis nostrę testimonium prędens instrumentum ex inde confectũ cum testiũ subscriptione nostri sigilli munimine iussimus roborari. Testes aũt sunt, Dñ. Conradus venerabilis Episcopus Frisingen: Dñ. Harthmã venerabilis Episcopus Augusten. Conradus dilectus auunculus ñr, secund⁹ Hierusalẽ & Sicilię Rex, Dux Sueuiæ. Meinhardus Comes Goritiæ, Gebhardus Comes de Hirsperg. Albertus Prothonotarius noster. Præpositus de Illmũnster. Eberhardus vicedominus. Dietricus quondã vicedominus. Fridericus de Truchedingen, Albertus Leuzman, Alberto de Pruchperg,

Hadmair, de Labar, Burckhart de Wilhaim. viri nobiles. Herman de Heginberg Conradus de Haldenberg. Berchtoldus Marschalcus de Schiltberg. Vlricus filius eius, Arnoldus de Mässenhausen, Vlricus de Camerberg. Conradus de Camer Winhart de Rorbach, Vlricus de Samerdorff, Gerunch de Arnpach, Wicknandus Vicedominus, Berchtoldus Notarius, fideles nostri & alij quam plures viri prouidi & honesti. Datum Monaci Anno dominicæ incarnationis M.CC.LXVI. Indictione IX. Mense Febr. VIII.

WIr Ludouickh von Gottes Gnaden/ Römischer Kaiser zu allen Zeiten merer deß Reichs/ bekennē offentlich an disem Brieff/ vñ thain khüt allen denen die jn ansehen od hören lesen/ das wir dē Ersamē Geistlichē Leutē/ dem Abt vnd dē Conuent des Closters zu Fürstenfeldt/ das wir von gantzer begird lieb haben/ bestett habē vnd auch bestetten mit disem Brieff/ die stifft handtfest/ die vnser Vatter selig/ dem Gott Genad demselben Closter/ das sein vnd vnser Stifft ist geben hat/ vnd wan dieselb Handtfest in Latein gemacht vnd geschriben ist/ haben wir si auch zu einer besundern förderung dem vorgenanten Closter zu teusch haisen schreiben/ nach allem dem vnd eine Hantfest begriffen hat die also anfahet. In dem namen der Heiligen vnd Vnheilhafftigen Drivaltigkeit. Wir Ludwig vō Gottes Gnaden/ Pfaltzgraff bey dem Rein vnd Hertzog in Bayrn/ thain khundt allen Christlichen Leuthen/ den gegenwirtigen vnnd den künfftigen ewiglich die disen Brieff ansehen/ wan von der vergenckns der Zeit auch die zeucknus Menschlicher Tatt sich verget/ wöllen wir vnser Tat der Gezeugnus wirdig ist verueſten mit der warnung vnser Brieff/ vnd wann wir das auch erkennen/ das wir stetts wesens auff dem erdrich nit haben/ vnd sonder wir suchen die vnzergenlichen ewige Wonung/ dauon habē wir gedacht mit Gottes Gunst/ vns Freundt zemachen/ vom weltlichen vnd zergenglichē Guett/ die vns wann wir gestorben fürdern vnd helffen zuen ewigen Freunden. Darumb wir auch vñ den Ablas vñ Heil vnser Sünden vñ vnsern vordern seelich zue ehren vñ zur wirdigkeit/ vnsers Herrē Jesu Christi/ vnd seine hochgelobten Mueter/ der ewigen Maitt Marien/ von vnser vrborn vnd von vnser aigenschafft/ ain Abbtey der Münch des Ordens von Eyrtel jetzundt stiffent sein/ vnd auch mit vnsers Herren hülff si gedencken seeligklich vnnd nutzlich wolsieren der gegenwertigen Menschen gezeugnus zen pfelhen/ auch der künfftigen bekhantnus/ thain wir zuwissen/ das wür dieselben statt vnser Stifft/ die Fürstenfelt genant ist/ gewident haben mit den Vorborn die hernach geschriben seint/ vnd auch mit den Leuthen die vnser aigen seint/ vnd die auff denselben vorborn sitzent/ mit aller jhr affter khunfft/ vnd von jn geboren werden/ darzu auch mit allen den Leuthen/ die auff den hernach geschriben Vrborn sitzent/ die vns angehüren von Vogtrechts wegen/ also/ das dieselben Vogtleuth/ von allen Diensten vnd rechten/ die sie vns schuldig sein/ frey Schulden sein vnd gemachsam vntzen wir sie dem Vorgenanten Closter außgewechslen vñ widerlegen mit vnsern eignen Leuthen. Wir verjechen auch das dē Egenäten Closter das vnsern Leuthen vnd auch der sein erlaubt sey mit einnader ehlichen Heurat zustifften/ also das derselben Leuth Erben die zusamen greiffent vns vnd auch dem vorgenäten Gottshauß gleich getailt werden. Wir thain auch dariber demselbigen Gottshauß die besonder genant/ welche vnser Leuth auff sein Vrobra Sedelhaffte werdēt vñ gestift dz die von allē Dienstē vñ stewr der si vns gebunden sein/ mit ruhe sitzen sollē/ all dieweil vñ sie vff sein Vrborn sitzēt/ wir habē auch geben dem offtgenäten Gottshaus in dem Dorff zu Geinpach fünff Höff/ mit Wisen mit Holtz mit Weiden vñ mit allē dē das darzu gehört besuchtē vñ vnbesuchten. Der Höf ain jetzund vñ nach jnen hat/ Agnes des Egenhofers Hausfraw zu einē Leibgeding nur allein für jren eignē Leib. In dē Dorf zu Bnech auch 5. Höff mit dem Zehenten vnd mit allem das darzu gehört. Michelnaw den Hoff zu Burgadeltzhausen 6. Vrborn/ Orsenhofen die Mül. Hergeltz wisen 4 Vrborn/ Hohēstraß 2. Vrboren. Obernpurckheim ein Hof. Parz ain aigēthüb. Stubē ein Hof vñ ain aigenthüb. Hohenrieth zway Vrbor/ Purgegg ein Hof. Perg zwen Höf vñ ain Forstlehent.

Lindach

Lindach ain hof/ Stegen ain hof vnd ain aigen/ Etelshausen ain hof/ Nabau zway aigen/ Hertzhausen ain hof aigenthumb darzue den Khirchensatz vnd die aigenschafft der Khirchen vnd der Pfarr zue Holnpach mit allen dem das darzue gehert/ Ingoltzperge zwen höf/ Oblingen vier aigen/ Strausdorf zwen höff/ Rohrstorf ain hof/ Preckhangen ain hof/ Penren auf dem Berg ain hof/ Chulbingen ain hueb/ Norderndorf ain aigen/ Tal ain hueb vnd ain hoff. Snaic ain hof/ Puheln vor dem vorst ain aigen. Praitenberg vier aigen. Wittenkhirch ain hof vnd ain aigen/ Eöttingen zway vrbor/ vnnd ain aigenthumb/ Talhaimb drey hueb. Perchach zway Hueb vnnd ain aigenthumb/ Hainrichsdorf ain Hueb/ Ode ain hueb/ Haimpurch zway hueb vnnd ain aigenthumb/ Khirchsteig ain aigenthumb/ Selarhaimb vnnd Vitbuche zway aigenthumb. Tetendorf ain aigen/ Harotz ain hof/ Petzenberg ain hof/ Rieth ain hof/ Stumptsbach ain schwaig/ zu Telnz vnd zu Hohenpurg den zehent aller vnserer dienst auf die Khästen die wir jetzund haben daselbst vnd hernach gewinnen/ diser vorgenanten vrbor vnd gab vnd auch anderer gab die von vns jetzundt dem vorgenanten Gottshauß geben sein vnnd hernach geben werden den Bruedern die darinnen Gott dienen ledig vnd gantz von vns selbs vnd von allen vnsern Erben wöllen wir ewigklich behalten werden. Darnach ist zuwissen wan das offenbar ist den orden von Eytel/ von dem stuel zu Rhom vnd auch waz Khaiserlichen gaben mit den gnaden besonderer wirdigkheit vor andern geistlichen orden/ also gewident vnnd gefreidt daß sy vber all ihr guett vnd Leut khein Vogt/ kheinerschlacht weis nit haben sollen nur den sie in selben aigens dancks erwelent/ der sy an allen genies vnd besteurung auch beschirmen vnd bewaren soll lauterleich durch GOtt darumb so wöllen wir/ daß der vorgenant Abbt vnser Stifftung/ dieselben gnadt ewigkhlichen nutze vnd auch besitze/ vnd vmb das wöllen wir vnd gebieten/ daß kheiner vnser Richter/ kheinerschlacht weis vber Leuth vnnd guet deß vorgesprochen Closters nur allein vmb die schuldt deß Totts/ die hie außgenommen sein/ das ist Diebstal/ Todtschlag vnd notnunfft/ nit müßleich sey oder erlaubt khein gericht daß wir also vnderschaiden vnd zuer khennen geben/ wan das ist das an den ehegesprochen schulden yemandt schuldig ist/ der auf des offt genanten Gottshauß vrborn besitzet ist/ oder begriffen wirt/ in welichem gericht das sey/ so soll der Richter nicht Gintz des schuldigen varenden guet richten/ daß das Closter angehört allesambt nur allein gantz sein Leib. Mer thain wir in auch gnaden/ also was vrbor von vns zeleihen gelihen sein/ vnd der aigenschafft vns angehört/ die die offt genanden brüeder khaufent/ oder in durch Gott geben werdent/ das sy ledigklichen einnemmen mögen vnnd sye fürbas vnder dem namen der aigenschafft mit aim ewigen recht freidlich vnnd gemählich besitzen/ vber das wöllen wir auch das sy von aller ihrer Leibsnahrung die sy zu dem Closter fiehren/ es sey auf dem Wasser oder vberlandt in aller vnser Herrschafft vnnd Gebiet die vorgenanten Brüeder khain zoll oder Maut geben/ vnd daß sy von den dingen allesambt ewigklichen ledig sein vnd frei/ vnd darüber zu ainer zeuckhnus diser vnserer gab haben wir diser handfest der darüber gemacht ist haisen versiglen mit vnserm Insigl vnd auch bewahrent mit dem Zeugen die hernach beschriben stehn. Das ist der Herr Conradus der Ersame Bischoff zu Freysing. Herr Hartman der Ersame Bischoff zu Augspurg. Cainradt vnser lieber Chaim der ander von Jerusalem Kehinig vnnd von Cizili darzu der Hertzog von Schwaben. Meinhart der Graff von Görtz. Gebhart der Graff von Hisperg/ Albrecht vnser Oberschreiber Probst zu Ylminster/ Eberhart vnser Vitztum/ Dietrich etwann vnser Vitztum. Fridrich von Druchending/ Albrecht der Leitzman. Alber von Prugsperg/ Hadwar von Laber/ Bernhart von Wilhaim erbar vnd edel Leuth/ darzue Herman von Hegenperg/ Cainrad von Haltenperg/ Pertoldt der Marschalckh vonn Schlidtperg/ Vlricus sein Sohn Arnolt von Messenhausen/ Vlricus von Khamerperg/ Cainradt vonn Chamer/ Weinhart vonn Rhorpach/ Vlricus von Samerdorf/ Geruckh von Erppach/ Weickhant der Vitztum/ Perchtholdt vnser schreiber vnser gehren vnd darzu ander Erbar vnd [illegible] man. Der Brief ist geben zu München

da man zelt von Christi Geburt tausent zwaihundert vnd sechs vnd sechtzig Jar/ an sant Peters deß zwölffpoten Tag in dem Lantzen/ den wür auch von Wort zu Wort verhört haben vnd zu ainen offen vrkhundt besigelt haben mit vnsern Insigl nach Christi geburt dreizehen hundert Jar/ darnach in dem ain vnd dreisigisten Jar/ in dem sibentzehenten vnsers Reichs/ vnd in dem vierten vnsers Khaiserthumbs.

IOn Gottes genaden Wir Albrecht/ Pfaltzgraue bey Rein / Hertzog in Obern vnd Nidern Bayrn ꝛc. bekhennen alß Regierter Fürst für vns vnnd vnser Erben vnd nachkhommen mit dem offnen Brief/ daß mir auß sondern genaigten vnnd genedigen willen/ so wür zue dem würdigen in Gott vnd andechtigen vnsern lieben getreuen Abbte vnd Conuent vnsers Closters vnnd Gottshauß zu Fürstenfeldt vmb jhrer Ehrbarkeit vnnd vndertheniger erzaigter Dienstbarkeit willen/ tragen auch in ansehen jhrer alten Freiheit der sie vns bericht demselben Abbt vnnd Conuent zu Fürstenfeldt jhren nachkommen vnnd Gottshauß die sondere gnadt gethan vnnd zuegelassen haben. Thain vnd zuelasen in khrafft dises Briefs vnd wöllen das sy nun firan zu ewigen zeiten vber all jhr Bauren vnd Hinderseſſen souil sy der in vnsern Landtgericht Dachau sitzent vnd darinn zu stifften haben. Dach weuter nit das gericht haben sollen/ also das dieselben jhr Stifftleuth vnd Bauren allein vor deß gemelten Closters vnnd Gottshaus Richter zu recht zestehen schuldig sein/ vnd daselbsten fürgewendet werden sollen. darauf dan desselben Gottshauß zu Fürstenvelt Richter ainen yeden fürderlich recht vnd darzue für vnser Hofgericht Appellation vnnd geding vnuerhindert ergehen soll lassen. wie sich nach ordnung rechtens gebürt vnd vnsers Landts sütt vnd gewahnheit ist. Wo aber deß vermelten Gottshauß Richter solches thett das als dan wir vnser Erben vnnd nachkhommen desselben Gottshauß Stüfftleuthen vnd vnderseſſen in vnserm Gericht Dachaw deß Rechten zuuerhelfen macht haben vnnd vnserm Richter daselbs darin zu handlen befelg geben mögen. Hierauf verzeihen wür vns für vns vnd vnser Erben vnnd Nachkommen ob verschriben gegeben Gerichtszwangs hiemit wissenlich vnd woll bedechtlich also das wür vnser Erben vnd Nachkhommen noch khein vnser Amptman Richter zu Dachau nach yemandt anderer von vnsert wegen dem obgenanten Gottshauß Fürstenfeldt noch deß Richters khain jrrung noch hindernuß darinnen thain noch zugeschehen verfiegen oder gestatten sollen in khain weiß. Außgenommen vnd hindangesetzt die Malefütz Leibstraffen vnd Fürstthum hendl/ auch andre vnser Fürstlich Obrigkeit so wür ausserhalb obuerschriben gegeben Gerichts zwangs auf deß vermelten Gottshauß Stüfftgietern vnd Hinderseſſen in vermelten vnserm Landgericht/ vnd vmb grundt vnd poden zurichten haben/ deß alles wir vns hiemit nit verzigen/ sonder durch stetts wöllen vorbehalten haben/ getreulich angeuärde/ gebieten darauf allen vnd yeden vnsern Pflegern/ Richtern/ Ambtleuthen vnd andern den vnsern Ernstlich/ vnd wöllen das jhr gemeltes Gottshauß vnd desselben Abbt vnd Conuent vnd jhrer Richter nun firan zu ewigen zeiten bey obuerschribner vnser gab vnd zuelassung ohne verhinderung vnd widerredt bleiben lasset vnnd wo es not thuet von vnsert wegen darbey eures vermegens handt habet. Auch jhr das Gottshauß Fürstenfelt Stifftleuth vnd Vnderseſſen in bemelten vnserm Landtgericht Dachau gesessen/ sollet nun firan desselben Gottshauß Fürstenfelt vnnd jhrem Richter souil sich gemelts vnsers gegeben Gerichtszwangs halben gebürt gehorsam sein/ daran thiet jhr vnser Ernstlich geschefft vnd mainung. Das zu wahrem Vrkhundt haben wir gedachten vnserm Gottshauß Fürstenfeldt auch deß Prelaten vnnd Conuent vnd allen jhren nachkhomen disen Brief mit vnsern anhangenden Insigl besiglet. Geben zu München am Erchtag nach sant Dorotehnen Tag deß Jars als man zelt von Christi vnsers lieben Herrn Geburt fünfzehenhundert vnd im achten Jar.

WIr der Burgermaister der Schulteiß der Rath vnnd die Gemain der Burger vber al der Statt ze Eßlingen veriehen an disem Briefe vnnd thon kundt allen den die jn sehendt oder hörendt lesen/ das wür erlaubt haben / vnd vrlaub haben

geben/

geben/ den Ersamen Geistlichen Herrn/ dem Abbt vnnd dem Conuent gemeinclich yber al deß Closters ze Fürstenfeld Graues ordens von Cytel deß gelegen ist inn Freysinger Bystumb/ das sy kauffen sollen jhn den zehenden ze Eßlingen vnd fünff hundert pfund haller Weingarten vnd deß Pflügers gessässe/ vnd deß von Manhachs gessässe daran ob sy wellen. Vnd sullen dieselben gut die sy da kauffent vnd die vorgenanten fünffhundert pfund haller aller steur frey sein von vns/ vnnd vmb dieselben Freyhait haben sy vns geben hundert pfundt haller die wir gezelt von jhn empfangen haben vnnd die in vnsere Statt nutz komen sind/ wür haben auch die vorgenanten Herrn den Abt vnd den Conuent gemainclich deß vorgenanten Closters ze Fürstenfeld ze Burgern empfangen vnd in vnseren Schirme genommen/ das wür sy vnd jhr guet beschirmen sullen an geuärde als ver wir kunden vnnd mügen / als ander Clöster die weiß ordens sind / die von Salmant Weiler vnd die von Bebenhausen die auch vnser Burger sind. Es sullen auch die vorgenanten Herrn von Fürstenfeld bey zu Eßlingen kainen Wein verkauffen noch verschencken/ / es wäre dann daß sy jn von Eßlingen nicht gefüeren mochten von vnfridens wegen oder von anderer ehafftiger not an gefärde/ so sullen sy jhn verkhauffen oder verschencken/ diser vorgeschribnen dinge send gezeugen vnd satzleütte Hainrich Kurtz der Schulteis Eberhart der Burgermaister Wolff von Manbach Rudeger Ruprecht der alte/ Marquart Lüntzam/ der metman Sebalt Crum/ Johannes der Grönser/ Conrat der Nallinger Mang Kinse/ Johañes Kilse vnd Rudeger der junge/ Ruprecht Richter zu Eßlingen. Yber das alles so geben wür jhn disen Brief besigelt vnd befestiget mit vnser Statt Insigl zu Eßlingen das wir heran henckhen zu ainem warem Vrkhundt der vorgeschribnen dinge/ derselb Brief ward geben an den nächsten Suntage von sant Gallen tag/ da man zalt von Christi Geburt dreyzehen hundert Jare vnd in dem sibenzehenden Jare.

CATALOGVS ABBATVM.

ANno Domini 1262. *Anshelmus* electus est in Abbatem fratribus adhuc existentibus in *Olching*. Et sequenti anno 1263. In vigilia Assumptionis B. Mariæ in hunc locum venerunt. Hic Abbas anno septimo cessit ab onere & loco. Iste & secundus de Alderspach assumpti fuerunt.

Anno Domini 1270. *Albertus* in Abbatem eligitur: Item primum fundamentum Monasterij posuit de lapidibus, mittens fratres pro Elemosinis colligendis. Cessit ab onere & loco anno sui regiminis quarto.

Anno Domini 1274. Electus est *Eberhardus* in Abbatem, assumptus de *Cesarea*; cessit ab onere & loco anno regiminis sui quarto.

Anno Domini 1278. *Hermannus*, olim Præpositus in *Polling* eligitur in Abbatem. Ipse fecit aquæ ductum pro molendino. Tandem ob senij grauitatem à Prælationis administratione absoluitur, anno regiminis septimo.

Anno Domini 1284. *Volkmarus* eligitur in Abbatem. Hic triginta annis laudabiliter præsidens tandem obiit.

Anno Domini 1318. *Henricus* de *Monaco* in Abbatem eligitur. Hic postquam multos libros conscripsit, decimo sui regiminis anno obiit.

Anno Domini 1324. præficitur regimini huius Abbatiæ *Wernerus*. Ipse construxit Ecclesiam S. *Leonardi* in *Inckenhouen*, pistrinum quoq; ac granaria huius loci ampliauit. Finiuit vitam regiminis sui anno vigesimo.

Anno Domini 1344. assumitur in Abbatem *Ioannes*, decimo sui regiminis anno moritur.

Anno Domini 1363. creatur in Abbatem *Conradus*, regiminis sui anno vigesimo quinto migrauit ad Deum.

Anno

Anno Domini 1384. præficitur domui huic *Otto*. Hic à Consiliis fuit Ducum Bauariæ, Iherosolymæ sepulchrum Domini visitauit, obiit regiminis sui anno decimo sexto.

Anno Domini 1402. Electus est Abbas *Ioannes Mindel de Monaco*. Iste in quodam Iubilæo quod Monacensibus concessum fuerat summus Pœnitentiarius fuit. Anno regiminis sui vndecimo requieuit in Domino.

Anno Domini 1418. *Ioannes Fux* eligitur in Abbatem. Hic ædificauit Domum Braxariæ, stabulum equorum & horrea, expletis octodecim annis obdormiuit in Domino.

Anno Domini 1433. Abbas eligitur *Andreas*, hic tempore Concilij Basiliensis grauibus expensis & laboribus contra Ducem Ludouicum actiones habuit propter ablata bona nostro monasterio; multis fatigatus laboribus cedens oneri anno suæ prælationis decimo octauo.

Anno Domini 1451. Electus est in Abbatem *Paulus*: iste diuersis euentibus molestatus resignauit Abbatiam anno sexto suæ præsidentiæ.

Anno Domini 1457. eligitur Abbas *Michael*, iste quia multa debita fecit, ab officio depositus fuit anno regiminis sui tertio.

Anno Domini 1460. assumitur in Abbatem *Vdalricus* de *Cesarea*, hic debita soluens, decimo sui regiminis anno obiit.

Anno Domini 1470. successit *Iodocus*, vir Principibus gratus, obiit regiminis anno decimo tertio.

Anno Domini 1480. *Iodocus* habuit successorem Reuerendum virum *Leonardum* sacræ Theologiæ professorem, Ducumque Bauariæ Consiliarium, tandem luctu omnium obdormiuit in Domino.

Anno Domini 1496. Abbas electus est *Michael* & mortuus est anno sui regiminis sexto.

Anno Domini 1502. Abbas creatur Reuerendus Pater *Petrus*, & moritur anno regiminis tertio.

Anno Domini 1505. eligitur in Abbatem Reuerendus *Ioannes Scharb* vir in sacris literis & liberalibus artibus peritus; qui cum Abbas præfuisset septem annis in Domino mortuus est.

Anno 1513. in Abbatem electus est Reuerendus *Casparus Harter*, mortuusq; nono regiminis anno.

Anno Domini 1522. Reuerendus vir *Georgius Menhart* in Abbatem eligitur & moritur anno sui regiminis nono.

Anno Domini 1531. assumptus est *Ioannes Albertus* artium Magister. mortuus est 47. anno.

Anno Domini 1547. auctoritate Principis Boiorum assumptus est in Abbatem *Michael Kain*, quasdam ob causas in *Alderspach* profectus ibidem mortuus est.

Anno Domini 1565. fato cessit Reuerendus Abbas *Leonardus Pauman*, Præsidentiæ anno vndecimo.

Anno Domini 1566. in Abbatem ascitus est Reuerendus *Leonardus Treitwvein*, qui exactis in administratione sua sex circiter lustris ex humanis migrauit 1595.

Anno Domini 1595. in Abbatem electus est Reuerendus Pater *Ioannes Puel*. Qui cum quindecim annis feliciter præfuisset, anno 1610. beatè obdormiit.

Sebastianus

Wit

WIr Otto von Gotes genaden Pfallentzgraue ze Rein vnd Hertzog in Bairn ꝛc. veriehen offenbar an dem Brief/ vnnd tun chunt allen den die in ansehend oder hörend lesend/ daß wir durch hayl vnd durch sälichait vnser voruodern vnser vnserer lieben Haußfrauen/ Frauen Reichgarten vnd aller vnser nachkomen/ dem Ersamen Abbt vnd dem Conuent/ Grabs ordens Sand Bernhartz/ deß Erbergen Gotshaus ze Fürstenfeld die genat haben getan/ das wir in heut freyen Ewigelichen/ zwen Aschen mit Saltz/ swie sy die ladent/ oder füren wellent/ mit pütschen oder mit weytem Saltz/ swas die getragen mügen/ ze ainemall in dem Jar/ swen sy das in dem Jar füren wellent/ vnd es in fügt/ vberall in vnserm Land vnnd Herrschafft/ auff Wasser vnnd auf Land/ dauon wellen vnd gepieten allen vnsern Ampleuten/ swie die genant sind vnd sunderlichen vnserm Mautnern ze Purchhausen/ vnnd allen vnsern Zollnern vberall in vnserm Landt vnd Herrschafft/ daß jr sy an dem vorgenanten Saltz/ swas die die Asch getragen mügen/ auf dem Wasser/ vnd das sy darnach pringet ze Landt auf die ächs/ frey vnd ledigclichen lat für varen an all mautn vnd an all zoll/ deß wellen wir nicht enperen/ wann wir wellen/ daß sy das vorgenant Saltz frey vnd ledigk sullen füren/ an aller statt vber all in vnserm Land ewigclichen als oben ist verschriben. Vns hat auch Herr Wernher der Ersam Apt vnd der Conuent deß vorgenanten Gottshauß ze Fürstenueld/ für sich vnd für sein nachkomen/ bey der heiligen gehorsam gehaissen/ daß sy alle Jar järlichen wellend begen vnsern voruordern vns vnd vnsern nachkommen ainen Jartag mit Vigilien vnd mit Selmessen ewigclichen/ vnd sullen sy derbegen all Jar/ an dem achten tag nach Sant Johanns tag deß Euangelisten vnd an demselben tag/ sol der Abt daselben dem Conuent das pesseren/ mit zwelff schilling pfenning Münchern/ vmb Wein/ vmb Brot/ vnd vmb Visch/ vnd das soll auch weren vnd geschehen ye an dem tag ewigclichen als oben ist geschriben/ vnd swenn sy das nicht entünd/ deß wir in nicht getrawen/ so ist vns vorgenant freyung wider ab vnd das in das also stät gantz vnd vnzebrachen beleib. Darüber ze ainen Vrchunt geben wir in disen Brief/ mit vnserm Insigel versigelte. Der ist geben ze München da man zalt von Cristus gepurd/ dreizehenhundert Jar/ vnnd darnach in dem ainem vnd dreissigisten Jar/ an dem nächsten Suntag nach aller Heilligen tag.

Item anno ꝛc. von Margraf Lud. von Brandemburg laut gleich als Hertzog Otten ꝛc. deß Datum stett zu Lantsperg/ an Montag vor sant Jacobs tag/ nach Cristus geburd XIII. Jar vnd in dem LVII. Jar.

WIr Stephan der Elter von Gottes genaden Pfallentzgraue bey Rein vnnd Hertzog in Bayren. Bechennen offenlichen mit dem Brief das für vns chomen seind/ der Erwürdig gaistlich Man/ der Abt von Fürstenueld vnnd der Conuent gemaincliche daselben vnser Lieb diemütig/ vnd habent vns mit vnsern voruoderen vnd vnsern Briefen kuntlichen geinndert vnd geweiset/ das sy alle Jar järlichen vñ auch ewigclichen zwen Aesch Saltz/ die achtzig pütschen tund/ oder clain Saltz dafür/ vberall in vnsern Landen/ auf Wasser vnd auf Lande darzu in Stätten vnd in Märgten zolfrey vnd Mautfreiver füren sollen/ wenn in das füget/ in dem Jar/ vnd darumb gepieten wir allen vnsern Ampleuten vnd besunderlich vnsern Zollnern vnd Mautnern ze Purgkhausen/ ze Gertingen/ vnd ze Minchen wo wir die yetzo vberall in vnsern Landen indert haben oder fürbas gewinnen/ Ernstlichen bey vnsern Hulden vnd Genaden/ das jhr sy das obgenant Saltz fürbas alle vnd ewiglich/ an all jrrung vnnd hindernuß verfüren lasset als vor benent ist/ wann sy vor her allzeit mit jren Briefen für vns chomen müsten/ des sy groß schäden genomen habent: dauon mainen wir mit nichtew lenger ze gestatten/ das sy dhain vnser Amptmann wie der genant sey/ der yetzo ist/ oder fürbas wirt/ daran nicht jrr oder hinder in dhein weiß. Vnd deß zu ainem Vrchundt vnnd zu ainer ewigen gedächtnuß/ geben wir jn den Brief/ mit vnsern anhangenden Insigl versigelten/ der

geben

geben ist zu Purgkhausen an den nächsten Erichtag nach dem Sunbentag/ nach Cristus gepurd drewzehen hundert Jar/ vnd in dem fünff vnd sibenzigisten Jar.

WIr Fridrich von Gottes genaden Pfallentzgrafe bey Rein vnd Hertzog in Bairen ꝛc. Bechennen offenlichen mit dem Brief/ für vns vnd für all vnser Erben/ vmb die zwey Aesch pütschen Saltz/ oder klain Saltz dafür/ die vnser lieb diemietig/ der Abt/ vnd der Conuent/ vnser Stift zu Fürstenueld/ aineſt in dem Jar zollfey füren sullen/ an allen vnsern Mäuttern vñ Zollen/ ze Nidernpairen/ als dann jr brief das aigentlichen ausweisent vnd sagent/ die sie von vnsern Vatter seelig/ vnnd von andern vnsern vodern darumb habent/ dieselben genad vnnd freyung bestätten wir in von rechter gewissen ewiglichen staet ze halten. Vnnd darumb gepieten wir allen vnsern Amptleuten vnd besunderlichen vnsern Mauttnern ze Purckhausen vnsern Zollnern ze Gettingen vnd ze Empfing vnd allen andern vnsern Zollnern die wir yezo haben/ oder fürbas gewinnen/ ernstlichen vnd vesticlichen bey vnsern hulden vnd genade/ daß jhr das vorgenant Kloster an seiner Saltzfreyung an nichtew jrrt/ krencht/ noch beswärt/ mit dhainerley vordrung wie die genant mag sein/ wann das ist gäntzleiche vnser will/ mainung/ vnd wort. Mit Vrchunt deß Briefs der geben ist ze Lantzhut am Suntag nach Egidy/ sub anno Domini Millesimo CCC. LXXXII.

WIr Hainrich von Gotes genaden Pfallentzgrafe bey Rein vnnd Hertzog inn Bairen ꝛc. Bechennen offenlich mit dem Brief/ daß wir dem diemitigen dem Abt vnd dem Conuent/ deß Gotshauß zu Fürstenueld verneurt/ kreftigt/ vnd bestät haben/ vernewen/ kreftigen/ vnd bestätten jn auch wissentlich in kraft deß Briefs/ alle jr Brief vnnd Hantfest die sy habend/ von Kaiser Ludweigen/ Hertzog Stephan dem eltern/ vnserm Vattern Hertzog Fridreichen seliger gedächtnuß/ vnd von aller vergangen Herschafft ze Bayren/ mit allen den Punden vnd Artickhlen die von Wort zu Wort/ darinne geschriben stend/ vnd begriffen sind/ vnd jr freyung Saltz an vnser Mayastatt zu Purgkhausen/ vnd auch was sy sunst gueter gewonhait/ freihait vnd Rechten/ biß an vns herbracht habend/ als daß dieselben jr Brief aigentlich ausweisent. Dabey wellen wir sy genädichclichen halten vnnd darzu schirmen. Darauf gepieten wir allen vnsern Amptleuten/ Vitztumen/ Pflechern/ Richtern/ Mautnern/ Zollnern/ vnd auch allen vnsern Amptlauten die wir ytzt haben oder fürbas gewinnen/ wie die genand sind/ daß jhr sy bey den ehegenanten genaden/ freyhaiten vnnd rechten habet/ darzu schirmet vnd nyemand gestättet/ der in dhainen thranck oder jrrung daran tu/ das ist vnser ernstlicher will vnd mainung gäntzlich. Deß zu Vrchunt/ geben wir jn den Brief mit vnserm anhangendem Jnsigel. Als man zalt nach Christ gepurt/ vierzehen hundert Jar/ vnd darnach in dem vierden Jar/ an Mitwochen nach Sand Margreten tag.

WIr Ludweig von Gotes genaden Römischer Künich ze allen zeiten merer deß Reichs/ tün chunt offenleichen mit dem Brief/ allen den die jn ansehend/ oder lesen hörend/ das wir gesehen vnd gehort haben/ die frey brief vnd hantuest die gaistlichen Laüt der Abt vnnd die sämmung vnser Stifft zu Fürstenueld von vnsern Vatter Hertzog Ludweigen seeligen vnnd auch vonn vnserm Vetern Hertzog Otten saeligen habent ze ainem ewigen hailsamen selgerat jhn vnnd allen vnsern vordern vnnd nachkomen/ daß sy alle Jar järlichen vnd ewiglichen zwen Aesch mit pütschen oder mit weiten saltz vber all in allen vnsern Landen auf Wasser auf Lande in Steten vnnd in Margten zollfrey vnd mautfrey verfüren sullen/ vnd was sy kauffent vnd bedürffent in jren heussern/ wenn jn das fugt in dem Jar. vnd darumb gepieten wir allen vnsern amptlauten/ Zollnern/ Mauttnern/ sy sein vnser selbs der Stätt oder Märgt Amptläut/ wo wir die haben vber all in vnsern Landen oder fürbas gewinnen vesticlich vnnd ernstlichen

bey

bey vnsern Hulden vnd genaden das je sy das obgenant Saltz vnd allew jrew notdurfft alle Jar vnd ewiglichen an alle jrrung vodrung vnd hindernuß verfüren lasset / wann wir mit nichtew mainen das sy jemand noch chain vnser amptman / wie der genant sey / er sey Stett oder Märgt Amptmann / der yezo ist oder fürbas wirt / daran icht jrret oder hinder / in dhein weis. Mer ist in besunder gnad getan / swas vrbar das Gottshaus kaufft / oder jn durch Gott gegeben werdent / die von vns Lehen seint der aigenschaft vns angehörd / das in die veraigent sind vnd sy fürbas als freyes rechtes aigen ewiglichen besitzen vnd nüessen sullen. Vnd deß zu ainen ewigen Vrchunt vnd vnser genädigen verneunuß geben wir dem obgenanten vnserm Closter den Brief mit vnsern anhangenden Insigel versigelten / der geben ist zu München am Montag nach Pangracy / nach Christus gepurd drewzehen hundert Jar / darnach in dem neunzehenden Jar / in dem fünfften Jar vnsers Reichs.

WIr Ludweig von Gotes genaden Römischer Kaiser / ze allen zeiten merer deß Reichs / Enbieten den weisen Lauten / dem Richter / dem Rat / vnd den Burgern gemainclichen ze München / vnd vnsern Zollnern ze Wasserburgk die yetzo sind / oder fürbas werdent vnser Hulde vnd alles gut. Wir lassen euch wissen / das wir den gaistlichen Mannen / dem Abt vnnd dem Conuent / deß Klosters ze Fürstenueld vnserm lieben diemütigen die gnad vnd das selgerait die jn vnser Vater sälig getan vnnd geben hat / nach jrrer Brief sag bestaet haben / das sy sechtzigk scheiben Saltz vnd alles jr Traid das jn auf jrem guten wachset / vnd das sy kauffent / deß sy in jrem haws bedürfent in aller vnser Herschafft vnd Gebiet in Steten in Margten vnnd auf Lande zolfrey / ane alle maut / vnd an alles vngelt vnd vorderung füren sullent vnd mügunt da von wellen vnnd gepieten wir ew vesticlich bey vnsern Hulden / daß jr in dieselben genad vnd das selgerait stät vnd gantz vnd vnzerbrochen halt / vnd sy daran nicht jrret / laidigt oder beswärt / mit dhainen sachen / als jr darumb vnser Vngnad vermeiden welt. Geben zu München am Pfintztag nach dem weissensuntag / do man zalt von Christus geburd / drewzehen hundert Jar / vnd in dem siben vnd vierzigisten Jare / in dem drew vnnd dreissigisten Jahre vnsers Reichs / vnd in dem zwainzigisten deß Kaisertums.

Item am Freitag nach Martin Anno &c. XXXVI. hat mein Herr Hertzog Ernst dem Abt von Fürstenuelt der vor gesetzt bitt ain Vidimus geben vnder seinem Insigel.

WIr Ernst vnd Wilhalm von Gotes gnaden Pfaltzgrafen bey Rein vnd Hertzogen in Beyrn &c. Bekennen das wir die Hauptbrief vñ Hantuest gerecht gantz versigelt vnd vnuermailigt gesehen vnd gehört haben. als die abgeschrift an diser Cetel geschriben ausweisent / vnd als die von Wort zu Wort geschriben vnd begriffen sind. Deß zu Vrkund vnd zewknuß haben wir Hertzog Ernst vnser Insigl auf die gegenbürtig Cetel vnnd Vidimus druckhen lassen / wann wir / Hertzog Wilhalm vnsers Insigels zu disem mal bey vns nicht heten. Das ist beschehen zu Fürstenfeld an Eritag nach sand Peter vnd sand Paulsen der heiligen zwelfboten / Anno Domini M.CCCC. XVI.

FURSTENCELL.

CELLAM eiusdem Cistertiensis Ordinis in inferiori Bauaria, inter Oenum & Vilsum amnes, inceptam per Hartvvicum, Capellanum quendam Ottonis & Heinrici, Ducum Bauariæ, Canonicum Patauiensem, ac ludiliterarij Magistrum, cui cùm sumptus deficerent, prædictus Henricus Dux inferioris Bauariæ perfecit, ac ominato nomine Furstencellam nominauit, confirmauitque se-

que sequenti Anno, die Februarij in Burckhausen; Interfuère Vlricus de Abensperg, Gebhardus Comes de Ortenberg, Bernhardus Comes de Leonberg, &c.

ADDITIONES.

De origine ac progressu huius Monasterij certiora nemo vnquam proferre in medium poterit, heis quæ ex subsequentibus documentis prudens lector hauriet.

PETRVS Dei gratia Ecclesiæ *Patauiens.* Episcopus. Vniuersis præsentes literas inspecturis, Salutem in Domino. Ne per obliuionem aut calumniam facta hominum rationabilia & honesta processu temporis dispendium patiantur, prouida maiorum auctoritas scripturæ ac testium decreuit remedium adhibere. Quapropter tenore præsentium literarum omnium notitiæ ac memoriæ duximus commendandum. Quod dilectus in Christo Fr. *Leopoldus* Ecclesię S. *Nicolai* in *Patauia* Præpositus, Curiam quandam Ecclesiæ suæ dictam in *Cella* incultam & desolatam jam longo tempore de consensu sui Conuentus, Dilecto in Christo Fratri Magistro *Hertvvico* Canonico & Scolastico Ecclesiæ nostrę dedit in proprium, pro redditibus vnius talenti denar: Patauiens. cum vniuersis ad eam pertinentibus, quęsitis & inquirendis, quocunque censeantur nomine, nec non & ipsam Capellam, quę in Curia prædicta dinoscitur esse constructa, pro vt inter ipsos per arbitros, in quos super tali commutatione compromiserant, extitit difinitum. Verum quod dictus Magister *Hertvvicus* in Curia prędicta pio ductus proposito fundare cogitat *Cellam* Monachorum *Cistertiens.* Ordinis ad laudem Dei & genitricis suæ Beatæ *Mariæ* Virginis gloriosæ, supplicauit nobis, vt præmissis nostris adhibere consensum & beneplacitum dignaremur. Considerantes igitur prouidè tractatum huiusmodi vtrobique rationabiliter esse factum, & tàm Ecclesiæ Sancti *Nicolai*, quę pro incultis expeditos & certos tam redditus, quã Magistro *Hertvvico*, qui facilius expedire poterit quod intendit, competere commutationem prædictam & arbitrium, per dilectum in Christo Fratrem *Wichardum* venerabilem Tumpræpositum Ecclesię nostrę *Reynoldum* plebanum de *Regen*, *Chunradum* Canonicum S. *Nicolai*, & *Hainricum* de *Radekk* prelatum habere ratum & gratum decreuimus, & ante dictam in *Cella* Curiam ipsi Magistro *Hertvvico*, cum omnibus ad eam pertinentibus in proprietatem legitimam confirmamus, dantes sibi auctoritate ordinaria vnà cum consensu & voluntate Capituli nostri liberam potestatem fundandi ibidem & construendi *Cellam* siue Abbatiam *Cistertiensis Ordinis*, si cum Dei auxilio & cooperantibus Christi fidelibus in tantum ipsa Cella profecerit in futurum quam & Cellam & locum cum personis illuc venientibus & de cætero ibidem Domino militantibus ex nunc ab omni jure & subiectione Ecclesię in Irshaim eximimus, & gaudere pronunciamus pleno jure & libertate *Cystertiens.* Ordinis, quibus idem Ordo munitus esse dinoscitur, priuilegiis & consuetudinibus approbatis.

In cuius rei testimonium præsentes literas conscribi, & nostro ac Capituli nostri sigillis, & Conuentus Sancti *Nicolai* fecimus communiri, testibus subnotatis, qui sunt hij Wichardus Tumpræpositus, Magister Vlricus Decanus, Wernhardus de Marspach, Vlricus de Stu. Magister Hertvvicus, Otto Cantor, Wernhardus de Pranpach, Albertus de Paungarten, Wolfkerus de Haidndorf, Magister Englscalcus, Gundacharus de Pollnhaimb, & alij quam plures. Datum *Patau.* Anno Domini M. CC. LXXIV. VI. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno nono.

Hain.

Hainricus Dei gratia Palatinus Comes *Rheni* Dux *Bauariæ*, omnibus præsentia inspecturis in perpetuum. Considerantes quod diuinæ clementiæ, quæ nos dignata est in numerum principum euocare, teneamur condigna vicissitudine respondere, fouendo maximè & defendendo personas Ecclesiasticas, suo cultui præcipuè deputatas, inter quas Ordinem *Cystertienſ.* tanto gratiori fauore prosequimur, quanto ipse sacræ conuersationis studiis, quibus incessanter inuigilat, cæteris religionibus antefertur. Vt igitur Cœnobium dictum *Cella Principis*, Ordinis *Cystertienſ.* cuius fundationem nobis duximus asscribendam, in maiori pacis amænitate quiescat, ipsum libertatibus specialibus curauimus honorare, vt fratres inibi manentes, & tranquillitatis pulchritudine gaudentes, remotis mundanæ turbationis obstaculis, soli Deo in serenitate suæ conscientiæ deseruiant, cuius obsequiis se feliciter deuouerunt. Quas inquam libertates, ob salutem nostram ritè concessas, illibatas perpetuo durare volumus omnibus calumniosis vel peruersis interpretationibus, quæ contra præsentem gratiam adinueniri cauillosè poterunt resecatis.

Concedimus siquidem dicto Monasterio omnes aduenas sursum vel deorsum vndecunque venientes, & se recipientes in prædiis Ecclesię memoratæ, vt dictæ Ecclesiæ tantum deseruiant, sine omni prestatione reali, vel personali, à nobis vel nostris exigenda, liberè & quietè. Item cum constet Ordinem *Cistertienſ.* à sede Apostolica & Imperiali Magnificentia gaudere prerogatiua gratiæ specialis, vt super omnibus bonis & hominibus suis Aduocatum omninò habere non debeant, nisi forte pro defensore sibi sponte aliquem duxerint eligendum, qui eos pro tempore eis placito sine omni emolumento & exactione defendet & tuebitur simpliciter propter Deum. Nos eadem gratia prenominatum nostræ fundationis locum frui volumus inconuulsè. Adjicimus etiam de gratia speciali, vt prouisores dicti Cœnobij de hominibus in suis prędiis residentibus, quoad debita, aratas, vituperia, tractus gladiorum, & violentias quascunque, quę perpetuam lęsionem, quę vulgo Lem dicitur, non inferunt, judicare valeant, nostro super his judice minimè requisito, sed in bonis & hominibus dictę Ecclesię judicia furti, homicidij, raptus, majoris violentię tantum nostris judicibus reseruentur. Hoc nihilominus adhibito moderamine, quod si prędictis pœnis obnoxius in prędiis dicti Cœnobij inuentus fuerit, judex de persona delinquentis judicet, de rebus monasterij nihil penitus contingendo.

Item dictam Ecclesiam debitis fauoribus prosequentes concedimus ei, vt de omnibus victualibus suis ducendis per aquam vel terram in omni nostro Dominio nullum theloneum aut mutam soluant, sed in his perpetuo sint liberi penitus & immunes. Inuitati ad hęc & premissa obsequiosa fidelitate & fideli obsequio charissimi Capellani nostri Magistri *Hertvvici* Canonici & Scolastici *Patauienſ.* sumus, qui pię memorię *Ottoni* Patri nostro & nobis per longa tempora deseruiuit, & dictum Cœnobium ex sui muneris prouidentia possessionibus ditauit pariter & dotauit. In cuius rei testimonium, vt lis vel obliuio in his ritè gestis locum non inueniant, sed in sua firmitate permaneant, & præsens Instrumentum conscribi fecimus, & sigilli nostri munimine roborari, Datum in *Landavv*, Anno Domini M. C C. L X X V I. Id. Iunij. Anno inchoationis dictæ Ecclesiæ tertio, & incorporationis primo.

Vt dubitationis scrupulus de damno litigantium locum non habeat, consueuerunt ea quæ ritè aguntur transmitti ad posteros per scripturam. Nos igitur *Hainricus* Dei gratia Palatinus Comes *Rheni* Dux *Bauariæ* per præsentia profitemur, quod sub auctoritate nostra & præsentia dilectus Capellanus noster Magister *Hertvvicus* venerabilis Canonicus & Scholasticus *Patauiens.* emit à *Rapotone* de *Essenbach* omnia prædia culta & inculta, quæsita & inquirenda, cum agris, pascuis, syluis, juribus & omnibus attinentiis corporalibus & incorporalibus, sita in *Essenpach*, quæ ad ipsum *Rapotonem* proprietatis seu allodij jure pertinebant. Recognoscimus etiam quod prædicta prædia in *Essenpach* præfato Magistro *Hertvvico* vendita & tradita, ab omnibus præstationibus realibus & personalibus, & quibuscunque exactionibus sunt libera & soluta. Adiectum etiam fuit, quod si de præfato prædio pro toto vel parte eius præfato Magistro *Hertvvico* vel Ecclesiæ in *Fürstencelle*, cuius fundatio ab ipsius prouidentia emanauit, briga seu quęstio mota fuerit, dictus *Rapoto* super euictione, damno actionis vel interesse teneri se promisit, & pro his per manum nostram sibi omnia quæ in *Ruempting* possidet, vt disbrigare vendita sibi prædia debeat, liberè obligauit, nunquam prędictam obligationem repetiturus, quamdiu per aliquem in possessione pacifica perturbatur. Adhibiti sunt etiam hi testes. Dominus Hainricus Prępositus Oetingens. Magister Fr. Plebanus in Landshuet, Dominus Wernherus Plebanus in Maurchirchen, Hainricus Capellanus, Magister Hainricus, Waltherus & Wintherus Notarij, Dominus Wernh. Comes de Lenburch, Dominus Gebhardus Comes de Ortnburch, & Dominus Vlricus de Abnsperch, Dominus Alb. de Vttendorf, Ort: de Waldeck, & filius suus Ortlib, Henricus de Rorbach, Sifridus de Sigenhofen, Pilgrinus de Trannburch, Perchtoldus de Gebelsperch, Marschalcus de Schrouenhausen, & cæteri quam plures. In cuius rei testimonium præsens Instrumentum sibi dedimus, nostri sigilli robore communitum. Datum & actum apud *Burchausen*, Anno Domini M. C C. L X X V. I V. Kal. Febr.

Ne his quæ rationabiliter aguntur materia litis seu contentionis valeat moueri, imo vt rite acta omni calumnia amputata in sua maneant firmitate, consueuerunt facta rationabilia scripturę testimonio roborari. Nos igitur *Hainricus* Dei gratia Palatinus Comes *Rheni*, Dux *Bauariæ*, Notum facimus vniuersis præsentem literam inspecturis, quod fidelis noster *Alramus* de *Rottavv*, probato per juramentum suum coram nobis secundum dictatam sententiam, quod villæ suæ in *Durchaim* auctorem delegatorem, quod vulgo dicitur Salmannon habeat, in nos jus delegatoris talis allodij seu proprietatis prædictæ sine contradictione omnium transfudit voluntariè, liberè & quietè, vt nos villam prædictam cum attinentiis suis quæsitis & inquirendis, agris, pratis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, seu aliis juribus prædicti prædij, quocunque nomine censeantur in proprietatem seu possessionem Ecclesiæ *Fürstencelle* quam dilectus Capellanus curię nostræ Magister *Hertvvicus* Canonicus & Scholasticus *Patauiens.* ex bonis temporalibus, quæ sibi diuina concessit prouidentia, vt per erectionem prædictæ Ecclesiæ viuis vniretur lapidibus, & cęlestis mansionis seu domus æternæ sibi tabernacula præparet, in honorem, reuerentiam & amorem Sanctæ Dei genitricis *Mariæ*, sub ordine *Cystertiens.* noscitur à principio fundauisse, assignaremus seu traderemus liberum, & ab omni jure angariarum & parangariarū, aduocatitio seu alio quolibet absolutum, quod & ipsius Capellani nostri specialis inuitati amore hilari voluntate fecimus & jocunda, prædictæ Ecclesiæ tradendi, habendi, possidendi dictum prædium ab antedicto

Capel-

Capellano nostro eidem Monasterio emptum auctoritate prædicta & nostra speciali, dantes plenam & generalem ac liberam facultatem, Quod etiam Cœnobium sine cuiuscunque emolumenti jure in nostram tuitionem seu defensionem recepimus, specialem sibi promittentes fauorem nostræ gratiæ perpetuo præparatum. In cuius rei testimonium præsens instrumentum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum & actum apud *Wolffstain*, Anno Domini M. CC. LXXIV. Idibus Maij.

Heinricus Dei gratia Palatinus Comes *Rheni* Dux *Bauariæ*, omnibus præsentia inspecturis in perpetuum. Inuitati benigno fauore quem præ omnibus Ordinibus *Cystertiensibus* gerimus, ac etiam fidelibus ac diuturnis obsequiis charissimi Capellani nostri Magistri *Hertvvici* Canonici *Patauiens.* Ecclesiæ fundatoris in *Fürstencelle*, Capellam in Haundstorf, cuius jus patronatus jure proprietario ad nos spectare dinoscitur, donamus & tradimus præfato Cœnobio perpetuo possidendam. in ipsum Monasterium totum jus nostrum liberaliter transfundentes; nisi voluntariè Conuentus prædictis juribus Capellæ velit cedere memoratæ. Renunciamus etiam pro nobis & posteris nostris omni juri & actioni quod in Capella prædicta nobis competit, vel posset competere in futurum. Vt igitur prælibata nostra donatio & traditio rata permaneat, & in ea omnis calumniandi materia amputetur, in euidens testimonium præsens ei nostrum porrigimus instrumentum nostri sigilli munimine roboratum. Volumus tantum, vt Domino *Tynconi* nunc eam tenenti nostra donatio in jure suo non debeat præiudicium generare, Datum in *Landavv*, Anno M.CC. LXXIX. Kal. April.

Nos *Hainricus* Dei gratia Palatinus Comes *Rheni*, Dux *Bauariæ* profitemur, quod *Hartliebus Marchardi* piæ memoriæ Marschalci nostri filius ex dispositione paterna vendidit Curiam in *Puebyng* titulo allodij sibi attinentem cum quæsitis & inquirendis juribus, pratis, pascuis, syluis, & omnibus attinentiis charissimo Capellano nostro Magistro *Hertvvico* honorabili Canonico *Patauiens.* qui statim eam fundationi suę Ecclesiæ in *Fürstencelle* tradidit perpetuo possidendam. Renunciauerunt etiam coram nobis omnes hæredes prædicto Marschalcho nostro attinentes, videlicet vxor ipsius *Reichardis*, & filius ac filia, Vxor scil. *Iahenstorferij* junioris dicti *Alberti*, vnà cum ipso & cæteri omni juri & actioni, quod eis de facto vel de jure competere poterat in Curia memorata. In cuius rei testimonium venditionis, donationis & renunciationis præsens Instrumentum conscribi fecimus, nostri sigilli robore communitum. Testes, Tymo plebanus de Aufhausen, Otto de Iahenstorf, Sifridus de Gazzolting, Hainricus dictus Pühler, Vlricus Villicus, & alij quam plures. Datum in *Landavv*, M. CC. LXXXIV. Dominica Quasimodo geniti.

Nos *Hainricus* Dei gratia Palatinus Comes *Rheni* Dux *Bauariæ*, Notum facimus præsentia inspecturis, quod procedente venditione Curiæ in *Pyzling* emptæ cum quęsitis & inquirendis ac omnibus juribus ipsius per charissimum Capellanum nostrum Magistrum *Hertvvicum* Canonicum *Patauiens.* à Camerario nostro *Gerhoho* de *Hutt*, qui dictam Curiam titulo proprietatis sine qualibet impeditione secundum consuetudinem terræ sufficienti tempore præscripserat nos eandem Curiam Ecclesiæ in *Fürstencelle*, cui dictus Capellanus noster eandem donauit & tradidit, promisimus gratuito vt instrumenta Ord. *Cystertiens.* exigunt, tam in petitione quam exactione defendere & tueri. Et vt omnis cessetiniqua calumnia, & dicta venditio ac traditio sine omni briga remaneat prædictus venditor *Gerhoho*, nec non amici sui *Albertus* dictus *Inclusus*, nec non *Reynoldus* de *Perndorf* sub ypoteca rerum suarum in solidum renunciantes omni be-

neficio quod in contrarium allegari poterit voluntariè, taliter vt infrà decennij ſpacium & vltrà dictum prædium ab Eccleſia in *Fürſtencelle* nullo modo euincatur, imo prædictis annis, qui quo ad conſuetudinem rationabilem & præſcriptam terræ *Bauariæ* omnem actionem excludunt, dicta Eccleſia potiatur poſſeſſione ſeu præſcriptione non interrupta, ſed pacifica & quieta. Et ſi briga vel euictio proceſſerit dictæ Curiæ pro intereſſe vtriuſque ſimplici probatione, non teſtium ſtrepitu probando, prædicti fideles noſtri firmiter promiſerunt, ſcilicet, quod ad intereſſe brigarum & euictionis ſpontaneè teneantur. Vt igitur contentio locum non inueniat, in venditione Curiæ prænotatæ, ac traditione facta Eccleſiæ memoratæ, ſed tale factum ſtabile perſeueret, placuit Inſtrumentum præſens ſigillo noſtro & teſtibus communire. Teſtes ſunt, Dominus Volchmarus Abbas in inferiori Altach, Cunradus Præpoſitus Monaſterien. Rugerus Capellanus noſter de Lachkirchen, Albero dictus Walher., Altmannus de Leuolfing, Otto de Iahenſtorf, & alij quàm plures. Datum in *Landavv*, Anno Domini M. CC. LXXIX. In die Beati Ottmari Abbatis.

Lotzkirchen.

Nos *Hainricus* Dei gratia Comes Palatinus *Rheni* Dux *Bauariæ* preſentibus profitemur, quod cum jam Comites de *Ortenburch* vendidiſſent & tradidiſſent Curiam *Thettling* & Hubam ibidem Eccleſiæ in *Fürſtencelle*, quæ eos reſpiciebant proprietatis titulo tanquam libera & ſoluta; quanquam dicta Curia fuerit *Ezzenpeckario* titulo pignoris obligata, vnde dicti Comites præfatæ Eccleſiæ villam in *Ledern* ſimiliter eis proprietatis titulo attinentem aſſignauerunt, & tradiderunt, vt cenſum quem prænominata Curia & Huba debent ſoluere, à dicta villa recipient ex integro & ad plenum, & quod reſiduum fuerit ſuper redditus & obuentiones debitas Curiæ & Hubæ prænotatæ, officiali Comitum Fratres præfati Cœnobij debeant aſſignare. Curia & Huba ſiquidem abſolutis, præfata villa ad Comites libera reuertetur. In cuius rei teſtimonium præſens ſcriptum nobis placuit noſtri ſigilli robore communiri cum teſtibus ſubnotatis, qui ſunt. Hainrich de Preiſing, Rikcherus de Ahaim, Weimarus Aſinus, Cunradus de Khrangpaum, Albertus Incluſus. Cunradus de Hochhaim, Albertus de Rottavv, Hainr. de Ruempting, & Hilprand⁹ de Puechperch milites, Wernhardus Præpoſitus Oettingenſis, Magiſter Fr. plebanus de Landshutta, Waltherus, Wernherus dictus Grans, & Otto Notarius. Datum in *Straubinga* M. CC. LXXX. Sabbatho ante Dominicam Circumdederunt.

Nos *Hainricus* Dei gratia Comes Palatinus *Rheni* Dux *Bauariæ* præſentibus profitemur, quod dilectus nobis *Rapoto* Comes de *Ortnburch* ob noſtræ dilectionis fauorem, quem Eccleſiæ in *Furſtencellæ* fundationi noſtræ ex corde gerimus, & principaliter propter Deum, ceſſit & renunciauit voluntariè & ex toto, actioni & impetitioni ac omni actioni ſi quidem habuit vel habere videbatur ex hæreditate paterna vel quocunque modo alio contra prædictam Eccleſiam de *Fürſtencellæ*, de bonis & in poſſeſſionibus infra ſcriptis, comparatis ipſi Eccleſiæ per dilectum Capellanum noſtrum bonæ memoriæ Magiſtrum *Hertvvicum* Canonicum *Patauienſ.* apud fratres ipſius Comitis Gebhardum & Dyepoldum quondam Comites de *Ortnburch*, & quibuſdam aliis bonis ex donatione fidelium noſtrorum, videlicet *Alberti* nobilis de *Hals*, & *Weimari* cognomine *probi aſini*, ipſi Eccleſiæ collatis, nec non his quę venerabilis Abbas loci *Waltherus* etiam comparauit, donans liberè & preciſè ante dictæ Eccleſiæ omne jus ſuum, quod in eiſdem poſſeſſionibus atque bonis habuit, & habere videbatur, cum ratihabitione emptionum & donationum ſuperius prætactarum. Nos igitur

prædicti

prædicti *Rapatonis* bonæ volũtatis affectũ grato animo cõmendantes, gratum & ratũ pro omnib. hæredib. nostris habem⁹, approbamus. & cõfirmam⁹, quicquid per ipsum factum esse dinoscitur in præmissis, omnem defectum si quis esset, aut esse posset in hac parte donatione & autoritate propria nunc supplentes, ita vt ipsa Ecclesia in *Furstencelle* omnes infra scriptas possessiones iusto proprietatis titulo perpetuo debeat libere possidere. Sunt autem hæc nomina possessionum, Curia in *Sutzpach* & sylua ibidem quæ *Tannach* dicitur, quam Comes *Diopoldus* legauit Ecclesiæ in extremis. Item Curia in *Tetling*, & Hubam *Tal*. Curia in **Leupertzhaimb** & quartale Hubæ in **Aspertzhaimb**. Duæ Curiæ in *sancta Lucia*; Curia in *Walchunsperg*, Huba ad molendinum in *Aspershaim* & duo beneficia in *Weg*. Vt ergo vniuersa & singula præmissorum robur obtineant firmitatis, præsentes literas conscribi & nostro & ipsius Comitis *Rapatonis* sigillis communiri fecimus, cum testibus subnotatis. Testes sunt hi. Otto, Ludvvicus & Stephanus filij nostri, Weinmarus Asinus, Hainricus de Pfölling, Abramus de Rottauu, Hainricus de Alnchouen, Richardus de Ahaim, Albertus Vicetom de Straubing, Albertus Chlosnarius, Leopoldus Eckhartingarus, & alij quam plùres Datum in *Landavv* Anno Domini M.CC.L.XXXVI. Nonas Augusti.

WIr Hainrich/ Otto vnd Hainrich von Gottes Gnadẽ Pfaltzgrafen bei Rhein/ Hertzogen in Bayern/ Embieten allen vnsern Richtern vnd Ambtleutten vnser gnad vñ vnser huld/ wan wir dem Closter ze Fürstenzelle besunderlich gebunten sein/ das wir es ze allen Zeiten schirmen vnd begnaden/ dauor das vnser Vorvordern vñ auch wir desselben Closters Stiffter sein/ wellen wir vnd gepüeten euch/ vnd auch andern vnsern Leuten/ Edlen vnd Vnedlen/ die in vnserm Land gesessen sint/ ob sich ein vnfug in demselben Closter hueten also das Todtschlág oder Wunden darinn geschehen/ oder anderlei Laid ainem da widerfure/ so dem wer von deß Closter Diener oder von seinen Leuten/ die darzu gehörent/ oder von frembden Leuten/ das soll deß Closter an nichten entgelten/ weder an Pfantung seines Viechs/ noch an keinem seinem Gut/ wann solich schad ẽ demselben Closter geschicht/ dem soll niemand hören noch richten/ dann wir selber/ dazue wellen wir auch/ das si fürbas niemand beschwer/ noch leidig/ weder an jren Leuten/ noch an jrem Guet mit Heerwägen/ mit Nachtselten mit Fachten/ mit Fur noch rait dhainer vnbillichen forderung/ vnd gepieten euch festiglich/ auch bey vnsern Hulden/ das jhr dem vorgenanten Closter die gnad alle/ als si oben verschriben sint/ an nichten abkhrencket/ noch yberuaret/ vnnd das demselben Closter die Gnad stet beleiben/ daryber geben wir jn ze vrkhunt disen Brieff versigelten mit vnserm Jnsigel/ das ist geschehen zu Durckhausen M.CCC XX. an aller Heiligen Tag.

SANCTI FRANCISCI MONASTERIA ET S. DOMINICI.

LVDOVICVS Dux Bauariæ, pater Ludouici Imperatoris, vnà cum coniuge sua Anna de Polonia, Franciscanorum ordinem primo Ingolstadium collocauit, tradens aptum fundum prope castrum, vna cum 30. Marcis argenti, pro ædificiis construendis, Anno 1275. Et eundem post annum octauum Monachiũ quoque eo loco, quo nunc sacræ virgines eiusdem Ordinis Clarissæ apud Anger habitant, transtulit, nempe Anno 1283. donec Sentlingerij ciues Monacenses eum locum cum ædificiis pro 800. florenis emerunt, ac Franciscanis tradiderũt, quem etiam nunc Monachi tenent. Successerunt Sentlingeris Gabriel Riedler, cum vxore Hailvvich, Wumim, qui dederunt 600. florenos in ædificationem nouæ domus, renouantes fere totum Conuentum, vnde hic Gabriel quasi secundus fundator fuit.

ANNO 1294. Emicho Episcopus Frisingensis consecrauit Chorum fratrum minorum, in præsentia Rudolphi & Ludouici, Ducum Bauariæ; eodem die consecrauit cœmiterium fratrum Eremitarum sancti Augustini, Templum ipsum Minorum consecratum est postea, Anno 1375.

SEPVLTI sunt ibi in Choro Frater Bona gratia de Pergamo qui obiit 1340. & frater Guilielmus Ockam, qui obiit Anno 1347, ambo viri doctissimi, & causæ Ludouici Imperatoris contra S. Pont. defensores acerrimi.

HENRICVS, Dux inferioris Bauariæ, frater prædicti Ludouici Ducis, Anno Domini 1271. Dominicanos, & nono deinde año, hoc est, 1280. Franciscanos Landtshuedæ recepit. Fuere autem hæc Franciscanorum Monasteria olim arctiori regulæ non astricta, gaudentes vocant, qui etiam bona propria, census ac redditus habebant. Reformata autem postea, expulsis prioribus ac substitutis de obseruantia fratribus, ac abdicata omni proprietate in ordinem medicantium redacta in quo & hodie sunt, ex liberalitate Principum Bauariæ potissimum, deinde vero aliorum piorum hominum eleemosynis viuentes. Reformatio facta per Bullas, per Albertum Ducem Bauariæ, à Sixto quarto Pontifice impetratas, Monachij tam fratrum quam sororum in Anger, Anno 1480. Ingolstadij verò & Landtshuetæ Anno 1466. bona ac redditus istorum fratrum authoritate Pontificia ac Episcopali cessêre Vniuersitati ibidem. Extat diploma Ludouici Ducis Bauariæ fundatoris, ac Guilielmi Episcopi Aichsteten. de Anno 1471.

CONSTRVCTVM est etiam Kelhaimij ad confluentes Danubij & Altmülæ Cœnobium, pro aliquot fratribus Franciscanis, per quem, nondum comperi, fundatum & simul reformetum pro fratribus de obseruantia, sub prædicto Duce Alberto, Anno Domini 1465. Illud verò in tam sterili loco, vt vix vnus aut alter hodie se ibi alere possit.

ANNO Domini 1484. Sorores tertiæ Regulæ à domo Bütrich in Monaco expulsę sunt, quarum octo Frisingam venerunt, quibus Sixtus Episcopus ibi domũ emit, iniũgens eis, vt infirmos in extremis visitarent, &c. Vitus Arnpeck. Est ibidem Monachij adhuc alia domus harum sororum tertiæ Regulę S. Francisci, quæ Ridlerorũ dicitur, Vtraque fundata seu instituta primitus à Patriciis Monacensibus, dictis Ridler & Bütrich, censibus exiguis, quæ deinde bona œconomia aclargitionibus piorum paulatim creuerunt ac redditibus aucta sunt.

RATISBONÆ Conradus Episcopus dedit Fratribus S. Francisci. Anno 1226. quo & obiit, Ecclesiam S. Saluatoris habitandam, quæ prius pertinuit ad Ecclesiam S. Ioannis, iuxtà quam, Alberto Comite de Pogen, & Ottone Comite Palatino Rheni, Bauariæ Duce, areas suas donantibus, erectum estibi Monasterium. adhuc eñ ibi iuxta portam ostenditur domus, quæ olim curia fuit Comitum de Pogen. Extant diplomata ibi. Sepultus est in hoc Templo Berchtoldus, huius ordinis frater ibidem, Ratisbonæ natus, clarus integritate vitæ, atque Christianæ eloquentiæ Orator insignis. Sexaginta ampliùs millia hominum eius conciones frequentâsse literis proditur. Eius sepulchrum adhuc non solùm incolis, sed & Vngaris venerabile, circa Annum Domini 1250.

Auent. lib. 7. fol. 688.

Auct. lib. 7. fol. 669.

MONASTERIVM Dominicanorum Ratisbonæ instituit Seifridus Episcopus, conferens Fratribus cum consensu Capituli sui Ecclesiam sancti Blasij, vnde postea ædificatũ est hoc Monasterium per Nobiles Truckssessios de Eckmul, fundatores, qui etiam ibidem sepulti sunt.

MONASTERIVM Augustinianorum mendicantium Ratisbonæ in ponte Iudęorum ita dedicatum est: Sacerdos ad ægrotum festinans, eo loci sacram hostiam

hostiam in lutum abiecerat; primum ibi ligneum Sacellum, Capella Domini vocatum, erectum. Consecratur ab Alberto Episcopo, Anno 1255. Confirmatū abillius Successore, Leone Episcopo. Post hæc cum Altmannus, Comes de Roteneck, Præpositus Ratisbonensis, & Archidiaconus, eandem Capellam duobus Sacerdotib. concessisset, vt diuinis officiis ibi vacarent, Ratisbonenes ciues ius patronatus ad se pertinere putarunt; tandem ita conuenit inter eos, vt ista Capella traderetur fratribus ord. S. Augustini Eremitarum, Anno 1269. quam hactenus tenent.

Alterum Monacense Ludouicus Imperator condidit, teste eodem Auentino, libro septimo, fol. 790. Reformatum per S. Pontificem Sixtum quartum ad instantiam Alberti Ducis, &c. executore Sixto, Episcopo Frisingensi, Anno Domini 1481. fratres ad obseruantiam astricti intra triduum omnes profugerunt, substituti sunt alij.

Tertium in Ramsavv, vide sub litera R.

ADDITIONES.

De Conuentu S. Francisci Monaci.

Conu. I.

FActvrvs satis Serenissimus pariter ac pientissimus *Bauariæ* Dux *Ludouicus Rhenique* Comes Palatinus ei deuotioni ac pietati, qua in Seraphicum patrē Franciscū, eiusq; sequaces ferebatur, hoc Monasterium *Monaci* quæ totius *Bauariæ* metropolis est, non procul à proprio castro, ex domesticis facultatibus, à primis fundamentis ad vltimū vsq; lapidem sub anno à Christi natiuitate 1289. ædificari iussit, ac omnibus tandem suis numeris absolutum *Minoritis* fratribus, in perpetuum vsum, atque habitationem, collatum voluit. Cuius postmodum Monasterij Ecclesiam R. *Embo Erisingensis* Episcopus, Dominica prima post SS. Apostolorum *Philippi & Iacobi* festum, anno Domini 1294. præsentibus *Rudolpho* & *Ludouico Bauariæ* Ducibus, totaque inspectante ciuitate, de religioso more benedixit, cōsecrauitque Eaq; consecratione peracta, pontificalib. (vt erat) indut⁹ & pedes, præfatisq; *Bauariæ* Ducibus, & ciuitate se sequentibus, ad *Eremitarum* S. *Augustini* cœnobium (tanta erat hui⁹ præstantissimi Præsulis ad religiosos mendicantes deuotio, tantusq; animi affectus) perrexit, eiusq; cœmiterium maxima cum solemnitate benedixit. Cum aūt, sub an. Dñi 1327. die verò mensis Febr. 14. tertia *Monacensis* ciuitatis pars, cum præfato castro, & hoc nostro conuētu, vniuersaq; eius re familiari, ex quodā infortunio, arsisset, pauperculi fratres per incertas Prouinciæ sedes diuagari coacti sunt, donec tandē pientissimus misericordiarū Deus eorum misertus, verè catholicorū fratrumq; veterinorum, ac *Monacensiū* ciuiū, *Gabrielis* Scilicet *Ridlerij* ac *Vincentij Ridlerij* animos ad alterius Conuentus ædificationem flexit. Hic siquidē Monasteriū omnino incineratum atq; in fauillam redactum, cōmunib. sumptibus, sub an. Dñi 1380. à tanta ruina vindicādū omnibusq; necessariis instructū, fratribusq; ad propria reuocatis cōferendum, atq; demum eius Ecclesia pulcherrimis icombus, & dominico sepulchro supra modum elegantissimo exornatam, à R. P. fratre *Alberto Solonensium* Episcopo ac professione Minorita, in sanctissimæ Trinitatis, B. *Mariæ* virginis, SS. Apostolorū, ac beatorū P. *Francisci* & *Antonij Paduani* honorem, sub anno restitutę salutis 1385. consecrandā curarunt. Huic Ecclesiæ *Bonifacius* ex Pont. max. anno Domini 1401. Pontificatus verò sui 12. in eorum fidelium, qui eam confessi, & sacra Eucharistia refecti, in festo sancti *Petri* ad *Vincula*, & per tres dies sequen-

Fr. Francij C. Gonzaga operis sui part. 3. Priuinc. Arg. etin. f. 74. & seq.

sequentes, deuotè visitauerint, fauorem, eandem prorsus plenariam indulgentiam, Monasterio S. *Mariæ* de *Angelis* prope *Assisium* (hanc de *Portiuncula* nuncupant) à secundis vesperis diei festi S. *Petri* ad *Vincula* vsque ad diei sequentis solis occasum, à summis Pontificibus concessam, ex paterna pietate atque ad præfati *Gabrielis Ridlerij* instantiam impertitus est. Præfatorum verò fundatorum, alter *Gabriel* scilicet *Ridlerius* in omni euentu opportunè adfuit: alter verò *Vincentius* nempe *Ridlerius*, relicto sæculo, atque eius illecebris, pauperculisque fratribus, sub Minoritico habitu adiunctus, Christum pauperem sequi voluit. Sub cuius tandem vexillo adeo profecit, vt in præstantissimum religiosum, atque doctissimum tum Philosophiæ, tum quoque Theologiæ lectorem, ac tandem in *Bauariæ* Custodem euaserit. Obiit mortem, atque in huius loci Ecclesia sepultus est tantus hic pater, sub anno Domini 1408. cui R. P. F. *Michael* à *Sesena* generalis olim totius nostri Ordinis Minister & R. P. F. *Albertus Solonensiũ* Episcopus, & Monialium Princeps frater *Guilielmus Ocham* Franciscanus & doctissimus pater frater *Bonagratia* à *Pergamo* V. I. D. & P. F. *Gasparus Scatzgerus* Cũstos Bauariæ & Guardianus *Monacensis*, qui multis editis operibus accerrimè hæresim *Lutheranam*, sub primis eius initiis, impugnauit, diemque extremum, clausit, anno domini 1527. distinctis tamen in sepulchris hærent. Eadem in Ecclesia, honestissimo tamen loco. corpus beati patris *Marquardi* de *Meismaler*, qui post diutinã grauissimamq; infirmitatem, cum sanctissimè obiisset, & cœcum illuminauit, & contractum hominem pristinæ rectificationi restituit, ac plurimis aliis miraculis claruit, reconditum est. Pertinuit denique hic conuentus, à secunda sui erectione ad annum vsque domini 1480. ad Conuentuales *Franciscanos* patres: sed iis ex præfati summi Pontificis, ad pientissimi tamen *Bauariæ* Ducis, atque *Federici* Germanorum Imperatoris generi instantiam, alio translatis, ad huius Prouinciæ *Obseruantes* deflexit. Cuius incolæ quadragenarium numerum attingunt.

De Minoritico conuentu *Ingolstadiensi*.

Conu. II.

INGOLSTADIVM præstantissima *Bauariæ* ciuitas, iuxta *Danubium* flumen sita, atque florentissima Academia illustris, statim à Franciscanæ Religionis exordio, solerti pientissimorum *Ludouici* & *Annæ* à *Polonia* eius coniugis *Bauariæ* Ducum opera, Minoritas amplexata est. Hi namque heroes, de R. *Hildeprandi Aichstadiani* Episcopi (cuius eæ partes erant) consensu, Minoriticum Monasterium, non longè à præfatæ ciuitatis mœnibus, anno 1245. cõstrui curarunt, tanti interim operis executorem constituentes perdeuotum *Vibrordum Rorbachium Ingolstadiensium* Iudicem, atque Præfectum, qui infra breuissimi temporis spacium magnificè satis absolui fecit fratribusque tradidit. Subiacuit tamen huiusmodi conuentus ad annum vsque Domini 1466. Conuentualibus patribus: sed iis præstantissimi Principis atque Bauariæ Ducis *Ludouici* opera aliò translatis, ad fratres huius Prouinciæ *Obseruantes* declinauit. Inhabitatur à cætero hic Conuentus à 30. religiosis quorum maior pars diuinis atque humanis literis sedulã nauat operam, publicasq; Ingolstadienses scholas vel lectiones auditura, vel de propositis thesibus disputatura, frequentat: insuper & Reuerendissimi patris fratris *Gulielmi Berto* generalis Vltramontanæ familię Vicarij, qui, anno Domini 1481. iniuncti vero muneris 3. maximum sui desiderium (erat enim bonus pater) omnibus relinquens, ex hac vita migrauit, funere honestatur.

De Mi-

De Minoritico conuentu *Landtshutenſi.*
Conu. III.

VT primum inclitus heros *Heinricus Ludouico* fratri vterino *Bauarico* in Ducatu ſucceſſit, ne interim ſibi deuotionis, atque beneuolentiæ erga Franciſcanos palmam ceſſiſſe videretur, emptam *Landshutæ*, quæ *Bauariæ* ciuitas eſt, areã ad conuentus dignitatem promouit, atque Minoritis, ſub anno Dominicæ incarnationis 1280. tradidit. Cumque huiusmodi conuentus ad annum vſq; Domini 1466. *Conuentualib.* patrib. ſubiacuiſſet, *Ludouico* ad *Bauariæ* Ducatum aſſumpto, ex *Pauli* Pont. Max. decreto ad *Obſeruantes* fratres translatus extitit. In quo denique 30. fratres inhabitant, ſepultuſq; iacet religioſiſſimus ſimul atque doctiſſimus P. F. *Conradus Nocylheimus*, quondam *Bauariæ* Cuſtos, qui Commentarios in beati Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ Apocalypſim luculentiſſimè edidit compoſuitque.

De Minoritico *Kelhemmenſi* Conuentu
Conu. IV.

CONSTRVXERAT ſibj *Antonius* quidam à *ſeptem caſtris Tertiarij* idque ſub anno Domini 1450. non procul à *Kelhemmo Bauariæ* oppido, vbi *Altmonius* fluuius patentiſſimis faucibus in *Danubium* influit, ſub rupe tuguriolum ad eremitorij inſtar, inibique per aliquot annos inhabitauit. Dumque perfectiorem vitam anhelat, eo relicto. *Viennam Auſtriæ* ſe confert, vbi & *Franciſcanæ* Religionis habitum in *Minoritico* Paradiſi conuentu induit. Cum autem, huiuſmodi habitu reiecto, antiquum domicilium remeare contenderet, à latronibus graſſatoribq; truculenter in itinere occiditur. Generoſi itaq; *Bauariæ* Duces *Ioannes* atque *Sigiſmundus*, ne præfatum tuguriolum cui pulcherrima ædicula, diuo *Nicolao* Epiſcopo ſacra adiuncta erat, prophanis vſibus pateret, ipſum *Obſeruantibus* huius Prouinciæ fratribus, 19. menſis Iulij, anno Domini 1454. ex apoſtolica *Nicolai* V. Pont. max. facultate adiudicandũ, atq; in Monaſterij formam ex propriis facultatibus transferendum curarunt. Verumtamen cum is locus continuis vtriuſq; fluuij exhalationibus obnoxius eſſet, ab habitatoribus, id tamen maximè ſolicitantibus præfatis ducibus, poſt 17. annos derelictus, atque *Tertiarij* quibuſdam, *Franciſcanis* traditus eſt. Ipſi interim fratres noſtri alium conuentum, multo elegantiorem, à ſe deſerto, ſibi à memoratis Ducibus in iugulo montis S. *Michaelis* non longè ab ipſo oppido *Kelhemmo*, ædificatum petierunt. Idque tamen non citra contractionem illis accidit. Nam, repugnatib. *Ratiſponenſi* Epiſcopo, atque *Kelhemmeni* clero, ſemel & iterum loco cedere coacti ſunt. Donec tandem re per *Pium* 11. Pont. Max. cognita, & iſtis fratribus ſcilicet pacifica loci habitatio collata, & illis Epiſcopo videlicet & clero perpetuum ſilentium impoſitum eſt. Cæterum ſecundus hic locus, in ſancti *Michaelis* monte conſtructus, à quatuor tantũ religioſis inhabitatur.

Vertrag / wegen des Parfüſſer Freidthofs / ꝛc. zu München auffgerichtet de Anno 1517.

VOn Gottes Genaden wür Wilhelm vnnd wür Ludwig Pfallentzgrauen bey Rhein / Hertzogen in Obern vnnd Nidern Bayern / ꝛc. Gebrüder / Bekennen vnnd thun khundt / hiemit aller menigelich / als jrrung entſtanden ſind zwiſchen den

den würdigen in Gott Ersamen / Hochgelehrten / auch Fürsichtigen vnnd Weisen Brobst/Dechant/Pfarrer/ vnd Capittel vnsers Fürstlichen Stiffts vnser lieben Frawen Gotshaus/auch vnserm Dechant Sanct Peters Pfarrkirchen darzu einem Burgermeister vnd Rathe in vnser Statt München auff einē theil vñ den Ersamen in Gott andächtigen Quardian vnd Brüdern vnsers Parfüser Closters Sannt Franciscen Ordens der mindern Brüder / von der Obseruantz daselbs dem andern thail von wegen des Parfuesser Freithofs daselbs/wie der jetz mit Meuern vor vermelten Parfüsser Closters vnd Khirchen eingefangen / vnd auff fürbethe vnnd ersuchen der Durchleuchtigen Fürstin Frawen Zhunigundin geborne Ertzhertzogin zu Osterreich / Pfalentzgrauin bey Rhein Hertzogin in obern vnd nider Bayern / ꝛc. vnser Gnedigen lieben Frauen Mutter/ durch den Ehrwürdigen in Gott Vatter vnd Hochgebornen Fürsten vnsern lieben Vettern/Herrn Philippen Bischoffen zu Freising / Pfalentzgrauen bei Rhein Hertzogen in Bayrn vnd durch seiner lieben Suffraganien.. als ordinarien auß Bischofflichen gewalt zuuerrichten zugelassen / aber balt darnach bei nächtlicher weil durch die Rumor entehrt ist worden/deßhalben zwischen obuermelten Partheyen zu alter seit etlich beschwärung eingefallen sindt/ demnach haben wir obgenant Fürsten auff vorgemelter vnser lieben gnedigen Fraw Mutter begern/ damit rechtuertigung vnd ander Vnrat/Zwitracht vnd Vnwill/so darauß het entstehen mügen / zwischen gedachten Partheien hingelegt/vnnd fürkommen/ werd vorberürte Irrung vnnd fürgefallen beschwerung mit aller Partheien/vnd jr jeder jnsonderheit vorwissen vnd guten willen/inn der Gietigkeit vertragē/entschiden vnd gemittlts/ wie hernach volgt. Also das Quardian vnd die Brüder vnser obuermelten Parfüsser Closters vorangeregten jhren Freithoff/wie der jen mit Meuren eingefangen ist / widerumb reconciliern, vnnd Weihen mügen lassen/auch ein Sepultur darauff haben/an obuermelter vnsers Stiffts/Dechant Pfarrer vñ Statt zu München verhinderung vnd jrrung/doch welcher oder welche Person jr Sepultur auff denselben newen Freithoff zu dem Parfüsser erwellen oder darin begehren werden/ mit derselben Besincknuß soll es / wie hernach volgt gehalten werden. Also das man derselben abgestorben Personn erste Besincknuß/bey der Pfarr/darein dieselb abgestorben Personn gehört/ auch in dem Closter / wie im gebrauch herkommen ist/ halten soll/aber derselben Personn Sibenten so man in Latein nennt/diem septimum depositionis,nach deß auffsteckhen von dem ersten Tag biß auff den Sibenden sollen die Brüder zu den Parfüssern/ob es gleich an sie durch der Abgestorbnen Personn Erben oder Freundtschafft begert/oder verordnet wer keines wegs annemmen/ sonder derselb Sibent sambt dem auffstecken/von dem ersten Tag biß auff den Sibenden/ soll allein in der Pfarr / wo der von jemandt zehalten fürgenommen/ beschehen vnnd gehalten werden vnd nit im Closter/auch den Dreissigist/so man nennt diem tricesimum depositionis. dergleich die Jahrtäg sollen in eines jeden freyen willen steen die zehalten / zuordnen vnnd zustifften / wie vnd wohin ein jeder will. Was aber von Perschonen in des vermelten Closters der Parfüsser alten Sepulturen / ausserhalb jres vorberürten neuen Freythofs begraben werden/damit soll es mit erster Besincknuß vnd den Sibenten / wie von alter/ gehalten werden. Weitter ist beteidingt vnd geredt / das vermelter Freithoff durch die Brüder zu dem Parfüssern vnd jre Nachkomen keines wegs soll verspert / sonder allweg offen gehalten werden vnnd beleiben / also das man bei der Nacht so wol als beim Tag einen freyen gang vnnd Fußweeg auch in ander Weeg gemeinen gebrauch wie auff andern der Statt München Freithöfen gehaben mög. Es sollen auch dieselben Parfüsser Brüder vnd jhr Nachkommen weitter kein neu Schupffen / Capellen/ Creitzgäng vnd dergleichen Gepew darauff machen/noch jemandt zuthun gestatten oder vergönen/ aber in die Meuer mit jhren einfang/Gemäll vnd jr zierligkeit zum Dienst Gottes wie dann des jetz ain anfang ist gemacht/das sol vnuerwert beleiben. Verrer so soll zu der zeit der Pestilentz vnd sterbenden leuff im Parfusser Freithoff auch niemandts begraben

sonder

sonder in disem fahl/ damit bei beeden obuermelten Pfarrkirchen besicht/ gehalten werden. Es sollen auch die Brüder der Parfüsser/nach jr Nachkomen vber vorberürten jren Freithof vnd zugelassene Sepultur khein Indulgentz/ Gottsakher/ oder nichts anders dardurch villeicht die Leuth zu solcher Sepultur möchten bewegt oder gereizt werden/ aufrichten/sonder sich darin bescheidenlich halten vnd khein aigen nutzigkeit noch geuerde darin suchen noch brauchen in khein weis. Vnd darauf durch disen vertrag die rechtfertigung appellation vnd handlung in diser Sach für vnsern heiligen Vatter Babst beschehē vnd vor dem Bischoff zu Freising geyebt/ cassirt, vnd auffgehebt/ vnnd der Handl zu aller seit obuerschribner massen entlich vertragen vnd endtschiden sein/ vnd als solcher vnser vertrag gietlich abrede vnnd entschid obuermelten Partheien durch vns eröffnet vnd jhnē fürgehalten ist/ haben sie solches alles vnnd jedes zu vnderthenigen danck vnd wolgefallen angenommen vnd darein bewilligt auch jede Parthey jnsonderheit das/ so sie in disem Vertrag vnnd gietlicher abred/ wie vorsteet/ betrifft für sie vnnd jhr Nachkomen bei jren würden vnnd trewen dermassen zuhalten vnnd zu vollziehen vns zugesagt vnd versprochen/ vnnd deß einen vertrags Brieff von vns begerth/ das wir auch jeden theil einen in gleicher Laut auf jr ersuchen auß vnsere Cantzlei zu Brkhundt mit vnserm Hertzog Wilhelms vnd Hertzog Ludwigs anhanngenden Secret Jnsigl besigelt geben/ So haben wir obuermelten Partheien zu bestetigung solches vertrags nemblich wie Brobst/ Dechant/ Pfarrer/ vnnd Capittel deß Stiffts vnd Pfarrkirch zu vnser lieben Frauen desselben Stiffts vnnd Capitls ich Georgius Eisenreich der Rechten Licentiat/ der zeit Dechant vnnd Pfarrkirchen zu Sant Peter mein eigen/ vnnd wie der Rathe der Statt München/ gemeiner Statt auch wir Guardian vnd Brüder zu dem Parfüssern vonn wegen vnsers Closters für vnns vnnd vnser Nachkomen/ vndallo vonn allen theiln vnsere Jnsigl an disen vertrags Brieff gehangen vnnd vns darzu ainhelliglich bewilligt/ das wir den Hochwürdigen vnd Durchleuchtigen Fürsten/ vnsern obgenanten vnsern Gnedigen Herrn den Bischoff zu Freisingen als vnsern Ordinarien hierin vnderthenigelich ersuchen sollen vnd wellen disen vertrag aus ordenlichen vnd Bischofflichem Gewalt auch zu ratificiern vnd mit seiner Gnaden/ Jnsigl zubesigln. Geben vnnd geschehen zu München am tag Thorothea/ des jahrs als man von Christi vnsers lieben Herrn Geburt zelet fünffzehenhundert vnd im Sibenzehenten.

PHilippus Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus *Frisingensis* Administrator *Numburgensis* Ecclesiarum Comes Palatinus *Rheni* Dux *Bauariæ*. Notum facimus per præsentes vniuersis, Quod quum inter venerabiles honestos & prouidos nobis, in Christo dilectos Præpositum Decanum plebanum totumq; Capitulum Ecclesiæ collegiatæ B. *Mariæ virginis* ac Decanum Ecclesiæ parochialis S. *Petri* Apostoli Magistrum quoque ciuium ac consulatum Oppidi *Monac.* dioc. nostræ *Frisingensis* ex vna nec non honorabiles & Religiosos *Quardianū* & Conuentum Monasterij fratrum minorum ordinis S. Francisci de obseruantia ibidem. ex altera partibus lites ac dissensiones extarent & mouerentur de & super reconciliatione cimiterij ante Ecclesiam ipsius Monasterij proinde muris nunc circumseptis ratione cuius vtiq; quaque partibus grauamina quædam incidebant. Illustres principes consanguinei nostri charissimi Dominus Guilielmus & Dñ. *Ludouicus* Comites Palatini *Reni* ac Superioris & Inferioris Bauariæ *Duces* &c. fratres Germani ad Illustrissimæ Principis Dominæ *Kunegundis Archiducissæ Austriæ* Comitis *Palatinæ Rheni* ac superioris & inferioris *Bauariæ Ducissæ* genitricis suæ petitionem atque incommoda partibus exinde imminentia terminanda & amputanda prædictas lites & grauamina nec non caussam ipsam de scitu & consensu dictarum partium, concordarunt, composuerunt, & abstulerunt,

quemadmodum in huiusmodi compositionis & contractus litteris præsentib. annexis & confixis sigillisque prælibatorum Principum Dñ. *Guilhelmi* & Dñ. *Ludouici* &c. atque prædictorum Præpositi Decani & Capituli Ecclesiæ B. *Mariæ* virginis præfatæ ac Decani Ecclesiæ S. *Petri* oppidiq; *Monacens.* necnon *Quardiani* & Conuentus ipsarum videlicet partium roboratis plenius continetur. Enim verò prædictæ partes nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus huiusmodi compositionem ex nostro pastorali officio ratificare & confirmare dignaremur. Considerantes igitur huiusce petitionem iustam & rationi consonam, supplicationi dictarum partium benignum assensum præbuimus atque prædictas concordiam, compositionem, & contractum ratione præfati cimiterij & sepulturæ factas in omnibus sais punctis & clausulis perinde ac superius est expressum, auctoritate nostra ordinaria ratificauimus & confirmauimus, præsentiũque tenore ratificamus & in Dei nomine confirmamus omnia & singula supradicta rata & incõuulsa permansura. In quorum omnium fidem & testimonium præsentes nostras ratificationis & cõfirmationis litteras confixis annecti secretique nostri iussimus appensione muniri. Datum in arce nostra *Frisingensi* die duodecima mensis Ianuarij. anno Domini Millesimo Quingentesimo decimo nono.

Errore Typographi factum est Catalogum Prælatorũ Monasterij Principum Cellæ suo loco excludi: quem hic restituit.

Catalogus Prælatorum *Cellæ Principum.*

supra pag. 343.

I. WALTHERVS *de* Hylaria *el. anno 1275. an. rexit an. duos.*
II. BERCHTOLPHVS *el an. 1278. præf an 3.*
III. HEINRICVS Sumerer *el. an. 1281 rex an. 5.*
IV. WALTHERVS iterum *el an 1286. præf. ann. 6.*
V. HVGO *de* Willering, *el. anno 1292 rex. an. 9.*
VI. THYEMO *de* Alderspach *el an 1302 præf. an. 2.*
VII. CONRADVS Preminger *el. an 1304 rex an 2.*
VIII. ALBERTVS *de* Patauia, *el. an. 1307 præf an. 6.*
IX. CONRADVS Schnabel *el an 1312. præf. an. sex.*
X. OTTHO *de* Straubing, *rex. 2. annos.*
XI. PERCHTOLDVS Sueuus *el. an. 1321. rex an 3.*
XII. PETRVS Hartvvek *el an 1323 rex. an. 10. & resig.*
XIII. HEINRICVS *de* Vilshouen *el. an. 1333 des. an. 3.*
XIV. CONRADVS Krembser, *subrogatur an. 1336. præf. an 3.*
XV. PETRVS *supradictus an. 1339. denuo electus, duobus rexit an.*
XVI. FRIDERICVS Wetterpurger. *an 1341 suffectus antecessori suo, vno tantum anno præfuit.*
XVII. HARTMANNVS *de* Deckendorff. *vno solum super vixit anno.*
XVIII. RVGERVS Schelnacher *el. an. 1343 præf. an 4.*
XIX. HEINRICVS *de* Wyrzburg *subrogatus an. 1347. rex. an. 7.*
XX. ANDREAS *de* Krembsa, *el. an 1454 præf. an. 2.*
XXI. HVGO *de* Alderspach *assumptus ad prælaturam an. 1356. an. præf. quatuor.*
XXII. VDALRICVS *filius domus el. an. 1360. rex. an. 10.*
XXIII. VDALRICVS *& ipse domus filius assumtus an. 1370. an. 10 præf.*
XXIV. IACOBVS VVeissendorfer. *an 1380 el an. præfuit 17.*
XXV. IACOBVS II. *de* Vels, *an. 1397. suffectus an rex. 11.*
XXVI. ANDREAS Zullinger, *ass. ann. 1408. an. 7 præf.*
XXVII. STEPHANVS Rumell, *el. an. 1415 præsed. an. 12*
al. de super Dirchaim. XXVIII. THOMAS Perncatus, *el. an. 1427. rex 13.*

XXIX. ACHA-

XXIX. ACHATIVS Santhas *el an.1440 præf. ann 17.*
XXX. KYLIANVS Schavver, *el. anno 1457. rex an.3.*
XXXI. IOANNES Schlederer. *subr an.1460. an 36. præfuit,*
XXXII. PANGRATIVS Reichel, *an. præfuit.15.*
XXXIII. GREGORIVS Nadler, *cæp an.1512. præf. an.9*
XXXIV. IOANNES Vitztomb *el an.1521. an præf 16.*
XXXV. LAVRENTIVS Perger *suff an.1537 rex an.10.*
XXXVI. LAVRENTIVS Kalsinger *el. an.1547 præf. an.8.*
XXXVII. PHILIPPVS, *el. an.1555. an præf.11.*
XXXVIII. SEBASTIANVS Peer, *rex an.4.*
XXXIX. IOANNES Polsterer, *an præfuit 8.*
XL. WILIBALDVS Schisler, *al. an 1580. rex. an 15.*
XLI. STEPHANVS Lanio, *an assumptus 1595. præf. an. 9.*
XLII. IOANNES. Deysserus *el. anno 1605. an. rexit 4.*
XLIII. IACOBVS Pontanus *modernus Prælatus sufficitur an. 1609.*

GAINKHOVEN.

IN inferiore Bauaria, inter Isaram atque Oenum castrum olim Comitum de Leonberg, nunc domus Teutonicorum militum B. Mariæ virginis, in vico eiusdem nominis fundatur per Bernhardum Comitem de Leonberg, pro sacratis Teutonicis Equitibus, An. 1278. Vbi ipse quinto deinde anno, nēpe 1283. obiit, atque sepultus est cum duobus filiis, Henrico & Bernhardo, qui etiam aliqua contribuerunt diuæ Mariæ ac ordini. *Auent. fol. 716.*

ADDITIONES.

Litteræ fundationis & Priuilegia, aliaque huius Domus antiqua documenta asseruantur Mergentaimbij *in Archiuo Magni Magistri ordinis Teutonici.*

Commendatores huius loci à tempore primæ erectionis omnes ac singuli certa quidem successionis serie cum ob temporis diuturnitatem tum propter crebras mutationes illorum suis nominibus exprimi nequeunt: qui tamen à duobus seculis fere extitere, hi sunt.

CHVNRADVS *à Crebsperg.*
FRIDERICVS *à Lissperg.*
BVRGKHARDVS *ab Erlingshouen.*
FRIDERICVS *Röderer.*
BERTHOLDVS *à Saxenhaim.*
IOHANNES *Haberkorn.*
GEORGIVS *ab Hennerting,*
HILPOLDVS *à Sekendorff.*
MARQVARDVS *à Teitzesavv.*
MATTHIAS *à Mensshaim.*
SIFRIDVS *à Stain in Altenstain.*
GEORGIVS LEO *à Stainfurt.* *An. 1540*
IACOBVS *à Rotenburg.* *1553.*
IOHANNES *à Plassenburg.* *1559.*
ADAMVS ab Elltz. *1566.*
IOHANNES GEORGIVS *à Dachenhausen.* *1572.*
GEORGIVS SIGISMVNDVS *à Guetenberg.* *1578.*
MAGNVS *ab Horckham.* *1589.*
PHILIPPVS *Schelm à Pergen.* *1591.*

1598. CHRISTOPHORVS *à Dachenrod.*
1599. HERCVLES Khuen à Belasi.
1607. WOLFGANGVS ERHARDVS *à Muggental.*
An. 1608 WILMVS von der Hees.
1608. HERCVLES *Khuen à Belasi secundo.*
1613. WOLFGANGVS ERHARDVS *à Muggental, secundo.*
1618. IOHANNES THEOBALDVS Humpiis.
1619. WOLFGANGVS ERHARDVS *à Muggental, tertio qui mihi hunc Catalogũ communicauit.*

GARSS, vide supra Auu, &c.

GEISENFELD.

Not. M. S. lib. expressè memorat Eberhardũ Comitem de Murach, Conjugem fundatoris Austriam Adelhaidẽ prorsus tacens idem in M.SS. & apparet h. loco nõnulla esse supposita aliũde.

MONASTERIVM Monialium S. Benedicti, Diœcesis Ratisboneñ. ad Ilmum fluuium. Institutum est hoc Cœnobium per Eberhardum, Comitem de Sempta & Eberspergensu cõiugis suæ Adlhaid, nec non fratris sui Adalberonis, illiusque coniugis Richlindæ siue Richildæ, sororis Welphonis tertij. Vetus liber ibidem de fundatione huius Cœnobij scriptus habet, fundatorem fuisse Albertum Comitem de Muorach, cui insignia ibidem apponuntur, quib. hodie Nobiles de Muorach vtuntur, atque annus ponitur 830. Concedo hos Comites tunc Comitatum Muoraceñ. in Norico possedisse, ab eo (vti tunc mos erat, familias Nobilium à castris ac dominijs denominari) Comites de Muorach vocatos, ac illis insignibus vsos, sed erant familiæ Comitum de Sempta & Eberspergensis Monasterij. Ac Ioannes *Auentinus* in Annalibus suis fol. 530. Probatur etiam hoc per Confirmationem sequentem Heinrici tertij Imperatoris, &c. Muoracensis ille Comitatus postea in manus Ortenbergensium Comitum venit, à quibus Ludouico Duci Bauariæ anno Domini 1285. venditus est, quiin fraterna diuisione filiorum eius, anno 1329. Palatinis Rheni cessit, in quorum potestate & nunc est.

Qua M.M. S.S. continẽtur paulo post fide bona exhibebimus: alia quorum hic mentio facienda loco & tempori magis commodiori reseruata volumus.

VXOR fundatoris ibidem dicitur fuisse familiæ Austriacæ, cui etiam noua Austriæ insignia assignantur, quod non conuenit. Nam tunc temporis illa nondum nota erant. Et Auent. dicit eam fuisse ex Saxonia oriundã. Liberaliter dotarunt fundatores hoc Monasterium multis prædiis ac bonis dantes nempe in Austria, Elspach, Lengenbach, Alpershouen, Freinstain & Garspach, cum pertinentiis, & decem vineis. In Bauaria castrum Sinzburg. vnà cum nemore Sinzpuech: in quo adhuc extant eius vestigia, das alt Burckstal/ Item Sanspach, & Lanquaid, cum omnimoda iurisdictione, & iure venandi, ad castrum illud pertinentibus.

IN SVPERIORI Bauaria dederunt villam Geisenueld, vna cum proprietate, dem Aigen & foresto, Item Gutigenhausen, nunc Gickenhausen, prope Messenhausen, Item Menzenbach, Feilenbach, & Gamershaim, cum pertinentiis.

TESTES huius fundationis & dotationis, Babo Comes de Scheirn, Vlricus Marchio, Adalbero Marchio, Odacker frater eius, Babo, Engeldie, Arbo, Magonus, Sudi, Artolph, Chuno de Vochburg, Wernherus de Glana, Goteschalcus de Marpach, Wernher de Prunn, Gerungus de Liuiuenstorff. Et postquam Monialibus permissum pro libitu eligendi sibi Aduocatum, elegerunt agnatũ fundatoris, Com. Hartuicum. Confirmauit hæc omnia Henricus tertius Imperator, anno Domini 1040. Testes huius diplomatis. Vlricus Marchio vnser Ohaim

scil

scil. Imperatoris, Comes Wergandus de Mospach, Chuno de Eschenbach, Erchingerus de Schambach, Hartvvicus de Perckouen, Wezl de Lintach, Adalbero de Perg, Magonus de Frickendorff, Dietmarus de Asinekhouen, Rupertus de Operamhausen, Chuno filius Poponis, Thiemo de Vmbelstorff, Vdalscalcus de Eysendorff, Greimoldus de Mieransperg, Erbo de Münster, &c.

PRIMA Abbatissa ibi Domina Gerbirgis, filia Wichbergę alias Willibirgæ, sororis fundatoris, pater Gerpirgæ ignoratur.

WICHPERGA, mater Gerpirgis primæ Abbatissæ, dedit huic Monasterio, per manum Vlrici Marchionis, Elsespach, cum vineis in Austria sitis. Auentinus ascribit illi adhuc alias duas filias, Hadmuet & Luickhart, cuius maritus Wergandus (vt puto supra nominatus testis fundationis,) Comes de Mospach.

INSVPRADICTO vetusto traditionum libello scriptum reperio, Adalberonē Clericum cum fratre suo Marquardo, filiis Adalberonis Ducis (Nam Dux erat Charinthiæ, expulsus quidem per Conradum secundum Imperatorem, Anno 1035. Titulum tamen tam pater, quàm filij retinebant Ducatus Charinthiæ, iuxta Auent. in annalibus suis, fol. 512. 513. 540 544. 639. Idem in Epitome) Dominæ Gerpirgæ Abbatissæ, ac illius Aduocato Erchingero (fortè Superior de Schambach testis fundationis) dedisse syluā Mospach. Causa huius donationis, quod pater eorum Adalbero, non ille fundatoris frater, sed qui Dux fuit Carinthiæ, ibidem in Geisenueld sepeliri voluit. Auent. in Autographo suæmet translationis annalium lib. 5. ponit, Adalberonem patrem cum fratre Ernesto filios fuisse Heinrici Ducis Charinthiæ. Ne potes Berchtoldi, Ducis Bauariæ &c. Sed in Latinis annalibus nihil de hac re, similiter nec in impressis vulgaribus, & ego alterā sententiam veriorem puto esse, Hæc est, quod mater sua Hadmuet, vxor Marquardi, Marchionis Charinthiæ, Comitis in Murz & Murztal parentis sui, erat filia Adalberonis, Com. de Sempt & Ebersperg, soror Vlrici Com. de Sempt, qui pater fuit Eberhardi & Adalberonis, fundatorum. Expulsus igitur de Ducatu Carinthiæ, Adalbero confugit ad suos cognatos. Comites de Sempta in Bauariam atque in Geisenfeld noua plantatione ipsorum elegit sepulturam.

Adalbero, Eberhardus & Ernestus, Comites de Murztal. Duces Carinthiæ.

Adalbero & Marquardus, Duces Carinthiæ, filij Adalberonis.

EBERHARDVS enim ac Adalbero fundatores erant cum illo fratres patrueles siue amitini propriùs, &c.

ADALBERO, Dux Charinthiæ scilicet expulsus, fratres habuit Eberhardum & Ernestum. filium Adalberonem Clericum supradictum, factum postea Bambergensem Episcopum, qui Episcopatus illi per Hainricum tertium Imperatorem in Comitiis Otingensibus in Bauaria habitis, collatus est Anno Domini 1052. Vbi idem Hainricus tertius Ducatum Bauarię Hainrico quarto, filio suo, in beneficium contulit. Adalbero Episcopus hic obiit, Anno 1057. Bruschius in Metropoli Moguntinensi dicit, hunc Episcopum fuisse Comitem Pogensem &c. sed errat, teste Auentino, dicto fol. 512. 513.

FRIDERVNA secunda, vt puto, Abbatissa, Amita Ernesti de Hochinburg in Norico, qui contulit Monasterio prædium in Hausen, pro alimentatione sororum suarum, quas ibidem habuit. In supra dicto libro traditionum ita scriptū est, Ernestus de Hochinburg de nobilissima prosapia, hi erant Marchiones de Hochenburg in Norico.

TEMPORE huius Friderunæ Abbatissæ dedicata est Ecclesia in Gamersheim, nunc vico nunc procul ab Ingolstadio, per Vlricum XIX. Episcopum Aichstetensem, qui permutauit ac dedit Friderunæ, ac illius Aduocato Eberhardo decimam in Gamersheim, pro aliis prædiis in Wolffspuech, Anno 1087. tempore Heinrici quarti Imperatoris, Testes nobiles auribus tracti, Arbo de Hunestat, Diethmarus de Meckenloch, Henricus de Mulenhart, Burckhardus de Raiten-

puech (Raitenpuch est arx siue castrum ad Episcopatum Aichstetensem pertineas, vnde forte hic testis nomen habet) Wernherus de Thann, Meginhardus de Wangenpach, Gerungus de Liuvvenstorf, Vlricus de Bozan.

PRÆDICTVS Aduocatus Monasterij Eberhardus erat filius Eberhardi, Comitis de Rãzenhouen, familiæ Abenspergensis, & Dominę Mechtildis vxoris eius, sepultorum in Geisenfeld &c. quæ etiam quoddam prædium dedit Monasterio, tempore Friderunæ Abbatissæ.

RICHILDA Abbatissa, cuius tempore Otto Palatinus de VVitlspach erat Aduocatus Monasterij, transegit cum Diepoldo, Marchione de Vochburg, super differentiis aliquibus, Testes, Gebhardus de Hûttenburg, Vlricus de Wald (quod situm est prope Lanquait. nunc domus Parochialis) Amelpertus de Seehouen, Rocho de Wagenpach, annus non est asscriptus, sed Gebhardus de Hûttenburg primus testis, qui fuit ex familia Bieburgensium & Abensperger. Comitum, vt in illorum Genealogia latius habetur. Vixit anno Domini 1133.

SOPHIA Abbatissa circa annum 1233. sequuntur cæteræ Abbatissæ, ante reformationem ibidem notæ nobiles omnes.

ANNA de Wolfstain, Anna Schilvvazin, Vrsula Hächsen ac Kherin, Otilia de Absperg, Margaretha Hoferina, Catharina de Münnepach, Dorothea Dûrlin, Helena Prunnerin. Post reformationem, Barbara Schnecklerin Augustana, Euphemia Venedigerin Salisburgensis, Catharina de Stettn Augustana.

NOBILES
- Beatrix Schaldorfferin de Vagn electa anno 1520.
- Hypolita Heustadlin de Ameran,
- Sabina de Seibolsdorff,
- Anna Maria de Gumppenberg electa anno 1575.

MONASTERIVM hoc aliquando habuit, sicut alij Principes, suos officiarios, seu officiales inter quos Nobiles de Hausen in Freinhausen & Burckstal, qui fuerunt Marschalci, redemptum est hoc officium ab Alberto Hausner, per intercessionem Ducis Bauariæ, anno Domini 1500. ac postea tanquam Monasterio onerosum abolitum.

BIS per incendium ac bellum misere vastatũ est hoc Monasterium, in quibus cladibus etiam pleraque vetera diplomata ac libri interierunt. In sæpe dicto libro traditionum reperio quasdam alias nobilium familias, quæ tempore fundationis in ea regione fuerunt, nempe de Giestorf, Schmidtorf, Rauning, quod puto esse Raning, Althausen.

ITEM tempore Friderunæ Abbatissæ testes litterarum circa annum 1087. Gotscalcus de Marpach, Wolfgangus de Otmarshart, Adalbrecht de Abbotes-houen, Wernher de Prunn, Vdalscalcus de Münnenhausen, Eberhardus & Heinricus de Empfinpach.

TEMPORE Richildæ *Abbatissæ* & Ottonis Palatini *Aduocati*.

BERCHTOLDVS de Schamhaupt liber homo.

TEMPORE Sophiæ *Abbatissæ*.

DOMINVS Berchtoldus de Ylmerdorf, Eberhardus frater, Agnes ipsorum mater, Berchtoldi filiæ, Kunegundis & Richgardis.

HVNC Berchtoldum inuenio etiam in monasterij Münchsmünster diplomatibus, de *Anno* 1233.

CATALOGVS ABBATISSARVM MONASTERII GEISENFELD.

I. Dn. GERBVRGIS *Comitis* Eberhardi de Murach, *fundatricis huius monasterij ex sorore neptis: filia Wilburgis.*

II. FRIDE-

II. FRIDERVNNA.
III. RICHILDA.
IV. SOPHIA.
V. CATHARINA *Münenpôckin, ob. an. 1165. test. Epitaph.*
VI. MARGARETHA *Hoferin ob. an. 1363. juxta mortilog.*
VII. VRSVLA *Hâchſenackerin. ob. an. 1406.*
VIII. ANNA *Schilvvatzin ob. an. 1422.*
IX. ANNA *de Wolfſtain ob. an. 1429.*
X. OTTILIA *de Abſperg ob. an. 1472.*
XI. DOROTHEA *Dirlin ob. an. 1481.*
XII. AGNES.
XIII. HELWIGA.
XIV. GERTRVDIS.
XV. MECHTHILDIS.
XVI. ELISABETHA.
XVII. BERCHTA.
XVIII. MARGARETHA *Eglingerin.*
XIX. HELENA *Prunnerin.*

Hæ omnes Abbatiſſæ fuerunt ante reformàtionem; de quibus plura non conſtant poſt reformationem.

BARBARA *Schnecklerin, elig. an. 1483.*
EVPHEMIA *Venedigerin, Salisburgenſis, el. an. 1495.*
CATHARINA *à Stöttenelig. an. 1501.*
BEATRIX *Schalldorfferin, an 1520.*
HYPOLITA *Heyſtâdlin, an. 1534.*
SABINA *à Seiboltsdorf el. an. 1538. ob. an. 1574.*
ANNA MARIA *à Gumpenberg el. an. 1574. ob. an. 1584.*
APOLLONIA *Endtgieſſerin el. I. Martij an. 1584. ob. an. 1607.*
CORONA *Schallerin moderna Abbatiſſa el 18. Maij, an. 1607.*

IN dem Namen der heiligen vnnd vngetheilten Dreyfaltigkeit/ auß verhenngen Göttlicher Güetigkeit/ Eberhardt Graf zu Murach / als wür vnderweiſt werden auß dem allerheiligwerttigiſten Geſetzen der Heiligen mit koſung / daß wir zeitliche vnd jrrdiſche Güetter verlaſſen/ vnd nachſetzen ſollen/ vnd erkhenen zuerwerben die Ebigen nutzung vnd wohnung die ohn ende inn den Himelen beleiblich ſeyn/ vnd darumb damit wür nit geben den gebothen deß Herrn ein taubs vnutz hören/ ſonder das wür mörkhen ſein nachzevolgen dem Göttlichen Rathe/ haben wür etlich Emnde vnnd ſtatt vnſers vetterlichen Erbs im Oſterlandt gelegen/ als Elßpach/ Legenpach/ Aſperſchofen/ Freinſtain/ vnd Horſpach mit allem zuegehören/ vnnd zechen Weingartten/ auch etlich inn Bayrn / als die Sintzpurckh/ mit dem Waldt Sintzpuech/ Samspach vnd Langquart/ vnd allen andern zuegehören / vnnd auch in Obern Bayrn das Dorf Geiſſenfeldt/ mit ſambt dem aigen vnd forſt/ vnd Gigueigenhauſen/ vnd Mentzenpach/ Feylenpach/ vnd Haimershaim/ mit allen zuegehören freylich vnd ledigclich gegeben/ zu erhöhung der Abbtey zue Geiſſenfeldt/ vnnd haben vns an vnſer Frawen Lichtmeßtag nach Chriſti vnſers HErrn Geburth/ achthundert/ vnnd im dreyſſigiſten Jahre aller Gerechtigkheit an allen benanten ſtucken verzihen vnnd gentzlich aufgeben/ wir haben auch das geueſtigt vnd beſtätt mit guetem verhengen vnſers lieben Gemahels Frauen Adlheiten/ vnd auch vnſers lieben Brueders Graf Adalberains / vnnd Richlinde ſeines Gemahels/ vnd nach ander Fürſten vnd Grafen Rathe/ vnd haben ſolchen vnſern willen auß Bäbſtlichen vnd Kheiſerlichen gewalt vnd Mayeſtat erworben/ geueſtigt

stigt vnd bestätt zu sein in den Ehrn der Allerwürdigisten Jungkhfrawen Maria / vnd S. Zenonis / vnd das darin vnser / vnser Eltern vnd Vorfordern / vnd nachuolgern ein loblicher Gedechtnuß wurde gehalten / darumb sollen die Frawen alles oben benent freylich besitzen zu ewigen zeiten / mit allen jhren zuegehören vnnd anhengen / als Geschloß / Märckhten / Gassen / Weilern / Dorffern / Kirchen / Khnechten / vnd Dieren / Hoffstetten / Gepeuen / gepauts oder vngepautts / Erdrich weeg / vnd vnweeg / außgengen / vnd eingengen / besuechung oder die beschucht mögen werden / Zollen / Mautten / Tafern / Wäldten / Vorsten / Schwaigen / Geiaidt vnnd Wildtpan / Wassern / Visch waiden / vnd Vischung / Milen / vnd Milrechten / Weingärten mit allen beweglichen vnd vnbeweglichen / vnd mit allen andern anhengen / nutzung vnd niessung die gesatzlich geschriben / oder benent mögen werden / mit was schickung das ist / das alles geben vnd zuaigen wür / als wür am allerbösten vnd vesten thuen mögen ohn alles widersprechen / vnd wöllen das die würdig Abbtissin der sammung zu Geissenfeldt auß Khaiserlichem vnd vnsern Rechten frey macht vnd gewaldt habe / zu ewigen zeiten solch obbenant stätt vnnd endt mit allen frey anhangen als oben beriert ist / inhalten vnd besitzen / vnnd jhr vnd dem Gottshauß ein sieglichen Vogt den obgenanten Endten gelegen zuerwellen / oder was jhn verzimbt mit aller schickhung / mit dem zuthuen / zu nutz vnd niesung deß Closters. Ob aber yemands / das ob Gott wil nicht geschech / die großgebung diser vnser gab / die mit Bäbstlichen vnd Kaiserlichen gewalt geuestiget vnd bestätt ist / fürnämb zuerstörn oder zuprechen / oder zu freueln / oder solch vnser gebung nider zudruckhen / oder zubeschwern / mit was mas das geschäch / der mueß das an dem Tag deß gerichts / vor den augen Gots ewiglich beweinen inn der vnaußleschlichen Zwanckhnuß / das nit geschech / sonder das die vnser gebung von allen ewiglich vnzerbrochen beleib / haben wir den Brief darnach schreiben lassen / mit vnser aigen hande geuestet / vñ haben heissen bezaichen mit eindruckhen vnsers Sigels / vñ deß sindt zeugen / Graf Babo von Scheyren / Odalrich Marggraf / Adalbero Margkgraf / Otakher sein Brueder / Pabo Engeldie / Arbo Magonus / Buch Ortolf / Chuno zu Pohburg / Wernher von Glana / Gottesschalckh von Marpach / Wernher von Prun / Gerungkh von Luuensdorf. geschehen am Tag vnd Jare oben benannt.

Ex aliotra dit. lib. M. S.

Omnes Sanctæ Dei Ecclesiæ fideles tàm præsentes quàm futuri noscant, quod celebris memoriæ *Eberhardus* Comes villam nomine *Geysenuelt* tradidit ad altrare Sanctæ semperque Virginis *Mariæ*, beatique *Zenonis* structum in eádem villa. Tradidit etiam *Vaulenbach* cum nemore & Ecclesiis quatuor decimatis, insuper *Menzipach* & *Guttichenhusen* cum vniuersis ad hæc territoria pertinentibus. Nec non quicquid in loco *Gæimershaim* & *Santespach* viculisque adiacentibus hereditario jure possedit, ea nimirum lege, vt post suum fratrisque sui *Adalberonis* eiusque coniugis *Rihlindæ* obitum, prædia cum familia, & cum ad ea pertinentibus sororibus ibi seruientibus Deo perpetuo suffragari debeant. Huicrei adhibiti sunt testes Erchenger de Schambach, Hærtvvich de Perchouen, Wetzil de Lintach, Adalbero de Perg. Magonus de Frikindorf. Diemar de Asinchouen. Ruotpreht de Operanhusen. Chuono filius Poponis. Timo de Vmbelsdorf, Vodelschalch de Elisendorf. Crinold de Mieransperch. Ebo de Monasterio & alij multi. Eadem lege & constitutione, & sub eisdem testibus tradidit ad supradictum Sanctæ Mariæ Sanctique Zenonis altare ad alendas sanctimoniales in partibus Orientis villam, quam jure hæreditario possedit *Geiersbach* dictam, cum vineis decem, & omnibus ad hæc jure pertinentibus ordinate & rationabiliter dispositis.

Tradit. Exsipuis.

Nouerit plebs vniuersa, quod gloriosa Comitissa Willibirch soror præscripti *Heberhardi* Comitis, per manus *Vdalrici* Marchionis tradidit ad altare S. *Mariæ*

locum

locum qui dicitur *Eselspach*, cum tribus vineis, XX. & III. mancipiis, siluis, & omnibus jure ad ea pertinentibus, in manus filiæ suæ *Gerbirgæ* abbatissæ, & eius aduocati *Hartvvici*, vt in cottidiana oratione sanctimonialium, sui parentumque suorum frequens memoria esset ad Deum, & hi sunt testes. Wezil, Pabo, Arnolt, Helempreht.

Tradit in Solarn.

Eadem Comitissa *Willibirch* ex petitione filiæ suæ *Leutkardæ* tradidit ad altare S. *Mariæ* sanctique *Zenonis* prædium quod vocatur *Solari*, cum fundo Ecclesiæ & silua & mancipiis IX. molendino & pratis, ac omnibus quæ ipsa ibi hæreditario jure possedit ea lege, ne cuiquam in beneficium detur, nec quoquam modo domui Dei auferatur, sed in præbendam præfatę filiæ suæ L. & in memoriam suæ animæ, defunctique mariti *Werigandi*, omniumq; parentum suorum, sororibus ibi Deo seruientibus perpetuo suffragetur.

Tradit. prædij in Hadprehstorf.

Eiusdem *Willibirgæ* filia *Hadmuot* Comitissa tradidit ad altare S. *Mariæ* prædium quod dicitur *Hadprethsdorf*, eo jure quo ipsa possidebat. Cuius rei testes sunt Vdalrich de Fornenbach. Ruotpreht de Reida. Heinrich de Sunzingen. Engelram de Merimus. Folrat de Adelperendorf. Reginger de Vnzenheim. Eisenreich de Burningen.

Tradit. siluæ in Mosspach.

Quidam illustris prosapiæ Clericus *Adalbero* nomine, & Germanus eius *Marchvvart* Ducis *Adalberonis* filij dederunt ad altare S. *Mariæ* in manus *Gerbirgæ* abbatissæ & aduocati eius *Erchingeri* siluam quam habuerunt in loco *Mosspach*. Cuius rei testes sunt, Gerolt, Iacob, Rivvin, Rapato, Starchant, Hezil, Penno, Anno, Razili.

GOTZZELL.

Auent. fol. 716.

MONASTERIVM Canonicorum regularium sancti Augustini. In Hercinio saltu versus Bohemiam nobilis vir, Heinricus de Pholing (villa est inter montem Pogen & Metenam riuum juxta Danubium.) vnà cum vxore sua Mathilda, Diuo Bernhardo Templum Droschlach condunt, Monachos ex Alderspach euocant, qui, jubente Heinrico, Duce Bauarię, Rumasfeld arcem propinquam diruunt, solo æquant, lapides Droschlachium vecti, ędes inde constructas Heinricus Episcopus Ratisbonensis dedicat, & Gotszellam denominat, Anno Domini 1286.

ADDITIONES.

DONATIONIS FORMÆ.

VNiuersis præsentes literas inspecturis, Ego *Hainricus* de *Pfollingen* significo per præsentes, quod inspirante diuinæ bonitatis clementia, à quo cuncta bona procedunt, circa sacrum & famosum ordinem Beatę *Mariæ* virginis gloriosæ *Cistertiensem*, sinceris motus affectibus charitatis de bonis & paternis propriis eidem ordini, & specialiter Ecclesiæ in *Alderspach* pro remedio & salute animæ meæ, & omnium progenitorum meorum, cum consensu & consilio coniugis meæ Dominæ *Mechtildæ*, villam meam in *Droschlach* cum molendino, & piscationem quæ se inchoat ad prædictum molendinum, & terminat se apud syluam quę Panholz vocatur, atque syluam cum omnibus suis attinentiis, pratis, pascuis, atque venationibus prædictæ Ecclesiæ donaui & tradidi, &c. Datæ Anno Domini Millesimo Ducentesimo octuagesimo quinto, quarto Calendas Augusti.

Nos

Nos *Henricus* Dei gratia *Ratisbonenſis* Eccleſiæ Epiſcopus tàm præſentibus quàm futuris inſpectoribus præſentium literarum, volumus eſſe notum; Quod cum vir ſtrenuus & diſcretus *Henricus* de *Pfölling* affinis noſter dilectus pro ſuo ac progenitorum ſuorum remedio & ſalute, venerabili Monaſterio in Alderſpach *Ciſtercien.* ordinis ſuam villam in Droſchlach/cum omnibus ſuis attinentiis cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, nemoribus, piſcationibus, & molendino ibidem adjacentibus, quæ quidem villa fuerat ad eundem ex ſucceſſione hæreditaria deuoluta, jure proprietatis perpetuæ donaſſet, tradidiſſet ac aſſignaſſet perenniter poſſidendam pro cella ibidem conſtruenda, in qua etiam, nunc duo fratres eiuſdem ordinis ſunt locati ad famulandum Deo jugiter in eâdem, ita tamen quod creſcentibus Deo auſpice loci facultatibus ibidem & augeri debeat eiuſdem religioſarum numerus perſonarum; tàm prædicti *Pfölling gen* precibus, tam etiam Zelo feruoris gratuito, quo ipſam Alderſpachenſem amplexamur allecti, donationum omnium prædictarum habere ratam & gratam decernimus. Et antedictam villam Droſchlach cum cæteris ſupradictis ad eandem pertinentibus & adiacentibus dignè cenſuimus variandam, Gotteszell eidem villæ pro vocabulo perpetuo imponimus. Datum & Actum Ratisbonæ Anno M. C C. L X X X V I I. Idibus Maij.

Nos *Hainricus* Dei gratia *Ratisbonenſis* Eccleſiæ Epiſcopus, vniuerſis præſentes literas inſpecturis cupimus eſſe notum, quod non ſolum propter ſacræ religionis militiam *Ciſtertienſis* ordinis, in quo per orbem multa bona operatur clementia ſaluatoris, verum etiam ob amorem & inſtantiam viri diſcreti *Henrici* de *Pfölling* affinis, qui nos & Eccleſiam noſtram fide ac dilectione complectitur ſpirituali, Decimam in *Rulmansfeldn* ſitam in parochia *Gierſtall* noſtræ dieceſeos, quam idem *Pfölingerus* à noſtra tenuit Eccleſia titulo feudali, de conſenſu noſtri capituli donauimus, tradidimus, atque aſſignauimus, cum omnibus ſuis attinentiis Eccleſiæ in Gotteszell / ex recenti fundatione ipſius *Pfollingeri* nouiter inchoatę. In cuius rei teſtimonium præſentes literas dedimus, ſigillorum noſtrorum & capituli noſtri, necnon ipſius *Pfollingeri* roborę communitas. Datum *Ratisbonæ*, Anno Domini M. C C. X C. ſeptimo Kalend. Septemb.

Nos *Otto* Dei gratia *Palatinus Comes Rheni* Dux *Bauariæ*, præſentibus profitemur, quod cum quondam fidelis noſter *Hainricus* dictus de *Pfoling*, pro conſeruatione cultus diuini, quem pro ſuo & maiorum ſuorum remedio ſalutari, ſuis & poſt futuris deſiderabat temporibus ampliari, Cœnobium in Gottesżell pro habitatione religioſarum perſonarum Ordinis *Ciſtertienſis* ibidem Deo famulantium olim de nouo fundaret, munificentię ſuę donis, tàm in morte quà in vita dotauit locum eundem & ditauit, poſſeſſionum & prædiorum ſuorum donationibus infraſcriptis, conferendo eidem primo videlicet decimam per totam parochiam in *Geyrſtall*, item villam dictam *Sall*, item villam *Pamatzawv*, item *Suckhenried* quatuor Selldas, item villam *Pfoling* cum piſcaria & vineto ibidem. Item duas Curias in *Emchendorff*. Item pratum ſuum trans ripam quę dicitur *Teyſena*, cum ſylua, molendino & piſcaria ibidem. Item pratum apud ſylua quæ vulgariter dicitur *Strasholtz*, quas poſſeſſiones & prædia, vnà cum hominibus, nemoribus, piſcationibus & omnibus juribus & redditibus, cultis & incultis, quęſitis & inquirendis, & generaliter cum omnibus attinentijs, quocunque nomine cenſeantur, omni iure & ſolennitate qua poterat donauit & contulit cœnobio ſupradicto, perpetuis vſibus pacificè poſſidenda. Licet igitur præmiſſa donatio in noſtrum & chariſſimorum fratrum noſtrorum graue videretur præiudicium præaccepta, quia in ſcriptis poſſeſſionibus, prædijs & juribus,

tanquam

tanquam hæredes legitimi ex pactis specialibus succedere debebamus; tamen deuotionem morientis, & diuini cultus augmentum ibidem ad nostrum nostrorumque progenitorum remedium attendere cupientes, de beneplacito & consensu prædictorum charissimorum fratrum nostrorum *Ludouici* & *Stephani*, tandem donationem cum omnibus suis clausulis factam Cœnobio prænarrato, ratam habemus & gratam, & eam presenti literarum nostrarum testimonio approbamus. Recipientes ex nunc ipsum Cœnobium cum omnibus possessionibus, juribus, & redditibus suprascriptis ad nostræ defensionis gratiam specialem, contra quamcunq; violentiam vel iniuriam inuasorum, & quorumlibet præsumptuosorum. In quorum omnium euidens testimonium atque robur, præsens Instrumentum sibi dedimus sigilli nostri robore comunitum. Datum & actum apud *Landshut*, Añ. Dom. M. CC. XCIV. in Dominica Lætare.

WIr Ludwig von Gottes genaden Römischer Khayser/ ze allen zeiten merer deß Reichs/ Bekhennen offentlichen an disem Brief/ vnd thun khunt allen den/ die in sehent oder hörent lesen/ daß wür den Erbaren geistlichen Mannen/ dem Abt vnd dem Conuent deß Gotshauß ze Gotteszell/ vnsern lieben diemütigen/ durch Gott/ vnd durch vnser/ vnd vnserer Vordern Seelen Hail vnnd Seel willen bestettigt haben alle die genade Freyheit vnnd gaben/ die jhn vnser Vordern seelig/ Hertzog Stephan/ Hainrich Ort vnd Hainrich vnser Vettern gethan vnnd geben habent/ alß die hernach geschriben steent. ꝛc. Vnd wann wür vernommen haben/ daß dasselbe Gotshauß ein neu Stifft sei/ vnd vnser genaden/ förderung vnnd schirmes besunderlichen wohl bedürffe/ vnd auch beweiset sein/ vnd wohl wissen/ daß sie guets vnd rechts Lebens sind/ vnnd daß Gotsdienst von jnen löblich volbracht vnd volfüert würd/ darumb wir in besunder genaden vnd fürdrung schuldig sein/ haben wir jn durch Gott zuuorderst/ vnd durch besunder Genad vnd Gunst die wir zu jn haben/ die nachgeschriben Genad erneuert vnnd bestett/ als jn die von vnsern Vorfarn gegeben sind/ daß wir wellen daß dhein vnser Richter oder Ambtman hinz jren Güttern/ Leutten noch Hulten/ die hinter jhn auf jren Vrbarn sind gesezzen ichts zerichten haben/ dann vmb drei sachen/ die an den Tod gent/ das ist Diep vber sechs schilling der längen/ Todschlag vnd Notnunft/ also/ wurd jemandt mit derselben sach einer mit der Warheit begriffen/ so soll sich vnser Richter desselbigen schuldigen Mannes vnterwinden/ anders nicht/ dann als er mit der Gürtl vmbfangen ist/ vnnd mit deßelben gut soll dhein vnser Richter noch Ambtmann icht zeschaffen haben. Darnach wellen wür/ swer hinz jhren Aigen oder Vrbaren icht zesprechen haben/ daß demselben dhain vnser Richter oder Ambtman nicht verhören/ noch sich deß annemen soll/ wañ wir selb verhören wellen/ was dasselbe Gotshaus angeht/ oder angehört/ auch haben wir jn die Gnad gethan/ swas sie aigens oder vrbar habent/ oder noch gewißent/ vnd die jnne habent Jar vnd Tag/ an alle ansprach/ desselben wellen vnd sullen wir fürbas jr schirmer vnd versprecher sein für alle ansprach. Wür bestatten auch dem obgenanten Gotshauß ze Gotteszell all andere Gnad/ Freyheit vnnd Recht/ die Khönig Ort/ Hertzog Steffan/ vnd ander vnser Vordern aller Pfaffheit reichen vnnd armen in vnserm Land vnd in vnser Herrschafft ze Bayrn verschriben vnd geben habent. Vnd wellen vnd gebieten allen vnsern Ambtleütten/ Pflegern/ Vitzdomben/ Richtern vnd andern/ die jezund sind oder fürbaß werdent/ vnnd gemainglichen allen Leutten/ daß sie in die vorgenante Gnad/ Ernewerung Gab vnd Freyung stet halten/ vnnd sy daran mit nichte bechrencken/ als sy vnser groß Vngnad vermeiden wöllen. Vnd daryber ze einem Vrchund geben wür disen Brief versigelt mit vnserm Kayserlichen Innsigl der geben ist ze Landshut an aller heiligen Abend/ als man zelt von Christi Geburt dreyzehenhundert Jar/ darnach in dem fünf vnd vierzigisten Jahr/ in dem ein vnd dreissigisten Jar vnsers Reichs/ vnd in dem achtzehenden deß Kaisertumbs.

Prelati

Prælati huius Monasterij.

Asserit modernus Abbas Monasterium hoc Cellæ Dei, à tempore primæ fundationis nõ habuisse suos peculiares Prælatos, sed ex Monasterio Alderspacẽsi *datos ei fuisse clericos, quandoq; etiam Laicos, qui illud administrarent: donec tandem Anno Domini 1604. per Dn.* Ioan. *Abbatem* Alderspacensem *res aliter fuit ordinata.*

I. ACHATIVS.
II. MICHAEL.

SANCTI HAIMERANI MONASTERII FVNDATIO.

Vid. Velser. Boicar. ver. IV. p. 218. & supr. p. 185. & 243.

ANNO Domini 640. & circiter, beatissimus Pater Haimeranus Pictauiæ fuit Episcopus, quę vrbs est Aquitaniæ, qui relicto Pictauiensi Episcopatu, tempore Constantini tertij, Ratisbonam venit, vt ibi populum in Catholica fide nuper à Diuo Ruperto institutum confirmaret, ac magis instrueret, sub Theodone quinto, Bauariæ Duce, qui eum benignè suscepit & Episcopum Ratisbonensem constituit. Huic Theodoni filia fuit Huta, quam Sigibaldus quidam, Eques compresserat. Intumescente verò vtero, huius flagitij culpam in S. Haimeranum (qui tum in itinere erat Romam versus) absentem transfert. Landebertus verò, frater puellæ, rei indignitate commotus, S. Haimeranum insequitur, & comprehensum in pago Helfendorf, in superiori Bauaria circa Monacũ, in frusta articulatim dissecari jubet. Membra autem dissecta nauiculæ imposita, aduerso Danubio sunt Ratisbonam translata, ibidem sepeliuntur in sacello D. Georgij extra mœnia vrbis, præsente Theodone Duce Anno 652. Theodo igitur, vt mors tanti Pontificis, cuius innocentia miraculo patefacta est, lueretur, Vtam filiam in Italiam relegat, Landobertus fit profugus & in exilio perit. Iste Theodo Monasterij S. Haimerani primus extitit fundator, Anno 696. Sed Ioan. Auentin. libro 3. Annalium fol. 281. ponit, S. Haimeranum Pictauia, Noricorum vrbe, oriundum fuisse, quem vide, & quę de ipso apud Episcopos Ratisponeñ. latiùs scripta sunt.

SEQVENTI anno, scilicet 697. Appollonius primus huius Monasterij Abbas præficitur. Erat tum idem Monasterium vix Capella Monachorum, sed posteà per Simpertum Episcopum Ratisbonensem, jussu Caroli Magni, fuit magnificè inchoatum & perfectum. De licentia Tassilonis, Ducis Bauariæ, aliquæ traditiones ad casam constructam, in honore S. Petri & S. Haimerani sunt factæ; inter alias vna, anno Ducatus eius XIII. ex quo constat Ecclesiam fuisse ante Carolum Magnum constructam.

ANNO Domini 732. Bonifacius Moguntinus Archiepiscopus Gaubaldum Episcopum Ratisbonensem constituit, qui primus in ordine fuit eorum, qui istam Cathedram & ordinariam Episcoporum successionem inchoârunt. Nam ante hunc fuêre Episcopi tantùm aduentitij. Sub hoc Gauboldo S. Haimeranus est translatus.

ANNO 752. Simpertus Ratisponeñ. Episcopus Monasterium S. Haimerani, jussu & sumptibus Caroli Magni Imperatoris V. magnificè (vt dictum est) incepit; sequenti anno S. Bonifacius martyrium subiit apud Frisones.

IN HOC S. Haimerani Monast. sepultæ quàm plures sanctæ & celebres personæ, inter quos idem D. Haimeranus primus est, deinde S. Dionysius Areopagita, magnus & Hierarchius Doctor, S. Pauli discipulus, Athenienſis Episcopus & Martyr glorioſus, qui vnà cum Rustico & Eleutherio, consortibus suis, sub Domitiano

Domitiano & Sisinnio Fescennino, Præfecto apud vrbem Parrisiorum Galliæ clarissimam, ad quam idem Dionysius à Clemente Pontifice Maximo missus fuerat, martyrio coronatus est, Anno Domini 99. Huius sanctissimi Martyris reliquiæ, per Arnolphum Imperatorem ex Gallia, vnà cum preciosissimo Euangeliorum Codice, quem Carolus Rex Franciæ, posteà Imperator dictus Caluus, fieri jusserat, ad Monaster. S. Haimerani translatæ sunt, Anno 900. pridie Decembris.

SANCTVS denique Wolffgangus, Ratisbonensis Episcopus, in Monast. S. Haimerani corporaliter requiescit, cuius vitam vide in Catalogo Ratisboneñ. Episcoporum. *Vid. Tom. 1 pag. 193.*

ARNOLPHVS item Imperator, Carolomanni Regis Bauariæ apud Otingen sepulti, ex illustri fœmina filius, non tamen legitimus, in hoc Monasterio humatus est in Choro, pariter huius filius, Ludouicus Rex Rom.

HEMMA, præterea Regina, Ludouici Regis Bauariæ filij, Ludouici Pij vxor, in Ecclesia S. Haimerani post altare S. Achatij requiescit. De qua re magna est contentio inter Emeranos & Moniales superioris Monasterij, quæ asserunt fundatricem apud ipsas sepultam, ac eius mausoleum ostendunt, nituntur diplomate Caroli Imper. Crassi filij fundatricis, cuius tenorem reperies apud Monast. superius. Econtra Hermannus contractus, magnę fidei historicus ponit: Anno Domini 876. Hemma Regina Ratisbonę obiit, & in Basilica S. Emerani sepulta est, &c. Vtrumque potest verum esse, primò apud S. Emeranum sepultam, posteà ad Monast. superius locum noue suæ plantationis translatam esse, quod sæpe contingit. Et putat Auent. lib. 4. fol. 442. mausoleum, quod apud S. Emeranum ostenditur, non esse Hemmæ, sed potiùs Vtæ Augustæ vxoris Arnolphi Imperatoris.

HEINRICVS primus, Bauariæ Dux ex gente Saxonum, frater Ottonis Magni Imperatoris, dicitur in hoc Monasterio humatus, in quo loco non constat, Auent. in Annalib. fol. 500. Huius filius Heinricus, Bauariæ Dux II. cognomento rixosus, in Monasterio S. Haimerani, in sinistro latere prope Chorum, humatus est: E regione huius Henrici, Ducis Bauariæ, patris Henrici sancti Imperatoris, hodie cernitur sepulchrum Arnoldi, Ducis Bauariæ, cognomento mali. *Vid. Aduer sar. hist. Boicar.*

IN HOC Monasterio sepultus est etiam B. Rainuoldus, eius Monasterij Abbas, S. Wolfgangi patruelis, quem S. Wolfgangus è Treuirensi vocauit Cœnobio, & S. Emerani primò Præpositum, deinde Abbatem constituit, Anno 975.

ÆDIFICAVIT hic Ramuoldus cryptam sui nominis, in qua sibi sepulchrum, ante 15. annos quàm moreretur, designauerat, quam S. Wolfgangus dedicauit. In qua crypta juxta aram S. Gregorij, & omnium Confessorum, humatus est cum hoc districho:

Signis clarescit pius hic Rainuoldus humatus,
Cœlo fulgescit cœlestibus associatus.

Obiit Anno M. I. 15. Calendas Iulij.

CLARVIT miraculis quàm plurimis, vt patet ipsius historiam legenti. Huius Ramuoldi temporibus puella quædam, filia Regis Francię, Aurelia nomine, ob vitandum mariti commercium profuga venit ad Monaster. sancti Emerani, quam sanctus Wolfgangus collocauit in solitudinem, quæ nunc vocatur Sacellum sancti Andreæ, juxta vrbis Ratisbonen. mœnia, vbi in vigiliis & orationibus 52. annis deuotissimè vixit, & Anno 1027. Idibus Octobris obiit, & in ambitu Monasterij S. Haimerani sepulta jacet, ad partem Australem, habens in superiori marmore hoc distichon:

Hic pia floreſcit Aurelia virgo ſepulta,
Quæ pœnas neſcit, cœli dulcedine fulta.

In Auſtrali ambitus plaga beatæ memoriæ Adalbertus, huius Monaſterij Abbas ſepultus, requieſcit in cancello ferreo, cui⁹ mauſeolo inſcripta hæc carmina:

Floruit hic ſignis Abbas Albertvs *opimis,*
Illius precibus Iesv *Rex parce redemptis.*
Obiit Anno 1177.

Vixit ſub Friderico primo, Imperatore Romano, à quo etiam obtinuit ſententiam & rem judicatam contra Margaretham de Thann, de non infeudandis mulieribus cum bonis ac prædiis Monaſterij; de quo infrà ſub hoc Abbate. Inuentum eſt corpus Hemmæ Reginę, vxoris Ludouici, Regis Bauariæ, inter ruinas murorum ex incendio Anno Domini 1163. collapſorum.

Præter has celebres & præclariſſimas perſonas in Monaſterio S. Haimerani requieſcunt 18. Epiſcopi Ratisbonenſes.

In Sacello D. Benedicti ſepultus eſt Warmundus, Comes de Waſſerburg, habens in ſepulchrali lapide hanc inſcriptionem: Anno Domini 1010. in die S. Leonis Papæ, obiit Dominus Warmundus nobilis, Comes de Waſſerburg, qui huic Monaſterio dedit Hofmarchiam Vogtenreuth, hîc ſepultus, &c. Hic multa beneficia contulit Monaſterio ſancti Haimerani, hinc perpetuum à Monachis habet anniuerſarium.

Otto Landgrauius de Stefling, Burggrauiusque Ratisbonenſis, juxta limen oſtij Eccleſiæ S. Haimerani, in porticu humili loco eſt ſepultus.

Hvivs Nepotes, Otto & Fridericus, dederunt Monaſterio ſuas partes, nec non partem Neptis ex fratre Henrico defuncto aquæ ſeu fontis ad Ort, quę etiamnum hodie in maximum Monaſterij commodum inde ducitur ex libro traditionum ibi, Vide Comites Rietenburgenſes.

Hildricvs, item Francorum Rex depoſitus, & Monaſterio S. Emerani intruſus, ibidem ſepultus eſt, circa Annum 751. Auentinus in compendio, ſed vbi illius ſit ſepulchrum, incertum eſt, Ioan. Auent. eum in ſepulchro Ludouici Regis in choro humatum eſſe credit.

Georgivs inſuper Marchio Morauiæ, Monachus Caſſinenſis', apud S. Haimeranum ſepultus legitur.

Hemma Abbatiſſa, ſoror Friderici Imperatoris, in ambitu Monaſterij S. Haimerani ſepulta ſcribitur, vbi, neſcitur. Ita habet Chronica huius Monaſterij, quænam iſta Hemma fuerit, ignoratur, in Genealogia Fridericorum eam non inuenio, niſi fortè naturalis fuerit. Eſt ſepulchum grandi marmore clauſum, juxta mauſeolum S. Aureliæ virginis, cuius iſtud ſit, non conſtat, legitur quidem juxta pedes jam dictæ Virginis ita: Leutuinus Gamarodus, Canonicus & Scholaſticus matris Eccleſię. Sed dubium eſt, an idem Canonicus imaginem diuæ Aureliæ fieri curauerit, an verò ibidem requieſcat.

Leutuuein Gamret, qua fuit Ratisbonæ ampla ciuium fa-mylia.

Credibile multò plures illuſtres perſonas in eodem Monaſterio S. Haimerani ſepultas, ſed monumenta eorum frequentibus ruinis eſſe obruta.

Refert Iohannes Auentinus, Ludouici Bauariæ Regis filium Ratisbonę de feneſtra cecidiſſe & expirâſſe, qui proculdubio in Monaſterio S. Haimerani fuit ſepultus.

Baro Comes Schirenſis & Abenſpergenſis ibi quoque dicitur humatus, ſecundùm Auent. vbi, neſcitur, extat mauſeolum retro altare magnum Chori maioris, ſine inſcriptione, quod ſine dubio alicuius celebris perſonæ oſſa continet.

EPISCOPI

EPISCOPI IN MONASTERIO S. HAIMERANI SEPVLTI SVNT HI ORDINE.

GAVBALDVS primus à S. Bonifacio institutus, quando Bauaria ab hæreticis fuit purgata, & in Parochias diuisa, præfuit annis 22.

SINDPERTVS secundus, qui jussu Caroli Magni Monasterium magnificè extruxit, sedit annis 24.

ADALBINVS tertius, hic juxta decreta Canonum & cum autoritate Leonis Papæ, in præsentia piissimi Imperatoris, Caroli Magni, recta ratione, in Concilio Synodali, cum judicio Episcoporum & Clericorum, nec non Nobilium, Laicorum, de Monasterio S. Haimerani Cathedralem Ecclesiam transtulit ad Ecclesiam sancti Stephani Prothomartyris, Anno Domini 798. juxta diploma Ludouici Pij, filij Caroli Magni, sedit annis 24.

BATVRICVS quartus, Ratisbonensis Episcopus, annis 26. præfuit. Ab hoc Episcopo Hemma Regina accepit per modum Concambij superius Monasterium beatæ Mariæ virginis, in vrbe Ratisbona pro suo Monasterio in Mansee, claruit sub Ludouico. *Vid. Tom. 1. pag. 189.*

ERCKANFRIDVS quintus, Ratisbonensis Episcopus, sedit annis nouem, electus est, imperante Lothario, eius nominis primo.

EMBRICHO sextus sedit annis 30. Præsidere cœpit, imperante Ludouico secundo, tempore Leonis quarti.

ASPERTVS septimus sedit annis quatuor, præficitur Episcopatui Ratisboneñ. regnante Arnolpho Imperatore & Stephano Papa.

TVTO octauus sedit annis 35. vsque ad tempora Conradi, Regis Romanorum, qui successit Ludouico tertio. Fuit Monachus & Custos Ecclesiæ S. Haimerani, acceptusque Arnolpho Imperatori, cujus etiam Cancellarius fuit. Huius Tutonis & S. Wolfgangi extant adhuc mausoleola, cæterorum Episcoporum monumenta animis sunt obruta, propter frequentia incendia. *Vid. Tom. 1 pag. 191.*

ISINGRINVS IX. electus est Episcopus Ratisbonensis, regnante Henrico primo, patre Ottonis primi, sedit annis 11.

CONRADVS X. sedit menses tantùm sex.

GVNTHARIVS XI. Episcopus Ratisbonensis, præfuit mensibus sex, sicut Conradus. Apud quosdam Conradus & Guntharius pro vno reputantur, ac sic S. Wolfgango duodecimus locus datur.

MICHAEL Ratisbonensis Episcopus præsidere cœpit, tempore Ottonis primi, & Stephani Papæ, huius nominis VIII. sedit annis 27.

S. WOLFGANGVS XII. Ratisbonensis Episcopus præsidere cœpit sub Ottone primo siue secundo, sedit annis 22. fundator Monast. S. Pauli ibidem.

GEBHARDVS, huius nominis primus, præsidere cœpit, imperante Ottone tertio, tempore Ioannis XVI. sedit annis 27. fundator Pruelēsis Monasterij.

GEBHARDVS, secundus huius nominis, primùm Augustēsis Canonicus, eligitur Episcop⁹ Ratisponeñ. imperāte Heinrico sancto, Bambergę sepulto, sub Ioanne XX. Preęfuit annis 24. Chronica Episcoporum Ratisponenſ. habet annos 13.

GEBHARDVS, tertius huius nominis, frater Conradi Imperatoris, sedit annis 19. sepultus in Monasterio Oringavv à se fundato, Anno 1060. Prædicta Chronica habet annos 24. suæ administrationis.

OTTO præfuit annis 40. Sub huius tempore septem fratres Scoti Ratisbonam venerunt, habitāruntque extra mœnia vrbis, ad consecratum S. Petri Apostoli, vbi & sepulti dicuntur.

GEBHARDVS quartus, hic anno septimo suę electionis in Pechlarn non consecratus occiditur, & ibidem sepelitur.

HARTVICVS primus cœpit præsidere, imperante Heinrico quinto, tempore Paschalis secundi. Hic Monasterium Pruel ruinosum restaurauit. Sub eodem Hartvvico Monasterium S. Iacobi Scotorum consecratur, Anno 1116. Sedit annis 16.

CHVNO primus fuit Abbas in Siguert, præficitur Ecclesię Ratisboneñ. sub Lothario tertio, tempore Innocentij secundi. Sedit annis 5.

HENRICVS, Bambergeñ. Ecclesiæ Diaconus, filius Comitis Ottonis de Wolfratshausen, sedit annis 13. Hic año 1155. apud S. Haimeranum Monachus factus est. Hi omnes sepulti sunt in Monasterio S. Haimerani, in plaga aquilonari, in absidę Ecclesię, sub & supra sepulchrum S. VVolfgangi, vt hodie ibidem Pontificum imagines videntur, sed ob incendia frequentia Monasterij sepulchra eorum creduntur obruta, vt hodie nulla appareant monumenta. Hi omnes Episcopi ibidem sunt sepulti; exceptis, Gebhardo tertio, & Gebhardo quarto. De quibus vide fusiùs Episcopos Ratisboneñ. quorum Annales non omnino concordant cum his in annorum numero, & hoc propter vetustatem temporis.

REPERIVNTVR in archiuo huius Monasterij plurimorum Imperatorum ac Regum Romanorum vetustissima diplomata in pergameno scripta, cum sigillis intus ac extra more veteri impressis seu appositis, integra & illæsa, nisi quòd vetustiora, præsertim Caroli Magni propter longos & intricatos caracteres, & frequentes abbreuiaturas verborum difficulter legi possint, sunt tamen ibidem copiæ illorum legibiles: superscriptiones autem horum diplomatum, longè posteà fortè per Monachum aliquem factæ, in numero annorum non conueniunt, neque illis fidendum est. Puto tot & tam ampla priuilegia & diplomata vix apud vllum Monasterium in Bauaria reperiri, quæ ego omnia oculis meis vidi ac perlegi: propter vetustatis memoriam lubet aliquorum breuibus meminisci.

CAROLVS Dei gratia, Rex Francorum & Longobardorum & Patricius Romanorum (scilicet Magnus) dat priuilegium immunitatis & exemptionis, vt solis Romanorum Imperatoribus ac Regibus subiectum sit, confirmans omnia à patre suo Pipino Rege, & ab antecessoribus suis data &c. sine Dato.

Auent. lib. 4. Annalium fol. 322.

IDEM cum superiori titulo donat Monasterio magnum & latum spacium terræ & pratorum, versùs meridiem prope Monasterium, quod tunc extra muros vrbis erat, jugera 266. & de prato &c.

ET vt hoc firmiter seruetur, manu propria, vt sonant verba, subter firmauimus, & annulo nostro sigillari jussimus. Data octaua Kalendas Martij, Anno 26. & 20. Regni nostri. Actum super fluuium Mœni, in loco nuncupante Francofurt, in Dei nomine feliciter. Amen.

SVPERSCRIPTIO habet, Anno 794. Hæc duo diplomata data sunt, antequàm Imperator fieret, quod Anno 802. factum est, & hoc propter titulum.

HLVDOVICVS d. f. cl. *Rex*, Caroli Magni filius, dictus Pius. Super translatione sedis Episcopalis, ab hoc Monasterio ad Ecclesiam S. Stephani, in ciuitate per Patrem Carolum Magnum, autoritate Leonis Papæ, Anno 798. facta & super immunitate eiusdem Monasterij &c. sine Dato.

Superscriptio, Anno 835. alibi 831.

HLVDOVICVS *Rex* Boiariorum, filius Ludo. Pij, Nepos Caroli Magni, confirmat donationem Monasterio factam quarundam rerum in Hruchinga, aliter Polnikhoua & in Buochusa ab Erchanfrido, Diacono & Capellano, & propinquo suo Bathurico, anno Christo propitio 18. Imperij D. Hludouici

ſereniſſimi Auguſti, Anno 6. Regni noſtri, indict. 9. Actum Regineſpurch in Palatio noſtro.

IDEM Hludouicus Rex Boiariorum tradidit Monaſterio caſtrum Harlumburch in oriente, in terra Auarorum &c. cum pertinentiis. Datum Anno 19. Imperij D. Hludo: ſereniſs. Auguſti, & Anno VII. Regni noſtri, indictione 2. Actum Regineſpurch ciuitate. *Supraſcripto Anno 836. alibi 832.*

HORVM diplomatum copiam quære apud Epiſcopos Ratisbonenſes ſub Bathurico.

HLVDOVICVS d. f. clementia &c. dedit Balthurico Epiſcopo, tunc temporis Præſuli & Rectori Monaſterij S. Haimerani, ſummo ſuo Capellano Sandolueshuſen & Guntereshuſen, atque Mandachechingen, cum mancipiis &c. à quo rurſum accepit quaſdam res Monaſt. quæ ſunt in pago Huoſi, in villa nuncupante Solzimos, quicquid ibi habere videbatur, id eſt, Eccleſiam cum vniuerſis domibus, ędificiis, mancipiis, terris, ſyluis. Datum anno Chriſto propitio 2. Regni Ludouici, glorioſiſſimi Regis in orientali Francia, indictione 7. Actum Reganeſpurch ciuitate, in Dei nomine, Amen.

HLVDOVICVS d. f. g. Rex confirmat omnem proprietatem ab Auo ſuo, D. Carolo Imperatore Monaſterio S. Haimerani condonatam, & ſibi à Barthurico Epiſcopo, Rectore ipſius Monaſt. rurſus in beneficium conceſſam; ita vt poſt ipſius obitum, ad dictum Monaſterium plenè reuertantur &c. Vt hæc diligentiùs ſeruentur, manu propria firmauimus, & Annuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus. Actum 5. Kalend. Auguſti, Anno Chriſto propitio II. regni Hludo, Regis in Orientali Francia, Indict. VII. Actum Reganeſpurch ciuitate, in Dei nomine fœliciter Amen. *Supraſcripto 825.* *Supraſcripto habet, Anno 830. at cum ſit eadem cum proxima ſupra. non conuenit hic numerus cum ſuperiori.*

IDEM Hludouicus confirmat quandam traditionem, à quodam nobili Comite Wilhelmo Monaſt. factam de ſua proprietate, inter fluuium Agaſtam & Nardinam, à locis vbi Danubium influunt, & vſque in Nordvvald, qui inſuper tradiderat Roſtorf, cum mancipiis, pratis, paſcuis &c. Data 15. Kalend. Februarij, Anno Chriſto propitio XX. regni Hludo. ſereniſſimi Regis, in Orientali Francia, Indict. V. Actum Reganeſpurg, vt ſuprà. *Supraſcripto habet. 835.*

IDEM Hludouicus d. largiente gratia, Rex Boiariorum, confirmat Monaſterio S. Haimerani quandam Eccleſiam, cum mancipiis & territoriis pertinentibus, quæ ſita eſt in proſpectu fiſci noſtri, quæ nominatur Tinguluinga. Datum Anno XX. Imperij Hlud. ſereniſſimi Regis, & Anno VIII. regni noſtri, Indict. II. Actum Regineſpurch, vt ſuprà. *Supraſcripto habet. 834.*

CAROLOMANNVS Rex dedit cuidam Presbytero, dicto Iob, duas Huobas, cum octo mancipiis, in villa Stratlpach, in Comitatu Engildeonis, ita vt poſt ipſius obitum ad Monaſt. S. Haimerani reuertantur. Data 3. Nonas Decembris, Anno Chriſto propitio III. Domini Carolomanni, ſereniſſimi Regis in Bauaria & in Italia. Actum Ranteſtorf curte regia, in Dei nomine fœliciter. Amen. *Supraſcripto habet. 875.*

ALTERIVS diplomatis Carolomanni principium & finem, quod apud S. Haimeranum extare dicitur, ponit Ioan. Auent. lib. 4. Annalium fol. 446.

ARNOLPHVS d. f. cl. Imperator Auguſtus &c. fatetur, quòd pro abſolutione Anteceſſorum ſuorum Auguſtiſs. Imper. nec non pro ſalute ſua & filij ſui Ludouici, interuentu coniugis ſuæ Ovte ciuitatem ſuam, quę vocatur Ratiſpona, ob amorem & honorem Patroni ſui S. Haimerani amplificauit & auxit, & eandem totam nouiter factam, cum 40. vineis in monte, qui eſt in ripa Danubij, juxta eandem ciuitatem, prædicto S. Haimerano &c. nullo contradicente, tradidit, confirmans cenſum, quem de præfato Monaſterio Carolus Magnus dedit Leoni Papæ, Succeſſoribusque eius, & Actauus ſuus Eugenio Papę, & Auus *Arnolphus Imperator ampliauit Ratisbonã, & Monaſterium inter muros incluſit, quã partem S. Haimerano tradi-*

dit, vt puto non totam ciuitatem.

suus pius Ludouicus Nicolao Papę &c. Et eandem Ecclesiam confirmat, in potestate Imperatorum & Regum, vsque in æuum permanere, quòd neque Imperator, neque Rex eandem Ecclesiam vlli omninò pręstet, sub anathemate. Nam quòd patruus suus, Carolus Imperator, Embriconi venerabili Episcopo eam præstiterat, nullam posteà victoriam neque prosperitatem habuit, vsque ad vitæ suæ finem &c. sine Dato.

Vid Tom. I. p. 247.

IDEM Arnolphus Imper. eidem Monast. confirmat & tradit quasdam magnas res, iniustè antea illi ablatas, in loco, qui dicitur Scanonuia, jubens pluribus Comitibus & Nobilibus traducere Marcham &c. Datum anno Dominicę incarnationis 890. Indict. 8. anno III. regni Arnulphi piissimi Regis. Actum Mosapurch, regia ciuitate, in Dei nomine fœliciter. Amen.

IDEM tradidit Monast. Capellam in pago Tunckoe, ad curtem Regiam, quę Vfhusa dicitur, constructam, cum mancipiis, famulis, & omnibus rebus ad eandem Capellam ritè pertinentibus, Anno Domini 889.

Meminit Munsterus in Cosmographia sua. Tom. I. p. 248.

NOBILIS quædam fœmina, nomine Winpure, proprietatem suam, id est, curtem, quæ dicitur Nordilinga, in pago Retiensi. cum pertinentiis tradidit ad S. Petrum, preciosissimumque Christi Martyrem, S. Haimeranum, in manus Tutonis Episcopi Ratisbo. & Aduocati sui Garacharij perpetuò in proprium, cum Ecclesiis, bonis, decimatis curtilibus.

ECONTRA eadem Winpure accepit de rebus prædictorum Sanctorum locum, Weimdinga nuncupatum, cum attinentiis suis; ita vt ipsa ambas res, id est Nordelinga proprium suum, quod traditione filij sui Zwentipulchi adepta est, & Weimdinga ad dies vitæ suæ teneat. Post obitum autem illius ambo potestati prędictorum Sanctorum subjiciantur in proprium. Arnolphus Rex confirmat. Datum 15. Kalend. Iunij, ab incarnatione Domini, 898. Indict. 1. Anno regni Arnolphi piissimi Regis II. Imperij eius III. Actum Reganespurch in Dei nomine fœliciter. Amen.

HLVDOVICVS Dei gratia Rex, tradidit Tutoni dilecto Episcopo suo, per interuentum & consilium venerabilium Pontificum, Adalberonis & Erckampoldi, ac aliorum fidelium suorum, Luipoldi scilicet dilecti propinqui sui, ac Gunipoldi Comitis, quasdam res sui proprij juris, in jus & in proprietatem beati Haimerani Martyris, hoc est, in pago Nordgeu, in Comitatu Luipoldi, in villa, quę dicitur Teornichoua, quę pertinebat ad Otinussam, quę est contiguo loco, qui dicitur Sentilobach, cum mancipiis. Datum Anno Domini 903. Indict. VI. Anno verò Hludo. piissimi Regis IV. Actum Forcheim curte regia.

Tom. I. pag. 249.

Hoc eodem anno dedit Monasterio priuilegium super libertate, exemptione & aliis prærogatiuis.

EODEM anno dedit Monasterio quasdam res, quas pater suus Arnolphus Imperator matri suæ Vtæ aliquando donauerat, ad preces matris suæ Curtim, quæ dicitur Velda, cum regimine & Banno, cum mancipiis &c. Data secundo Idus Augusti, Anno 903. vt suprà. Actum in Otinga.

ELLINRAT matrona, concubina Arnulphi Imp. tradidit S. Haimerano, in manus Tutonis Episcopi & Aduocati sui Imonis, proprietatem suam, id est, Capellam in Ergoltinga, cum aliis duabus Ecclesiis, cũ decimis & mansis &c. Confirmat Conradus Rex. Datum Anno Domini 913. anno glorioſissimi Regis Conradi III. Actum ad Forchaim in Dei nomine. Amen.

IDEM concedit S. Haimerano decimam partem vectigalium in Ratisbona, ad continenda luminaria, admonente Adalberto Episcopo, Anno Dom. 916. Anno Regni Conradi Regis piissimi quinto. Actum Reganespurch.

IDEM

IDEM donat Foreſtum iuxta Sulzpach, cum foreſtario Syfrid perpetuo iure in proprium. Datum 8. Calend. Iunij, an. 914. Indict. 2. anno Regni piiſſimi Regis Conradi III. Actum ad Forchaim, in Dei nomine. Otto primus ſeu Magnus Imperator ad preces Heroldi Salisburgenſis Archiepiſcopi, & Berchtoldi dilecti, fideliſque Ducis noſtri, dono dedit Monaſterio ſancti Haimerani, cui Iſingrinus fidelis noſter Epiſcopus præeſt, locum, qui vocatur Helphindarf, cum foreſto & foreſtariis atque venatione & noſtro regio Banno: Inſuper etiam & Nuichinga, in pago Sondergau, in Comitatu Abrahami Comitis, cum omnibus pertinentiis, in proprietatem. Datum 4. Kalend. Iulij, Anno 940. Indict. 12. Anno regni IV. Actum in ciuitate, Salzburg dicta, in Dei nomine fœliciter. Amen. *infr. lit. A.*

IDEM Otto Imperator partem hæreditatis cuiuſdã nobilis viri, Diethmair vocati, in loco, Priemberch nuncupato, in pago Norgaue: in Comitatu Berchtoldi Comitis, ſibi iudicio Scabinorum adiudicatam, cum omnib. iuribus prædictæ hæreditatis, S. Haimerano donauit, & tradidit, an. Domini 961. Regni piiſſimi Regis XXIII, Actum Regenſpurch.

IDEM Otto primus, Dei gratia Rex confirmat donationem Warmundi, Comit. de VVaſſerburg &c. his verbis: Quaſdam res, quas iam antea quidam Comes noſter Warmundus illis ſuper annonam ſibi deputatam, pro requie animę ſuæ tradidit, in loco Riut, iuxta Oenum fluuium, in pago Sondergoue, in Comitatu Ratholphi Chadahohi, Othocarij ac Sighardi Comitum, cum omnibus attinentiis, ea cum ratione, vt ſi Epiſcopus eidem Monaſterio præſidens, vel alia potens perſona, hanc traditionem infringere voluerit, cuncta, quæ tradita ſunt, redeant in ius & poteſtatem D. Iudith & filii eius Henrici Ducis, ſeu ipſorum hæredum. Data anno incarnationis Domini 959. anno regni piiſſimi Regis Ottonis XXIV. Actum Roræ, in Dei nomine fœliciter. Amen.

EXTAT & alia Ottonis ſecundi confirmatio, quaſi iiſdem verbis, de anno 980. anno regni Ottonis ſecundi XX. Imperij XIII. actum Triburiæ.

CONFIRMAT eandem donationem Heinricus ſanctus Imperator, interuentu Kunegundæ coniugis ſuæ, Anno Domini 1021,

OTTO ſecundus, Imperator, donauit S. Haimerano Stainkirchen in Auſtria, & amplum ſpatium terræ, inter fluuium maiorem & minorem Erliffa dictum, & vſque ad Ips, ſupra & vſque ad montem, qui dicitur Buſchnich; permiſit etiã ibi propter infeſtationem Vngarorum Caſtellum conſtrui, in confluentia fluuiorũ illorũ, in loco qui dicitur Zvviſela, an. Domini 979. an. verò regni ſecundi Ottonis XV. Imperij verò IX. Actum Ratisbonæ. Hoc diploma D. Laureñ. Hochvvart de Epiſcopis Ratisboneñ. ita refert, Wolfgangum Ratisboneñ. Epiſcopum in Auaria, inter Erlaffum maiorem & minorem, & Ibiſum amnes, qui locus longo tempore deſertus fuerat, Colonias Boiorum deduxiſſe, his Ottonẽ ſecundum Imperato. Caſtelli conſtruendi, muniendique aduerſus Vngaros dediſſe. Datum vt ſupra. *infr. lit B.*

QVIDAM mercator, Wilhelmus nomine, tradidit ad ſanctum Emeranum curtilia intra & extra muros Ratisbonæ & Eckolfing, cum mancipiis vtriuſque ſexus, per confirmationem OTTONIS ſecundi, Imperatoris, an. Domini 983. Regni verò ſecundi Ottonis XXV, Imperij autem XV. Indictione II. actum fœliciter Veronæ. Amen. *Infr. C.*

IDEM Wilhelmus dedit Monaſterio Alburch & Perg, cum mancipiis, in pago Tonagoue, in Comitatu Luipoldi, cum confirmatione eiuſdem Ottonis ſecundi, eodem anno.

HEINRICVS ſanctus Imperator confirmat Monaſterio in genere omnes res & priuilegia ſua, &c.

D. IVDITHA, *Auia* Heinrici sancti, vnà cum filio suo Heinrico, Duce Bauariæ, tradidit sancto Haimerano talem proprietatem, qualem filius eius Hainricus, frater Hludouici, in loco Eisenhoua, in potestate habuit, curtem cum ædificiis ac reliquis curtilibus ac pertinentiis.

HEINRICVS sanctus confirmat eandem traditionem, olim à Duce Heinrico, Auo suo, de curte, Aitterhouen dicta, in pago Tunegovve, in Comitatu Adalberti Marchionis, cum pertinentiis.

FRIDERICVS Imperator confirmat *Mo*nasterio consuetudinem, quod in beneficiis seu feudis Ecclesiæ Pontificalis Ratisbonensis, atque illius Monasterij, qui pariter vno & eodem conditionis iure funguntur, fœminæ non succedant, ita Ratisbonæ per sententiam Principum fuit iudicatum: Testes, qui prolationi sententiæ adfuerunt, contra Margaretham de Tann, filiam Hartvvici de Tann, Heinricus Ratisboneñ. Episcopus, Heinricus Præfectus, Otto frater eius, Otto iunior Palatinus. Heinricus, Comes de Wolfrateshusen, Ernestus Comes de Hochenburch, Fridericus frater eius, Conradus Comes de Raninge, Vdalricus de Stain, *Al*tman de Sigenburch, Wernherus de Labere, Rueprecht, Wolff, Adalber de Pocceſpurch, Otto de Mosen, Erbo de Biburch, Engelhard de Ludébach, Vlricus de Petnlingen, Bobbo de Hertlingen, Durinhart de Pümchouen, & alij.

QVI verò Vlmæ, vbi factum est hoc priuilegium, præsentes erant, Herman Constantiensis, Conradus *Au*gustensis, Conradus Wormacensis, Albertus Tridentinus, Episcopi; Albertus Elvvangensis Abbas, Welpho Dux Spoletæ, Berchtoldus Dux de Zeringen, Fridericus Dux iunior, filius Regis Conradi, Otto Palatinus de Witelinespach, Berchtoldus Marchio de Vochenburg, Heinricus Burggrauius Ratisbonensis, Heinricus Comes de Wolferateshausen, Altmannus de Sigenburch, Bilgrinus de Woluntsa, Rupertus Wolf, Wernherus de Giebestorf. Albertus de Musse, Hademar de *A*husen, Baldvvinus de Ratispona, Wernhard de Lengenueld. Datum Vlmæ anno Domini 1157. Regni eius V. Imperij verò II. Extat ibi diploma.

MONASTERIVM S. Haimerani Romano Imperio, quo ad secularia, immediatè subiectum est, à quo & regalia in feudum tenet. Albertus, Romanorum Rex concedit Abbati regalia feuda principatus. Idem fecit Ioannes Rex Bohemiæ, nomine patris sui Heinrici, Imperatoris, tunc in Italia agentis, an. 1313. his verbis: **Verleichen jhme sein Fürstenthumb vnd** Regalia.

ITEM Wenzeslaus Rex, Rupertus, *Rex*, in feudum concedit regalia & secularia feuda an. 1401. idem postea, an. 1405. **Lechenschafft vnd Mannschafft** &c. vnde & Princeps Imperij ab illis Imperatoribus ac *Re*gibus nominatur. Ludouicus Imperator quartus ita illi scribit: Dilecto nostro Principi, Alberto Abbati S. Haimerani *Ra*tisbona, an. 1332. Ludouicus Marchio, filius Ludouici quarti, vocat eum **den Ersamen Geistlichen Fürsten Anno** 1348.

PRINCIPES Bauariæ sunt Aduocati ac defensores huius Monasterij, quo ad ea bona quæ in Bauarica ditione, vbi certè pleraque ac meliora sunt sita. De qua re extat documentum in registratura Alberti Ducis, Com. Hollandiæ, in pergameno scriptum: cætera sicut & ipsum Monasterium ad *Ro*manum Imperium spectant.

CATALOGVS ABBATVM S. HAIMERANI RATISPONÆ.

APPOLLONIVS primus Abbas præficitur huic loco, an. Domini 697. quiobiit 710.

SAN-

SANDRADVS secundus Abbas, ob. anno Domini. 735. Præfuit annis 25. menses 7. dies. 26.

ALABOLDVS tertius Abbas, obiit anno Domini 752. Præfuit annis 16. menses 11. dies 7.

BABO quartus obiit anno Domini 778. Præfuit annis 25. menses 10. dies 26.

SIGISMVNDVS quintus Abbas obiit anno 798. à Carolo Magno constitutus. Præfuit annis 18. menses 5. dies 10.

RICHPALDVS sextus Abbas, obiit anno 822. eundo ad curiam Imperatoris Ludouici primi: ab eo impetrauit confirmationem immunitatis, Monasterio à Carolo Magno datæ, vide Episcopos Ratisponenses. Præfuit annis 16. menses 9. dies 16.

SIGEFRIDVS septimus Abbas, obiit anno 830. Præfuit annis. 7 menses 9. dies 13.

HIC dedit Monasterio propria sua bona, Præposituram in Lauterpach cum pertinentiis anno 820. an. Baturici Episcopi quarto, Imperatoris Augusti Hludouici septimo, cuius familiæ hic fuerit, propter vetustatem ignoratur.

Post septem Abbates supra dictos vacauit Prælatura Monasterij S. Haimerani annis 155. alias 145. Nam Episcopi Ratisboneñ. se intromiserunt de ordinatione & regimine dicti Monasterij, consentientibus Imperatoribus, vsque ad tempora S. Ramuoldi, patruelis S. Wolfgangi, quem item Pius Pontifex à Treuirensi vrbe vocatum, constituit Abbatem.

S. RAMVOLDVS, octauus Abbas, captus per Ottonem secundum Imp. in bello contra Heinricum, Ducem Bauariæ, patruelem suum, eò quòd illi adhæreret, & Treuerim relegatus, Auent. lib. 5. fol. 503. obiit anno Domini 1001. Præfuit. annis 26. mensibus quinque, dies 17. *Vid. Tom. 1 R. P. Rader. de SS. Bauar.*

WOLFGANGVS nonus Abbas, obiit anno 1006. iniuste deponitur. Rexit annos 5. mens. 1. diem 1.

RICHOLDVS decimus Abbas, obiit anno 1028. Sedit annis 22, mense vno, diebus 28. cæcitate percussus, obiit, &c.

HARTWICVS vndecimus Abbas, obiit anno 1030. qui sponte resignauit. Rexit anno 1. mens. 10. diebus 28.

BVRCKARDVS XII. Abbas, obiit anno 1037. Sedit annis 6. mensib. 8. dieb 8. Romæ apud S. Petrum sepultus.

VDALRICVS primus, XIII. Abbas, obiit anno 1044. Præfuit annis 7. mensib. 11. dieb. 29.

ECKENPERTVS XIIII. Abbas, obiit anno Domini 1045. Præfuit anno 1. mens. 10. diebus 13.

PERINGERIVS XV. Abbas huius loci simul, & Tegernsee, obiit an. 1049. Rexit annos 3. mens. 6. dies. 13.

REGINBARDVS XVI. Abbas, obiit anno 1064. Sedit annis 14. mens. 10. diebus 28. Hic repetit ossa S. Dionysij.

EBERHARDVS XVII. Abbas, huius loci simul & Tegernsee, obiit anno 1070. Rexit an. 6. menses 4. dies 11. in Tegernseensibus Annalibus dicitur obiisse, anno 1091. 5. Idus Maij.

RVPERTVS, XVIII. Abbas obiit anno 1095, Præfuit annis 25. mense 1. diebus 8.

REINHARDVS XIX Abbas, obiit anno 1110. Præfuit annis 15. mens. 11. diebus 17.

THEO-

THEODERICVS siue Dietricus, XX. Abbas, obiit anno 1129. Sedit annis 19. mensibus 3. diebus 7.

ENGELFRIDVS XXI. Abbas, obiit anno Domini 1143. Rexit annis 13. mensibus 4. diebus 11.

BERCHTOLDVS Admontensis XXII. Abbas, obiit anno 1149. Præfuit annis 6. mensibus 3. diebus 19.

B. ADALBERTVS, XXIII. Abbas, obiit anno 1177. Rexit annos 27. menses 6. dies 5. Sub eius regimine Monasterium istud totum combustum est.

PERINGERVS secundus, XXIV. Abbas, Reipub. consulens, obiit anno 1201. Sedit annis 23. menses 10. dies 22. Hic fecit aquæ ductum.

EBERHARDVS secundus, XXV. Abbas, obiit anno 1217. Præfuit annis 16, mensibus 2. diebus 28.

VDALRICVS secundus, XXVI. Abbas, obiit anno 1220. Præfuit annis duobus, mensibus 9. diebus 20.

BERCHTOLDVS secundus, XXVII. Abbas, obiit anno 1235. Rexit an. 15. menses 6. dies 26. Hic instituit oblagium.

WVLFINGVS XXVIII. Abbas, obiit anno 1247. deponitur. Sedit annis 11. mens. 4. diebus 28. Hic fecit campanam Dreyerin.

VDALRICVS XXIX. Abbas deponitur, per Leonem Episcopum Ratisbonensen. obiit anno 1263. Hic assumptus fuit de superiori Altach. Rexit annis 8. deinde factus Abbas in Ahausen. ex vetusto libro traditionum. De hoc Vlrico vide supra in Adalberto, XXX. Episcopo Ratisboneñ.

FRIDERICVS de Teurn, XXX. Abbas, obiit anno 1271. Sedit annis 8. mensibus 7. diebus 9. Hic obtinuit mitram pro se & successoribus.

VDALRICVS de Prunn, XXXI. Abbas, obiit anno 1271. fuit vir breuis staturę, velut alter Zachæus. Rexit menses 3. & dies 9.

HAYMO XXXII. Abbas, obiit anno 1275. Hic multum laborauit pro libertate Monasterij. Rexit annos 3. mens. 3. dies 29.

WOLFGANGVS XXXIII. Abbas, obiit anno 1280. Hic fuit intrusus, & sponte resignauit. Sedit annis 5. mens. 2. dies 4.

WERNHERVS XXXIV. Abbas, obiit anno 1292. Rexit annis 11. mens. 7. dieb. 19, Hic fuit prius Abbas in Prufening.

CAROLVS XXXV. Abbas obiit anno 1305. Sedit annis 13. menses 8. dies 11. Hic fuit prius Camerarius, volebat cellam sui ordinis erigere, in loco qui dicitur Böhaimisch Bruckh/ & multis vicinis possessionibus dotare; Episcopus Ratisbonensis Conradus consentit, donat proprietatem illius loci ad ipsum pertinentem. Rudolphus, Comes Palatinus, Dux Bauariæ, dat ius patronatus in Mospach, cum suis fructibus, anno 1299. an aliquid secutum vel non, nescio.

HENRICVS XXXVI. Abbas, dictus de Winzer, obiit anno 1312. Præfuit annis sex, mensib 7. dieb. 16. Vide Auent. lib. 7. fol. 753.

BALWINVS XXXVII. Abbas obiit 1324. & in ciuitate Auinione sepultus. Præfuit annis 12. mense 1. dieb. 26.

ALBERTVS XXXVIII. Abbas, obiit anno 1358. de Schmitmül ortus. Sedit annis 31. menses sex. dies 11. Hic construxit Bibliothecam, anno 1346, emit Pentling, cum pertinentiis, à Dñ. Dietrico de Avv, anno 1329. Vide Avver de Brennberg, in libro Stemmatum Bauariæ.

ALTHO, dictus Tannstainer. XXXIX. Abbas, obiit an. 1385. Præfuit annis 27. menses 3. dies 5.

FRI-

FRIDERICVS de Weidenberg, XL. Abbas, obiit anno 1395. Sedit an. 10. mensib. 5. die 1. Huius tempore dormitorium incineratur, salua S. Colomanni Capella subtus dormitorium, quasi in medio ignis, &c. Fridericus Abbas vno anno reparauit, an. 1387.

IOANNES Havvner, XLI. Abbas, obiit anno 1402. Rexit an. 7. mensem 1. dies 20. Sepultus in Capitulo.

VDALRICVS Pettendorfer XLII. Abbas obiit anno 1423. Sedit annis 20. mens. 6. dieb. 23. Hic sustinuit multas aduersitates propter confirmationem.

WOLFHARDVS Straus, XLIII. Abbas hic vtilis Monasterio fuit an. 1451. Abbatiam resignauit, obiit an. 1454. Rexit annis 27. mens. 7. die vno.

HARTVNGVS Pferschfelder, XLIV. Abbas, obiit ann. 1458. Sedit an. septē, mensibus 9. diebus 22. Hic fuit Abbas in Michelfeld, & in monte Monachorum Babenbergæ.

CONRADVS Pebenhauser, XLV. Abbas, obiit an. 1465. Rexit annis sex, mensibus 7. diebus 7. Sub hoc. 16. fratres ex Conuentu vno mense peste interierunt.

MICHAEL Teyer, XLVI. Abbas, obiit anno 1471. Præfuit annis sex, mens. 2. dies 4.

IOANNES Tegernpeck XLVII. Abbas, obiit an. 1493. Sedit annis completis, non plus nec minus, 22.

ERASMVS Münzer XLVIII. Abbas de Napurck ortus, obiit anno 1517. Rexit annis, 23. mens. 7. die vno.

AMBROSIVS Münzer, XLIX. Abbas, obiit anno 1535. Sedit annis 18. menses 4. dies 18. filius fuit fratris Antecessoris sui Erasmi Abbatis.

LEONHARDVS Pfenningman, L. Abbas, obiit anno 1540. Præfuit ann. 5. menses 2.

ERASMVS Nitenaur, LI. Abbas, obiit anno 1561. vir per omnia laudabilis, bonus Oeconomus. Sedit annis 21. minus 60. dies.

BLASIVS Baungartner, LII. Abbas, de Geisenfeld oriundus, obiit 1575. Optimè hic quoque præfuit, Hainspach arcem & Hofmarchiam, ac alia multa prædia emit.

AMBROSIVS Mairhofer LIII. Abbas vnanimiter electus, anno 1575. Hic sequens vestigia prædecessorum hodie adhuc laudabiliter vt bonus Oeconomus præest. Ibrichingæ loco æditiore pulchram domum construxit, hinc in totum ferè pagum Danubij Tunagou prospicit. Turrim campanarum præ vetustate ruinosam destrui, ac ex fundamentis quadrato lapide maximis impensis nouam fieri curauit, insigne ac magnificum opus & laude, & æternitate dignum.

SVNT ibi Sepulti, extra Imperatorum, Regum, Principum ac Episcoporum sepulchra.

Comites de RIETENBVRG,
Comites de WASSERBVRG,
Domini de ABENSPERG,
Nobiles de HABSPERG.

ADDITIONES.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis *Otto* diuina fauente clementia Rex. Nouerint omnes nostri fideles tam præsentes quam etiam futuri. Qualiter A. *Sequentia Diplomata communica-*

nit imo hoc modernus Reuerendissimus Dominus Abbas Monasterij S. Emmerammi.

ter nos ob amorem Dei, genitricisque illius, nec non & omnium sanctorum, & pro remedio animæ patris nostri, & ob æternæ retributionis augmentum, nec non & per interuentum fidelium nostrorum *Heroldi Saltzburgensis* Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopi, sed & *Berchtholdi* dilecti fideliſque nostri ducis ad Monasterium quod in *Radesbona* in honore sancti *Petri* Principis Apostolorum, & sancti *Hemmerammi* martyris constructum esse videtur. Et cui *Isingrimus* venerabilis ac fidelis noster Episcopus tunc præesse videbatur, locum qui vocatur *Helphindorf* cum foresto & forestariis atque venatione, nec non & nostro regio banno. Insuper etiam & *Niuhinga* in pago *Sundergeuue* in dominatu *Abrahami* Comitis cum omnibus ad eundem locum & forestum iure legitimeque pertinentibus mancipiis vtriusque sexus, & aurearis, cidelariis, parscalchis, mansis, terris, cultis & incultis, ædificiis, agris, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, viis & inuiis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis in proprietatem donauimus. Quia quicquid ad loca
f impendimus. sancta impēdiorum, & ad clerum sustentandum & peregrinos suscipiendos cōcedere curauimus, Deum nobis pro hoc propitiatorem promereri confidimus. Hæc etiam prætitulata loca, ea videlicet potestate & securitate, qua huc vsque ad nostrum seruitium per omnia deseruire videbantur, ad prænotatum sanctum Monasterium, omni dubietate & discretione remota firmiter transfundimus. Et vt hæc largitatis nostræ constitutio firmiorem apud posteros nostros perfectionis tenorem obtinere valeat, manu nostra subtus firmari curauimus, & annuli nostri impressione sigillari iussimus.

Signum Dñi *Ottonis*  inuictissimi regis.

Poppo Cancellarius ad vicem Henrici Archicapellani subnotaui. Data IIII Kl. Iun. Anno Dominicæ incarnationis D. CCCC. XL. Indict. XII, anno autem regni Ottonis piissimi regis IIII. Actum in ciuitate Salzdicta, in Dei nomine, Amen.

B. IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Otto* diuina fauente clementia Imperator Augustus. Si erga diuinis cultibus mancipata loca propter amorem Dei eorumque in eisdem locis sibi famulantibus beneficia oportuna largimur, præmia nobis apud Deum in æterna beatitudine recipere confidimus. Proinde notum sit omnibus, sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus nostris præsentibus & futuris, quia vir Venerabilis *Wolfkangus Reganesburgensis* Ecclesiæ Episcopus, quę est constructa in honorem S. *Petri* Principis Apostolorum, nec non etiam sancti *Emmerammi* martyris Christi, adiens celsitudinem culminis nostri innotuit auctoritati nostra in terra quondam *Auarorum* iuxta fluuiolum qui *Erlaffa* dicitur, locum quendam esse qui *Steininachiricha* nominatur, quem per multa annorum curricula desertum ipse de *Bauuaria* missis colonis incoli fecit. Qui vt tutiores sibi ab infestatione *Vngrorum* manere possent, petiit nostram serenitatem locum quendam inter maiorem & minorem *Erlaffam* situm, vbi ipsi conueniunt, castellum ad construendum, qui vocatur *Zuifila*. Cuius deprecationem propter diuinum amorem & reuerentiam sanctorum prædictorum libenter annuimus, & ipsum locum perpetuo possidendum eidem concessimus Ecclesiæ, ab eo loco videlicet, vbi prænominati fluuioli confluunt, vsque in *Ibisa* vbi ipsum flumen huic confluuio *Erlaffarum* proximum est & sursum versus per

litus

litus *Ibisæ* vsque in riuum qui dicitur *Zucha*, & per hunc vsque in montem qui dicitur Sclauanice *Rüznic*. Ab orientali autem parte litus maioris *Erlaffe* vsque in montana, propter munitionem locorum, huic donationi terminum statuimus. Et quidquid nostri iuris est ad donandum infra hos terminos ad S. *Petrũ* sanctumq; *Emmerammum* perpetuo iure contradimus. Et si minus quam VI. regales mansi arabilis terræ nostri iuris infra terminos præscriptos inueniatur, vbi proxime iuxta prædictum castelli locum habeamus ex vtraque ripa *Erlaffe* supplcatur. Has itaq; res & quidquid inposterum siluarum extirpatione omnique alia cultura amplificetur, absq; vllius personæ obstaculo, cultis & incultis, quæsitis & inquisitis, ædificiis, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, riuis cũ riuaticis, molendinis, piscationibus, viis & inuiis omnib. ad iam dictũ terminum iuste legitimeque appertinentiis ad ipsius Ecclesiæ vtilitatem firmiter tradidimus. Ita videlicet, vt supra memoratæ sedis rectores ob Ecclesiæ commoditatem liberam habeant potestatem faciendi quidquid elegerint. Et vt nostræ largitionis auctoritas firma perseueret, annuli nostri impressione sigillari iussimus.

Hildeboldus Eps & Cancellarius vice *Wiligisi* Archicapellani cognoui.

Data II. Idus Octobr. anno Dominicæ incarnationis D. CCCC. LXXIX. Indict. VI. anno verò regni secundi Ottonis XV. Imperij autem IX. Actum *Radasponæ*, in Dei nomine feliciter, *A*men.

Signum Dñi *Ottonis* Magni & inuictissimi Imperatoris Augusti.

C.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Otto* diuina dispensante clementia Imperator. Notum fieri cupimus omnib. fidelibus nostris, præsentib. scilicet ac futuris, qualiter quidã mercator noster *Wilhalm* dictus à prædecessoribus nostris libertate donatus, & vxor eius *Heilrud* vocitata tradiderunt ad S. *Emmerammum* in *Ratesbonensi* ciuitate & Monachis inibi Deo seruientibus, quicquid prædij & mancipiorum tunc tempore habuerunt, exceptis quatuor mancipiis, pro animarũ suarũ remedio, ac mercedis æternæ desiderio, ea vero pactione vt suæ finetenus vitæ potestatiue vsui potirentur viuendi. Post amborum de hac luce discessum integre pertinerent ad S. *Emmerammũ* fratribus seruiendũ, quod ita factum est publicè testium affirmatione & iureiurando qui eidem traditioni præsentes interfuerunt. Similiter & primi iudices comitatuum banno constricti & iuramento idem testificati sunt. Hæc sunt loca, id est *Elpurc* & *Perc* cum mancipiis in pago *Tuonahgevvi*, in Comitatu *Luidpolti*. Nos verò hæc audientes propter amorem Dei & S. *Emmerammi* & per venerabilis *Wolfkangi Reginensis* Episcopi petitionem, nec non & *Rumuoldi* eiusdem Cænobij Abbatis fidelis nostri interuentui satisfacientes, hanc traditionem Imperiali auctoritate nostra renouauimus, & eadẽ loca cum appendiciis suis, hoc est curtilia cum ædificiis, villis & casis, vineis, & vinitoribus, agris, pascuis, siluis, aquis, aquarumq; decursibus, piscationibus, molẽdinis. mobilibus & immobilibus, quæsitis & inquirendis, mancipiis vtriusq; sexus, exceptis supradictis IV. omnique legitima cautione ad altare scil. *Emmerammi* martyris & fratrum vsib. seruienda cum omni integritate concessimus nemine contradicente e fiscalis potentię siue alicuius consanguinitatis eorum contradictione. Et vt hæc concessionis nostræ auctoritas firma ac stabilis permaneat in futuris temporibus, hoc præsens præceptum

iussimus inde conscribi, & annuli nostri impressione sigillari, & subtus manu propria corroborauimus.

Signum Dñi *Ottonis* Magni & inuictissimi Imperatoris Augusti.

Hildeboldus Episcopus & Cancellarius vice *Wiligisi* Archicapellani notaui Dat. Non. Iun. anno incarnationis Dñi D. CCCC. LXXXIII. Regni secundi Ottonis XXV. Imperij autem XV. Indict. XI. Actum feliciter *Veronæ* Amen.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Henricus* diuina fauente clementia Rom: Imperator Augustus. Imperialem nostri nominis excellentiã hoc scimus exigere, imo ad statum regni & ad salutem animæ nostræ multum proficere, quosq; diuini seruitij amatores, vt sine quærela in Dei persistant laude, libertatis nostræ sustentaculo confortare, maximè autem eos, quorum laboris deuotio, diuino præ cæteris inuigilat obsequio. Proinde nouerit omnium Christi nostriq; fidelium vniuersitas, qualiter nos diuinæ remunerationis spe incitati, interuentu etiam dilectæ coniugis nostræ *Kunegundæ* Imperatricis Augustę, & venerandi *Richolfi* Abbatis communiti, cuidam Ecclesiæ Dei infra ciuitatẽ *Ratisbon.* in honorẽ pretiosi Dei martyris *Emerami* constructæ. vbi venerabile corp⁹ eius miraculis declarantib. requiescere comprobatur, oĩa quæ ab antecessorib. nostris, Regib. vel Imperatoribus, oĩbusq; Christi fidelibus, vel infra ipsã *Ratisbon.* ciuitatẽ, vel in suburbio eius, vel vbicunq; locorũ hactenus tradita sunt & collata, per hanc imperialem paginam in perpetuum confirmamus, & absq; omniũ hominũ contradictione in propriũ largimur, ea videlicet ratione. vt nec Eps eiusdẽ loci, nullaque iudiciaria vel Ecclesiastica potestas, aliquã habeat potestatẽ prænominata bona præfatæ Ecclesiæ auferre, vel vsib. fratrum ibidẽ sub Monachica institutione Deo seruientiũ abalienare, sed prædict⁹ *Richolfus* eiusdẽ loci Abbas, suiq; successores liberam exinde habeant potestatẽ, quicquid eis placuerit faciendi, ad vtilitatẽ tantumodo fratrũ ibidem sub regula S. *Benedicti* Deo sanctoq; *Emmeramo* famulãtiũ. Et vt hæc nostræ confirmationis & lagitionis auctoritas stabilis & inconuulsa omni permaneat æuo, hoc præceptum inde conscriptum propia manu corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri,

Signum Dñi *Henrici* inuictissimi Rom: Imperatoris Augusti *Gunterius* Cancellarius ad vicem *Erckinbaldi* Archicapellani recognoui. Datum vero Non. Iulij. Indict. III. Anno Dominicæ incarnationis M.XXI. anno verò Domini *Henrici* secundi regnantis XX. Imperantis VIII. Actum *Coloniæ* feliciter, Amen.

Hofmarch. Vogt à Reuth. cõfirmatio.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Henricus* diuina fauente clementia Rom: Imperator Augustus. Imperialẽ nostri nominis excellentiam hoc scimus exigere, immo ad statum regni, & ad salutẽ animæ nostræ multũ proficere, quosq; diuini seruitij amatores, vt sine querela in Dei persistant laude, liberalitatis nostræ sustẽtaculo cõfortare, maxime autẽ eos, quorũ laboris deuotio diuino præ cęteris inuigilat obsequio. Proinde nouerit omniũ Christi nostriq; fideliũ vniuersitas, qualiter nos diuinę remunerationis spe incitati, interuẽtu etiã dilectæ cõiugis nostræ *Kunegundæ* Imperatricis Augustæ, & venerandi *Richolphi* Abbatis commoniti, cuidam Ecclesiæ Dei infra ciuitatem *Ratisbon.* in honorem pretiosi Dei martyris *Emmerami* constructæ, vbi venerabile corpus eius miraculis

culis declarantib. requiescere comprobatur, quandam nostri iuris curtē *Ruitte* dictā, in pago *Chimēgövve* in Comitatu *Babonis* Comitis sitā, quā quidā nobilis homo *Warmundus* Comes eidem Cœnobio antea contulit, cum omnib. appendiciis, villis scil. areis, agris, pratis, pascuis, aquis, aquarum ue decursibus, vado, molendinis, piscationibus, exitib. & reditibus, viis & inuuis, quæsitis & inquirendis, siluis & venationibus, famulis etiā vtriusq; sexus, cæterisq; quæ quolibet modo dici aut scribi possunt, vtilitatib. ad eandē curtē iure & regaliter pertinentib. per hanc imperialē paginā in perpetuū largimur, eiusdē *Warmundi* Comitis traditionem ꝑpetuo iure prædictæ Ecclesiæ confirmam⁹. Ea videlicet ratione, vt nec Eps eiusdē loci, nullaq; Ecclesiastica vel iudiciaria potestas aliquā habeat potestatē, prænominatam curtē præfatæ Ecclesiæ auferre, vel vsib. fratrū ibidē sub Monachica institutione Deo seruientiū abalienare, sed ꝑdict⁹ *Richolfus* eiusdem loci Abbas, suiq; successores, liberam exinde habeant potestatē, quicquid ei placuerit faciendi, vt vtilitatem tantumodo fratrum ibidem sub regula S. *Benedicti* Deo, sanctoque *Hemmeramo* famulantium, omnium hominum contradictione remota. Et vt hæc nostrę largitionis & confirmationis autoritas stabilis & incōuulsa omni permaneat æuo, hoc præceptum inde conscriptum propria manu corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Data V. Non. Iulij, Indict. III. an. Dominicæ incarnationis M.XXI. Anno vero Dñi *Henrici* secundi regnantis XX. Imperantis VIII. Actum *Coloniæ* feliciter, Amen.

LVCIVS Eps seruus seruorum Dei, dilectis filiis *Berchtoldo* Abbati & Conuentui Monasterij S. *Emmerami* salutē & Apostolicā benedictionem. Autoritate sedis Apostolicæ, cui disponēte Domino præsidemus, compellimur, vt loca venerabilia, præsertim quæ B. *Petri* juris existant, atq; personas inibi Deo famulātes, diligamus, & earum quieti & vtilitati salubriter auxiliante Deo prouidere curemus. Huius itaq; rationis intuitu vestris rationabilib. petitionib. annuentes Monasterium in *Ratisbona* ordin. S. *Benedicti*, in honorē Beatiss. *Petri* Apostolorū Principis, & pretiosi martyris *Emmerami* constructum, quod vtiq; Christianissimus Rex *Carolus* Magnus, Smo. Leoni Papæ futurisq; Rom: Pontificib. obtulit, ipsorum tuitione perpetuo confouendum, ad exemplar recolendæ memoriæ *Leonis* Papæ prælibati in Apostolorum principis ius protectionemq; suscipim⁹, & apostolicæ sedis patrocinio cōmunimus. Statuentes, vt quascunq; possessiones siue Ecclesias cum decimarum oblationibus, ac alia bona, quæ idem Monasterium in prēsentiarum iustè & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, oblatione fidelium, siue aliis iustis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successorib. & illibata permaneant. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorū quolibet successorum, nullus inibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioris secundū Dei timorem & B. *Benedicti* regulam prævuiderint eligendum. Porro circummanentium Abbatum subire iudicium non cogamini, nisi forte illorum, qui ad ius & proprietatem sedis Apostolicæ pertinent, cum Ecclesiasticæ necessitatis causa exegerit. Permittimus insuper eiusdem Monasterij Abbatem cum sandaliis & dalmatica Missarum officia celebrare, consecrandum etiam ab eo Episcopo, quem cuncta fratrum cohors conuocauerit. Illum etiam antistitem qui ciuitati *Ratisbonen.* nunc præesse dignoscitur, illumq; pariter, qui postea ipsum Episcopatum susceperit regendum, nullam contrarietatem, nullam donationem in prædictū Monasterium extendere hac autoritate sedis apostolicæ prohibem⁹, ita quod nulla conciliabula ibidem aliquis incipiat prętendere, nec quaslibet partes Eleemosynarum, quæ ad vsum Monasterij à fidelibus collatæ fuerint in su-

am, sortem exigere, neque decimas, neque terras, neque Ecclesias, neque thesauros, neq; libros, neq; aliquid ab Imperatorib. & Regibus concessum, vel ab aliis Christi fidelib. postea oblatum attentet auferre. Cella verò vestra tali gaudeat dignitate redimita, vt si quis infra eius septa alteri manus iniecerit violentas, huius priuilegij Decretum cum fuerit ei intimatum, ex ipso facto excommunicationis nouerit se vinculo innodatum, cuius absolutionis dispensatio, cum prouide satisfecerit Abbati sit indulta. Insuper manfuro in perpetuum, Decreto sancimus, vt nulli omnino hominum liceat in vestro Monasterio alias proprietatis conditiones, vel hæreditario jure aduocationem aut inuestiturã, seu quamlibet potestatem, quæ libertati & quieti fratrum noceat, vendicare. Aduocatus sanè, qui vtilior esse videtur, ab Abbate & fratrib. instituatur, qui si postmodum Monasterio & fratribus inutilis fuerit, remoto eo alter præficiatur. Ad indicium verò à Romana Ecclesia perceptæ libertatis, nobis VII. aureos singulis annis persoluetis. Igitur vt hæc à nobis ordinata cunctis maneant inconuulsa & inuiolata temporibus, per huius nostri Decreti paginam, constituimus, modis omnibus vniuersis cuiuslibet Ecclesiæ præsulibus, clericis Laicisq; omnib. cuiuscunq; honoris dignitate ac potestate præditis, interdicẽtes, colligantes etiam sub anathematis vinculo, vt cum Iuda in æternum crucietur, quicunque huius seriem, nostrę institutionis ausus fuerit euertere. Huius, nisi resipiscat, auferat Deus partem de terra viuentium, & nomen eius deleatur de libro vitæ. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Dñi nostri Iesu Christi, quatenus & hîc bonæ actionis fructum beatum percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis & gaudia inueniant, Amen. Ego *Lucius* Catholicus Eps SS. Ego *Conradus* Sabinensis Episcopus SS. &c.

Datum *Laterani* per manum Baronis Capellani & scriptoris XIII. Cal. Apr. Indict VII. Incarnationis Dominicæ an. MXLIII. Pontificatus vero Domini *Lucij* secundi Papæ anno I.

Priuilegiũ Friderici Imperatoris. I. de nõ infeudandis mulieribus.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus* diuina fauente clementia Rom. Imperator semper Augustus. Decet oẽs Christianæ fidei amatores religionẽ diligere, & loca venerabilia diuino obsequio mancipata congrua deuotione fouere. Ecclesia S. *Hemmerami* largissimis prædecessorum nostrorum priuilegiis honorata, hanc meruit in suis possessionib. habere prerogatiuam, vt beneficia de manu Abbatis ipsius Ecclesiæ largienda, ratione successionis nunquã infeminarum transeant potestatem. Contigit autem quendam beneficiatorum & ministerialium eiusdem Ecclesiæ *Hartvvicũ* de *Danne* nostro tẽpore sine masculinis hæredib. à vita discedere, & beneficium quod tenuerat, in *A*bbatis arbitrio remanere, quod videlicet beneficiũ defuncti illius filia nomine *Margaretha* sui iuris esse existimans, contra memoratũ *Albertũ* Abbatẽ in nostræ Serenitatis præsentia quærimoniã posuit, & iam dictũ beneficium sui iuris esse asseuerauit. Quare & nos *Henrico Ratisbonen.* Episcopo, & iam dicto Abbate ante nostrã præsentiã euocatis, coram Principibus exacta inquisitione discussimus, quæ prædictarum partium allegatio rationi .... Vbi tandem ex Principum sententia Domino fauente, comperimus, quod Ecclesia Pontificalis in *Ratisbona*, & Ecclesia S. *Hemmerami*, quæ pariter vno eodemq; condicionis jure fungi noscuntur. hæredib. fœminei sexus nunquã beneficiũ de iure concedere deberet. Quã videlicet sententiã à Vicedomino *Vlrico* promulgatã, consentientib. omnib. qui pẽsentes erãt Principibus, imperiali autoritate duximꝰ roborandã. In generali q corã in Purificatione S. Marię Vlmę celebranda sępedictus Abbas ad illius sententiæ

tentiæ confirmationem priuilegium à noſtra celſitudine inpetrauit. Notum ſit igitur tam futuris quam præſentibus Chriſti fidelibus, quod nos Eccleſiam S. *Emmerami* innoſtram protectionem ſuſcepimus, & ſæpedictam ſententiam ex conſenſu multorum Principum promulgatam præſentis ſcripti priuilegio confirmauimus: ſtatuentes vt nullus Regum aut Imperatorum nec Archiepiſcop⁹, nec Eps, nec *A*bbas, nec Dux, nec Marchio, nec Comes, nec alia maior minorue persona ſententiam illam infringere, aut violare præſumat, ſed maneat in perpetuum ei, cui collata eſt, Eccleſiæ omnimodis valitura. Et vt hęc omnia in perpetuum firma atq; in conuulſa permaneant, præſentē paginam ſigilli noſtri impreſſione iuſſim⁹ inſigniri. Teſtes qui *Ratiſbonæ* in prolatione ſententiæ præſentes fuerunt, ſunt hi: *Heinricus Ratiſbonen.* Eps. *Heinricus* Præfectus. *Otto* frater eius. &c. Datum *Vlmæ*, Non. Feb: Indict. V. anno Dominicæ incarnationis M. C. XXXVII. Regnante Dñ. *Friderico* Rom: Imperatore glorioſiſſimo anno regni eius quinto, Imperij verò ſecundo.

INnomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus* diuina fauente clementia Rom: Imperator ſemper Auguſtus. Ex Imperatoriæ majeſtatis nobis à Deo crediti officio Eccleſiarum omniū curam & piam ſollicitudinem habere tenemur, earum quidē præcipue quę à maximis & nobiliſſimis Rom: Imperatorib. fundatæ, & ad exercitium diuini cultus perductæ dignoſcuntur, quatenus exp̄ſentis operationis inſtantia vna cum anteceſſoribus noſtris æternæ retributionis præmia conſequamur. Omnib. igitur præſentiū inſpectorib. ſignificamus, nos Priuilegia Monaſterij S. *Emmerami Ratiſbon.* libertatē exemptionem ipſius Monaſterij continentia vidiſſe & diligentius examinaſſe, non abolita, non cancellata, nec aliqua ſui parte vitiata, quorū vnū beatiſſimi *Lucij* Papæ videlicet de verbo ad verbū huic litteræ duxerim⁹ inſerendū, cuius tenor talis eſt: Lucius Eps ſeruus ſeruorū Dei &c. vt ſupra. Nos igitur gratias, conceſſiones, libertates, totumq; ſupraſcripti Priuilegij tenorem approbantes noſtra Imperiali auctoritate confirmamus. Indulgemus inſuper ipſi Monaſterio, vt bona quæ per emptiones. vel cambia. ſiue per Eleemoſinarū largitiones à Baronib. aut aliis Chriſti fidelibus fuerint ſibi collata, quocunq; titulo ſint ad nos ſpectantes, firma de eis ſit poſſeſſio & illibata. Stabilimus etiam ei, vt morticinia quę vel dicuntur de hominibus ſæpe dicti Monaſterij, vbicunque defuncti fuerint, Monaſterio ſalua ſint & cuſtodita, nec in eis alicuius loci libertate iniuriā patiatur. Idē erit obſeruandū in perceptione medietatis totius ſubſtantię mobiliū & imobilium, quæ Monaſterio ſæpe recitato debetur, quando moriens caret ſuæ conditionis prole. Ipſi etiā Abbati eiuſq; ſucceſſorib. hoc ſpeciale concedimus priuilegiū dignitatis, vt in ordinē & ius poſſit promouere miniſterialiū quemcunq; de familia tali honore iudicauerit eſſe dignū. Decernimus præterea ſtabiliter, vt Abbas vel ipſius Nuncius ad exequendū illud, quē prouiderit iudicandi & corrigēdi ad ſuū placitum exceſſus omnium hominū ſuo Monaſterio pertinentium habeat liberā facultatē, niſi forte ad perplexa determinānda noſtros iudices vocare deliberauerit, tunc ipſi duæ partes, tertia Iudici de pœna exceſſuū debetur. Per noſtræ etiā ſublimitatis Edictum manſuro in perpetuū decreto ſancimus, vt quicunq; alterum per violentiam infra cellā iam dicti loci aut officinas præſumpſerit ob culpā aliquam impetere, proſcriptus habeatur. Abbatis nimirum familia de omni ſeruitute nobis & ſucceſſorib. noſtris exhibenda ſit imunis & abſoluta. Et vt hæc conceſſionis autoritas firmior habeatur, præſentē paginā noſtri ſigilli robore iuſſimus coñuniri. Signum Dñ. *Friderici* Rom: Imperatoris inuictiſſimi. Ego *Ioannes* Imperialis aulæ cancellarius, vice *Conradi* Maguntineñ. ſedis Archiepiſcopi & Germaniæ Archicancellarij recognoui. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis M. C. LIII. Regnante Dñ *Friderico* Rom:

Vendicantur.

Imperatore an. regni eius III. Imperij verò ipsius primo. Datum *Vberlingn* VIIII Cal. Octobr, fœliciter, Amen.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Conradus* Dei gratia fauente *Ratisbon.* Eps, omnib. tam presentib. quam futuris in perpetuum. Nouerit tam eorũ qui presentes, quam eorũ qui futuri sunt industria, quod veniens ad nos Venerabilis Abbas S. *Emmerami Beringerus*, presentauit tria paria literarũ legenda, grauamina plurima continentia, quę antecessores nostri prędictę Ecclesię S. *Emmerami* videlicet intulerunt. Quorum quidã à fratrib. extorquebant quandã summã pecunię minus iustę: alij verò apud ipsos cõtra iustitiã se per temp⁹ aliquod receperunt. Insup etiam aliqui violenter damna plurima intulerunt. Cum aũt dignũ esse dignoscatur, & iuris ordo exigere videatur, vt qui per prędecessores nostros lęsi fore cognoscuntur, curentur nostrę beneuolentię medicina. Nos ad mandatum sanctissimi *Cælestini* Papæ, & ad instantiam gloriosissimi Imperatoris *Henrici*, & Capituli nostri, & precipue ob amorẽ Dei & SS. Patronorũ Ecclesię p̃nominatę, videlicet S. *Petri* principis Apostolorum, ac pretiosissimi martyris *Emmerami*, protestamur publicè, non esse iuris nostri, à dicta Ecclesia pecuniam magnam vel modicam extorquere. nec ab ipsa seruitium duarum vel vnius recipere septimanæ. Et vt verius loquamur, nec vnicum diẽ in seruitio tenemur recipere apud ipsam. Et cum Dñ. Papa supradict⁹ nobis sępius litteris suis insinuauerit, sępedictam Ecclesiam imẽdiate signo exemptionis quinq; aureorum ad sedẽ Apostolicam pertinere, ipsam omni genere seruitiorũ liberam in perpetuum statuimus permanere. Et vt hæc firma & inconuulsa permaneant, & ànullo successorum nostrorum vel aliqua persona possint infringi, hanc chartam inde conscriptam sigilli nostri & Chori nostri munimine iussimus roborari. Acta sunt hæc an. ab incarnatione Domini M.CXC.III. Indict. XI. V. Cal. Iunij feliciter Amen. Huius rei testes sunt Eglolfus maior Præpositus. Vlricus Decanus, Beletus Scholasticus, Rupertus Custos & Obellarius, &c.

Lit. Eberhardi Abbatis super Cæmiterio & Synagoga Iudæorũ Ratisbonæ.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. Ego *Eberhardus* Dei gratia Abbas S. *Emmerami* in *Ratisbona* Scriptorũ series acta corroborat, & obliuione p̃dita memoriæ restaurat ac perpetuitati cõmendat. Ea ꝓpter cõtractũ permutationis, si dici cõpetat emptionis quę super area quadã Ecclesiæ nostræ cũ Iudæis *Abrahã* scil. suis consortib. fecimus & ipsi nobiscũ scripto præsenti memoriæ cõmendandum appensione sigillorum, ne cuiusquam in posterum eis possit nocere contradictio, duximus confirmãdum. Notũ igitur sit omnib. in perpetuũ, quod nos communicato cum Capitulo nostro consilio Dño nostro Episcopo *Conrado* consentiente, confirmãte, sicut per sigillum eius, quod appositum est, patet, Dñi *Vdalrici* scribæ, qui aream prædictam à nobis in feudo habebat, omnium eorum qui in hoc facti requirendi erãt, exquisito adhibito solemniter & publicè consensũ, aream quondam Ecclesiæ nostræ de manibus pace prædicti Domini Vlrici pro XV. libris absolutam, & *Abraham* Iudæo, omnibus Iudæis *Ratisbonen.* vndecunque vel quandocunque aduenientibus, & eorum successorib. pro domo quadam XL. libris sub traditione subnotata meliora & vtiliora Ecclesiæ nostræ prospicientes permutauim⁹ siue vendidimus & in ius proprietatis obtulimus, ad omnem commoditatem & vsum, quem in ea, vel ex ea, sicut de proprio suo habere decreuerint vel disposuerint habendum & sepulturam suam & omnium Iudæorum, vndecunque ibidem sepeliri cupientium libere & absq; prohibitione omnium Episcoporum vel *Abbatum*, siue quorumcumq; Prælatorum in ea celebrandã, & vt de ipsa, quicquid vnquã ordinare voluerint, sicut

sicut de proprio liberam habeant ordinandi facultatem. Sanè cum XL. illis libris prędium Ecclesiæ volumus pro necessitate nostra obligatum: domum vero in permutatione vel contractu venditionis & emptionis ita ab illis propriam recepimus, quod quicquid in ea siue permutandum, siue perruinas vel quamcumque vastationem nullo nobis labore vel expensis ad eius reædificationem vel reparationem imminentibus contingat, ipsi tamen annuatim in festo S. *Georgij* vnam libram nobis inde persoluant. Quod si in Sabbathum Iudæorum occurrerit, præcedenti vel sequenti proxima die persoluant, cũ tamen de area prædicta vix tres solidos habere potuissemus. Nec nos vel aliquis nostrorum successorum domum vel aream domus illius alicui, nisi ipsis Iudæis possumus vel debemus locare. Et si vnus solus Iudæus in ciuitate superstes fuerit, prædictum censum dabit ad eundem terminum, siue domum vel aream domus voluerit vel noluerit habere. Est autem domus hospitale Iudęorum in Pawranswinckhl ex parte occidentis vicina Christianis, ex parte vero Orientis, meridiei, & septentrionis circumsita Iudęis. Quę omnia sicut de consensu & concessione Domini nostri Episcopi facta sunt, ita per subnotationem testium, & per appositum eius sigillum & nostrum sunt corroborata. Huius autem rei testes sunt Christiani & Iudæi, per quos si necesse fuerit factum probari potest, mixtim vel separatim, vel tantum per Christianos, sicut ei placuerit, cui tunc pro necessitate probatio incumbit .... testes qui superuixerint, statuimus, quod ipsum Instrumentum cum sigillis ad omnimodam sufficiat probationem. Testes hi sunt Christiani, Henricus ad Capellam, & frater suus Rudigerus, Rupertus Kârgl, Carolus Kârgl, Conradus Grauss, Albertus de Ziginge, Wilhelmus super Danubio, Gozvvinus ad portam, Wilhelmus & Baldvvinus fratres ante vrbem, Gotzvvinus Bidervverer, Heinricus Saccus, Bernoldus Stainavver, Conradus Chambar/Fridericus Stoltz, Vto in foro, Ludvvicus Aichstetter/Hartvvicus super Danubio, Vlricus Holtzner, Rugerus Thelonarius, Carolus Thelonarius & frater eius Gottschalcus. Iudæi, Abraham, Zacharias, Abraham, Aaron, Abraham, Noë, Moyses, Ioseph, Moyses, Isaac, Naaman, Isaac, Samuel, Osuvve, Natan, Iacob, Natan, Morteus, Iudas, Saban, Ioseph & alij plures tam Iudæorum quam Christianorum. Acta sunt hęc ab incarnatione Domini M. CC. X. Indict. XIII. Imperante Ottone anno I.

Restitutio Monasterij S Emmerami per Regẽ Conradũ facta.

Conradus Diui Augusti Imperatoris *Friderici* filius Dei gratia in Romanorum Regem electus semper Augustus & hæres regni *Ierusalem*. Regale fastigium toties læditur, quoties in defectu clementię reperitur: & quanto benignius compassionibus pietatis immergitur, tanto glorioſius exaltatur. Clementer igitur lachrymis & deuotis supplicationibus quorundam Monachorum Monasterij S *Emmerami* in *Ratisbona* in cuius more progenitorum nostrorum hospitali hospitio nefandum consilium & detestabile homicidiũ personæ nostræ, per *Albertum* qui se dicit *Ratisbonens.* Episcopum, & *Conradum* de *Hohenuelss* furtiuum & nocturnum aggressorem ad excogitatam necem nostri corporis extitit procuratum, misericorditer inclinati, misericordiam potiùs quàm judicium, de personis & rebus eiusdem Ecclesię pro Dei reuerentia, qui non minus misericorditer quam miraculosè in eodem loco tueri voluit, & saluare personam nostram ab insidiis & insultibus eorundem inimicorum nostrorum sequi volentes, ipsum Monasterium cum personis religioſis Domino ibidem famulantibus, & ab omnibus bonis eius, exceptis *Vlrico* Abbate & illis personis quæ supplicij & interitus nostri connumerati participes & conspiratores extiterant, sub nostra & Imperij protectione ac defensione recepimus speciali. Statuentes ex nunc, & firmiter inhibentes perpetua inhibitione, quatenus nullus sit qui pro-

pter prædictam noxam in detrimentum personę nostræ commissam præfatum Monasterium cum personis & omnibus bonis suis stabilibus & mobilibus sicut prædictum est, offendere aliquatenus vel molestare præsumat. Quod qui præsumpserit, indignationem Imperialem & nostram se nouerit incursurum, præter pœnam quam transgressori eiusdem mandati nostri infligere voluerit excellentia nostra, seu aliquis alius hæredum & successorum nostrorum: Ita tamen, quod domus illa in qua ex præfato machinamento proposuerant irreuocabili proposito præfati *Albertus* dictus Episcopus, *Conradus* de *Hohenuels* & *Vlricus* Abbas eiusdem loci, personam nostram mortis supplicio tradidisse, dirui debeat funditus, ne parietes ipsius domus fœdati & perfusi cruore dormientiũ tunc temporis coràm nobis pro custodia personæ nostrę, qui pro salutis nostræ defensione sanguinem suum fundentes mortem spontaneam subierunt, amplius in eodem loco valeant reperiri. Tenentur insuper Monachi eiusdem Monasterij ex pacto firmę promissionis habitæ coram nobis, præsentibus *Ottone* Comite Palatino *Rheni* Duce *Bauariæ*, dilecto Principe & socero nostro, & *Ludvvico* filio suo dilecto Leuiro nostro, *Ottone* Marchione de *Hohenburckh*, dilecto consanguineo nostro, *Henrico* Marchione de *Burgavv*, *Ludvvico* seniore Comite de *Oeting*, *Gottfrido* de *Hohinlohe*, & aliis consiliariis nostris, nec non ciuibus *Ratisbonenſibus*, quod in eodem loco vbi hactenus extiterat, domus prędicationis nostrę construere debent, & erigere à nouo fundamine ex propriis sumptibus Ecclesiæ B. *Emmerami*, Capellam vnam ad honorem B. Virginis *Mariæ*, & B. *Nicolai* specialium tutorum & defensorum nostrorum in articulo eiusdem necessitatis nostræ, quam à modo & in perpetuum regiam Capellam volumus appellari dotandam per eos competentibus dotibus, ex quarum prouentibus habere valeat sufficientia & annua stipendia Monach⁹ sacerdos statutus ad hoc per Abbatem & conuentum eiusdem, qui eandem Capellam gubernabit diuinis & continuis officiis in perpetuam memoriam nominis nostri & hæredum nostrorum, qui pro tempore fuerint ad regimen Imperij constituti. Censemus etiam omnes infeudationes & donationes rerum ipsius Monasterij per scripta nostra personæ alicui *Ottoni* prędicto indultas, irritas & inanes. Nec pati volumus quod de omnibus prouentibus & redditibus prędicti Monasterij, præsente guerra durãte, alicui personæ speciali rectori & prouisori, qui fueritin eadem Ecclesia de mandato & voluntate nostri culminis constitutus per Monachos & fideles personas subiectas ipsi Monasterio intendatur, ad vsus & vtilitatem Ecclesiæ conuertendis. Et si aliquis Monachus ipsius Ecclesiæ seu aliqua persona tam Ecclesiastica quam mundana contra prædicta omnia publicè in præsentia nostra statuta opponere se præsumpserit, participem præfati facinoris in personam nostram excogitati ab omnibus fidelibus nostris volumus eum haberi. Ad quorum omnium memoriam & stabilem firmitatem prędens scriptum fieri, & sigillo nostro Celsitudinis jussimus communiri. Datum apud *Ratisbonam*, Anno Incarnationis Dominicæ M. CC. LI. mense Ianuar. nonæ Indict.

Priuilegiũ Ducum Bauariæ de extirpatione syluæ juxta Lintach.

Nos *Otto*, *Ludovvicus*, & *Stephanus* Dei gratia Palatini Comites *Rheni*, Duces *Bauariæ* per præsentia recognoscimus, & notum facimus vniuersis, Quod cum Monasterium B. *Emmerami Ratisbonæ* prę cæteris Ecclesiis patrię nostrę in spiritualibus & temporalibus florere dilucide dignoscatur, vt flos religionis in eodem loco nostris temporibus non deficiat, per suauitatem sui odoris roburque vigoris obseruet, intendimus Ecclesiam istam piis auxiliis & solidis defensionibus subleuare. Quare cum Venerabilis Vir Dominus *Carolus* Abbas illius loci pro Ecclesia sua petiuerit, vt syluam quandam circa *Geltolfing*, in loco qui *Lintach*

tach dicitur, suam, & ipsi Ecclesiæ attinentem, ex antiquo extirpare desidere⁹ sperans prędia vtilitati suæ congrua facere⁹, terram illam ad culturam frugiferam redigendo. Nos ob reuerentiam Dei, & Sanctorum merita⁹, quorum ibi multitudo numerosa quiescit, & ipsius Abbatis amorem admittimus extirpationem syluæ, quę exercuit ibidem, sic vt nec ipsa Ecclesia circa huiusmodi extirpationem, nec laborantes in eâdem per nos aut posteros nostros, ac Principatus successores impedimentum aliquod sustineant, aut oporteant formidare. In cuius rei testimonium atque robur præsens Instrumentum ipsi Ecclesiæ dedimus nostrorum sigillorum robore communitum. Datum & Actum *Ratisbonæ* Anno Domini M.CC.XCV. In die beatorum Iohannis & Pauli martyrum.

Lit. Conradi Episcopi super ponte Bohemorum.

Nos *Conradus* Dei gratia Ecclesiæ Ratisbon. Episcopus vniuersis præsentes⁹ literas inspecturis volumus esse notum. Quod cum venerabilis Dominus *Carolus* Abbas Ecclesiæ S *Emmerami Ratisbonæ* in loco qui dicitur Behaimisch Pruckh/ cuius proprietas ad officium Custodiæ nostræ spectabat⁹, Cellam sui ordinis⁹ constituere concepisset, habens in vicino possessiones plures & prædia Ecclesię suæ inutilia, & inculta, quę eidem cellæ construendæ considerauit posse fieri fructuosa, & nihilominus ad conceptum huiusmodi complendum, jus patronatus parochialis Ecclesiæ *Mospach* adiacentis ab Illustriss. Principe Domino *Rudolpho* Comite Palatino *Rheni* Duce *Bauariæ* ex liberali donatione obtinuisset, sicut in literis super hoc sibi & Ecclesiæ suę datis vidimus contineri: Nos ad instantem petitionem ipsius Domini *Caroli* Abbatis volentes suum laudabile⁹ propositum adiuuare, de consensu venerabilium Dominorum & confratrum nostrorum, D. Præpositi, D. Decani ac totius Capituli Ecclesiæ nostræ prædictum locum Behamisch Pruckh cum omnibus suis attinentiis, cultis & incultis⁹, quæsitis & inquirendis, agris & pratis, pascuis, molendinis, syluis & nemoribus eidem, & Ecclesię suæ donauimus, tradidimus & assignauimus⁹, jure proprietatis perpetuo possidendum, & ipse vice versa, vnà cum conuentu suo in recompensam Ecclesiæ nostrę tradidit, donauit, & assignauit molendinum, in⁹ Abbasvvinde situm prope castrum dictum Chürn soluens annuatim 50. denar. qui de bonis Behaimischen Pruckh Custodię nostræ pro cera solui hactenus consueuerunt, sicut in instrumento super hoc confecto plenius continetur. Præterea de consensu prædictorum Domini Præpositi, Decani & Capituli Ecclesiæ nostræ duximus indulgendum, & liberaliter admittendum, vt de Decimis, dotibus & obuentionibus vniuersis prædictæ parochiæ *Mospach* attinentibus exceptis decimis noualium, ordinare valeat⁹, quod sibi & Ecclesiæ suæ ac cellæ construendæ viderit expedire. Hoc prouiso, quod ipsa parochia debitis obsequiis non fraudetur & à soluendis juribus seu exactionibus Papalibus, Episcopalibus, Archidiaconalibus, & aliis quibuscunque minimè excludatur, & animarum in ea cura * negligatur. Et Abbas seu successores ipsius quilibet nobis⁹ nostrisque successoribus teneatur ad præscriptam Ecclesiam *Mospach*, si quando, vt pro sustentatione Sacerdotis sæcularis eius fructus sufficiant, respirabit, pro plebano, quotiescunque vacabit, aliquem Sacerdotem idoneum præsentare, qui etiam congrua & competenti præbenda seu prouisione per Abbatem seu successores eius eidem tunc deputanda, contentus esse debebit⁹, de fructibus & prouentib. Ecclesiæ prænotatæ. In cuius rei memoriale perpetuũ præsens priuilegium sigillis, nostro videlicet & Ecclesiæ nostræ Capituli duximus confirmandum. Datum & actum anno Domini M.C.C.XCIX. II. Idus Maij.

**nullatenus*

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Vniuersis sacri Imperij fidelibus gratiam suam & omne bonum. Regalis excellentia tunc sui nominis titulos ampliat & extollit, cum loca diuino cultui dedicata, & personas ibidem Domino famulantes benigno fauore prosequitur, ac eorum justis⁹ & ratio-

& rationabilibus petitionibus fauorabiliter se inclinat. Ex parte itaque Venerabilis Abbatis & Conuentus Monasterij S. *Emmerami* Ratisboñ. nostro culmini, fuit humiliter supplicatum; vt Priuilegium eis ab *Henrico* Romanorum Imperatore quondam indultum, nostris oblatum conspectibus vellemus de benignitate regia confirmare, cuius tenor talis est: In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis *Henricus* diuina fauente clementia Romanorum Imp. Augustus, &c. Nos igitur prædictorum Abbatis & eius Conuentus piis supplicationibus inclinati præscriptum priuilegium & eius tenorem, à quondam *Henrico* Imperatore Romanorum ipsis datum, de benignitate regia confirmamus, & scripti præsentis munimine innouamus. Volumus etiam, & præsenti statuimus sanctione, vt nullus supradicti Monasterij Aduocatus aliquod seruitium seu procurationem aliquam contra justitiæ formam & in zelum ab antiquo statutum requirere debeat vel audeat ab Abbate aut prędiis vel hominibus pertinentib. ad eundem. Censum etiam VII. aureorum sedi Apostolicæ in exemptionis euidens argumentum ab Abbate dicti Monasterij annis singulis persoluendum auctoritate regia confirmamus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc nostræ confirmationis & donationis literam infringere, vel eidem ausu temerario contraire. Quod qui facere præsumpserit, grauem nostræ Maiestatis indignationem se nouerit incurrisse. Signum Domini *Rudolphi* Romanorum Regis inuictissimi. Datum *Hagenovve*, Anno Dominicæ Incarnationis M.CC.LXXIV. II. Id. Iulij, Indict. II. regni verò nostri anno primo.

Vid. supr. p.

Ludvvicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Vniuersis sacri Romani Imperij fidelibus præsentes literas inspecturis gratiam suam & omne bonum. Quantò nos Deus exaltauit sublimius, tantò benignius inspirauit nobis spiritum voluntatis illius, qui ad zelum fidei Christianæ nos prouocat, ad justitiæ rectitudinem dirigendam solicitat, & ad sacrosanctas Ecclesias & Ecclesiasticas personas, in quibus & per quas pro nostræ salutis augmento ipse Deus omnipotens placabiliter exoratur, fauorabiliter promouendas ac exaudiendas supplicationes earum immutat & afficit mentem nostram. Hinc est, quod cum Venerabilis *Waldevvinus* Abbas S. *Emmerami Ratisbonæ* Ordinis S. *Benedicti* Princeps noster dilectus nobis supplicauerit precibus instantinis vt priuilegia quædam nostro conspectui præsentata dignaremur verab. innouare, & effectualiter auctoritate regia confirmare, Quorum priuilegiorum primi tenor est talis; In nomine sanctę & indiuiduæ Trinitatis, *Fridericus* diuina fauente clementia Rom. Imp. &c. Datum *Vberlingn.* IX. Cal. Octobr. fœliciter Amen.

Vid. supr. p.

Secundi verò tenor est talis: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Conradus* Dei gratia fauente *Ratisbon.* Episcopus omnibus &c. Nos vero volentes dicto Abbati in justis suis petitionibus non deesse, non solum prescripta priuilegia, verum etiam omnia & singula à quibuscunque prædecessoribus nostris diuis Imperatoribus seu Romanorum Regibus cuiuscunq; tenoris extiterint, data & concessa justè ac rationabiliter auctoritate regia confirmamus. Insuper præmissis gratiis gratiam adiungentes Abbati memoratæ Ecclesiæ concedimus ex innata nobis clementia & gratia spirituali, vt si quo tempore regnum Romanorum legitimo careat defensore, Abbas qui pro tempore fuerit, etiamsi jura regalia nondum fuerit consecutus, fraude tamen & dolo non obstantibus, omnes Vasallos sæpè fatæ Ecclesiæ cuiuscunque preeminentiæ vel conditionis extiterint de feudis cuilibet debitis ac pertinentibus, ritè ac rationabiliter infeudare possit & valeat, prætacto sibi articulo non obstante. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc nostrę confirmationis & concessionis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,

Vid. supr. p.

rit, se indignationem regiam nouerit incursurum. In cuius rei testimonium has conscribi, & nostræ maiestatis sigillo jussimus communiri. Datum *Ratisbonæ* XI. Cal. Iulij, Anno Domini M. CCC. XV. Regni verò nostri anno primo.

WIr Johanns Landgrauezum Leuchtenberg/ Graue ze Halse/ deß hochgebornen Fürsten/ vnsers gnedigen Herrn/ Herzog Albrecht Pfleger in nidern Bayern/ Bekhennen offentlich mit dem Brief/ daß wür von vnsers genedigen Herren Herzog Albrecht wegen/ deß vollen gewalt vnd gantzew macht wür haben/ mit seines offen Briefen angesehen haben grossen verderblichen gebrechen/ verderben/ vnd vberlast/ den der Ehrwürdig Geistlich Herr Abbt Alto zu S. Haymeran zu Regenspurg/ vnd sein Gotshauß daselben lange zeit gehabt habent/ von Dorfgerichts wegen/ daß man auf sein guet in den Hofmarchen gechlagt hat/ Nhun hat vns der ehgenant gaistlich Herr der Abbt zu S. Haymeran zu Regenspurg beweist/ von vnsers Herrn Rathe/ daß er in khainer Dorfgericht vnd Hofmarch sein noch seines Gotthaus guet nicht verantworten soll/ anders dann in vnsers genedigen Herrn Herzog Albrecht Landtgerichten/ wann vnser ehegenanter genediger Herr Herzog Albrecht deß Ehrwürdigen Gaistlichen Herren vnd seines Gotshaus in seinem Lande Obrister Herr vnd Vogt ist/ vnd vermainen auch von vnsers ehegenanten genedigen Herrn wegen/ daß sich der ehegenant Gaistlich Herr/ ꝛc. Abbt zu S. Haymeran zu Regenspurg vnd sein Gotshaus fürbas in khainer Hofmarch nicht verantworten soll/ in khein weis/ anders dann von vnsers Herrn Landrichtern/ dauon wellen vnnd gebietten wir allen vnsers genedigen Herrn Ambtleutten/ Pflegern/ Vitztumben/ Richtern/ Scherigen/ vnd allen andern vnsers Herrn Ambtleuten/ wie die genant sint/ die jezunt sind oder fürbas werdent/ vnd besonderlich allen Rittern vnnd Knechten vberall in vnsers Herrn Lande/ die durch vnsers Herrn willen thunt oder lassent/ daß sie den obgenanten Ehrwürdigen Herrn vnd sein Gotteshaus daselben bey der obgenanten vnsers Herrn genad halten vnd schirmen/ vnd niemant gestatten/ der sie daran jrren/ laidigen oder beschweren wolt/ in kein weis bey vnsers obgenanten genedigen Herrn vnd vnsern Hulden vnd Genaden. Mitt Vrkhund diß Briefs versigelt mit vnsers genedigen Herrn Vitztumbambts anhangendem Insigel. Datum Straubing/ Anno Domini M. CCC. LXXXII.

Literæ inuestiturarum à Rom. Impp. & Regibus Abbatibus ✶ *S. Emmeramum factarum. Subnotatæ ad manus nostras peruenerunt:*

✶ *ad*

REgis Rom. *Adolphi.* An. 1295. Abbat. *Carolo. Iohannis Bohemiæ* Regis, Abbati *Baldvvino* regalia concedentis. *Wenceßlai* Regis an. 1386. *Frideric.* Abbat. Eiusdem Reg. *Wenceßlai* an. 1396. Ab. *Ioan. Ruperti* Reg. an. 1401. Abbat. *Ioan.* Eiusd. an. 1405. Ab. *Vlric. Maximiliani* I. an. 1517. abbat. *Ambrosio* I. concels. *Caroli* V. an. 1521. eid. abb. *Ambros.* Reg. *Ferdinandi* I. an. 1535. Abb. *Leonhard.* Item an. 1540. 1559. Abb. *Erasm.* Eiusd. ann. 1566. Ab. *Blasio. Maximiliani* II. ann. 1566. Ab. *Blas. Maximiliani* II. an. 1575. Ab. *Ambros.* II. *Rudolphi* II. an. 1576. Ab. *Ambros.* II. Eiusd. an. 1581. Abbat. *Hieronymo.*

✶ Regis Vicarij.

Epitaphium Abbat. *Ambrosij* II. in templo S. *Emmerammi* columnæ cryptæ S. *Dionysij* ad læuam descensûs ad eandem proximæ affixum, tale extat:

D. O. M.

REVEREND. IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, DN. AMBROSIO II. HVIVS MONASTERII S. EMERAMI

RAMI ABBATI, SINGVLARI FIDEI CATHOLICÆ ZELO, PIETATE, PRVDENTIA, VITÆ INTEGRITATE, MVNIFICENTIA, ET MVSARVM PATROCINIO CELEBRI. CVM VALIDIS. TVRRI ET FONTE, ALIISQVE MVLTIS ÆDIFICIIS IDEM MONASTERIVM ILLVSTRASSET, AD POSTERITATIS MEMORIAM HOC M. P. E. PRÆFVIT ANNIS VIII. OBIIT M. D. LXXXIII. DIE XXI. AVGVSTI, ÆTATIS SVÆ AN. LIII.

In Lapide pauimento inserto hæc leguntur:

AMBROSIVS
ABBAS HVIVS
NOMINIS II.
HIC SEPVLTVS.

HIERONYMVS Ambrosij successor Monasterio annis benè præfuit, & fato sublatus successori locum dedit;

HIERONYMO moderno, multis nominibus collaudando: etiamnum hoc anno 1620. superstiti, cui Deus vitam & felicitatem accumulare dignetur.

HAEGLVVERD.

MONASTERIVM, quasi medio itinere inter Traunstain & Reichenhall, fundatur à Comitibus de Plain. Leutoldus Comes obligatis quibusdam prædiis ac beneficiis suis, Anno 1219. religionis ergò, ad terram sanctam proficiscitur, pauperibus multa largiens, sagita oculum amisit, inde rediens, Tarvisij obijt. Eius ossa ab Eberhardo, Salisburgen. Archiepiscopo, Vlrico Patauiensi, ac Rudigero Chiemensi, Episcopis, in Hægelvverd translata, eodemq; die Monasterium ibidem consecratum est ab illis.

Hoc EX Chronica sancti Petri in Salisburga, Idem Bruschius de Laureaco veteri sub Vlrico Episcopo, fol. 177. Auentinus autem lib. 7. Annalium f. 664. dicit Vlricum Episcopum in Ægypto cum multis aliis periisse.

FVERVNT hi Comites etiam fundatores Reicherspergen. Monasterij.

PRÆPOSITI Hægelvverdenses plerique Nobiles fuerunt, &c. subiecti ditioni Salisburgensi.

ADDITIONES.

Vide Tom. I. Metrop. pag. 12.

PRæpositus in Hægelvverd interfuit Synodo Prouincial. Salisburgen. an. C. 1549. Vid. Tom. I. pag. 89. Modernus Præpositus sæcularis quidem primus (ante hac semper Religiosi siue Monachi extiterunt) est admodum Reuerend. prę Nobilis. & Magnificus D. Marquardus à Schuuendi, A A. Impp. Matthiæ I. & Ferdinandi II. nec non Serenissimi ac Reuerendissimi Dn. Episcopi Patauien. & Argentinen. Archiducis Austriæ &c. Leopoldi Consiliarius, Can. Salisb. Augustan. & Patauien. eiusdemque Cathedralis Ecclesiæ Decanus, & Serenissimi Episcopi locum tenens: vir magnus de Repub. optimè promeritus, cui vitam & felicitatem omnes boni piique.

HAIBACH

HAIBACH.

COLLEGIATA Ecclesia in radicibus Alpium, non procul à Murnau & Weilhaim, fundatur à NORTBERTO, Comite Hochenvvartensi, ex familia Andecensium Comitum, qui fuit Præpositus olim Cathedralis Augustensis Ecclesiæ, posteà Episcopus Curien. factus, largitionibus magis, quàm justa electione; cui tamen sex annis vtiliter præfuit, vt Catalogus illorum Episcoporum habet.

Ex Episcopatu illo per Hermannum Saxonum Ducem, post Rudolphum, ab Episcopis quibusdam in Imperatorem electum. Anno Domini 1085. deturbatus', Monasterium Haibacense de suis ędificans ibidem mortuus est, Anno 1087.

PATER huius Episcopi Rapoto, mater Hemma, frater Ortolphus, soror Wiltruda, fundatores Hochenvvartensis Monasterij, vt ibidem latiùs.

EXTAT DIPLOMA HVIVS FVNDATIONIS, cuius tenor sequitur:

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ TRINITATIS. Notum esse volo fidelibus Christianis, præsentibus & futuris, qualiter ego Nortpertus, gratia Dei Præsul Curiensis, petij Adalberonem, liberum & ingenuum hominem, vt solenni traditione traderet super altare S. Mariæ in Augusta ciuitate, proprium meum Monasterium Hegibach, quod in manum ipsius tradideram, cum manu Aduocati mei Gebinonis, liberi hominis & ingenui. Hoc Monasterium Hegibach, in meo proprio & hęreditario agro situm, in Boiarico Ducatu, in pago Husin, in Comitatu Sigemari Comitis', conditum & dedicatum in honore S. Vdalrici Confessoris, me petente, libera manu tradidit idem prædictus Adalbero super altare sanctæ Mariæ, cum omnibus vtensilibus, ad id jure pertinentibus, in mancipiis vtriusque sexus, Ecclesiis, decimis, vineis, terris, cultis & incultis, agris', pratis, campis, pascuis, syluis, venationibus, aquis, aquarúmue decursibus, piscationibus, molis, molendinis, viis, inuiis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, ac cum omni vtilitate, quæ vllo modo inde prouenire potest, dedit & donauit Augustensi Ecclesiæ insolubili jure tenendi. Eo autem pacto hanc traditionem effeci, vt Præpositus Canonicorum, in prædicto Monasterio Hegibach regulariter commanentium, quotannis tribuat bisantium vnum super altare S. Mariæ in vrbe Augusta, & hoc censu persoluto, sit illud Monasterium Hegibach liberum ab omni exactione, néue Episcopus, néue Aduocatus', nec quælibet persona ab eodem Monasterio exigat plura donaria vel seruitia, neq; vllam calamitatem & inquietudinem eidem loco inferat. Præterea pactum hoc firmum esse volo, inter me & Episcopum sedis Augustæ, vt præfatum Monasterium Hegibach, me viuente, nemo Prępositus adeat, præter quem ego petiero ab Episcopo sedis Augustæ. Volo etiam pactum hoc inconuulsum & stabile in tempora futura manere, vt in prędato Monasterio Hägibach nemo præsumat nomine Rectoris subintrare, qui non sit oriundo natus ex mea cognatione. Sed si qui sint in cognatione mea sapientes & literati, inter eos', qui me propiùs attingit genere, defuncto Rectore & Præposito, succedat ibidem Rector & Prępositus: Si verò, quod absit, ex stirpe nostra vir industrius & idoneus defecerit, prouideat Episcopus Augustensis libera potestate virum idoneum, qui jura Canonica sciat, & valeat ibidem regulariter administrare. Complacuit etiam nobis, vt Cœnobialis vita eiusdem loci in mea potestate posita sit, dum viuo & ibidem Deo seruientes teneant instituta regulæ, quæ dederam eis.

Et si mihi visum fuerit, vt ad alia & meliora instituta transeant, juxta meum arbitrium & meam voluntatem hæc omnia fiant. Hoc quoque placitum constat inter me & Episcopum Augustensem, vt, dum viuo, nemo habeat aduocationẽ illius loci, præter eum, quem petiero eiusdem loci defensorem & Aduocatum fieri. In futura quoque tempora hoc volo ratum & inconuulsum manere, vt aliquis de cognatione mea liber & ingenuus valens & industrius aduocationem illam teneat, neque ex alia cognatione quisquam aduocationem illam sibi præripere valeat. Si quis autem Aduocatus eiusdem Ecclesiæ bona diripere præsumpserit, & vastare locum institerit, potestatiué depellat eum Augustæ sedis' Episcopus, & digniorem eo subroget in eandem Aduocatiam, Si quis in genere meo fuerit illo dignior inuentus; Sin ita futurum est, vt de genere meo deficiat vir clarus & industrius, ac timens Deum, aliunde quæratur Aduocatus ingenuus & idoneus, & qui timeat Deum.

SI VERÒ Episcopus & Aduocatus in simul hæc mea statuta euellere & infringere temptauerint, quisquis hæres meus natu mihi proximus extiterit, liberam potestatem habeat, Bisantios duos tribuere super altare S. Mariæ, & præfatum Monasterium Hegibach in suam proprietatem recipere & ab iniuriosis exactionibus illud defendere. Si verò, quod absit, & Episcop⁹ & Aduocatus, & cognati mei conspirauerint, hæc statuta mea euellere, & præfato Monasterio calumniam inferre, & si hanc conspirationem opere adimpleuerint, nisi infra sex Mensium spatia Episcopus ille, monitus ab aliqua digna persona, Monasterium idem restituerit liberum & illæsum, vt fuit priùs, liberam & justam potestatem habeat Rex & Imperator, quicunque temporum eorundem Rex & Imperator fuerit, vt idem Monasterium in tutelam suam recipiat, datis pro eo duobus Bisantiis super altare S. Mariæ, & Imperiali patrocinio liberum hoc custodiat, & à calamitosis iniuriis defendat. Testes per aurem tracti, qui viderunt & audierunt hæc, subter annotati sunt, Waltchun de Röchelingin, Hartvvic de Heinrichshouen, Kuenrad de Lutevvane, Alberich de Wagenhouen, Diethmar de Lenginmos, Engelschalck de Radelstorf, Friderich de Stoupha, Burchart de Pancingen, Adalbero de Chisingen, Wolstrigil, Gotebold, Rontprecht de Tierdorf, Gebhart, Gebino, Conrat, Sigvvart, Egilolf, Schvvigger; seruientes verò Episcopo, qui viderant & audierant hęc, isti sunt, Adalgotz, Luitfrid, Gerunc, Hildepold, &c. Canonici verò de S. Mariæ Monasterio, qui viderunt & audierunt, isti sunt, Ericharich Decanus, Ruodolph Vicedominus, Aizzo, &c. Facta est traditio hæc, prędente Domino Sigefrido secundo, Augustæ sedis Episcopo, anno Episcopatus eius octauo, ab incarnatione Domini M. LXXXV. Indictione octaua, quinto Kalendas Martij Curien. Episcopi anno sexto: Domini autem Heinrici inuictissimi Regis quarti, gloriossimi Imperatoris III. Anno XXIX. Acta in ciuitate Augusta fœliciter.

Confirmauit hanc fũdationẽ Ludouicus IV. Imp. Monachij an. 1331. Cal. Dec. Regni anno 17. Imperij 4.

NOBILES de Seeueld, Aduocati huius Ecclesiæ, propter plurima illata grauamina, per Ludouicum Imperatorem, oblatis duobus Bisantiis, ad altare S. Marię Augustæ, juxta tenorem primæ fundationis, priuati sunt Aduocatia: Qui dedit eis Aduocatum, Præpositum nouæ suæ plantationis & claustri in Etal, cui annuatim persoluerent 24. mensuras auenæ Weilhaimensis mensuræ, & 12. agnellos eius anni, ac sic ab omni exactione & seruitio liberi essent. Datum earum literarum Ludouici Imperatoris Augustæ, Anno 1332. in die Philippi & Iacobi, anno regni XVIII. Imperij.

Ex libro fũdationum Monasterio rũ aliquot Bauariæ, &c. scripto in Dithrami Zella.

ADDITIONES.

Donatio sũ datorum Collegij Habac.

OMnium agnitioni certe pateat, quemadmodum *Nortpertus* Præsul *Curiensis* pro æterna retributione quasdam sui hæreditarias proprietates, id est villã

Heibach

Heibach cum tribus viculis ex silua adiacente cultis, & cum omni territorio suo, & prædium quod dicitur *Riet* & Hubam dimidiam ad *Arnoltesriedt*, juxta lacum *Wirmsee* & ad *Eberoluingen* Hubam dimidiam, ad *Ougelstat* sextam partem Ecclesiæ, & tale prædium quale ad *Oberenperues* habuit, & vineam ad *Pausanum* cum omnibus vtilitatibus ad ea ritè pertinentibus, hoc est mancipiis vtriusque sexus cultis & incultis, siluis, quæsitis & inquirendis, cunctisque aliis adpendiciis ad monasterium sancti *Vdalrici* Episcopi in prædicta villa *Heibach* à præfato Præsule *Nortperto* in Dei nomine iniciatum & constructum tradidit, ea videlicet ratione, vt fratribus inibi militantibus Deo in quantum ex eisdem bonis prouideri possit ad diuinum officium peragendum victus & vestitus singulis annis submi-nistrentur. Separauit autem in traditione *Adalperonem* de *Machtinstaine* à cæte-ra familia cum filiis & filiabus suis, & *Adelvvardum* cum *Vzino* filio suo & *Pezelinum* & *Hartvvicum* fratres, quia illos ministros Ecclesiæ eiusdem statuit, & vt per omnia æquales in lege & jure æquitatis illorum ministris ad Stauense pertinentibus essent, similiter agricolas Heibacēses in justitia sua agricolis Staphensensibus per omnia æquiparauit. Item prædictus Præsul quasdam proprietates seruos & ancillas à se acquisitas pari traditione ad præfatum monasterium, id est Ecclesiam totam ad *Sulzemmos* cum prędio ex *Amelperto* coēmpto nobili viro, ad *Holzburch* prædium quoddam Ecclesiam dimidiam ad *Epfenhusen* cum omnibus vtensilibus. Partem quartam Ecclesiæ ad *Houesteten* & agrum vnum, ad *Tainingen* prædium vnum & octauam partem Ecclesiæ Dyocęseos & agrum ab *Wichmanne* emptum *Biburch Widingen* dimidiam partem in agris, pratis, siluis, & omnibus vtensilibus. Ecclesiam dimidiam ad *Mamenhouen* cum tribus jugeris in vnoquoque territorio. Ad *Hattenhouen* prædium quoddam. Ad *Hohendorf* Ecclesiam totam cum decima, prædium *Langennovva* cum terminis & omni territorio suo. Ad *Sindelestorf* prædium vnum. Ad *Habechvve Gerratesriet* & prata quædam satis optima. *Reginpræhetesriet*, *Stainperch*, *Hadepræteshusen* cum omni territorio. Ad *Lvvbeshalt* prędium cum omnibus vtensilibus suis. Ad *Secheringen* proprietatem *Vlschalci*. Ad *Hugolfingen* villicationem tradidit præsentibus Canonicis eiusdem loci & *Sigemaro* defensore traditionem accipiente. Testes nobiles Gebeno de Rotse. & Fridrich fratres, Adalpero de Sestten. Ato de Ebroluingen, Adalbero de Sindelestoref, Boppo de Wineden, Magenes de Lohehusen, Rudolf de Vvvelsteten, Wezel de Egoluingen & Hartvvich Egenolf de Chumezdorf, Hainrich de Tietenhusen, Vdalrich de Sueuia, Ilsunch de Telues, Gothalm & alij quam plures. Anno incarnationis Domini Millesimo LXXXIII. Indictione VI. Regnante autem *Hainrico* Imperatore *Heinrici* Imperatoris filio, traditio facta est.

In nomine Sanctę & Indiuiduæ Trinitatis eiusdem inseparabilis vnitatis. Nouerint omnes fideles Christi præsentes & futuri qualiter ego *Herimannus Augustensis* Ecclesię Præsul indignus, quoddam prædium in *Sulzimos* situm, à *Schirensibus* monachis per manum aduocati eorum *Ottonis* Palatini Comitis pro quibusdam decimis, legitima commutatione nobis contraditum, nos delegari fecimus per manum *Wernheri* Aduocati nostri, ad altare sancti *Vdalrici* in *Hegebach* pro ampliando præbendali stipendio fratrum ibidem Deo & sanctis eius famulantium consilio & subscriptione fratrum nostrorum *Aug.* Canonicorum & ob fidele seruitium dilecti filij & Archidiaconi nostri *Hildiberti* eiusdem loci Præpositi. Præterea quandam Ecclesiæ nostræ ancillam nomine *Grannevvibam* & filium eius *Megenhardum* cum sorore sua *Richilda*, quos ipse à nobis beneficiali jure habuit, delegauimus ad ipsum supradictum altare, ipsis hoc petentibus, ea videlicet conditione, vt à nullo illius loci Præposito queant alicui in-

beneficium præstari scil: prædia fratrum Ecclesiæ supradictæ possideant & excolant & communi eorum vsui deseruiant. Vt autem hæc traditio stabilis & inconuulsa permaneat, hanc cartam conscribi & sigillo nostro consignari fecimus. Testes sunt huius rei ex Canonicis Chonrad Vicedominus & Præpositus' Werenher. Dec, Sigiboto Vto Archidiaconi, Helembrecht Præpositus de Wisc ... Ex militibus Wernher Aduocati filius, Friderich de Schiringen., Heinrich & frater eius Dietprecht de Gnozzisheim. Ex ministerialibus Marquart Cammer Sigevvin, Vdalrich, Otto, Heinrich, Eppo & alij quam plurimi. Actum est ..... Dom. M C.XXX. Indictione... Præsidente PP. *Honorio*. & Regnante *Lothario* Rom. Rege.

In nomine sanctæ & indiuiduę Trinitatis Amen. Quia memoriam hominum secum rapit labentium temporum cursus, inuenta sunt cōmoda scripturarum, ne lites judicio vel concordia terminatę in recidiuæ contentionis scrupulum relabantur. Notum igitur esse cupimus præsentibus & futuris omnibus præsentium paginam inspecturis, quod Ego Comes *Perhtoldus* de *Eschiloch* & frater meus Comes *Heinricus* de *Lichteneke* diuina amoniti inspiratione, superlite & contentione quæ vertebatur inter nos & Ecclesiam *Heibacensem* pro Ecclesia in *Rücheſſe*, quam ipsi tempore *Sifridi Augusten.* Episcopi, & de consilio & consensu Capituli eiusdem adepti sunt, sed longè contra voluntatem nostrā, quia nobis videbatur Ius patronatus eiusdem Ecclesiæ ad nos pertinuisse, sicut intellexeramus à parentibus & ab anteceſſoribus nostris, vnde indignati sumus contra ipsos & grauati sunt ex parte nostra, in decimis, in dote, tā diu quod ad querimoniam ipsorum positi fuimus sub interdicto, nos & homines nostri. Processu verò temporis ad instantiam Domini *Hainrici* de *Wilhaim* Aduocati eiusdem Ecclesiæ bonorum virorum, & præcipuè intuitu Dei & pro remedio animæ nostræ & omnium parentū nostrorum concessimus, quod lis & contentio nostra sopita est, tali cōditione, quod omni jure nostro, quod habere credebamus, abrenunciauimus & contradiximus & contulimus prædictę Heibacens. Ecclesiæ, perpetuo possidendā & Canonicorū vsui ibidē Deo seruientiū profuturam, tali exceptione, quod nos pro tempore vitæ nostræ & omnes hæredes nostri pleno jure Aduocatię prædictæ Ecclesiæ in *Rucheſſe*, liberè & quietè vti debeamus, & hoc ita care, sicut diligamus animas nostras, & vtillas conseruemus, ipse præstare dignetur, qui viuit & regnat Deus. Amen. Vt autē factū nostrū stabile permaneret, & nec posset à posteris seu ab hæredibus nostris infirmari, literarū nostrarum volumus & sigilli nostri munimine roborari. Actum publicè M.CC.XLVI. incarnati verbi año. Testes igitur ex parte nostra Perhtoldus filiꝰ Comitis Perhtoldi, Heinricus de Seeueldt, ... ber ... Hainricus miles de Husen .... Dietricus, Meinfridus ..... Pc. ..... Perhtoldus de Egoluingen .... comitis .... & alij quā plures. Testes ex parte Ecclesiæ Dominus Eberhardus Canonicus Frisingen. & frater Aduocati, Canonici Heibacens. Hermañus Plebanus de Sulzemos, Perhtoldus, Rudolfus, Vlricus, Hainricus, Sacerdotes Canonici Heibacen. Scholasticus eiusdē Hainricus, Hainricus miles eiusdē, Heinricus cognomine Atterstain, Perhtoldus Detters, Wernherus, Chunradus Zozel, Bernhardus, Otto, Wichmā, Vlrich, Hainrich, Perhtold, Hainrich, Friderich, & alij quam plures.

Confirmauit hanc Cæſ. Ludouici approbationem & confirmationem filius eius Ludouicus Marchio

LVDOVICVS quartus Dei gratia., Romanorum Imperator semper Augustus ad perpetuam rei memoriam. Desiderij votum cessæ celsitudinis nostræ, tunc nempe saturatur ad plenum, cum pię considerationis studio Imperialis sollertia deuotorum imperij augmentat commoda & honores. hoc etsi cunctis summopere ex commissæ nobis administrationis debito cupidis animis facere teneamur, fortius tamen non dubium diuinis personis dedicatis obsequiis, ob eorum benemerita, cum eius sint serui, per quem Reges regnant, &

Principes

Principes in gentibus dominantur, ad id feruentius astringimur faciendum. Nostri igitur cordis volumina jugi meditatione voluentes, pio pensamus affectu, quantis tribulationum miseriis, quantisque oppressionum molestiis Monasterium Ecclesia in *Hebach* situatum in Ducatu nostro *Bauariæ*, Dioces. *Aug.* contra primæuam ipsius institutionem, per viros nobiles vniuersos de *Seuelt*, qui ipsius Ecclesiæ aduocatos jam multis annis quamquam minus dignè se adscripserunt, & eorum subditos contra Deum & justitiam incessanter opprimitur, hoc veluti ptęcipuum ponderantes, quod ipsum Monasterium seu Ecclesia per quondam venerabilem *Nortpertum* præsulem *Curiensem* fundatorem eiusdem, hac conditione modo & pacto fuit constructa, jure quoque aduocatitio sit suppositа & submissa: Quod si aduocatus ille qui pro tempore fuerit ipsam Ecclesiam seu personas ibidem Deo famulantes iniustè grauauerit, ipsam in personis, bonis & rebus vltra debitum molestauerit, Tuncipsi . . Præpositus, Decanus & Capitulum hoc sentientes, proclamare poterunt ad eum, qui tunc Præsul *Aug.* exstiterit, qui ipsis infra spacium sex mensium alium legalem & honestum hominem pro aduocato tenebitur instituere. Quod si Præsul ille facere neglexerit, & forsan collusus cum aduocato malefico, ad ipsius potius destructionem Ecclesiæ quam releuationem intenderet, post hoc nos vel is qui pro tempore Rex vel Imperator Romanorum extiterit, si idem Præpositus . . Decanus & Capitulum ad nos proclamauerint, datis per eos super altare beatæ Mariæ Virginis duobus Pisantinis ab Episcopo *August.* & omni Aduocatorum potestate solutam penitus Aduocatiam dictæ Ecclesiæ nobis & Imperio attrahere possumus & debemus. . Dei ac sue genitricis beatæ Virginis Mariæ intuitu, nec non ob remedium animarum progenitorum nostrorum, & salutem propriam cupientes dictam Ecclesiam perpetua pacis tranquillitate gaudere, vt ipsa Ecclesia à tam iniquis in antea Aduocatorum oppressionibus liberetur, Venerabilem Vlricum electum & confirmatum Ecclesię *August.* nostrum & Imperij Principem deuotum, cum, vt prædicitur, præfati de *Seueld* propter intollerabiles eorum excessus, aduocatia ipsius Ecclesiæ penitus reddiderint se indignos, pro ipsis, Prepposito . . Decano & Capitulo, & ad eorum requisitionem instantem interpellauimus, & ab eo requisiuimus humiliter & deuote, vt ipsis aduocatum aliquem honestum, pium, legalem, & mansuetum hominem instituеret, prout ex ipsorum prima fundatione suo officio incumbebat. Qui veluti pastor diligens gregem suum non deserens, de excessibus & grauaminibus dictorum de *Seuelt* diligentissima inquisitione præmissa, nec non matura deliberatione valde prehabita, de consensu & voluntate nostra prefato Monasterio seu Ecclesiæ in *Hebach*, personis, bonis hominibus, rebus & possessionibus ipsi Ecclesiæ pertinentibus vniuersis, ipsam ab omni aliorum quorumcunque etiam Aduocatorum potestate penitus eximendo, Honorabilem Magistrum Monasterij Sanctæ *Mariæ* in *Etal*, diœcesis *Aug.* nouæ structuræ nostræ, qui nunc est, aut eum qui pro tempore fuerit, Aduocatum seu defensorem dicti Monasterij instituit, & etiam de cætero valido perpetue ordinauit modis tamen & condicionibus adiectis infrascriptis, videlicet quod idem Præpositus . . Decanus & Capitulum Ecclesiæ in *Hæbach* prędicto, præfato Magistro & ipsi Monasterio in *Etal*, ad Granarium suum in *Murnauu*, in signum defensionis, & pro jure aduocatitio annuatim dare debent in festo Beati *Martini* XXIV. modios auenæ mensuræ oppidi nostri in *Weilheim*, & XII. oues eiusdem anni, vltra id nulli omnino hominum ad quodcumque seruitium præstandum directè vel indirectè quouis quæsito colore quomodolibet obligatur, nullaque fodra, collectas, exactiones vel steuuras, ipsi, vel ipsorum homines dare debebunt

Brandemburg &c. feria tertia ante diem S. Dionysij An. Do. 1353. Item renouauit Serenissimus Boior. Dux Guilelmus, Monachij, in vigilia SS. Apostolorũ Simonis & Iudæ An. 1587. Hegibach

Hegibach

occasione quacunque, exceptis duntaxat censibus suprascriptis, vel quemadmodum continuo nostris in votis gerimus, vt locis diuino cultui dedicatis, quietis & pacis cenaculum præparemus inducti & allecti precibus ... Præpositi, Decani & Capituli prædictorum ad gestorum pleniorem firmitatem atque robur, dictam aduocati institutionem seu ordinationem præsentis scripti patrocinio perpetuè valituro roborantes, ipsam approbamus, ratificamus, ac etiam in Dei nomine confirmamus, Vniuersis & singulis Ducibus, Comitibus, Baronibus, Magnatibus, Nobilibus & ignobilibus, nostrisque in Imperio, & etiam Ducatus *Bauariæ* officialibus, cæterisque Imperij fidelibus quibuscumque, cuiuscumque status seu condicionis existent districtius inhibentes, ne dictum Monasterium seu Ecclesiam, personas ac homines ei pertinentes quouismodo vltra præmissa molestent, impediant, ac perturbent, quicquam ab eis etiam occasione quacumque quomodolibet exigendo aut grauando aliàs sicuti Dei & nostram diram voluerint euitare vltionem. Hoc ipsis semper refugij remedio reseruato, quod si Aduocatus prædictus qui nunc est aut pro tempore fuerit, ipsos vltra præmissa plus debito grauauerit aut molestauerit in personis, hominibus, bonis, rebus aut personis eorundem ipsi ex tunc optionem habeant ab Episcopo August. qui similiter pro tempore fuerit, Aduocatum alium postulandi. Qui si aduocatum eis dare neglexerit habebunt procedere juxta formam in ipsorum institutione eis traditam & concessam cui institutioni seu fundationi per hanc ordinationem nullatenus derogetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ confirmationis & approbationis paginam infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit præter nostram indignationem pœnam XX. librarum auri puri, quarum medietatem fisco id est nostræ Imperiali cammeræ, reliquam verò iniuriam passis applicari volumus, ipso facto se nouerit incursurũ, in cuius rei testimonium præsentes conscribi & nostræ maiestatis sigillo jussimus communiri. Datum *Aug.* An. Domini M. CCC. XXXII. In die beatorum Philippi & Iacobi apostolorum. Regni nostri anno XVIII. Imperij vero quinto.

Innocentius Episcopus Seruus Seruorum Dei. dilectis filiis Capitulo Ecclesiæ sancti Vdalrici in *Hevvbach Augusten.* Dioces. Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri, ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia vel alia indulta, vobis & Ecclesiæ vestræ, quæ *Maguntin.* Prouinciæ existit illiusq; mensæ Capitulari concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionũ, à Regibus & Principibus ac aliis Christi fidelibus, vobis & eisdẽ Ecclesiæ & mensæ rationabiliter indultas, specialiter autem decimas, primitias, fructus, redditus, prouentus, grangias, domos, terras, possessiones, aliaq; mobilia & imobilia bona ad Ecclesiã & mensã prædictas legitimè spectantia, nec nõ S. *Stephani* in *Ruegse*, & S. *Ioannis Baptistæ* in *Hofhaim*, & S. *Georgij in Sindelstorf*, nec non S. *Martini* in *Durrenhausen* ac beatæ *Mariæ* Virginis in *Inchendorf* parochiales Ecclesias & Capellam beatæ *Mariæ* in *Rain Aug. Dioc.* eiusdẽ prouincię, quas cum omnibus juribus & pertinentiis suis Ecclesiæ S. Vdalrici seu mensę prędictis canonicè vnitas esse asseritis, sicut ea omnia justè & pacificè possidetis, vobis & per vos Ecclesiæ S. *Vdalrici* & mensæ prædictis, auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio cõmunimus. Salua in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confir-

confirmationis & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo primo. Quinto Idus Octobris Pontificatus nostri anno octauo.

S. Serrano.

Ach de Maffeis A de Balla panibus

Io. Vittor.

Catalogum Præpositorum Hæbacensium, hactenus nulla prætermissa indagandi diligentia, consequi non potui. Culpam an temporum iniuriæ, an verius socordiæ posteritatis adscribam, in medio relinquo.

NE tamen nihil omnino adferam; commemorabo vna cum vetustioribus nonnullis, à moderno Dn. Præposito mihi subministratis, recentiores, & quos noui ego Præpositos; viros tales, quorum memoria nulla obliuione obrui debet:

BERCHTOLDVS Truchsās de Kúllental, Decan. Cathedral. Augustan. Præpositus Hâbacensis.

IOHANNES Wiltzgefôrch Decretor. L. Archidiaconus Augustan. Præpos. Hâbaceñ. circ. an. Dñi 1403.

LEONARDVS Gasl Decretorum L. Archidiaconus August. an. 1452.

PETRVS Biechler Canonic. Cathedral. Augustan. sub an. 1480.

VDALRICVS Rriederer, Præpos. Hâbacensis an 1511.

CONRADVS Hofer Capellanus aulicus & eleemosynarius Ducum Bauar. an. 1562.

GABRIEL Lafentaler confessarius Ser^mæ Princ. Annæ Alberti V. viduę Austrię Archduc. an. 1592.

MATTHÆVS Althamer Ser^mo Duc. Guilielmo. à sacris, &c. an. 1595.

ALBERTVS Hungerus SS. Theolog. Doctor, Ser^morum Boiariæ Ducum Consiliarius, Academiæ Ingolstadien. Procancellarius, Professor primarius, Canonicus Cathedral. Eccles. Passauien. &c. an. 1602.

HENRICVS Anslæus Anglus, S. Theol. L. Ser^morum Boiariorum Ducũ Guilelmi & Maximiliani Sacellanus, Consiliarius & Canon. Ducalis Ecclesiæ Collegiatæ ad D. Virginem Monachij, prępositura adeptus an. 1604. adhuc superstes.

Heilig Berg *ANDEX. Videibi, Andex.*

HOCHENVVART MONASTERIVM MONIALIVM ORDINIS S. BENEDICTI.

SECVNDVM Ioan. Auent. Sumuntorium vel Alta specula, celebris olim arx Comitum Andecen. & Taurensium qui inter Halam & Oenipontē antiquitus habitantes, inde hoc Monasterium in hodiernum diem certos habet redditus, nempe ex villa Thaur. &c. Ab hac arce quoque Comites de Alta specula vel Hochenvvartenses dicti (arcem etiam Schrobenhusianam condidisse perhibentur) nunc verò Monialium Benedictinæ professionis & Augustanæ Diœceseos

ceſeos elegans, in amœniſſimoque monte ad Parrium fluuiolum ſitum Cœnobium, fundatum & ex arce in Oratorium, ex domo venationum & voluptatum in precationum & honeſtorum ſtudiorum domum conuerſum eſt à Rapothone, Com. de Tauris, eiuſque coniuge Hemma, Auſtriæ Duciſſa (quam Bruſchius alio loco de Monaſterio Thierhaupten, Com. de Tonavverd vocat, quod veriſimilius eſt) amborumque horum honeſtiſſimorum coniugum liberis, Ortolpho & Willitrude, in hoc ipſo Cœnobio quieſcentibus, de quibus tale ibi legitur Epigramma:

Ortolph VViltrudis huic clauſtro cauſſa ſalutis.
Poſcunt obſequia ſub munere quotidiana.
Hemma quibus mater, Rapotho quippe pater.

TEMPLVM Summuntorianum B. Virgini Mariæ & S. Petro Apoſtolorum Principi dicatum & conſecratum eſt, anno Domini 1074. Indictione XII. ab Imbricone Epiſcopo Auguſtano, ſub Imperatore Heinrico quarto. Ortolphus Comes verus fundator interfuit expeditioni aduerſus Saracenos in Iudæam, ſuſceptæ à Godefrido Bulionenſi Nobiliſſimo, & victorioſiſſimo Lorharingiæ Principe, quem adiuuit etiam in recuperanda terra ſancta & occupandis Hieroſolymis, anno Domini 1099 Idcirco inſignib. priuilegiis & plurimis reliquiis (quæ certis temporib. magna veneratione in hoc Cœnobio annuatim oſtendi ſolent) donatus eſt à Roman. Eccleſiæ Pontificibus. Obiit verò Ortolphus Comes in itinere, cum rediret à terra ſancta, antequam patriæ appuliſſet, ad quam tamen mortuus reuectus, & in templo hoc Hochenvvartenſi honorificè reconditus & humatus eſt, prope ſororem ac parentes. Poſt obitum fratris Ortolphi, Domina Wiltrudis omnia bona paterna collecta piarum ſororum congregationi, & incepta à parentibus ac fratre domui Dei tradidit, cuius ipſa prima legitur fuiſſe Gubernatrix & Abbatiſſa. Obiit anno 1081. ex Chron. Monaſt. Extat de ea tale adhuc in Cœnobij monumentis epigramma:

Quando valedixit VViltrudis inclyta mun-]*do*
Floruit hic primo per eam monaſticus or-

TVMVLO eiuſdem primæ huius loci & fundatricis & gubernatricis tales antiquitus ſuperadditi fuerunt verſiculi, nunc omnino aboliti.

Virgo flos florum, præclarè nitens, Superorum
Gemma, tibi vota perſoluens concio tota
Per te ſaluari petit, & profine beari.

Intelligendum cum grano ſalis. Nimirum Iesus quidē Mediator redemptionis Chriſtus Ieſus, multi verò interceſſionis. &c. Vt patet ex Veteri & nouo Teſtamento.

Extat ibi totum corp⁹ B. Virginis Richildis, ac oſſa B. Iulianæ virginis, ex ſocietate S. Vrſulæ, cum multis aliis ſanctorum reliquiis, olim propter perſecutionem abſconditis ac quaſi perditis, repertis verò poſtea ſub Alberto, Duce Bauariæ, tempore reformationis huius Monaſt. præſidente Abbatiſſa, Barbara Hinzenhauſerin. ex Neuburgenſi Monaſterio huc vocata &c. Anno 1485.

FVNDATORVM bis in anno, cum diuinis officiis & diſtributione eleemoſynæ celebratur anniuerſarius, ſimiliter in die animarum anniuerſaria fundata. Collatio ſeu ius patronatus Parochiæ in Schrobenhauſen, cum duabus Miſſis, teloneo, tribus molendinis, iure piſcandi ac decimis ibidem, ad hoc Cœnobiū per-

pertinent, similiter collatio Missarum in vico Hochenvvart, ac Ecclesia Lauterpach, vineas habet in Kelhaim parũ vtiles, & quædã p̃dia in Comitatu Tyrolẽsi.

SEPVLTI sunt ibi nobiles Iudmañi de Arnpach, Sãdicelleri ac Starzhauserij de Adlzhausẽ, itẽ die Vogt von Arenpach, fuerũt aliquãdo Aduocati huius Monasterij, nẽpe Vlric⁹ Vogt, certis tamẽ conditionib. & modis, scilicet vt ãnuatim non plus quàm vnã mutam auenæ, & vnum agnũ acciperet, à steuris & aliis exactionib. abstineret, vt decisũ fuerat p̃ Ruedolphũ Ducẽ Bauariæ, confirmatum per Ludouicum IV. Imperatorem, & Ludouicũ Marchionem filium, anno Domini 1348. verisimile est, hos nomen ab hac Aduocatia sibi sumpsisse.

CONSECRATVM est iterum templum huius, Monasterij sub Adlhaide secũda, quæ præfuit an. 1240. sub Gregorio nono Pont. & Fridérico Imperatore, à Sibothone, Episcopo Augustano.

SVB gubernatione Catharinę Voglhuterin, quæ an. 1511. electa, obiit an. 1545. incendio periit Cœnobium. anno 1516. per ipsam mediocriter refectum & restauratum.

ANNO 1547. in bello Germanico seu Schmalkaldico Cœnobium direptum & spoliatum est, tã ab hostibus, quàm á vicinis &c. sub D. Scholastica Poppenpergerin Abbatissa &c.

ITEM an. 1569. Clinodia & reliquiæ huius Monasterij nocte, fractis ferramentis Sacrarij, per aliquot sacrilegos nebulones rapta; elapsis aliquot mensibus, quædam reliquiæ in dẽsitate quadam nemoris Hagnau prope Schrobenhausen fortuito repertæ, citra tamen aurum & argentum, quæ sacrilegi ibidem, post raptum inter se diuiserunt; pleriq; illorum variis in locis, ac ob alia maleficia, posteà capti, meritas luerunt pœnas &c.

ANNO 1572. sub Abbatissa, Barbara Brenzingerin, muliere cordata, ac ad rem domesticam attenta, ædificia Monasterij vetustate penè collapsa, incepta sunt refici, restaurari, ac quasi de nouo extrui, non sine ope Illustrissimi Principis Alberti, Ducis Bauariæ ac coniugis suæ &c. Quod Deus bene vertat.

ADDITIONES.

DE *Summuntorio* siue *Submontorio Rhetiæ* oppido, *Antonino* Cæs. & *Notitiar. vtr. Imp.* non incognito vide *Delineat Norici vet. Nomenclator* pag. 210.

Monasterium *Hohenvvart* incendium aliquoties passum, & tumultus bellicos, de antiquis monumentis parum aut pene nihil producere habet. Dn. Abbatissa commemorat circa monumentum fundatorum olim hos fuisse lectos versus.

Quando valedixit VViltrudis *inclyta mundo.*
Floruit hic primo per eam Monasticus ordo.

Bruschius in sua de Monasteriis Centur. sequentia refert: *Summontorium* vel alta specula, Germanicè **Hochenwart** / celebris olim arx Comitum *Taurensium* qui inter *Halam* & *Oenipontem* antiquitus habitantes, ab hac arce Comites quoque de alta specula, vel *Hohenvvartenses* dicti, arcem etiam *Schrobenhusianam* condidisse perhibentur. Nunc verò Monialiũ *Benedictinæ* professionis & *Augustanæ* Dioceseos elegans, in amæniss imoq; monte ad *Parrium* fluuiolũ situm Cœnobium fundatum & ex arce in oratorium, domo venationum & voluptatum in precationum & honestorum studiorm domum conuersum est à *Rapothone* Comite de *Taufers*, eiusque coniuge *Hemma** *Austriæ* Ducissa, amborumque horum honestissimorum coniugum liberis *Ortolpho*

*err. Bruschii Vid. Hund. pag.

tolpho & *Willitrude*, in hocipso Cœnobio quiescentibus, &c. vt apud Hundium.

Refert Dñ. Abbatissa ex tradit. antiq. fuisse *Ortolpho* & *Willigiso* fratrem *Norpertum*, Episcopum *Curien.* & Præpositum *Augustanum*; pulsum Episcopatu ab aduersariis, fundatorem collegij *Hebacensis*.

Catalogus Abbatissarum.

I. WILITRDIS *fundatrix.*

II. LVICARDIS.

III. HILBVRGIS siue HAILBVRGIS.

IV. HIMELTRVDIS.

V. HILDEGARDIS *præfuit circa an. 1180. de qua in mortilogio scriptum reperitur: depositio b. Hildegardis.*

VI. VOTTA.

VII. ADELHEIDIS *Vögtin, præfuit circa an. 1215. & adiumento fratris sui* Gerungi Vogt *fornice clausit Capellam* B. *virginis* Richildis *ac an. 1218. denuo consecrari fecit.*

VIII. MECHTILDIS.

IX. ALHAIDIS *præfuit Monasterio circa an. 1222. & amplius.*

X. ADELHAIDIS II. *gubernauit circ. an. 1240 sub* Gregorio *IX. Pont Max. &* Friderico II. *Imp. sub cuius gubernatione consecratum est templum iterum à* Sibothone *Episcopo* Augustano, *qui post modum resignato Episcopatu, induit ordinem Cistercien in monasterio* Kaisersheim.

XI. SOPHIA *præfuit an. 1244 sub* Innocentio *IV. P. Max.*

XII. ADELHAIDIS *præf. an 1278.*

XIII. BENEDICTA *Brusch.* Bertha.

XIV BERTHA *bene præf. temporibus Dn.* Friderici *Episcopi* Augustani *circa ann. 1316. sub ipsius regimine legata fuit Decima in* Aresing *pro subleuanda paupertate Monasterii, & anniuersario perpetuo à Dn.* Adelhaide Sibenherin.

XV. AGNES Kölnerin *præf. An. 1336. & vltra. Huic concessit Cæs.* Ludouicus *Priuilegium immunitatis à Steuris, eorum donorum quæ aduocatitium soluunt ann. 1341.*

Variat Brusch. in ordine Abbatissarū: sed nos designationē ex Monasterio trāsmissam sequimur.

XVI. ELISABETHA *à* Starzhausen. *præf. an. 1352. lis. tunc. exorta fuit super teloneo in* Schrobenhausen, *& transact. litteræ confectæ.*

XVII. ELISABETHA Fudmannin. *præf. bene an. 1366.*

XVIII. BERTHA II. *præsedit an. 1373.*

XIX. AGNES II. *an. 1384.*

XX. OSANNA de Parsperg *præfuit vltra an. 28. ob. an. 1430. die 19. Aprilis.*

XXI. ÆMILIA *de* Appersperg, *ob. ann 1447. die 21. Iulij.*

XXII. AGNES Hörnerin *pecorum pastoris in* Holzen *filia, electa fuit contra voluntatem suam & præter spem omnium Monasterium rest aurauit, diu benè & laudabiliter præf. mortua tandem an. 1468, die 25. Ianuarj.*

XXIII. CLARA *ab* Höhenkirchen, *industria Abbatissæ Agnetis imitatrix; construxit turrim campanarum; & campanam fieri curauit; ad cuius formam cæteræ omnes campanæ post conflagrationem fusæ sunt. Fontem quoque in atrio Monasterii ante Abbatiam firmo & permanente opere erexit. præf. an. 15. diem functa extremum an. 1483. die 6. Mayrelictis post se Dn. Conuentualibus subnotatis:* Sophia Truckfässlin. Anna Puchouerin. Anna Hinzenhauserin. Barbara Gurrin. Anna Hinzenhauserin juniore. Margareta Minhausc-

hauſerin. Catharina Schaltdorfferin.

XXIV. VERONICA à Seckendorff *poſtulata ex Monaſterio* S. Walpurgis Eychſtadij, *elig an. 1483. die 22 May præf. ſeptimanis ſolummodo octodecem. defuncta die decima tertia menſis Octobris.*

XXV. BARBARA *ab* Hinzenhauſen, *poſtulata è Monaſterio* Neoburgen. *ad* Danubium *circa an. Dni 1483. præfuit laudabiliter an. 6 menſ. totidem. ſub cuius electionem ad Abbatiam reformatum fuit per R^mos. Dn^os. Andræam Abbatem montis ſancti* Andex, *& Dn.* Georgium *Abbatem in* Scheyrn, *moderante* Bauariam *Duce* Alberto *IV ſub Epiſcopo Auguſtano* Ioanne, *Comite* Würtembergen.

Diu latuerant reliquiæ SS. in hoc Monaſterio aſſeruatæ quæ repertæ publicè oſtentari ceperunt an. 1485. Ipſa Abbatiſſa diè ſupremum clauſit, 18 Februarij an. 1490.

XXVI. KVNEGVNDIS Böcklin, *ex nobili familia orta, ſimiliter ex* Neuburgē. *Monaſterio ad Abbatiam fuit vocata, præfuit an. 21 & propter grauem infirmitatem reſignauit an 1511. ſuperuixitq; an. nouem.*

XXVII. CATHARINA Voglhütterin, *ex oppido* Kützpühel *oriunda eligitur anno 1511. gubernauit an 34. an. 1516. in feſto S.* Vrbani *tacta fuit fulmine turris campanarum totumque tectum conflagrauit & ſimilia damna quoq; alias ſenſit, mortua eſt an 1545. in feſto S.* Matthiæ *Apoſtoli.*

XXVIII. SCHOLASTICA *à* Pappenperg *pulſa Monaſterio Bergenſi facta eſt Abbatiſſa in* Hochenvvart, *an 1545. menſe Martio. Præfuit quidem vtiliter & cum laude: ſed in bello* Smalcaldico *Monaſterium à* Scherteho *& ſuis complicib. multa damna accepit, ſed & ciues quoq; in vico* Hohenvvart, *varias Abbatiſſæ ſuiſq; calamitates intulerunt ob. Abbatiſ. an. 1563. die 26 Martij.*

XXIX. CORDVLA Burckhartin. *& ipſa Monaſterio* Bergen. *pulſa ſucceſſit* Dn. Scholaſticæ *fœmina fuit pia imprimis ac deuota quæ in iuuētute ſua, poſt quā ex monaſterio* Bergen. Hohenvvartum *conceſſerat, Cœnobio multis modis vtilis fuit. Altare in Choro ſiue ſummum propria manu pinxit: elegantes cantionum libros ſcripſit *cum imaginibus perpulchris artificioſe acu pinxit &. Ipſa vendidit bona Monaſterij ſita in* Taufers, *& viciniora in his partib. ppter ſumptus in bello erogandos oppignorata redemit. præfuit ob grandiorem ætatem annis duntaxat quinq; obiit mortem. an. 1568. vndecima die May.*

2 Rach mäntl.

XXX. BARBARA Prenzingerin, *Conuentualis in* Hohenvvart, *eligitur die 3. Iunij. an. 1568. confirmata iure q; merito altera fundatrix indigitatur: cultum diuinum mire auxit nouum conuentum plantauit, prudens. fœmina & rei familiaris experientiſsima, lites contra ciues vici in H obtinuit; & procurato egregie Monaſterij commodo obiit die 7. Nouembr. an. 1590. relicto magno ſui desiderio.*

* quamuis multa magnaq; calamitates Vndiq; ingruerent, nihilominus tamen.

XXXI. ANNA Mandtlacherin, *vnanimi totius Conuentus voce eligitur die 3. Decembr an 1590. præfuit benè vtiliter annis fere 23. An. 1591. altera facta eſt reformatio Monaſterij per Illuſtriſsim. & Reuerendiſ. Dn.* Ioannis Ottonis *Epiſcopi* Auguſtani *Vicarium generalem, Dn.* Hieronymum Stor *ab* Oſtrorach, *an. 1598. aquæ ductus ad Monaſterium & loca alia confecti fuerunt ope & auxilio Generoſæ Dn.* Annæ Fuggerin, *Baroniſſæ, ex familia* Iſlingorum *de* Trazberg.

hydraulicū opus in Monaſterio & locis aliis paratum.

Graues ſanè eaſque graues calamitates ſub regimine huius Abbatiſſæ Monaſterio acciderunt, quas tamen omnes Deo opitulante, induſtria & dili-

diligenti administratione sua superauit. Denascitur denique an. 1613 die 4. Martij sepulta in templo ante altare S. Annæ.

Sancti Iacobi Scotorum Ratisponæ.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis feliciter. Amen. *Sigismundus* Dei gratia, Romanorum Imperator semper Augustus, ac *Vngariæ*, *Bohemiæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ*, &c. Rex, ad perpetuam rei memoriam. Ad hoc summi dispensatione consilij Imperialis & regij fastigij obtinuimus dignitatem, ad hoc sacri Romani Imperij suscepimus diadema, vt si ad alia extrinseca debita sollicitudo nos prouocet, ad ea tamen quæ statum felicem, & quietem ad incrementum jurium, gratiarum & libertatum personarum religiosarum respiciunt, tanto intendamus vberius, quanto nostrum præ ceteris mundi Principibus solium magnificentius erexit cælestis prouidentia creatoris. Sanè pro parte religiosorum Abbatis, Prioris & Conuentus Monasterij *Scotorum* & *Tbernicorum* de maiori *Scotia*, in *Ratisbona*, deuotorum nostrorum, oblata nostræ celsitudini supplex petitio continebat, Quatenus ipsis & eorum Monasterio, de innata nobis pietate, & solita clementia vniuersa & singula Priuilegia, iura, litteras, indulta, libertates, immunitates, gratias, donationes & concessiones, eis & eorum Monasterio, à diuis quondam Romanorum Imperatoribus & Regibus, nostris prædecessoribus, data & concessa, ac datas & concessas, & signanter priuilegium quoddam, à diuæ memoriæ *Friderico* quondam Romanorum Rege, prædecessore nostro sibi collatum & concessum, innouare, approbare, ratificare, ac confirmare gratiosius dignaremur. Cuius quidem Priuilegii tenor sequitur per omnia in hæc verba: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus* secũdus diuina fauente clementia *Romanorum* Rex & semper Augustus, & Rex *Siciliæ*. Si viris religiosis fauoris & munificentiæ gratiam impenderimus, temporalium & æternorum bonorum retributionem indubitanter consecuturos esse speramus. Quapropter notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris quã præsentibus, qualiter Monasterium *Scotorum Ratisbon.* ante portam occidentalem constructum, nec non & Ecclesiam in *VVihn S. Petri* vulgo dictam, in Orientali eiusdem ciuitatis suburbio portam, ad idem Monasterium S. *Iacobi Scotorum* attinentem, secundum tenorem firmæ libertatis Priuilegiorum antecessorum nostrorum Romanorum Imperatorum & Regum *Henrici* tertij, *Henrici* quarti, & *Lotharij*, & *Friderici*, ob honorem & venerationem beatorum Apostolorum *Petri* ac *Iacobi* rogatu *Matthæi* Abbatis & fratrum eiusdem Monasterij atque fratrum Ecclesiæ sancti *Petri*, supplicatione, quæ *Scotis* Monasterij S. *Iacobi* subdita esse probatur, cum omnibus bonis & possessionibus, quas modo habent rationabiliter, & quas in posterum specialibus nominibus designabimus aut in futurum iustis modis sunt habituri, in Muntiburdium defensionis nostræ suscipimus, eo scilicet tenore, vt sicut constitutum est à supradictis Imperatoribus, idem Monasterium sancti *Iacobi*, ac Ecclesia sancti *Petri* nec non ea bona sibi attinentia, ac ibidem solummodo Scoti inhabitantes, & nulli alij perpetuam habeant libertatem, nec ab aliqua persona, magna vel parua grauentur, nec quidquam seruitij, nisi soli Deo & sanctis eius reddere cogantur, nequealiqua persona maior vel minor, in eos, aut in bona eorum, qualemcunque dominationem habeant, præter nos, & successores nostros Reges vel Imperatores, sed securi maneant absque omni iectione vel perturbatione, orantes pro se, & pro statu Imperij, ac totius Ecclesiæ salute. Nomina autem possessionum hæc sunt: Manspach/ Laltenberg/ Tegernheim/ Gundolsingen/ cum piscaturis

Rewt/

Rewt/ Kindenhaus/ Gebelchouen/ Wernsing/ Kneuting/ cum vineis suis,& Capella sua Bochesbrugk cum Capella sua & decimis. Trewling/ Tietelndorff/ superius & inferiùs cum siluis & piscaturis, cæterisque appendiciis circumquaq; sibi adiacentibus, Marckstett/ Machtenfeldt/ Tessenhül/ Oberkof/ Molendinũ apud Sinzingen/ Griestett cum Capella, siluis, piscaturis, molendinis, Ansidel/ Dietfurt/ Halthauß/ Vogelthal/ Gundolshausen/ Britz/ cum Capella, Lienberch/ Graffenberch Obergundelfing/ Jachenhausen/ Müldorff/ Fingenthal/ Westenholtz/ molendinum apud Brunne/ duo molendina apud Laber/ Essenberch/ Pereckstett/ Hundhaben/ Helmbühel cum appendiciis suis Hart/ Kembnat/ Hünberch/ Rict/ palcualis, Stetteuhouen/ Surchansen/ Gierhansen/ Kärrin/ Tränckhausen/ Warmansdorff/ duæ vineæ ad pedem pontis *Ratisbonen.* Menslo/ Lewrendorff/ Hütchof/ Münchsreut/ Canstein/ Pülenhouen/ Chalbesing/ Schiltorn/ Krappenhof/ Sneithart/ Truckenhouen/ Pondorf/ Stock/ Alta/ vna curta apud Pfäter/ Hagenbuch/ Kager/ Hertzkonen/ Riedling/ Chöllenbach/ Hochdorff/ Eych/ Heyde/ Schur/ Friesshaim/ duę vineæ juxta Krnckenperg/ Wintzer/ cum molendino. duæ vineæ apud Ybspurck/ & area vna apud Persenberg/ & duos mansos in *Saze*, & sex mansos apud Schotting/ Snebhart occidentalis. Præterea decernimus, vt nulli liceat Aduocatiam eorũ concedere, habere, aut dare, nisi per nos & nostros successores Reges vel Imperatores, & cum conscientia Abbatis *Scotorum*, nec non & vetamus, & sigilli nostri impressione præcipimus, ne alicui eorum aduocato liceat bona eorum vsurpando, aut emere, aut renouando addere, sed solis *Scotis* tantumodo de bonis suis, pro vt melius & vtilius poterint, disponere liceat, sicut hactenꝰ temporibus antecessorũ nostrorum noscitur obseruatum. Aduocati vero, quib. comissa fuerit à nobis Aduocatia, vel à nostris successorib. Regib. vel Imperatoribus, & hoc rogatu *Scotorum*, obmissis omnib. collectionibus à villicis nil violenter accipiant, nisi secundum solam veteris iustitiæ mensuram.

Si quis autem hanc libertatem eis confringere præsumpserit, CCCtas marcas aurij compositurus banno nostro subiacebit, Medietatem Cameræ nostræ, & medietatem supradictæ Ecclesiæ. Vt autẽ hæc nostra concessio rata & intemerata in perpetuum permaneat, præsentem paginam scribi, & eam Maiestatis nostrę sigillo præcipimus communiri. Huius rei testes sunt Seyfridus Moguntinen. Archiepiscopus, Otto Frisingen. Episcopus. Conradus Ratisbonen. Episcopus. Hertvvicus Eystetensis Episcopus, Mangoldus Patauiẽsis Episcopꝰ, Fridericus Tridentinus Episcopus, Odacrius, Rex Bohemiæ, Hermannus Landtgrauius Duringiæ, Ludvvicus Dux Bauarię, Leopoldus Dux Austriæ, Henricus Marchio Morauiæ, Comes Albertꝰ de Eberstein, Henricus Marscalcus, & alij quam plures.

Ego Conradus Metensis Eps, Imperialis aulę Cancellarius, vice Dni. Seyfridi Moguntinensis Archiepiscopi, & totius Germaniæ Archicancellarij recognoui. Acta sunt hæc an. Dominicę incarnationis M. CC. XII. Indict. prima: regnante Dn. Friderico II. Rom: Rege glorioso, & Rege Sicilię. Anno Regni eius Romani, regni verò Sicilię XV. Datum apud *Ratisponam* XIV. Kl. Martij. Nos igitur prędictorum Abbatis, Prioris, & Conuentꝰ Monasterij Scotorũ deuotionis constantiã, vitę puritatẽ, feruorẽ & religionis honorẽ attenta mentis reuolutione pensantes, supplicationib. ipsorũ tanquam iustis & rationabilib. admissis, ipsis & eorũ Monasterio prædicto, suprascriptum *Friderici* Rom: Regis Priuilegium, jura, litteras, indulta, libertates, imunitates, gratias, donationes, & cõcessiones, ipsis à prędictis Rom: Imperatorib. & Regib. nostris prædecessorib. data & concessa, ac datas & concessas, in omnib. & singulis suis tenoribus, punctis, clausulis, articulis, sentẽtiis, expressionibꝰ, prout scripta seu scriptę sunt, & ea, & eas ritè & rationabiliter obtinuerãt, ac si tenores omnium & singulorum prędictorum

de verbo ad verbum forent inserti, animo deliberato, non per errorem aut improuide. sed sano Principum & fidelium nostrorum accedente consilio, ac de certa nostra scientia innouauimus, approbauimus, ratificauimus, & confirmauimus, innouamus, approbamus, ratificamus, & tenore præsentium auctoritate Romana regia confirmamus. Decernentes & volentes expresse, ea oĩa & singula perpetuis temporib. obtinere inuiolabiliter roboris firmitatem. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc nostram innouationis, approbationis, ratificationis & confirmationis paginam infringere, aut ei quouis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, nostræ Maiestatis & Imperij sacri indignationem grauissimã & pænã, in suprascripto priuilegio, & in aliis prædicti Monasterij priuilegiis expressam, quam ab eo qui contrafecerit, medietatẽ Cameræ nostræ & reliq̃ partem, prædictis Abbati & Conuentui iniuriam passis applicandam exigi volumus irremissibiliter, se nouerit incursurum. Præsentium sub appenso nostro sigillo testimonio literarum. Datum Ratisponę anno Domini Millesimo Quadringentesimo, vicesimo secundo, die vltima mensis septembris. Regnorum nostrorũ anno Vngariæ tricesimosexto, Romanorum tredecimo, Boemiæ verò tertio.

Ad mandatum Domini Regis Franciscus Præpositus Strigonienſis.

IESV SOCIETAS INGOLSTADII.

VIVEBAT adhuc R. P. Ignatius de Loyola, Hispanus Baro natus, & idem primus Societatis Iesu fundator atque *Præpositus*, sub Paulo nimirum quarto Pont. Maximo, cùm Illustrissimus Bauariæ Princeps Albertus omnino decreuit, vt ex eadem Societate Collegium Ingolstadij constitutum haberet. Huc illum excitabat Regis Romanorum tunc Ferdinandi exemplum, qui simile Collegium Viennæ non ita pridem erexisset, & percelebris fama nouam hanc Societatem & præclaros eius in Ecclesia, nouoque orbe conatus valde commendabat, tum is Ingolstadiensis Gymnasij status erat, vt eiusdem Societatis operam & in docendo subsidia postulare videretur, præsertim cum nonnulli Societatis huius Theologi, qui sub Illustrissimo Duce Guilielmo ex vrbe missi, primùm eò accesserant, ac deinde à suis Maioribus auocati, Viennam accesserant, bonam sibi gratiam in eo Gymnasio conciliâssent, suique desiderium illic reliquissent. Quare cum dictus Præpositus Ignatius Illustrissimi Ducis Alberti votis annuisset, dicti aliquot eiusmodi Societatis viri ex Italia missi, Ingolstadium peruenerunt, primoque Societatis huius in Bauaria Collegio dederunt initium, *A*nno Christi Domini 1556. Domicisium illis in veteri, vt vocant, Collegio assignatum fuit, ad annum vsque 1576. quando ad ædes ampliores atque commodiores, quæ nouæ adhærent Bibliothecæ Gymnasij, commigrarunt.

Animaduertit enim Illustrissimus Princeps ex re illius Academiæ, ac totius Bauariæ futurum esse, vt & Professorum & Studiosorum huius societatis numerus illic augeretur, qui & pędagogio & Conuictorũ externorum domicilio gubernando præessent, suamq; darent operam nouis Parochis Catholicis instituendis; quorum veluti Seminarium idem Illust. Princeps erexit, illorumque curæ concredidit. Hinc porro in prouentibus annuis facta est accessio, vt circa sexaginta & septuaginta, partim Theologi, partim Philosopi, & variarum artium ac linguarum Professores, partim Scholastici, & administri ex hac societate Ingolstadij beneficio Principis alerentur. Ac res ipsa testatur, fatentur & aduersarij Catholicæ religionis, Iesuitas, quos vocant, Ingolstadij nequaquam otiosè

ociosè versari; Sed de illo Gymnasio hacten⁹ docendo, scribẽdo, disputando & concionando benè mereri, multisq; tùm in sincera fide & religione, tum in litteris & disciplinis liberalibus, tum in Christianæ, piæque vitæ institutione prodesse, quicquid tandem illis maligni calumniatores affingant.

ADDITIONES.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Nos Albertus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, superioris inferiorisque Bauariæ Dux, &c. Notum facimus & testamur præsentium litterarum vigore, nostro liberorumque nostrorum & hæredum Bauariæ Ducum nomine, ad omnem posteritatem in perpetuum. Cum primum ac præcipuum facilè agnoscamus boni & Christiani principis studiorũ illud, quod circa Iustitiæ & æquitatis cultum versetur, ex quo nimirũ diuino numini, supremeq; illi Maiestati suus constet honos, suaq; gloria sit integra, & omniũ q̃ sunt in hoc mundo, humanarũ actionũ præsidia atque merita petantur: non iniuria nos in eius curam ita perpetuo sumus intenti, vt Deo Opt. Max. istius officij nostri rationes comprobare rectè possimus. Atque inde sanè nobis euenire solet, vt potiorem existimemus aliis reb. omnib. sollicitudinem eam, quæ pro religionis orthodoxæ & Catholicæ conseruatione, & amplificatione suscipitur. Hinc etenim quid iustum sit coram Deo, quid æquum ergà homines, & in oẽs partes atque actiones deceat, rectissimè apparet. Et religio quidem si integra sit, fieri non potest, quin omnia quæ ad iustitiam pertinent munera & officia, suo sint maneantque loco honesto & firmo. Hęc quippe æternam illam ad iustitiam cælestẽ viam aperit, sempiterno numini cultum honoremque debitum edocens atque conseruãs: hæc humanam iustitiam æquitatis atque honestatis condimentis ita moderatur, vt quæ caduca etiam sunt, & trãsitoria, æternorum illorum aliquam similitudinem referant, vnicuique nimirum, quod suum esse videtur, ex summi magistri dictatis, rectè & aquabiliter tribuens. Atque ita ex vna illa incorruptæ religionis iustitia tutò sibi accipiunt omnes homines, quid Deo summo bono, quid proximo debeant. Sic vt vitæ illius beatæ, quam viuere cupiunt boni omnes vnica sit ea & certissima regula. Quemadmodum vicissim, vbi religio loco, dignitateque sua mota est, vbi illud diuinæ, humanæque iustitiæ tribunal incertis subest siue placitis siue desideriis, non potest apparere nisi grauis præpotentis Dei ira, miserabilis rerum omnium confusio, regnum illud turbulentum, inconstans, cætus iste squalidus & vagus, sempiternique horroris habitatio. Itaque ex officio dignitateque nostra facere cum primis videmur, si studium omne, viresque omnes ad veræ religionis, quam Ecclesiæ Catholicæ auctoritas nobis conseruat, vsum atque incolumitatem conuertamus. Quam quidem ad rem duo in primis præsidia litterarum scientiarumq; studia, & pietatem Christianam in prouinciis nostris rectissimè instituta esse debere, necessarium semper existimauimus. Et ad hunc consiliorum nostrorum scopum, constantem vtilemque operam nobis præbet Venerabilis Societas nominis IESV. Vnde adducti sumus superioribus annis, vt duo eius Collegia, quæ Ingolstadij ad primam in Bauaria euocatorum, ex vrbe Societatis patrum sedem, atque hic Monachij ereximus, certis & perpetuis redditibus dotaremus, vnum quodque illorum annua pecunia mille quingentorum florenorum. Cui benignitati nostrę, quia vtrobique summam gratitudinem reddit Societas, ad maiorem etiam libertatem erga ipsam merito permouemur. Nam Academiæ nostræ Ingolstadiensi, quæ præsenti ma-

nifestoq; Dei beneficio immota perstat, aduersus hereses, errorumq; huius tẽporis procellas, magnam adfert dignitatem & auctoritatem, adductis subinde non solum ex vtriusque superioris Germaniæ Vniuersitatibus, sed etiam ex Hispaniæ & Italiæ remotissimis scholis atque Collegiis suis, viris doctissimis ac probatissimis, quorum opera Philosophiæ, sacræque Theologiæ studia ita perfectè & absolute ibidem instituuntur, vt omnibus qui complere volent pro Magisterij Doctoratusque gradib. abunde fiat satis.

Neque iis etiã meritorum laborumq; suorum terminis sese continet operosa Societas, sed quib. potest ex instituti sui modo rationib. rem litterariam atque pietatem vbique promouet, iuuat & ornat: atq; in iuuentutis plebisq; Christianæ institutionem & informationem modis omnib. est intenta, quo nimirum ea & literarum profectum, & pietatis morumque honestissimorum lucrum simul faciat. Sic vt Vniuersitas quidem nostra Catholica, optimorum studiorum, religionisque & pietatis Christianæ nobile Seminarium dici rectè queat, vnde ad oẽs Reipub. partes idonei prodeant viri, qui & Domini vineam curent sincerè ac vtiliter & publicis hinc inde muneribus decenter honesteque præsint. Nec Monachiense quoq; Collegium minori cum fructu curat Societas, institutis in eo pleni Pedagogij scholis absolutissimis, cum studiis Rhetorices, & aliquo Dialecticæ compendio, vnaq; aut altera lectione sacra. Et ita quidem hic in primaria nostra ciuitate, penes ipsam aulæ nostræ sedem, supremumque terrarum nostrarum tribunal, magna institui poterit iuuentutis copia, ex qua deinceps, quæ selectiora videntur, ad nostros, adeoque ipsius Ecclesiæ & Reipub. Christianæ vsus prodire queant ingenia tam pietatis quam litterarum studiis ornata. Sed & tenuioris fortunæ adolescentes qui publicas Academias adire non possunt, aut ob ingenij vilitatem maiorib. insistere studiis, abunde hic habebunt, vnde ad rurales parochias, contiones atque curas, & alia in Repub. minora officia informentur. Atq; iis quæ de studiorũ rationib. huc vsq; dicta sunt, vtrobique & hic & Ingolstadij præclaram addit Reipub. operam Societas, quamplurimis aliis charitatis officiis, concionib. sacris habendis, ægrotis afflictisq; consolandis, in excipiendis confessionibus, in sacrificando, administrandisq; sacramentis, & precib. fundendis perpetuis tam pro nostra, quam prouinciarum populorumque nostrorum salute. Sicuti de his omnibus, multisque aliis, quæ ad Scholas, populique curam spectant, non tam nostra hæc prædicatio, quam ipsa res, presensq; vsus ita loquitur, vt minora iis polliceri nobis minimè debeamus. Quæ quidem quia magna sunt, & ad Ecclesiæ ac Reipub. in Prouinciis nostris cùm salutem tum dignitatem imprimis necessaria & vtilia elaborandum esse videmus, vt perpetua quoque nobis esse possint, totque labores & curæ sine intermissione cum dignitate continuari, & sicuti deficiant operarij, alij noui quouis tempore substitui. Itaque ad omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæ Catholicæ, quæ regnum est filij Dei, proprio suo sanguine constitutum, consolationem, ad religionis, pietatis atque honestatis omnis præsidium & augmentũ, & ad nostrã totiusq; prosapiæ nostræ salutem atque dignitatem æternam, quo etiã supradicta omnia perpetuum habeant robur, & societas iis vacare cõmodè possit, libera & pura donatione, fundatione ac dotatione perpetuis temporib. valitura, plenum & integrum instituimus, fundamus & dotamus sæpedictæ venerabili Societati IESV Collegiũ septuaginta plus minus, personarũ in Ciuitate nostra Ingolstadio, in quo ipsa ad religiosũ suum institutũ tranquillè cõmodeq; viuat, & ad Theologica, Philosophica, cæteraq; artium liberalium studia, & alia pietatis atq; charitatis suæ officia, iustum operariorũ numerũ alat, sustineat, & ppetuet constanter. Reddit' autẽ pro istis societatis meritis & officiis tã necessariis

fariis ac honestis, perpetuo continuandis, ex eius de qua fecimus ab initio mentionē, religiosæ iustitiæ rationib, ita assignamus, nimirum vltra mille quingentos florenos, quos ex prima nostra fundatione Ingolstadij hucusque habuit societas, alios bis mille quingentos nunc addimus. sic vt societas in dicto suo pleno Collegio Ingolstadij ex nostra pietate & liberalitate habeat & possideat ab hinc in perpetuum, quatuor mille florenos Rheneñ. Imperialis ac Bauaricę monetæ, singulos florenos ad valorem quindecim paziorum computādo. Eamque pecuniam sicuti prioris nostræ fundationis diploma continet, ex teloneis nostris magnis, Monachiēsi nimirū, atq; Ingolstadiensi, totam atq; certam ita quotannis societati numerari curabim⁹, vt ea singulis angariis quartam eius partem, videlicet mille florenos Rheneñ. absq; vllis suis vel sumptibus vel incomodis, Ingolstadij accipiat. Quamobrem mandamus hic serio omnibus ac singulis, quorum administrationi & fidei dicta Telonia vel iam commendata sunt, vel quouis tēpore aliquādo comendabuntur, vt solutionem eiusmodi, ad quatuor anni tempora, diligenter ac maturè faciant, quod si verò neglectum fuerit, tum filij, hæredesq; nostri, pro sua erga Deum pietate atque gratitudine, vt absq; mora id fiat, curabunt, in eos etiam, qui sese quouis modo opponēt, seuerè animaduertendo. Integrum tamen quoq; nobis erit, ac successoribus nostris, si commodū aliquando nobis videbitur, & è re atq; dignitate societatis futurū, hos quater mille florenorū redditus añuos vel ex fixis & imobilib. bonis, vel alio securo modo Societati assignare. Cæterum pleni huius Collegij sui habitationē & gubernationē instituet Societas hoc quidē tempore in Collegio nostro Theologico nouo nup à nobis ad Catholici seminarij vsū Ingolstadij extructo atq; ibidē certa & perpetua erit illi habitatio, donec aliud nouū vna cum Sacello comodo & sufficienti construxerimus, amplum satis, institutiq; sui vsibus idoneum, cui & hortus adiunctus sit satis patens. Quod si tamen in eam descēderimus sententiam, vt hoc ipsum nouū collegiū nostrum societati perpetuo seruiat, nosq; Seminariū illud nostrum alio quodam comodo loco instituendū duxerimus, tum de horto sufficienti vicino & Scholis idoneis sufficienter quoque prospici mandabimus, sic vt ad habitationis recreationisq; comoditatem scholarumq; necessitatem nihil desit, quantum quidem per loci commoditatē fieri omnino queat, idque instituī curabimus, si habitatio nimirum mutanda videatur, primo quoq; tempore. Sancimus autem & decernimus quoque his litteris nostris firmiter, vt tam hoc Collegium, quod societati iam conceditur habitandum, quam si quod aliud eidem exædificetur, vna cum scholis & pertinentiis aliis, sic etiam bona, redditus, atque prouentus societatis vniuersi, siue assignati certique iam sint, siue in posterum vllis vnquam temporibus assignētur, & accedant, nullis omnino exactionibus tam prouincialib. & communibus quám singularibus atque priuatis quacumque tandem necessitate impositis, aut emergentib. subiaceant: sed omnia sua, tam præsentia quam futura societati semper sint libera & immunia. Sic vt ea iis omnibus, non secus atque aliis suis imunitatibus, priuilegiis, statutis, bonisq; consuetudinibus, liberrime gaudeat, suoque plane modo perfruatur in perpetuum: atque religioso suo instituto, & cæteris quæ suscipit ad Dei gloriam populorumque nostrorum salutem pietatis & charitatis suæ operib. absque omni externo siue impedimento siue onere, securè & tranquillè incumbere possit. Ideoque si propter suam, aut Collegiorum scholarumque comoditatem ac necessitatē Oeconomos, officiarios, famulos, aut externos alios conduxerit & susceperit societas, eos oēs in ipsius atque superiorum potestate prorsus esse, & ab iis vnicè pendere volumus. Sic vt non solum tales à societate constituantur, amouenturue, sed omnia etiam

eorum ex eius præscripto administrentur, sicuti Romæ in Collegio Germanico, alibi per societatem institui solent. Et quia aliquo modo ad quietem & honestatem societatis facere videtur, si non sit integrum iis, quos aliquandiu aluerit, cum forte ingrati ab ea exeant, institutumque deserant, vt quouis loco se continere, contraque Societatis voluntatem hinc inde oberrare possint, benignè concessimus Societati, litterisque nostris caueri iussimus, ne tolerentur iis in locis, vbi eius Collegia, seu missiones sunt per prouincias nostras vlli eius homines, qui non manifesta superiorum voluntate extra Collegia & institutum quouis modo fuerint. imo etiam si quo casu nostrum auxilium, singulariter implorauerit societas, in eiusmodi Apostatas seuerius quoque animaduertemus. Atque hæc omnia vt perpetuis temporibus Societati firma rataq; maneant, per viscera misericordię Domini Dei nostri, obtestamur charissimos filios nostros, omnesque secuturos alios posteros atque hæredes nostros Bauariæ Duces, vt hanc nostram dotationem, fundationem & prouisionem auctiorem, quam purè propter Deum, ex eo quod Catholicæ religioni maximè debemus', pio deuotoque studio iam fecimus, firmam ratamque habeant perpetuo, ac sua quoque pietate sanctè tueantur & custodiant, ac si qua poterunt occasione, pro suis quoque erga Deum meritis, propriæque Salutis & dignitatis incremento, honesta quadam æmulatione augere, superareque contendant. Sic enim futurum speramus, vt quæ hoc loco pro Ecclesia & religione libenter sanè à nobis suscepta sunt, quibusque venerabilis societas' per immensos labores, & commodissima prouinciis nostris pietatis atque charitatis opera, dignissimam se præstitit, non solum fæliciter perdurent, suaque semper auxilia accipiant & firmamenta, sed toti etiam orbi, de domus familięque nostræ zelo constantique in auitam pietatem studio manifestum fiat. Neque tamen obtestamur & rogamus solum hæredes atque successores nostros, vt his omnibus conseruandis augendisque libenter adsint: sed etiam ne iis contrarium quippiam instituant, aut societati graues sint, hic tanquam coram oculis diuinæ maiestatis obligamus, adiurantes insuper eos, si huic nostræ voluntati fundationique perpetuæ, sese temere opposuerint, diuinæ vltionis, districtique iudicii rei fiant. Porro quod ipsam attinet venerabilem societatem, ex perspecta probataque nobis sua fide maximè confidimus, eam nullo vnquam tempore fore ingratam, proque sua erga Deum & proximum charitate, vti libere suaque sponte ita diligenter & constanter ad ipsam Dei gloriam & proximi commodum nobis, hæredibusque nostris, omnibus in rebus atque officiis suis præstu futuram, ac nihil admodum commissuram, quod institutũ, dignitatemque suam imminuere queat. Vt verò supradicta omnia felicissime procedant, crescant & perdurent, piis votis exoptamus à supremo æternoque numine trino & vno, in cuius manu sunt vniuersæ potestates. Postremò quæ pro Monachien. Societatis Collegio in prima eius fundatione per nostras literas, iam ante concessa donataque sunt, iis nouum hic addimus robur, quavis ætate valiturum. Ad horum itaque sempiternam memoriam & firmissimá conseruationem, solennes has litteras fieri, sigillique nostri magni appensione communiri iussimus, ac propriæ quoque manus subscriptione roborauimus. contra quas nec filiis, hæredibus ac successoribus nostris, neque vlli vnquam homini, in iudicio vel extra quoquo modo ire, seu attentare quicquam liceat.

Acta sunt hæc litteręque datæ in ciuitate nostra Monachio, ipsa vigilia Diui Thomæ apostoli, anno à Christi Saluatoris nostri sanctissima Natiuitate, Millesimo, Quingentesimo, septuagesimo sexto.

Domus

Domus Societatis Vet. Oetingæ.

VOn Gottes genaden. Wir Maximilian Pfaltzgraue bey Rhein / Hertzog in o-bern vnd nidern Bayrn ꝛc. ainiger regirender Fürst. Bekhennen vnd thun kundt mit disen offnem Brief / für vns / vnsere Erben / vnnd Nachkhommen regierend Fürsten. Als auf genedigstes begeren deß Durchleuchtigisten Fürsten / Hertzog Wilhelmen in Bayrn ꝛc. vnsers genedigisten Herrn Vatters / im Jar / da man zelet / fünffzehenhundert ain vnd neüntzig / die Patres der Societet IESV bey der vralten heiligen vnser lieben Frauen Capelln zu Alten Oettingen ein Residentz vnd Wohnung nach der Societet Institut vnnd gewhonlichem gebrauch angestellt / darzue dann hechstgedachter vnser Herr Vatter / wie auch wür zu vnserer angefangnen Regierung mit vorgeendem Consens vnd gueter einwilligung deß Herrn Ordinarij Ertzbischouen zu Saltzburg / vnd Legaten deß Stuels zu Rom ꝛc. nicht allein den orth vnd platz genedigist erkhauffen vnd außzaigen : auch von neuen zu einer Haußkhürchen / Whonung / vnd Gartten erpauen vnnd zuerichten lassen / wie dann solches alles daselbsten in einem Einfang beysamen gelegen / mit disen anstössen vermerckht. Erstlich gegen Occident mit der Ordinari Khürchen vnd Haußportten auf die Straß oder gmain Gassen / vnnd den grossen Freyhof / darauf die heilige Capelln steet. Item gegen Mittnacht an das alt Peckhenhauß vnd Gartten. Ad orientem auf die Traydfelder gegen Burckhausen / Ad meridiem an der Burckhauser Landtstrassen ꝛc. sonders auch auf nottwendige vnderhaltung / deren Personen / so von der Societet allda whonen / ein bestimbt järliches Einkhommen genedigist verordnet. Nemblichen an Gelt tausent gulden / sambt einem Centen Wax zu beleuchtung vnd gebrauch der obgedachten Haußkhürchen / bayde diese von den gefällen vnd Einkhommen der heiligen Capellen durch die verordnete Administratores zu Quattembern eingethailt / järlich zuerlegen. Item an Waitzen von vnserm Fürstlichen Casten Ambt zu Burckhausen yedes Jar vmb Galli fünff Schaf Landtshuetter maß zu antwortten. Vnnd letztlich die notturfft Prennholtz / durch die hierzue verordnete Scharwerchfhuren zufhüeren / vnnd also hiemit disem Residentzhauß / wie solches an yetzo in seinem eingezognen wesen beschaffen ein nottwendige vnderhaltung gemacht vnd beschlossen / auch erzelter massen vor lengst genedigist einantworten lassen / wie dan die Societet solches alles biß anhero zu diemüttigisten danckh würckhlich genutzt vnd genossen hat. Nach dem wür dann mermaln den vilfeltigen nutz der Geistlichen hilff vnd tröstung / so nit allein den Khürchfertern / welche in grosser anzal durch das jar die heillige Capellen besuechen / sonder auch den vmbligenden Stätten / Märckt / Dörffer / vnd Oerttern durch die gedachte Patres jrem Instituto vnd beruef nach erzaigt vnd bewisen wirdt / zu gemüeth / vnnd Hertzen gefiert / auch in der Experienz befünden / daß disse angewendte Arbaith von Tag zu Tag an gedachten Oerttern zu mehrer Frucht gelangen thuet / So haben wir wolbedechtlich mit zeittigen Rath / auß aygnem freyen willen vnd Fürstlicher macht / zu Lob / Ehr / vnd Preyß der Allerheiligisten Dreyfaltigkhait / vnd ainigen Allmechtigen Gott / auch der seeligisten Junckhfrawen / vnd Himmelkhönigin Maria / vnd allen lieben Heiligen Gottes / den obgemelten Platz / wie solcher mit seinen Anstössen gemörckht / vnd die darauf erpaute vnd zugerichte behausung / Kürchen vnd Gärtten / sambt vnd mit den obspecificierten Järlichen Einkhommen / auch all vnd yeden deren zue : vnd eingehörungen / Recht vnd Gerechtigkhaiten / jnmassen vnnd gestallt sie die obgedachte Patres deren in würckhlicher possession vel quasi nutz / vnnd gebrauch biß an hero gewesen / als ein geschenckht / geaignet / vnnd ybergebens Aygenthumb / vnwiderruefliche ewige Fundation, Donation, vnd Stifftung ad pias causas der Societet IESV auff ewig vnd jmmerwerendt confirmirt, vnd bestettiget. Confirmirn vnd bestetten auch solches hiemit in krafft diß Brieffs / für vns / all vnser Erben / vnd Nachkhommen regierend Fürsten in bestendiger maß vnd form / wie solchs in allen

Rechten zum crefftigisten erdacht vnd gestellt werden/ auch seyn soll/ khan vnd mag. Also vnd der gestalt/ das weder wür vnsere Erben vnd Nachkhommen/ noch yemandt anderer von vnsert wegen/ in khain weiß/ noch weeg darzue oder daran khain spruch/ vorderung/ Recht vnd Gerechtigkhait zu ewigen zeiten haben/ oder gewinnen sollen/ noch wellen/ weder mit: noch ohne recht Gaistlichem vnd Weltlichem/ sonder die mergemelte Patres der Societet IESV vnd jhre Nachkhommen/ sollen/ khönden vnd mögen angeregten Platz/ Grundt vnd Poden sambt den darauf steenden gepeuen/ Rechten vnnd Gerechtigkhaiten/ wie auch das jährliche Einkhommen an Gelt/ Wax/ Waitzen/ vnd Holtz oben specificierter massen yedes Jars einnemmen/ nutzen/ nüessen vnnd gebrauchen/ damit thuen vnd handlen/ ohne yedermenigclichs hinderung/ eintrag/ oder jrrung/ nach gewohnlichen gebrauch vnd Innhalt jhres Instituts vnnd habenden sonderbaren Priuilegien wegen jhres hieoben specificirten Residentz vnd Whonung für alle grauamina vnd beschwernüß/ als Steur/ Anlagen/ Scharwerchen/ Beherbergung freisi. der Leuth/ oder andere dergleichen Purden vnd Oblagen/ so an yetzo seyn/ oder in künfftig erdacht/ auffgebracht/ fürgenommen/ vnd begert möchten werden/ deren allen vnd yeden wür sie hiemit/ vnd in Crafft diß Briefs für vns/ all vnser Erben/ vnd Nachkommen genedigist befreyen/ vnd entledigen/ damit sie also desto freyer gantz vnuerhinderlich jhrer Vocation vnd Beruefft nach der Seelen Hayl vnd Wolfarth auß- vnnd abwarten khönnen vnd mögen. Wür wellen/ schaffen/ vnd beuelhen demnach hiemit ernstlich allen vnd yeden vnsern Pflegern/ Castnern/ Mautnern/ Verwaltern/ vnd andern vnsern beambten yetzigen vnd khünfftigen/ zu Burckhausen/ Alten vnd neuen Oettingen/ vnd andern vmbligenten örttern/ daß jhr sambt vnd sonders gedachte Patres vnd deren Nachkhommen/ von der Societet wegen in khain weiß noch weeg beschweret/ oder solches andern zethuen gestattet/ sonder bey disem vnserm genedigisten willen vnnd auffgerichten Brief in allen seinen Puncten vnnd Articuln wider menigclichen schutzen/ schirmen/ vnd handthaben/ das jährliche Einkhommen mehrerzelter massen zu gebürender zeit volgen lassen/ geben vnnd bezahlen/ daran thuet jhr vnsern endtlichen zuuerlessigen willen vnd haissen. Zu Vrkhundt vnd mehrer bekrefftigung oberzehlten alles/ haben wür disen Brief mit aygenen Handen vnderschriben/ vnd mit vnserm Secret Innsigl verferttigen lassen. Geschehen in vnser Haubtstatt München/ Nach Christi vnsers lieben HErrn vnd Seeligmachers allerheiligisten Geburth/ den vier vnnd zwaintzigisten Monatstag Maij/ im sechzehenhundert vnd sechsten Jare.

Maximilian.

DE FVNDATIONE COLLEGII MONACHIENSIS. EIVSDEM SOCIETATIS.

ANNVS erat Domini 1559. cùm illustrissimus Bauariæ Princeps Albertus huic Collegio initium ac originem daret, cuius fundationis causam præbuit partim bonus odor & fructus, quem de Collegio Ingolstadiano non sine celebri fama boni perceperant, partim negotium religionis in Bauaria tũ temporis vtcunque turbatum, de quo Nobiles quidam grauiter disceptabant nouandæ religionis amantes, partim status Reipub. Monachiensis, quæ quidem in fide & moribus non optimè constituta videbatur. Locus Collegij delectus est à Principe in Monasterio Augustinianorum, qui, cùm pauci adessent, facilè passuri videbantur, vt pars horti ipsorum in vsum noui huius Collegij conuerteretur. illicque & domus & schola extrueretur. Quanquam posteà, cùm frequens discentium numerus nimium veterem Scholam impleret, longè amplior & commodior Schola successit, eaque abipsis fundamentis Opt. Mecænatis

natis ac Principis liberalitate, prope Collegium exædificata, multisque classibus eleganter extructa est. Cæterum licet Monachienses erga Collegium malè affecti principiò viderentur, nec deessent, qui probra ingentia objicerent Patribus, tamen, quoniam figmentorum & mendaciorum vanitas liquidò detecta est, ipsique Patres magis ac magis indies suam integritatem, patientiam, charitatem ac virtutem declarârunt, paulatim effectum est, vt cogniti eorum conatus, tum in Ecclesia, tum in Schola complures è ciuibus approbatores & fautores haberent. Accessit, quòd experientia teste didicerint Monachienses, horum Patrum operam sibi prodesse plurimùm, præsertim in spiritualibus exhortationibus, in religiosa conuersatione, in frequenti ægrotantium visitatione, in salutari & crebra Sacramentorum dispensatione, vt alia id genus pia officia, quæ huius Societatis propria sunt, prætermittantur. Et certè sunt, qui palam affirment, post erectum hoc Collegium, nouam veluti faciem huius vrbis apparere, & omnia ferè in melius commutata videri, populum denique & juuentutem ad honestatem, modestiam, religionem, longè quàm antea paratiorem & promptiorem esse.

ADDITIONES.

In Nomine Sacrosanctæ & Indiuiduæ Trinitatis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

NOs Dei gratia *Guilielmus* Comes Palatinus Rheni, vtriusque Bauariæ Dux, literis his publicis nostro & Successorum nostrorum nomine ad omnem posteritatem datis, & perpetuam authoritatem habituris declaramus, significamus, testamur.

Cum *Bauaria* Prouincia & charissima patria nostra, ipsaque adeo Serenissima Bauariæ Principum familia, innumera cœlesti benignitate & benedictione (quæ vtinam perpetua sit) acceperit beneficia, aliis etiam nationibus propè ac longius sitis, tam conspicua, vt non dubitent quasi beatam præ multis aliis regionibus prædicare Bauariam: Tum illud nobis (quâ par est solicitudine & gratitudine) beneficentiam Dei considerantibus præcipuum videtur, quod in vna sancta Catholica religione, circumfrementibus vndique hæresibus, non solum perstiterit diuino munere hactenus, sed in ea etiam Catholica fide tantum profecerit, vt priscæ & ardentissimæ pietatis præclarissima exempla de se & reipsa dederit & fama longè lateque sparserit. Atque eadem mens fuit Serenissimorum Parentum nostrorum, Aui præcipuè atque Patris, qui cum sub ipsa nascentium hæresum pernicioſissima atque furioſissima initia Rempub. gererent, omnem cogitationem, consilia, potentiam eò conuerterunt, vt à *Bauaria* hæresin & apertè sæuientem & miris artibus ac calliditate serpentem arcerent, ijs maximè mediis, quæ cæteris efficatiora & ab ipso Deo tanquam antidota venenatæ impietatis excitata fuerunt. Inter quæ, & Sedis Apostolicæ judicio, & bonorum omnium consensu, fuit institutum, Societatis *Iesu*, quæ tunc primùm bono Religionis Catholicæ nata esset, & exiguo numero Patres illi certatim toto orbe Catholico expeterentur, non quieuit Serenissimus Auus noster *Guilielmus*, quoad aliqui ex paucis illis & primis Societatis Patribus in *Bauariam* mitterentur, Quorum opera primùm *Ingolstadij* in illa celebri Academia nostra, & aduersus nouas hæreses propugnaculo, vsus est, optato cum successu atq; fructu, nisi quod plures eiusmodi Patres desiderarentur. Quos cum crescente mirabiliter ipsa societate, Serenissimus parens noster *Albertus* magno gaudio, &, vt existimabat, magno emolumento prouinciæ suæ nactus esset, non solum Ingolstadij,

ſtadij, verum etiam *Monachij* habitare, & pueris in fide & literis erudiendis, concionibus habendis, Sacramentis adminiſtrandis, dubiis in fide confirmandis, errantibus reducendis, ipſiſque Catholicis ad maiorem pietatem inflammandis, juxta inſtitutum ſuum vacare voluit: eoque nomine cum euentum voto reſpondere animaduerteret, vtrobique de Collegiis liberaliter & magnificè fundandis atque dotandis cogitauit, quemadmodum ex ipſius Sereniſſimi Parentis noſtri fundationis literis, quæ adhuc ſuperſunt, manifeſtè conſtat.

Neque verò ſatis habuit Sereniſſimus Parens noſter illa Collegia conſtituere & munificè dotare, ac fundare, ſed etiam cum præconciperet animo quanta in poſterum Societas in Bauariam ſuo laudabili inſtituto bona conferre poſſet, nos hæredes ſuos in Teſtamento ſanctiſſimis verbis & grauiſſimis obteſtationibus paternè hortatus eſt, atque etiam obligauit, ad eadem collegia atque plura etiam ſi fieri poſſit, erigenda, augenda, locupletanda, atque ita demum conſtituenda, quemadmodum poſtulatura videretur neceſſitas Bauariæ, publicumque bonum, merita Societatis, atque etiam præcipuè noſter peculiaris & quaſi hæreditarius in Societatem & Catholicam Religionem affectus.

Nos igitur Dei gratia *Guilielmus*, Comes Palatinus Rheni, vtriuſque *Bauariæ* Dux, exemplo Sereniſſimorum Maiorum noſtrorum, & in primis vltima ſanctiſſimaque voluntate & obteſtatione Sereniſſimi Patris noſtri *Alberti*, ſingulari quoque ergà Societatis inſtitutum propenſione permoti, oculoſq; animumq; in labores ac miniſteria Patrum diligenter intendimus; Ac cùm manifeſtè videremus, fructum operæ Societatis hic *Monachij* propter celebritatem aulæ noſtræ, & propter frequentiam huius vrbis in paucos redundare, quod & pauciores Patres hic eſſent, quàm qui tantæ multudini erudiendæ & Spiritualibus auxiliis juuandæ ſufficerent, quodque neque templum miniſteriis Societatis exercendis ſatis aptum aut amplum haberent; de inſtituendo atque erigendo nouo Collegio, Templo ac Scholis cogitauimus, & cum Dei benignitate iam penè perfecimus, majore quidem quam Societas pro ſua modeſtia voluiſſet magnificentia, ſed digna tamen ſplendore familię noſtræ, preſertim cùm velimus hoc extare monumentum perpetuum tum Sereniſſimorum Parentum noſtrorum (quippe ex quorum juſſu ac voluntate hæc cepimus) in conſeruanda religione Catholica ſingularis & ardentiſſimi ſtudij, tum etiam noſtri in eâdem conſeruanda, tuenda, amplificanda, conatus ac deſiderij: atque demum exemplum & incitamentum poſteris noſtris, noſtram hanc & Maiorum noſtrorum pietatem, & in Societatem Ieſu benignitatem imitandi, atque etiam ſi fieri poteſt augendi.

Primum igitur ad hunc finem & fundationem noſtram, locum ac ſtationem delegimus areasque, fundos, domos, & quocunque nomine cenſeri poſſunt habitationes & poſſeſſiones, ab earum Dominis ac legitimis poſſeſſoribus, cum conſenſu omnium eorum quorum interfuit, nempè Ordinarij, quoad Eccleſiaſticas domos, & quoad cæteras, etiam Conſulum ac Senatus huius præcipuæ Ciuitatis noſtræ, legitimè coëmimus, & noſtro pleno ac proprio dominio ſubiecimus. Vniuerſæ autem huius areæ ad Collegij Societatis *Ieſu* fundationè coëmptæ & deſtinatæ termini fuerunt, Primus, Domus angularis *Schöfftlarienſis* Monaſterij, quæ ab altera parte publicam illam plateam quam vocant die Newhauſer Gaſſen/ ab altera plateolam *Auguſtinianorum*, vt olim vel vt hodie, das Jeſuiter Gäßlein reſpiciebat, vſq; ad vltimam eiuſdem plateolę angularem domum, quæ item *Schöfftlarienſis* Monaſterij fuit: & hic ſecundus terminus eſt, quem nunc turris templi noſtri occupat. Tertiò ſi à ſupradicta prima *Schöfftlarienſi* domo verſus plateam publicam Die Newhauſer Gaſſen/ recenſeas omnem

inter-

intermedium fundum, qui & in latiore plateę parte, & in angustiore interjacet, vsque ad aliam nouam domum angularem eiusdem olim *Schöfftlarienſis* Monasterij, à qua incipit plateola, quam vulgo vocant, das Staindel Gäſſel/ tertius terminus est, hæc tertia *Schöfftlarienſis* olim domus, eiusdemq; plateolę extremus angulus à parte *Schöfftlarienſis* domus, desinens in plateã quam vulgo Angustam vocant, die Eng Gaſſen/ quartum terminum constituit, ita vt quicquid intra quatuor illas supradictas plateas includitur, id totum ad hunc fundum pertineat.

Omnem igitur hanc aream seu fundum, hortos seu domos & possessiones, jam maxima ex parte ædificiis, templo, scholis, Collegio, pro Societate *Iesu*, à nobis occupatas, aut inposterum pro arbitrio nostro aut ipsius etiam Societatis commoditate accommodandas, Collegio Societatis *Iesu* certa & deliberata voluntate vi harum literarum plenissimo jure donamus, & simul etiã tam areas & fundos, quam ædificia, vel à nobis extructa, vel inposterum à Societate, intra jam memoratos terminos extruenda, nostro atque hæredum successorumq; nostrorum nomine, in perpetuũ, auctoritate nostra suprema, liberamus atque eximimus, ab omnib. & singulis (quibus aut olim subiecta erant, aut quouis colore & prætextu in posterum aliquando grauari possent) obligationibus, seruitutibus, perpetuis censibus, præstãdis vecturis & operibus gratuitis, & quibuscunque omnino grauaminibus communibus, atque etiam priuilegiatis, vt vocant exactionibus & steuris (quamuis fortè ab aliis religiosis exigerentur) etiam quorumcunq; bellorum vel hostilium incursionum nomine, siue extra, siue intra nostras ditiones imponendis. Quam exemptionẽ & im̃unitatem Societati nõ solum dũ viuimus, Ducalibus nostris verbis clementer promittimus, sed etiã ad eandẽ posteros ac successores nostros obligamus. Præterea non solũ pro maiestate Sanctissimi Templi & magnificæ structuræ totius; sed maximè etiam ad honorẽ & dignitatẽ cultus diuini à rumoribus & prophanis clamoribus tuẽdum, constituimus, vt platea quæ nunc Jeſuiter Gäßlein/ dicitur (prout jam super ea re cum Priore & Cõuentu debita illis cõpensatione facta legitimè conuenimus & conueniemus) ita dilatetur, vt ab extimo muro & angulo templi ipsorum secundum rectam lineam vsq; ad plateam Angustam ducatur murus, vltra ac supra quem neque Augustinianis neque vlli alteri vnquam vlla ædificia vel habitationes ponere aut struere liceat, jure ædificandi nobis tantum pro bono Patrum & Templi reseruato.

Similiter eadem de causa, omni qua possumus potestate Senatui Monachiensi (quamuis modo sponte etiam in nostri gratiam & Domini inprimis honorem, atque ex beneuolentia in Societatem, ad id parato) in futurum tamen præcipimus, ne vel in jam dicta platea, vel in illa amplissima area der Newhauſer Gaſſen (in qua templum S. *Nicolai* olim situm fuit, nunc autem in memoriam eiusdem statua nobis collocata est) vllos mercatus, nundinationes, aut publicos Conuentus instituat, aut institui patiatur, ne tali vsu, aut templi sanctitas profanetur; aut Scholarum ac docentiũ, & Collegij necessaria ac decens quies interturbetur. Volumus enim omninò, ac cum magna cura prouidere cupimus, ne Patres Societatis vel extra vel intra muros templi, Scholarum aut Collegij sui, in suo religioso instituto, functionibus, ac disciplina quoquo modo impediantur. Qua de re quoque, & posteris nostris, ac hæredibus, & senatui vrbis nostræ *Monachiensis*, seriò prohibemus, ne permittant, vt quisquam extraneus, vel Ecclesiasticus, vel secularis, cuiuscunque ordinis ac dignitatis, in templo Societatis aut eius sacellis, vel circa rationem cultus diuini, quicquam attentet, aut sibi sumat contra aut sine voluntate ac libero consensu Patrũ Societatis. Multominus, ne præter superiores Societatis, quisquam quicquam sibi

Iuris

Iuris arroget, in Scholas Societatis jam ante à nobis Ducalibus noſtris Priuilegiis donatas. Quin etiam cum hoſpitalitatis ſpecies magna ſæpe religioſis Congregationibus afferat, ne quid grauius dicamus, incommoda, & cum Societatis præcipuè muneribus ac occupationibus conſiſtere non poſſit, ne à laboribus ſuis & miniſteriis Patres impediantur, ſeriò cautum volumus, ne vllo titulo aut prætextu (ne laxitatis quidem aut amplitudinis Collegij) vel poſteri noſtri, vel Senatus *Monachienſis*, vel quiſquam alius quocunque caſu, etiam Conuentus Principum ac Comitiorum, vllos hoſpites ſiue ſeculares, ſiue Eccleſiaſticos, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus aut conditionis, Patribus obtrudant; Patreſq; ipſos ſeriò monemus ne obtruſos recipiant, ſed inſtituto ſuo atque vt ſolent, ſaluti animarum vacent.

Præterea volumus, ſtatuimus, decernimus & mandamus, vt hæc donatio atque exemptio, hæ immunitates ac priuilegia omnia & ſingula harum literarum ſerie comprehenſa non minoris autoritatis ſint, quam ſolemne ac legitimum teſtamentum, codicillus, vel quæcunque alia in Iure fundata & legitima vltima voluntas: Noſtroſque etiam, hæredes ac ſucceſſores, ſimul etiam, Conſules ac Senatum huius Ciuitatis noſtræ obligatos volumus, vt hanc noſtram donationem, liberationem, exemptionem, ac immunitates his Societatis *Ieſu* fundis & ædificiis præſentibus aut futuris conceſſas, tueantur ac defendant, neque à quoquam ſeu ciue, ſeu peregrino, Eccleſiaſtico aut ſeculari impugnari vllo modo patiantur, præſertim cum nos adhuc viuentes omnibus iis quorum aliquid intereſt, aut interfuit, plenè ſatisfieri curauerimus, & curaturi ſimus.

Porro quod ad ipſam fundationem huius Monachienſis Collegij Societatis *Ieſu* attinet, cum eam ad Dei inprimis gloriam & Catholicæ Religionis amplificationem atque augmentum, ad vtilitatem & ſalutem totius *Bauariæ*, & inprimis huius primariæ vrbis noſtræ, ſecundum mentem ac voluntatem exemplumque maiorum noſtrorum, vt ſupra memoratum eſt, potiſſimum inſtituamus, diligenti ac matura deliberatione elaborauimus, vt in hoc negotio perpetuſtati maximè tam laudabilis operis conſuleremus. Et probè Societatis inſtituto conſiderato, in eam venimus ſententiam, tantò hanc fundationem noſtram magis ſtabilem ac æternam fore, quantò magis ipſius Societatis inſtituto (judicio ſapientum perfecto & abſoluto) eiuſque optimis, ſanctiſſimisque conſtitutionibus conformaretur.

Quocirca in hac ſingulari fundatione noſtra id ſolum ſpectamus, optamus ac ſperamus, atque à Societate vnicè petimus, vt pro incremento fundationis noſtræ atque dotationis huius Collegij, quam infra explicabimus, & numerus operariorum, & multiplex eorum labor, atque quod de Dei bonitate ſperandum, conſequenter quoque ipſe fructus, magis etiam quam hactenus augeſcat, vtque tantò plures ex Societate ſint, qui juxta inſtituti ſui rationem & leges, ſponte atque liberè, gratisque ſine vlla remuneratione aut mercede in templis, ſcholis, noſocomiis, carceribus, domi foriſque publicè aut priuatim, inter catholicos & hæreticos, apud ſummos & infimos, cuiuscunque ætatis & conditionis homines, ſaluti & vtilitati animarum inuigilent, quemadmodum jam inde à tenui exordio huius Collegij hucuſque diligenter fecerunt.

Nam ſecundum neceſſitatem ſemper creſcentis meſſis animarum, & ſecundum dignitatem ac frequentiam huius vrbis, à Patribus Societatis in templo ſuo & aula noſtra piæ ac doctæ conciones ſunt habitæ, variis ac multis in locis huius vrbis & foris in pagis rudes ac pueri præſertim in doctrina Chriſtiana inſtituti, hæretici plurimi Eccleſiæ conciliati, Catholici confirmati, omnis generis

ris spiritualia auxilia, sanis & morbidis, liberis & captiuis, ætate ac conditione magnis paruisq; præstita, conscientiæ casibus responsum, in Missionibus quoque quantum fieri potuit extra hanc vrbem elaboratum, omnis generis ordinum, sexus ac nationum, confessiones exceptæ, dederuntque operam superiores Societatis, vt aptos atque idoneos & numero quoque sufficientes, vt res hactenus tulit, operarios ad Domini in primis gloriam, tum etiam in Sereniſſimorum Parentum nostrorum & nostram quoque gratiam, atque etiam vt experti sumus, consolationem & vtilitatem, animarumque præcipuè salutem huc destinarent. Prætereà celeberrimo huius vrbis nostræ Gymnasio magno & manifesto totius prouinciæ bono, Societas Præceptores prouidit, qui teneræ ætati cum ipsis literarum rudimentis pietatem ac virtutem instillarent, atque per suas Classes eo vsque informarent, quoad absolutis hic Rethoricę & Dialecticę studiis, cum laude ad superiores facultates in alias Academias se conferre possent: vel etiam qui sacris initiari vellent, hic auditis conscientiæ casibus, quantum satis essent, ad sacerdotij summum gradum instruerentur, vt cum gaudio experti simus hoc Gymnasium non solum Academiarum & eruditorum virorum, sed etiam Sacerdotum honestorum ac doctorum seminarium hactenus fuisse.

Quæ omnia idcirco commemoramus, vt testatum faciamus, Nos labores veneranda Societatis agnouisse hactenus, & suo merito æstimare, etsi verò scimus Societati grauiter interdictum esse, ne pro præstandis suis Ministeriis spiritualibus, aliisque quibusuis piis operibus seu officiis, sicut neque pro Theologicis vllis atque casuum conscientiæ prælectionibus, vllam temporalem obligationem vel compensationem, ac ne eleemosynæ quidem nomine, atque adeò ne à fundatoribus quidem suis petere vel admittere possit, sed hæc omnia pro viribus, atque ex propria conscientia obire teneatur, solius, charitatis suique Instituti lege & obligatione, quæ maxima est, & quidem gratis, atque ad solius Dei honorem & obsequium, salutemque animarum, denique grato erga fundatores animo, sicut vbique gentium, apud quas residet, hactenus experientia & abundanti fructu teste, magna fide, & constanti conatu reipsa præstitit; Nihilominus hac nostra noua fundatione hoc spectamus Nos, hocque à Veneranda Societate expectamus, vt in omnibus memoratis suis functionibus, secundum leges, & obligationes proprias, (quibus alias nostras superaddere, minimè intendimus, neque in vniuersa hac nostra fundatione, omnibusque eius clausulis quicquam prejudicatum esse volumus) sanctum institutum suum saluum & inuiolatum teneat & prosequatur: simul tamen plurimum desideramus, vt omni cura, quantum potest, prouidere studeat, vt pro celebritate huius vrbis, ipsiusq; templi Societatis amplitudine non desint idonei Catechistæ, Confessarij, Concionatores, & qui reliquis consuetis ministeriis rectè ac fructuosè fungantur: vtq; scholarum frequentiæ ac magnificentiæ Professorum, ac Magistrorum respondeat numerus doctrina & industria, tum ipsius Collegij laxitati & splendori accedat illud ornamentum eruditorum ac Religiosorum hominum, qui ex more Societatis lucrifaciendis Christo atq; Ecclesię animabus insistant: atque hoc à Societate liberiùs requirimus & fidentius nobis pollicemur, quod eius fidem ac gratum animum erga suos benefactores experientia jam nouerimus. Quando autem inter multos operarios, alij viribus, alij morbis, alij laboribus, alij ætate demum franguntur, vt sint qui aut fessis, aut mortuis in perpetuum in vinea Domini succedant, volumus ac instituimus, vt quoniam huic tanto agro colendo aliunde subsidia necessaria & sufficientia sperari nequeunt: ipsum hoc Collegium habeat idoneorum ad ministeria So-

cietatis hominũ Seminarium ad sui perpetuitatẽ sibi sufficiens. Quemadmodũ ipsius etiã Societatis decreta cognouimus statuisse, ad perfectã istiusmodi perpetuo duraturi Collegij rationẽ pertinere, vt seminarium aliquod sui Ordinis' personarũ studentiũ, quotq; præter necessarios Collegij officiales & operarios assignatis redditibus comodè tandẽ ali poterunt, in eodẽ Collegio instituatur.

Ad hunc igitur effectum, ex causis sæpememoratis egimus cũ Sanctissimo Domino nostro CLEMENTE VIII. vt Monasteriũ S. *Sebastiani* in *Ebersperg* (quod alioqui jã à multis annis, justis de causis aut mutandũ, aut alicui alteri vel Monasterio vel Ordini incorporandũ esse virorum bonorum & prudentum constans judicium erat) huic *Monachiensi* Collegio, ex quo tanti in *Bauariam* & totam Ecclesiam fructus redundarent, autoritate Apostolica vniret, cui petitioni nostræ Sanctissimus (præsertim quod intelligeret nos loco huius Monasterij alia quædam collapsa restauraturos, aliisq; modis hanc translationem quasi compensaturos) benignè ac liberaliter assensit, edito Breui Apostolico huius incorporationis sub dato Romæ apud S. Petrum XIII. Kal. Iunij, Anni M.D.XCV.

Huius igitur Monasterij S. *Sebastiani* in *Ebersperg* omnia bona, possessiones, & quocunque nomine censeantur, fructus, reditus, emolumenta, cum omnibus Iuribus ac pertinentiis, priuilegiis, imunitatibus &c. quemadmodum Sanctissimus Pontifex Societatis Collegio vniuit, atq; incorporauit, ita etiam Nos eiusdẽ S.mi Domini nostri autoritate, atq; etiã pro parte nostra, tanquam Princeps, in cuius ditione hoc Monasterium situm est, consentimus, & ad tutelam, atq; conseruationẽ factæ vnionis nosmetipsos atq; Successores nostros vigore præsentium obligamus atq; volumus, decernimus, statuimus, vt hàc vnione Patres Societetis in perpetuum gaudeant, sic vt ex eius bonis ac reditibus perfectam talem *Monachij* secundùm instituti sui rationem ad fines supradictos, Collegij rationem pro bono publico huius primariæ vrbis nostræ ac totius *Bauariæ* instituant, eiusq; Collegij personarum numerus, quoniã progressu temporis' paulatim minimũ vsq; ad septuagesimũ, sicut etiam Patres nobiscum vnà optãt nosq; futurum speramus, excrescet: ad eos sustentandos, omnibusq; necessitatibus eorum prouidendum, secundũ laudabilẽ sui instituti moderationẽ Monasterij huius bonis vtantur: quibus tanquã auctarij vice adiicimus prædiũ *Warenberg*, quod à *Theophilo Kumerstat*, p.m. relictum, & Doctori *Adamo Fabro* Medico nostro ad vitam pro certa pensione (de qua jam inter ipsum & Patres conuenit) concessum, cũ omnibus jurib.9 & pertinentiis assignamus Collegio & donamus in perpetuũ, Atq; hæc omnia sic constituimus ac sancimus, nostro & successorũ nostrorũ nomine, vt ea non solũ rata habeant, sed etiã contra omnes alios quocunq; modo ei aduersaturos defendant ac tueantur, atq; Societati *Iesu* fideliter patrocinentur. Quod si forte quippiã de prædicti Monasterij bonis aut juribus, vel etiam priuilegiis, imunitatibus, exemptionibus, vel per negligentiam & indulgentiam veterum Incolarum, aut quocunq; alio non legitimo vel titulo vel contractu quomodocunq; violatũ aut alienatũ esset, id aut viui curabim.9 in integrũ restitui, aut si fortè viui non possemus, vel post mortẽ nostram aliqua eiusmodi causa existeret, successores nostros sæpememoratos omni qua possumus obtestatione monemus ac obligamus, vt Societatis *Iesu* Patribus ad recuperandum omne jus suum fauorem, consilium auxiliumq; pro summa sua potestate præstent: Idq; faciendũ est nobis posterisq; nostris tanto liberalius, quod Societas pro tã numeroso Collegio, quàm hoc erit *Monacẽse*, frugaliter alẽdo, redditib.9 huius Monasterij, qui antea vix paucis sufficiebant, cõtenta sit, cũ etiã post diligentẽ rationũ vltro citroq; per peritos inspectionẽ atq; examẽ deprehensũ sit, vltra septena millia florenorũ pretiũ õiũ bonorũ ac fructuũ hui.9 monasterij nõ

ascendere,

ascendere, aut majoris æstimari certò ac euidenter posse, nisi fidos & industrios admodum colonos (quales vix reperire est) habeant, aut ipsi Patres per se ipsos huic curæ attendant, quod neque fieri semper potest nec debet.

Quin etiam de nostrę Prouinciæ statibus, quibus Patres Societatis siue ratione huius Monasterij, siue aliorum quorumcunque bonorum, quoad omnia priuilegia (atque nominatim cum hoc speciali, vt ab omnibus personalibus oneribus, ne in sua vocatione impediantur liberi sint) annumerantur: speramus ac monemus, vt tàm reliqui prouinciæ nostræ status, quàm eorundem administri, Societatem quemadmodum hactenus, ita semper amore & fauore complectantur, nec dubitamus quin eosdem sibi Societas omnibus vicissim officiis suo ordini consentaneis, vti hactenus, sit demeritura.

Porro cum idem Monasterium S. *Sebastiani* in *Ebersperg* & insigni templo, & plurimis, ac nobilissimis Reliquiis Sanctorum, preciosis thecis inclusis, inprimis autem Sacro S. *Sebastiani* Martyris cranio, atque propterea etiam frequenti peregrinorum concursu sit celeberrimũ: hortamur huius Collegij nostri Patres, vt quod vbique sponte & cum laude faciunt, hìc quoque non negligant, sed pro more suo diligenter curent, vt & templi cultus exterior, & diuina secundum institutum Societatis officia ac ministeria sacra, siue per ipsos, cum illic habitabunt Patres, siue per alios idoneos sacerdotes peragantur: Atque adeò optamus ac rogamus, vt celebritas illius loci, Patrum industria, manifesta sumat incrementa; Eodemque nomine Reliquias & Clinodia eius loci, quemadmodũ quoq; placet ipsis Patribus, nolumus aliò transferri. Ad eandẽ fundationem nostram omnibus numeris absoluẽdam, templum exędificari curauim⁹ amplum, in memoriam D. *Michaëlis* Archangeli. Non solum autem ipsum templum statuis, atq; emblematis exornauimus, sed etiã singula sacella singulis altaribus, altaria paramentis, sericis & Attalicis sacris vestibus, omniq; ad sacrificia & cultũ diuinum supellectili sacra & necessaria, argentea etiã & aurea instruximus, præterea Sanctorum Reliquias præstantissimas magno numero diuersissimis ex sacris locis atq; Roma præcipuè petitas & impetratas, magnaq; religione, & certis atq; indubitatis testimoniis huc aduectas collegimus, & aureis argenteisque thecis in vsum huius templi inclusimus. Atq; ita demũ ex omni parte hoc templum quæq; ad eius cultum spectant instituimus, vt posteris nostris manifesta documenta daremus, nobis in hac vita nihil magis cordi fuisse, quam decorem Domus Dei; qui cum illustrior fiat præcipuè sacro illo cultu ac ministeriis, eo nomine liberalius ac munificentius Collegium hoc dotauimus, vt eò plures essent ex Societate, qui concionando & exhortando populum, audienda frequẽti (cui quoduis templum hoc nostro angustius, capienda vix sufficeret) multitudine confitentium, eademq; Sacratissimo Christi corpore pascenda, creberrimisq; ac perpetuis sacrificiis Deo (*Bauariæ* præcipuè ac familiæ nostræ vt speramus) placeando inuigilare possent. In eodem templo nostro S. *Michaëlis* vna cum charissima & Serenissima Coniuge nostra *Renata* (tanquam non solum vitæ nostræ, sed etiam fundationis huius, & amoris ac beneficentiæ in Societatem consorte benignissima) sepulturam nostram statuimus, & quamuis Societatem pro laudabili suo instituto erga fundatores suos tam viuos quam defunctos gratissimam agnouerimus: tamen quia etiam pro nobis ac coniuge nostra post obitum juxta fieri volumus, etiam anniuersaria, rogamus ac speramus fore, vt patres, & simul omnes, & pro sua quisq; in benefactores & fundatores priuata pietate, votis nostris vt satisfiat diligenter sint conaturi, & quoad fieri potest, ea etiam superaturi.

Nos verò eidem Collegio huic *Monachiensi* Patrum Societatis *Iesu*, templum

hoc nostrum S. *Michaëlis*, cum omnibus fixis ac mobilibus ornamẽtis, paramentis, tapetibus, sacris ad quẽcunq; vsum templi vestibus, aurea & argentea omni supellectile, omnibus Reliquiis, earumq; thecis, cimeliis, clinodiis, quomodocunq; fabrefactis, in perpetuũ assignamus, & tanquã proprium dicamus, & donamus, ita vt ea omnia in vsum duntaxat templi conseruare, & ad diuinum cultum adhibere debeant, neq; quisquã alius quocunq; nomine aut titulo, sibi vllum de iis ordinandi aut disponendi, vel Patres in suo modo ac instituto impediendi jus sumat: Atq; hoc tanto confidentius facimus, quod sciamus primò Patres suis legibus ac constitutionibus prohiberi, ne quicquã ex sacra cuiusque sui tẽpli supellectile alienent. Hortamur, tamen, & omnino cupim⁹, vt quod sponte, vi instituti sui, in nostrã quoq; gratiã faciant: neq; quicquã ex hoc thesauro, quocunq; titulo, quacunq; autoritate aut potestate, etiã successorum nostrorũ Principum Bauariæ, auferri vel alienari vllo modo permittant. Deinde cum Societas inter cætera bona, quę fecit, hominibus persuaserit, & exemplo suo incitarit, ad sacra templa exornanda, & munditer, atq; etiã vbi res est, decenter atq; honorificè seruandã, & augendã sacrã supellectilem: multo meliore nobis iure hoc de Patribus promittimus, in conseruanda & reparanda & ornanda sacra supellectile & thesauro omni huius templi tàm pretioso, præsertim cum in Societate vsitatæ sint tã frequentes visitationes superiorum: in quibus diligentissimè ratio habetur eorum, quæ ad templum & res sacras pertinent. Quoniã vero ad huius tam Magnifici templi; atq; cultus & cantus, tum etiam ad sarta tecta ipsorum ædificiorum sacrorum: & præsertim ad conseruationem, reparationẽ, & pro dignitate exornationẽ sacrarum vestium & supellectilis sacrę, præter industriam ac magnum laborẽ eorum qui Sacristiæ præsunt & seruiunt (quos idoneos semper ex suo numero constituet Societas) magni etiã sumptus requirantur; vt magnificentiæ ædificij & sacri apparatus, cætera respondeant, ad ipsius templi fundationẽ, sartorum tectorum, Musicæ, cultus diuini & sacræ supellectilis inprimis conseruationem: assignamus quoq; Patribus & donamus annuos reditus primùm duorum millium sexcentorum septuaginta quinq; florenorũ quos recipiant quotanis à Camera nostra prouinciali, ex censu legitimo Decimationum, quæ ad eundem finem Collegiorum & Seminariorum Societatis erigendorum Maioribus nostris à sancta sede Apostolica benignè concessæ sunt. Deinde ad eundem templi vsum destinamus, ex hæreditate *Theopili Kummerstat* p. m. bona & decimas in *Ailing* & *Edenhausen* prope oppidum nostrum *Aichen*, ex quibus (indubitatè tria millia florenorum confici possunt) ita vt teneatur Societas, vel horum bonorum fruct⁹ ipsos cum censu illo, templo ac sartis tectis applicare, vel ex iisdem fructibus ac censu eodem, pecuniã conficere annuam trium millium florenorum: Quam summam volumus esse plenam atq; perfectam huius templi nostri fundationem, sic tamen, vt ex eadem sarta tecta non solum templi, sed Collegij quoq; ac Scholarum, conseruentur, ex eademq; expensæ illæ Scholasticæ soluantur, quas societas suo more laudabili ad iuuentutem excitandam adhibere solet; Quod si quod aliquando supersesse videatur, id ad futuros casus maiorum sumptuum reseruetur.

Atq; vt tandem has fundationis nostrę literas concludamus, primum Patres Societatis hortamur & rogamus, vt quod alioqui sponte & paratissimi præstant, hanc fundationem nostram ac voluntatem superiùs fusè explicatam, eãdem fide & diligentia qua hactenus⁹, in perpetuum, quoad omnia exequantur, potissimum autem (qui finis totius⁹ huius nostræ fundationis⁹ est) in Catholica religione hac in Ciuitate ac tota *Bauaria* amplificanda, docendis⁹ paruulis⁹ ac rudibus⁹, conuertendis⁹ hæreticis⁹, confirmandis dubiis⁹, peccatoribus

toribus ad pœnitentiam permouendis, cæterisque instituti sui officiis vbicunque & quibuscunque occasionibus, verbo atque exemplo exercendis, præsertim autem (quod facere eos non ambigimus) pro nostra & nostrorum successorum fœlici gubernatione, totiusque familiæ *Bauaricæ* prosperitate, Deum votis, meritis, sacrificiisque assiduè deprecando, atque etiam toti Prouinciæ nostræ placatum reddendo. Quę quidem omnia tantò ardentius Patres Societatis facturos speramus, quantò nostram in se maiorem agnoscunt beneuolentiam, qua non solum commodis ac bonis externis, sed etiam quieti, ac peculiari eius instituti rationi atque libertati consultum vnicè cupimus & conati semper sumus: Ad quam etiam pertinere arbitramur, vt si qui fortè reperti fuerint, qui à Societate sponte absque superiorum legitima facultate discesserint, nullis in locis Prouinciæ nostræ tolerentur, sed potius si id à nobis, successoribus ac hæredibus aut ordinariis judicibus nostris Societas petiuerit, seuera animaduersione puniantur, ne impunitatis exempla Societati aliquod detrimentum afferant. Deinde quod ad hanc totam fundationem attinet, id quod vitandi fastidij & prolixitatis, repetere in singulis capitibus non libuit, hic vniuersim etiam de singulis, quę in his literis comprehenduntur, autoritate nostra & fide summa, tanquam in conspectu Dei, protestamur, nos omnia & singula huius fundationis capita ad Dei gloriam, Ecclesiæ augmentum, nostram consolationem, & totius Prouinciæ vtilitatem sic constituisse, & quidem maturo, non nostro solum, sed aliorum etiam prudentum, & Patriæ ac Catholicæ religionis amantium consilio, & certa ac diuturna deliberatione: Qua conscientia & mente freti, liberius & fidentius hanc omnem nostram fundationem, donationem, & quicquid demum his literis expressum est, fecimus ac stabiliuimus, non solum nostro, sed etiam omnium posterorum ac successorum nomine, quos eosdem liberos atque successores nostros, atque etiam omnes eos, cuiuscunque status, ad quos huius nostræ fundationis quocunque modo pertinebit executio, per amorem, exempla, ac merita maiorum nostrorum, per honorem ac gloriam totius familiæ ac domus *Bauaricæ*, per charitatem dulcissimæ Patriæ ac Prouinciæ nostræ, per quicquid cuique potest esse charissimum, per misericordiam omnipotentis Dei, per illud extremum ac terribile judicium, aut si quę alia potest esse maior & efficacior obtestatio, hortamur, monemus, obsecramus, obtestamur, adiuramus, vt hanc nostram fundationem, institutionem, donationem, assignationem, applicationem, concessionem, exemptionem, quæque in his literis continentur vniuersa & singula, minima atque maxima, inuiolata manere, per se suosque ea fide & conscientia curent, tanquam de qua coram æterni judicis tribunali, nobis seuerè poscentibus sint rationem reddituri.

Prętera obligatos volumus eosdem posteros nostros, vt Patribus ad jus suum retinendum requisiti, omni ope atque auxilio assistant, quo absq; cuiusquam, quacunque dignitate fulgeat, interpellatione aut impedimento liberè secundum suum institutum primum omnibus sui ordinis priuilegiis, tum iis quæ vi vnionis Pontificię, Iuris Canonici & Ciuilis, præsertim autem *Bauarici*, ad Societatem pertinent: Deinde omnibus, quæ Maiorum nostrorum largitas illis attribuit, siue bonis siue Priuilegiis, præterea cunctis, quæ in hac fundatione aut aliis peculiaribus literis nostris posita, atque Societati largissimè concessa, attributa, dicata, donata sunt, bonis, donis, sacris, non sacris, priuilegiis, exemptionibus, immunitatibus, demum etiam omnibus quæ in posterum quoq; aut nostra, aut cęterorum domus nostræ Principum largitate & beneficętia, aut quorumcunq; aliorum liberalitate, Collegio huic Societatis dicari aut donari

contingat, liberè ac quietè ad propagandum Dei cultum vti ac frui possint, idq; in omni casu, ita vti cuncta, & singula juxta institutum Patrum Societatis intelligantur atq; accipiantur, neq; vel Aduocatia, vel cuiuscunque alterius prætensi Iuris respectu, vel contemplatione, hæc fundatio nostra infringatur, vel etiam institutum venerandæ Societatis vllo pacto minuatur, neque posteros nostros ac hæredes, neq; cæteros quoscunq;, si quid aduersus hanc nostram Fundationem & efficacissimam voluntatem vllo modo molirentur, nec occulta, nec aperta, (quam Deus auertat) violentia excusare possint, nulla etiã prætensa Iura, vel Canonica, vel Ciuilia, Pontificia decreta, dispensationes, indulta, absolutiones, Regalia, Priuilegia, Iurisdictiones, superioritates, immunitates, inhibitiones, exceptiones, Iura publica, siue prouincialia, indemnitates, consuetudines, relaxationes, institutiones, interpretationes, aut quæcunq; tandem humanum ingenium contrà has nostras literas ac Fundationem excogitare potest.

Immò etiam volumus, mandamus, atq; obligamus posteros nostros, vt in omnes eos, qui hanc nostram constitutionem, sanctionem, ac Fundationem, quocunq; modo impugnare, immutare aut corrumpere conati fuerint, seuerissimè animaduertant, & puniant eos omnes, qui Patribus & Collegio huic nostro molestiam exhibere tentauerint: Ipsam autem Societatem Iesu, liberis ac hæredibus & posteris nostris, commendamus affectu planè paterno, hoc est, eo quẽ dignitas & vtilitas instituti huius meretur, & merebitur (vti de Dei benignitate & Societatis disciplina confidimus) à tota posteritate domus atque Prouinciæ Bauaricæ.

Et quanquam hęc Societas pro sua modestia, in bonis externis atque corporis, mediocritatis tenax & amantissima est, & solius animarum lucri insaturabilis; tamen optamus, volumus, rogamus, & mandamus iisdem successoribus nostris, vt in defendenda, amanda, fouenda, ornanda Societate, quid *Bauaricam* stirpem ac pietatem deceat, considerent; atque vt nos nobis Serenissimorum Parentum nostrorum hac in re voluntatem atque exemplum; sic illi sibi hanc nostram fundationem proponant, quam aut imitentur, aut pia æmulatione superare contendant, aut certè, quod sine crimine omitti non potest, in suo vigore, robore ac dignitate æternum conseruent; Ita nos cum Serenissima Coniuge, cæterisque Serenissimis *Bauariæ* Principibus, atque etiam charissimos liberos nostros, omnemque nostram & eorum posteritatem, Prouinciamq; & Patriam nostram Deus sospitet, atque in Catholica fide & pietate felices perpetuo faciat & seruet, Sanctusq; *Michael*, cuius memoriæ Templum Collegiumq; nostrum sacrauimus, ab hac vita aliquando exeuntes, in pace suscipiat. Amen. Atque in horum omnium & singulorum, quę his literis nostris fundauimus, certam & indubitatam fidem, iisdem nostra manu subscripsimus, ac nostro Ducali sigillo easdem communiuimus; Actum Monachij die vigesimo sexto Iunij, Anno salutis Millesimo, quingentesimo, nonagesimo septimo.

Guilhelmus.

Maximilianus.

DE DOMO NOVITIORVM SOCIETATIS IESV EXTRVCTA LANDSPERGÆ.

CVM Illustris Dominus Comes Schvvickardus de Helfenstain Præfectum Landspergæ ageret, ab Illustrissimo Duce Alberto impetrauit locum, montem

montem scilicet arci Landtspergensi vicinum, in quo sibiliceret, sicut iam pridem in votis habuerat, proprium Societatis IESV domicilium extruere, præsertim in gratiam Nouitiorum siue Tyronum, ad hoc ipsum vitæ institutum piè adspirantium, qui spiritualis Tyrocinij sui tempus illuc absoluant, legitimeque probentur. Eo igitur loco, & in hunc finem domus illa est ædificata: primum quidem, dicto Comite sumptus suppetitante, & aliis deinde amicis opitulantibus, vt fabrica integra duobus aut tribus annis absolueretur. In eam domum traducti sunt Nouitij, anno M.D.LXXVIII. quum antea quidem in Monachiensi Collegio incommodè versarentur. Ex eadem domo, quæ nullam adhuc certam dotationem obtinet, Landspergenses suum & ordinarium accipiunt Ecclesiasten.

ILLMVNSTER.

OTTO, frater Alberti & Ottogerionis, fundatorum Tegernseen. Monast. Illm Monasterium, Ilmo flumini contiguum condidit, circa annum Domini 739. Collegium fuit Sacerdotum, qui anno 1495. cum diuo Arsatio Monachium translati sunt, Ioan. Auentin. in Annalibus, fol. 291.

ADDITIONES.

ILMVS pagus est satis amænus, situs medio fere itinere inter duas primarias superioris *Bauariæ* ciuitates, *Monachium* scilicet, prouinciæ nunc Metropolim, & Principum sedem, & *Ingolstadium* insigni florentique Academia celebre. Quo in loco circa annum Christi saluatoris nostri 745. à nobilissimis Comitib. *Ottone*, *Alberto* & *Oggario* fratribus Monasterium erectum est, eodemque ferè tempore ab iisdem aliud quoque magni nominis Cœnobium in *Degernsee* est extructum: In templa vtriusque monasterij reliquiæ Sanctorum tempore præfato *Mediolano* petitæ, obtentæ & illatæ sunt. Corpus S. *Quirini* translatum est in *Bauariam*, in paulo ante nominatũ Cœnobium *Degernsee*, vt ex *Molano* Rmus & Illmus Card*lis* *Baronius*, in notationibus suis ad Martyrologium Romanum die 25. Iunij ostendit, ibi adhuc asseruatur & dignis honoribus colitur. Reliquiæ autẽ S. *Arsatij* Episcopi delatæ sunt in monasterium *ILM*, nunc *Ilmunster* vocatum, vbi quieuerunt à prima fundatione & translatione à *Mediolano*, per annos plus minus 749. donec tandem auctoritate summorum Pontificum, procurante piissimæ memoriæ Duce *Alberto* quarto. Ser*mi* nostri Principis *Maximiliani* abauo, in magnificentissimum templum Deiparæ virginis *Mariæ Monachij*, anno à Christo nato 1494. cum vniuerso Canonicorum Collegio transferrentur, & iam in altari medio eiusdem templi infra Chorum, in tumba argentea reseruãtur.

Admodum Reuerendi & Clarissimi Dn. Georgius Lautherius S. S. Theol. Doct. Præpositus Monacen. Canonicus Cathedral. Eccles. Passauien. Seren. Boiariæ Ducum Alberti V. Guilielmi V. & Maximiliani Cõsiliarius. Vir pietate doctrina multiplici, & vitæ integritate incomparabilis, de Illmunstrensi Ecclesia hæc tradidit, & manu propria cõsignauit.

Monasterium *Illmunstrense* ab *Hunnis* cum multis aliis anno Christi 955. destructum & euersum fuit, simulque publica fere instrumenta oĩa incendio perierunt. Annales nostri habent, S. *Arsacium* natum fuisse patre *Esdoriano*, matre *Lãdina*, à S. *Ambrosio* ad Christianam fidem fuisse conuersum: fratrem habuisse *Eusebium*, atque vna cum ipso sanctorum *Magorum* corpora, & æneum serpentẽ *Constantinopoli Mediolanum* apportasse, multos circumquaque in vicinia ad fidem Christi traduxisse, plurimis miraculis claruisse, tandemq; S. *Simpliciano* in Archiepiscopatu successisse, atq; hoc munere paucis tantum mensib. perfunctum, ex hac vita abiisse, & in medio monumentorũ SS. Episcoporum *Martiniani* & *Auxani*, siue *Ausani*, sepultum esse. Quod quomodo fieri potuerit non videmus, cum

historicorum communi testificatione & consensu constat, S. *Vernerium* in locum S. *Simpliciani* surrogatum, & *Magorum* corpora ab *Eustorgio* primo huius nominis Archiepiscopo ante tempora S. *Ambrosij* piè defuncto *Constantinopoli Mediolanum* translata esse: & vtrumque Archiepiscopum *Martinianum* & *Ausanum*, maximè hunc post S. *Simplicianum* annis propemodum 173. obiisse. Adde quod in toto Archiepiscoporum *Mediolanen.* Catalogo nemo hoc nomine reperiatur.

Nihil plane dubitamus eundem esse sanctum *Arsatium*, cuius facit mentionem Clarissimus & doctissimus vir *Petrus Galesinius* Prothonotarius Apcus. in suo Martyrologio, duodecima die Nouembris his verbis: *Mediolani* S. *Arsacij* Episcopi, atque in notationibus addit, se ista habere ex libro peruetusto Ecclesię *Mediolanensis*. Nam eodem ipso die singulis annis festum illius ex antiqua traditione hic Monachij, & antea in pago *Illmunstrensi* ab annis 840. & quod excurrit solenniter celebratur, & celebratum est.

Atqui suspicamur eundem quoque esse cuius reliquis aliquas Rmus. & Illmus. Card: *Borromæus* sanctæ memoriæ anno 1581. 18. Calendas May, in loco decentiori collocauit. Si Dominus *Galesinius* adiecisset, quo in loco fuisset Episcopus, minus laboraremus,

Cum itaque verissimum sit eius corpus *Mediolano* in *Bauariam* translatum, iam ab annis circiter 850. in duob. istis templis *Illmunstrensi* & *Monacensi*, magna cum veneratione & credentium consolatione & fructu asseruatum esse: verisimillimum appareteum in aliqua saltem ciuitate latissimè patentis Archiepiscopatus *Mediolanensis* Episcopum fuisse.

Catalogus Præpositorum peruetustæ huius Ecclesiæ seu Monasteri ad Illmum proponendus hoc conuenienti loco à nobis esset: verum prohibent facere tot centeni anni à prima fundatione elapsi: tot interim damna hinc inde illata; nec non causę aliæ, quas sciens lubēs suo loco repono. Si quidpiam certi deinceps compertum habuero, faciam ne obliuio absumat. De duobus Præpositis testantur monumenta mihi visa, & perlecta, quos vt perennes sint, adnotare volui. sunt autem.

VLRICVS Leonroder, vel Levvenroder, an. 1315. vixit ad hucan. 1348. & diplom. anni illius vocatur Virich von Leonrod.

IOHANNES, an. 1424.

INGOLSTADIENSIS VNIVERSITAS.

ANNO Domini 1472. Ludouicus Dux Bauariæ inferioris, præhabito consilio ac authoritate summorum Pontificum, Pij secundi, ac eiusdem Successoris Pauli secundi, primus instituit generalem Vniuersitatem in sua ciuitate Ingolstat, iuxta Danubium, ad formam Vniuersitatis Viennensis, iisdemque priuilegiis: quam dotauit Capella ac domo præbendaria, vulgariter Pfründthauß/ quam Ludouicus Dux Bauariæ, dictus Barbatus, ac Comes Martaniæ, agnatus suus. paulò antè pro 12. pauperibus laicis construxerat: Quæ ad hucnomen veteris Collegij retinet, vna cum suis redditibus ac censibus, nec non illis, quæ præfatus Dux Ludouicus Ingolstadiensibus pro 12. Choralibus, qui die noctuque in Templo B. Mariæ virginis, à se ex fundamentis magnificè constructo,

ſtructo, ſacerdotiis ſignis ac ornamentis precioſis decorato, Pſalmos alternatim legerent, deſtinauerat. Additis inſuper iis redditib., quos fratres ſancti Franciſci ibidem ante reformationem jure proprietatis poſſederant, cum aliis in fundatione contentis, quæ ad ſuſtentationem Doctorum ac Profeſſorum ibidem ſufficere videbantur. Quorum ab initio non magnus erat numerus, ſcilicet vnius ad minùs Theologi, duorum Canoniſtarum, vnius Legiſtæ, vnius Medici, ac ſex Profeſſorum Philoſophiæ ac artium liberalium, quitunc Collegiati nominabantur, in ſupra dicta domo ac communi conuictu commorantes; Quæ adhæc noſtra tempora, vſq; ad annum 1540. ferè durârunt. Erant quoque exigua tum ſalaria Profeſſoribus conſtituta, ad ſummam 130. florenorum, ac infra.

Secvndvm primam inſtitutionem tota Schola in quatuor nationes diuiſa fuit:

Prima fuit Bauarica, ſub qua comprehenderetur, Bohemia, Morauia, Auſtria, Stiria, Carinthia, Sclauonia, Italia, Atheſis ac Sueuia.

Secvnda natio erat Rhenenſis, comprehendens vltra Rhenanum tractum ea parte, qua Argentoratum, Spira, Wormatia, &c. ſunt ſita.

Tertia natio Franconica, ſcilicet Francorum, Haſſorum, Weſtphalorum, Türingorum, Anglorum, Danorum, Norvvegiorum & Suecorum.

Qvarta natio Saxonica, complectens Saxones, Miſnios, Sileſios, Luſacios, Marchiam Brandeburgenſem, Pomeranos, Stetinenſes, Grunlandios ac vicinos Oceano Septentrionali, Pruſſios, Ruſſios, Lithuanos, Samegitios ac Polonos: Quælibet harum nationum ſuum proprium habebat Procuratorem, cum poteſtate ſingulis ſemeſtribus Rectorem eligendi. Hæc ex ſcholis Italiæ ac Galliæ profecta nationum ac procuratorum diſtinctio, nobis in Germania minùs apta ſtatim abolita: ac in Senatum Academicum tam Rectoris eligendi, quàm oīs reliqua poteſtas reiecta eſt: Creuit quoq; paulatim numerus Profeſſorum ac ſcholarum vnà cum augmento ſalariorum ac reddituum, quibus ex decima Eccleſiaſticorum prouentuum, conſenſu ſummorum Pont. iam altera vice impoſita non leuis acceſſio facta eſt, Cancellarius vniuerſitatis à S. Pontifice delectus eſt Ordinarius loci Epiſcopus, nempe Aichſtetenſis, qui ſuum vice gerentem, ſeu Vicecancellarium Ingolſtadij habet, vnum ac illum quidem præcipuum, Theologiæ Profeſſorem.

Georgivs Dux Bauariæ, filius Ludouici prædicti, confirmans & ſubſcribens patris inſtitutioni adiecit ac conſtruxit aliud Collegium, quod nouum ſeu Georgianum prope vetus vocant: In quo ſub Regente pauperes Scholares à ciuitatibus Bauariæ ſuæ ditionis præſentandi, ac alij Stipendiati, vt vocant, artium liberalium Studioſi vſq; ad gradum Magiſterij alerentur.

Albertvs Dux Bauariæ, piæ memoriæ nuper defunctus, hunc pauperum numerum auxit, diſciplinæ Ieſuitarum, quos idem Dux pio zelo illuc collocauit, in veteri Collegio ſubiecit, ac Theologico ſtudio incumbere iuſſit, vt hinc tanquã ex ſeminario ſubinde viri pij ac docti Parochiis ac concionibus verbi diuini præfici poſſent, qui alumni Principis vocantur.

Deficientibvs paulatim ac frigeſcentibus aliis Germaniæ Vniuerſitatibus, hæc noſtra Catholica Schola creſcere ac florere cæpit, præſertim in Theologico ac Iuridico ſtudio. Omnipotens ipſam ad ſui nominis gloriam, ad ſalutem Eccleſiæ ſuæ Catholicæ, ac communem vtilitatem totius Reipub. Chriſtianæ, præſertim noſtræ Germaniæ quàm diutiſſimè florentem ac incolumem conſeruare dignetur. Amen.

ADDI.

ADDITIONES.

PIVS Episcopus seruus seruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam. Inter cæteras felicitates quas mortalis homo in hac labili vita dono Dei nanciſci potest, ea non vltimis computari meretur, quod per assiduum studiũ adipiſci valet sapientiæ margaritam, quæ bene beateq; viuendi viam præbet, ac peritum ab imperito longè facit excellere, & similem Deo reddit, hæc præterea illum ad mundi arcana cognoſcenda dilucidè introducit, suffragatur indoctis ac in infimo loco natos euehit in sublimes. Et propterea sedes Apostolica rerum spiritualium ac etiam temporalium prouida moderatrix, liberalitatis honestæ circumspecta distributrix, & cuiusuis commendabilis exercitij perpetua & constans adiutrix vt eo facilius homines ad tam excelsum humanæ conditionis fastigium acquirendum, & acquisitum in alios refundendum semper cum augmento quæsiti inducantur, eum aliarum rerum distributio massam minuat, scientiæ verò communicatio quanto in plures diffundatur, tanto semper augetur, & crescit, illos hortatur, eis loca præparat, illos adiuuat & fouet, ac ea pro ipsorum commodo & vtilitate, præsertim dum hoc per Catholicos Principes postulatur, libenter concedere consueuit. Sanè pro parte dilecti filij Nobilis viri *Ludouici Comitis Palatini Reni*, Ducis *Bauariæ* nuper nobis exhibita petitio continebat, quod dudum ipse prouide considerans, quod per litterarum studiis insudantes personas dignè colitur diuina majestas, orthodoxæ fidei veritas illustratur, virtutum morumque decor acquiritur, omnisque prosperitas humanæ condicionis augetur, pro Reipublicæ vtilitate in suo opido *Ingelstat Eyſteten.* dioc. quod valde adhoc aptum existit, & in quo aëris viget temperies, ac rerum ad vitam hominum necessariarum abundantia reperitur, & iuxta quod nullum aliud generale studium prope centum quinquaginta miliaria Italica vel circa habetur. feruenter exoptat fieri & ordinari per sedem Apostolicam studium generale, in qualibet licita facultate, ibidem fides ipsa dilatetur, erudiantur simplices, æquitas seruetur, iudicij vigeat ratio, illuminentur mentes, & intellectus hominum illustrentur. Nos premissa ac etiam eximiam fidei & deuotionis sinceritatem, quam ipse Dux ad nos & Romanam Ecclesiam gerere comprobatur, attentè considerantes, feruenti desiderio ducimur, quod oppidum ipsum scientarum ornetur muneribus, ita vt viros producat consilij maturitate conspicuos, virtutum redimitos ornatibus, & diuersarum facultatum dogmatibus eruditos, sitque ibi scientiarum fons irriguus de cuius plenitudine hauriant vniuersi litterarum cupientes imbui documentis, Præfati Ducis in hac parte supplicationibus inclinati, ad laudem diuini nominis, & eiusdem fidei propagationem autoritate apostolica statuimus ac etiam ordinamus, quod in eodem opido de cætero studium generale, illudque inibi perpetuis futuris temporibus vigeat, tàm in Theologia, iure Canonico & Ciuili, in Medicina & Artibus, quam in qualibet alia licita facultate. Quodque legentes & studentes ibidem, omnibus priuilegiis, libertatibus, exemptionibus, honoribus & immunitatibus, quibus Magistri Doctores & Studentes in studio *Vienen.* gaudent & vtuntur, seu vti & gaudere poterunt quomodolibet in futurum pariter vti valeant & gaudere. Quodque illi qui processu temporis brauium meruerint in facultate qua studuerint obtinere. ac docẽdi licentiam, vt alios erudire valeant, nec non Magisterij seu doctoratus honores petierint, illi eis elargiri possint per Doctorem seu Doctores, aut Magistrum seu Magistros facultatis eiusdem, post rigorem examinis seruatis solennitatibus consuetis. Illi verò qui in eodem studio dicti opidi examinati, & approbati fuerint, ac docendi

cendi licentiam & honorem obtinuerint, ex tunc absq; aliis examinatione & approbatione legendi & docendi, tàm in prædicto opido q̃ aliis Vniuersitatibus in quibus legere vel docere voluerint, plenam & liberam habeant facultatem. Non obstantibus statutis & consuetudinibus ac Priuilegiis Vienneñ. ac aliorum studiorum eorundem juramento, confirmatione apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, etiamsi de illis eorumq; totis tenorib. specialis & expressa mẽtio præsentib. habenda esset, cæterisq; contrariis quibuscunque. Volumus autẽ quod Scholares in eodẽ studio erigendo gradus pro tempore suscipientes, fidelitatis debitæ iuxta formam præsentib. annotatam in manibus Rectoris eiusdẽ studij pro tempore existentis præstare debeant & teneãtur. Forma autem dicti juramenti talis est. Ego. . . Scholaris studij *Ingelstat Eysteten.* dioc. ab hac hora in antea fidelis & obediens ero beato *Petro*, sanctęque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, & Domino meo Domino *Pio* PP. II. ac eiussuccessorib. Canonicè intrantib. Non ero in consilio, cõsensu, tractatu vel facto vt vitam aut membrum perdant, seu quod contra alicuius eorum personam, vel in ipsorum aut Ecclesiæ eiusdem seu sedis apostolicæ auctoritatis, honoris, priuilegiorum vel apostolicorum statutorum, ordinationum, reseruationum, dispositionum seu mandatorum, derogationẽ vel præiudicium, machinationes aut conspirationes fiant, & si, quoties aliquid horum tractari sciuero, id ne fiat pro posse impediam, ac quãto comode potero, eidem Domino nostro, vel alteri per quem ad ipsius notitiam peruenire possit significabo. Consilium verò quod mihi per se aut nuncios seu litteras credituri sunt, àd eorum damnum nemini pandam. Ad retinendum & defendendum Papatum Romanum & Regalia S. *Petri* contra omnem hominẽ adiutor eis ero. Auctoritatẽ, Priuilegia & jura, quantum in me fuerit potius adaugere & promouere, Statuta, Ordinationes, reseruationes, dispositiones, & mandata huiusmodi obseruare & eis intendere curabo. Legatos sedis Apostolicæ honorificè, & in suis necessitatibus adiuuabo. Hæreticos & Schismaticos & qui alicui ex Domini nostri successoribus prædictis rebelles fuerint, pro viribus persequar & impugnabo. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Senis* anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo nono, septimo Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

A. de moncia.

Ia. Lucen.

Rta. gratis pro L. Theranda.

Pe. de Bonitate.

VNiuersis & singulis Ecclesiasticis, secularibus, Prelatis, & quarumcunque facultatum Doctoribus, Licentiatis, Magistris, Baccalaureis, Studentib. cæterisq; quacunq; dignitate, statu, aut eminentia fulgeant, ad quorũ notitiã præsentes literę nostræ deuenerint, *Ludouicus* Dei gratia *Comes Palatinus Rheni*, inferioris ac superioris *Bauariæ* Dux, amicitiã nostram, salutem & gratiã Reuerendissimi, Reuerendi in Christo Patres, Illustres Principes, Venerabiles, egregij, honorabiles viri, nobis in Christo deuoti ac sinceri & fideles dilecti. Iamdudũ considerantes

derantes ac animo voluentes, per homines litteris eruditos altius & rectius diuinam maiestatem coli & rimari, orthodoxæque fidei veritatem diffusius illustrari & roborari, morum decore augmentari, & humanæ conditioni optime & salubriter prouidere ac subueniri. Quã ob causã vt in Principatu & dominio nostro viri consilio maturi, virtute redimiti, ac maturitate conspicui, & diuersarum facultatum dogmatibus, clari & eruditi instituerentur, â summo Pontifice Smo. D^n. N. Papa impetrauimus, quod in oppido nostro *Ingolstat Eystetensis* diœcesis, in quo optima aeris viget temperies, ac rerum humanæ necessariarum vitæ, & victus abundantia reperitur, de cætero sit vniuersitas & studium generale, futuris perpetuis duratura temporibus. Quodque Doctores & Magistri tam in Theologia, jure Pontificali aut legali, in Medicinis & artibus, quam in alia quacunque facultate ibidem legentes & studentes, priuilegiis & immunitatibus, exemptionibus ac honoribus gaudeant & potiantur, quibus Doctores & Studentes olim in vniuersitate *Athenienſi*, & modo *Bononienſi* & *VViennenſi* gaudent & vtuntur. Vt autem hæc omnia efficaciorem sortiantur effectum ac Vniuersitas huiusmodi magis ac magis Doctoribus, Magistris, & Studentibus accrescat & augeatur, perpetuoque perseueret, nostram etiam in hoc auctoritatem adiecimus, ipsam Vniuersitatem Priuilegiis, prærogatiuis immunitatibus & honoribus specialibus pro nobis & successoribus nostris in Ingolstat, vna cum Consulibus ibidem (quatenus tum nos tum ipsos respicit) decorauimus, reditibus, prouentibus, & emolumentis competentibus donauim^s, nec non de Doctoribus clarissimis ac Magistris probatissimis, qui secunda feria post Dominicam Oculi proximè futuram ibi legere incipient, prouidimus. De aliis quoque ad hæc oportunis prouideri fecimus. Hæc ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam voluimus deducere per Præsentes: quatenus si quis ex vobis literarum studiis operam dare & impendere intenderet, de hoc cercioratus esset, vt nos profecto curam dabimus, quod nisi id quod iustum, rationabile ac decens & ipsis Studentib. vtile fuerit à Doctoribus & Magistris præfectis, aut inibi præficiendis legatur, & Studentes cum omni diligentia erudiantur. Nos quoque ipsos Doctores, Magistros & Studentes, sic tractabimus, & per nostros officiales tractari procurabimus, vt cum omni decentia & manſuetudine vniuersa fiant, & quę nobis, & ipsis nostris officialibus ad huiusmodi Vniuersitatis, & eiusdem priuilegiorũ conseruationem facere incumbunt, & eorum exigit necessitas. Dat. ex castro nostro Ducali *Landshut*, sub secreto nostro impresso, die secunda Ianuarij, an. Domini M CCCC.LXXII.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. In eminenti sedis Apostolicæ specula Romanus Pontifex à Domino constitutus, ad illa suos potissime effundit cogitatus, per quæ personis scientiæ margaritta, qua totus regitur orbis, iustum ab iniusto, æquum ab iniquo segregatur, benè beateque viuendi via præbetur, obscura dillucidantur, rerumque spiritualium & temporaliũ prouida moderatione reguntur adornatis laboris sui mercedem & honores iuxta exercitij meritum impendantur. Dudum siquidem, ad laudem diuini nominis, & orthodoxæ fidei propagationem dilecti filij Nobilis viri *Ludouici Comitis Palatini Reni* Ducis *Bauariæ* statuimus. ac etiam ordinauimus; quod in oppido *Ingelstat Eisteten.* dio. de cætero foret studium generale, & illud inibi perpetuis futuris temporibus vigeret, tam in Theologia, iure Canonico, Ciuili, Medicina & Artibus, quam in qualibet alia licita facultate, quodque legentes & studentes ibidem omnibus Priuilegiis, libertatibus, exemptionibus

nibus, honoribus & immunitatibus, quibus Magistri, Doctores & Studentes in studio *Viennen.* gaudent & vtuntur, seu vti & gaudere possent quomodolibet in futurũ pariter vti valerent & gaudere, ac illi qui processu tẽporis brauiũ merẽtur, vt in facultate qua studuissent honorẽ obtinere, ac docendi licentiã vt alios erudire valerent, nec non Magisterij seu Doctoratus honores peterent, illi eis elargiri possent per Doctorem seu Doctores, aut Magistrum seu Magistros facultatis eiusdem post rigorem examinis seruatis solemnitatibus consuetis, illi vero qui in eodem studio dicti opidi examinati & approbati forent, ac docendi licentiam & honorem obtinerent, & tunc absque aliis examinatione & approbatione legendi & docendi tam in prædicto opido quam aliis Vniuersitatibus, in quibus legere vel docere voluissent, plenam & liberam haberent facultatem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum itaque sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Ludouici Ducis petitio continebat, dictum studium *Ingelstat* à tempore illius initij pluribus annis satis copiosa multitudine Scholarium omnium prædictarum facultatum cum lectionibus & aliis scholasticis actibus diligenter continuatum fuerit, & peramplius continuari posset, nisi nonnulli ex scholaribus eiusdem studij etiam sufficientes & idonei se hactenus à receptione graduum & insigniorum in dictis facultatibus seu aliqua earum propter paucitatem Doctorum inibi existentium detraxissent, & in aliis generalibus studiis etiam simili auctoritate erectis, promoueri, & huiusmodi insignia recipere conarentur, pro parte dicti *Ludouici* Ducis nobis fuit humiliter supplicatum, vt statuere & ordinare, quod eiusdem studij duo vel tres in Theologiæ & Medicinæ, nec non quatuor aut quinque juris Canonici & Ciuilis facultatibus iam insigniti Doctores & simul iuncti, scholares habiles & ydoneos respectiuè debitis solemnitatibus ad hoc adhibitis & rigoroso præcedente examine in locis publicis & honestis ad singulos gradus in eisdem facultatibus, secundum eorundem scholarium exigentiam promouere, & insignijs decorare valeant, & alias in præmissis oportunè prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos cupientes in dicto studio, prout hactenus, viguit & continuatum est studium, ipsum perpetuo continuare & augeri, huiusmodi supplicationib. inclinati hac p̃senti pagina perpetuo valitura statuim⁹ & ordinamus, quod eiusdem studij *Ingelstat* duo vel tres in Theologiæ & Medicinæ, nec non quatuor vel quinque in Iuris Canonici & Ciuilis facultatibus insigniti Doctores, & in simul iuncti Scholares habiles & idoneos debitis solemnitatibus ad hoc adhibitis, & rigoroso præcedente examine in locis publicis & honestis ad singulos gradus in eisdem facultatibus, secundum eorundẽ Scholarium exigentiam promouere, & insigniis decẽtib. decorare valeant, quodq; promoti & insigniti huiusmodi eisdem honoribus, priuilegiis & prærogatiuis quib. in *Bononien.* & *Salamanticen.* studiis promoti & graduati ac insigniis decorati, de jure vel consuetudine, aut alias ex apostolicis priuilegiis vti & gaudere possint. Non obstantibus præmissis ac Constitutionibus & ordinationibus apostolicis, nec non statutis & consuetudinibus eiusdem studij *Ingelstat* etiam Iuramento, confirmatione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, ac omnibus illis, quæ in dictis litteris volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud sanctum Petrum, anno

incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Prid. Kl. Auguſti, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Au. Gratis de Man^to. D.n. Pape.

P. de Monte.

A. Trapezuntius.

S. Bonattus.

ADRIANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Vt litterarum ſtudio & eruditioni acdiuinorum celebrationi continuo inſiſtentib. quæ ad eorum ſuſtentationē fuerint oportuna non deſint, opē & operam, quantum cum Domino poſſumus impartimur. Sane pro parte dilectorum filiorū Nobiliū virorum *Ottonis Henrici* ac *Philippi* fratrum Germanorum *Comitū Palatinorū Rheni* & *Bauariæ* Ducum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod aliàs bonæ memoriæ *Georgius Comes Palatinus Rheni* & vtriuſque *Bauariæ* Dux eorum auus tunc in humanis agēs inter alia pia opera per eum geſta vnum Collegium Scholarium in ſtudio vniuerſali opidi *Ingolſtat Eyſteten.* Diœceſ. pro pauperibus ſtudentibus à fundamentis erexit, & ex propriis bonis ſuis dotauit, Quodque Regens dicti Collegij presbyter eſſe debet, & Collegialium eorundem curam gerit, & in Eccleſia ſeu ſacello eiuſdem Collegij Miſſas & alia diuina officia celebrat, & propterea *Otto Henricus* & *Philippus Comites Palatini* ac Duces prædicti ſunt contenti, vt corcordata per claræ memoriæ *Maximilianum* tunc in humanis agentem Romanorum Regem in Imperatorem electum, in bello Bauarico, quantum ad fundationes dicti *Georgij* attinet ſortiantur effectum, & ſuper parochialis Eccleſiæ beatæ Mariæ in *Parr Auguſten.* Diœceſis, quæ de ipſorum, ac pro tempore exiſtentium Comitum *Palatinorum Rheni* ac Ducum *Bauariæ* jure patronatus exiſtit, fructibus, redditibus & prouentibus qui vberes exiſtunt, infraſcripta penſio pro ſuſtentatione Regentis, ac diuinorum officiorum huiuſmodi reſeruetur. Nos igitur qui diuinum cultum vbique vigere & augeri ſinceris deſideramus affectibus *Ottonem Henricum* & *Philippum* & Regentem prędictos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, à jure vel ab homine quauis occaſione vel cauſſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolutos fore cenſentes auctoritate apoſtolica tenore præſentium penſionem annuam quadraginta florenorum Rhenen. ſuper parochialis Eccleſiæ fructibus, redditib. & prouentibus huiuſmodi, quorum medietatem ipſa penſio vt dicti *Otto Henricus* & *Philippus* aſſerunt, non excedit, dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti Regenti Collegij huiuſmodi, vel Procuratori ſuo, ad hoc ab eo ſpeciale mandatum habenti, per dilectum filium *Georgium Kratzer* ipſius Eccleſiæ Rectorem, cuius ac dictorum *Ottonis Henrici* & *Philippi* ad hoc per dilectum filium *Ioannem Eckium* Clericum *Auguſten.* diœces. Magiſtrum in Theologia Procuratorem eorum, ad hoc ab eis ſpecialiter conſtitutum expreſſus accedit aſſenſus, & ſucceſſores ſuos, Eccleſiam prædictam pro tempore obtinentes, annis ſingulis, pro vna videlicet in Natiuitatis beati *Ioannis Baptiſtæ*, & alia medietatibus penſionis eiuſdem in Sancti *Iohannis Euangeliſtæ* teſtiuitatibus integrè perſoluendam perpetuo reſeruamus, conſtituimus & aſſignamus, decernentes *Georgium*

gium & successores prædictos ad integram solutionem pensionis huiusmodi eidem Regenti faciendam, iuxta reseruationis, constitutionis & assignationis perdictarum tenorem fore efficaciter obligatos, ac volentes, & eadem auctoritate statuentes, quod ille ex *Georgio* & successoribus prædictis, qui in altera dictarum festiuitatum vel saltem infra triginta dies illam immediate sequentes pensionem huiusmodi per eum tunc debitam non persoluerit cum effectu, lapsis diebus eisdem sententiam excommunicationis incurrat, à quo donec Regenti vel procuratori suo prædicto de dicta pensione tunc debita integrè satisfactum aut aliàs cum eo desuper amicabiliter concordatum fuerit, absolui non possit, præterquam in mortis articulo constitutus. Si verò per sex menses dictos triginta dies immediate sequentes sententiam ipsam, animo quod absit sustinuerint indurato, ex tunc effluxis mensib. ipsis Ecclesia prædicta perpetuo priuatus existat, illaque vacare censeatur eo ipso. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus apostolicis contrariis quibuscunque. Aut si *Georgio* & successoribus prædictis, vel quibusvis aliis communiter vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod ad præstationem vel solutionem pensionis alicuius minimè teneantur, & ad id compelli non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunq; tenoris existat, per quã præsentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę absolutionis, reseruationis, constitutionis, assignationis, Decreti, voluntatis & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei ac B. Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum*, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo vigesimo tertio Pridie Id. Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

P. Marnon. A. de Agazanth. Io. Bagatenus.

ADRIANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili fratri Episcopo *VVigernien.* ac dilectis filiis *Augusten.* & *Eysteten.* Officialib. salutem & Apostolicam benedictionem. Hodie dilecto filio moderno & pro tempore existenti Regenti Collegij scolarium in studio Vniuersali opidi *Ingolstat Eysteten.* Dioc. per bonæ memoriæ *Georgium Comitem Palatini Rheni* & vtriusque *Bauariæ* Ducem à fundamentis erecti pensionẽ annuã quadraginta florenorũ Rheneñ. super parochialis Ecclesię B. Mariæ in *Parr Augusten.* Dioc. fructib. redditib. sibi vel procuratori suo ad id ab eo speciale mandatum habenti per dilectum filium *Georgium Kratzer*, ipsius Ecclesiæ Rectorem & successores suos Ecclesiam prædictam pro tempore obtinentes annis singulis in certis terminis tunc expressis sub excommunicationis sententia, & deinde priuationis pæna integrè persoluendam dicti Georgij ad id per certum Procuratorem suum ab eo specialiter constitutũ expresso accedente consensu autoritate Apostolica reseruauimus, constituim⁹, & assignauimus, per alias nostras literas prout in illis pleni⁹ continetur. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut vnus vestrum, si & postquam dictæ litteræ vobis præsentatę fuerint p vos vel alium seu alios faciatis auctoritate nostra pensionem prædictã Regenti moderno &

no & pro tempore existenti Collegij huiusmodi, vel Procuratori suo prædicto, iuxta reseruationis, constitutionis & assignationis prædictarũ ac Decreti nostri in eisdem litteris appositi continentiam & tenorem efficaciter persolui. Et nihilominus quemlibet ex *Georgio* & successoribus prædictis, quem vobis huiusmodi excommunicationis sententiam incurrisse constiterit quotiẽs super hoc pro parte dicti Regentis fueritis requisiti tamdiu dominicis & aliis festis diebus in Ecclesiis dum maior inibi populi multitudo ad diuina conuenerit, excommunicatum publicè nuncietis, & faciatis ab aliis nunciari, ac ab omnibus arctius euitari, donec Regenti vel Procuratori suo præfatis de pensione huiusmodi tunc debita fuerit integre satisfactum, ipseque excommunicatus ab huiusmodi excommunicationis sententia absolutionis beneficium meruerit obtinere. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus omnibus, quæ in dictis litteris voluimus nõ obstare. Seu si Georgio & successoribus prædictis vel quibusvis aliis communiter vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum *Romæ* apud S. *Petrum*, anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo vigesimo tertio. prid. Id. Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

Adrianus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum vniuersalis Ecclesia ad sui regimen litteratis viris permaximè indigere noscatur, ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari non possunt legendo & proficiendo oportunitas sit sublata, sed sapientum ac litteratorum virorum, ac litteris' operam dantium numerus' augeatur, indies opem & operam sedulo adhibemus. Sanè pro parte dilecti filij Nobilis viri *VVilhelmi* Comitis *Palatini Rheni* superioris que & inferioris *Bauariæ* Ducis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum studium generale in opido *Ingelstt Eysteten.* Diœcesis, sub regimine temporali ipsius *VVilhelmi* vigeat, ac Priuilegiis' & indultis' Apostolicis fuerit decoratum, & indies benedicente Domino magis' ac magis adaugeri speretur, in eoque cunctarum scientiarum etiam variis' linguis doctrina refulgeat, multique Doctores & Magistri, aliiqui scientias' inibi legentes', Cathedras regentes' litterisque operam dantes commorentur. & resideant, si pro illorum commodiori sustentatione & stipendiorm competentiori satisfactione de aliquibus redditibus prouideretur, ex hoc profecto moderni & pro tempore existentes magistri Doctores, Scolares & aliæ personæ eiusdem Vniuersitatis inibi legere, studere, & litteris operam dare auidius' & attentius curarent. Nos igitur qui scientiam atque doctrinam vbique propagari coli & frequentari intimis desideriis exoptamus, *VVilhelmum* prędictum & Sindicum infrascriptum à quibusuis excommunicationis' suspensionis' & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis censuris & pœnis' à jure vel ab homine quauis occasione vel caussa latis', si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harũ serie absolutos fore censentes auctoritate apostolica tenore præsentium, vnã quinquaginta super B. Mariæ dicti opidi, quam *Georgius Hauuer*, & aliam octuaginta super Sancti *Emerani* in *VVembtling*, quam *Iohannes Mogis*, ac aliam quadraginta super sanctæ *Barbaræ* in *Abensperg* quam *Iohannes Egkel*, & reliquam pensiones' annuas' aliorum quadraginta florinorum Renen. super eiusdem Beatæ Mariæ in *Schongauu* dictæ, & *Ratisponen.* ac *Augustен.* respectiue Diœcesis quam *Eobanus Ott* dilecti filij ipsarum Ecclesiarum, quæ de

jure

jure patronatus dicti *Wilhelmi*, & pro tempore existentis Ducis vtriusque *Bauariæ* huiusmodi existunt Doctores, obtinent, & eisdem Ecclesiis annexorum fructibus, redditibus & prouentibus, quorum medietatem dictæ, & aliæ forsan desuper assignatæ pensiones in eisdem Ecclesiis residendo, vt dictus *Bilhelmus* asserit nõ excedunt, dilecto filio Sindico Doctorum, Magistrorũ, Lectorum & personarum Vniuersitatis studij huiusmodi nunc & pro tẽpore existenti, per *Georgium* & *Ioannem Mogis*, ac *Ioannem Egkel*, & *Eobanum* prædictos, quorum, ac dicti *Bilhelmi* Comitis & Ducis ad hoc per dilectum filium *Ioannem Buren* clericum *Moguntinen.* dioces. procuratorem eorum ad hoc ab eis specialiter constitutum expressus accedit assensus, & successores suos Ecclesias prædictas pro tempore obtinentes Annis singulis pro vna videlicet in sancti Ioannis Euangelistæ, & altera cuiuslibet pensionum per præsentes reseruatarum huiusmodi medietatib. in B. Ioannis Baptistæ Natiuitatũ festiuitatibus in dicto opido Ingolstat integrè persoluendam perpetuo reseruamus, constituimus & assignamus. Decernentes *Georgium* & *Iohannem Mogis*, ac *Iohannem Egkel* & *Eboanum* ac successores prædictos ad integram solutionem pensionum per præsentes reseruatarum huiusmodi eidem Sindico faciendam iuxta reseruationis, constitutionis, & assignationis' huiusmodi tenorem fore efficaciter obligatos, ac volentes, & eâdem auctoritate statuentes, quod ille ex *Georgio* & *Iohanne Mogis* ac *Iohanne Egkel* & *Eobano* ac successoribus prædictis, qui in altera dictarum festiuitatum, vel saltem infra triginta dies illam immediatè sequẽtes aliquam ex pensionibus per præsentes reseruatis huiusmodi per eam tunc debitã non persoluerit cum effectu, lapsis diebus eisdem sententiam excommunicationis incurrat, à qua donec dicto Sindico de dicta pensione tunc debita integrè satisfactum aut aliàs cum eo desuper amicabiliter concordatum fuerit, absolui non possit præterquam in mortis articulo constitutus. Si verò per sex menses dictos triginta dies immediatè sequentes sententiam ipsam, animo quod absit sustinuerit indurato, ex tunc effluxibus mensibus ipsis illa ex Ecclesiis prædictis quam eum tunc obtinere contigerit, perpetuo priuatus existat, illaq; vacare censeatur ipso jure, Non obstantibus Constitutionib. & ordinationib. Apostolicis contrariis quibuscunq;. Aut si *Georgio* & *Iohanni Mogis* ac *Iohanni Egkel* & *Eobano* & successoribus prædictis, vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadẽ sit sede indultũ, quod ad præstationẽ vel solutionem pensionis alicuius minimè teneantur, & ad id compelli non possint per litteras apostolicas, non facientes plenã & expressam ac de verbo ad verbũ de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentib. non expressam vel totaliter non insertam effectus huius modi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cuiusq; toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, reseruationis, constitutionis, assignationis, Decreti, voluntatis & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei ac B. Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum*, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo vigesimo tertio, Decimo tertio Kl. Octob. Pontificatus nostri anno secundo.

Ioan. Matthæus Gibertus. A. de Castillo.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Rationi congruit, & cõuenit honestati, vt ea quæ de Romani Pontificis

gratia processerunt, licet eius superueniente obitu literæ apostolicæ super illis confectæ non fuerint, suum sortiantur effectum. Dudum siquidem fel. recordationis *Adrianus* PP. VI. prædecessor noster omnia beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura apud sedem apostolicam tunc vacantia, & in antea vacatura, collationi & dispositioni suæ reseruauit, decernens ex tunc irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate sciẽter vel ignoranter contingeret attemptari. Cumque postmodum parochialis Ecclesia sancti *Blasij* in *Zuchering Augusten.* diœcesi Capellæ S. *Saluatoris* intra pontes *Eysteten.* diœcesi quam dilectus filius *V Volfgangus Braun* ipsius Capellæ rector obtinet, perpetuo vnita, annexa & incorporata, ex eo quod idem prędecessor vnionem, annexionem & incorporationem prædictas eiusdem *V Volfgangi* ad id per dilectum filium *Ioannem Buren* clericum *Moguntinen.* dioc. procuratorem suum ad id ab eo specialiter constitutum, expresso accedente consensu apostolica auctoritate dissoluta, & per dissolutionem eandem apud sedẽ prædictam vacauisset, & vacaret tũc nullusque de illa præter eundem prędecessorem ea vice disponere potuisset, siue posset, reseruatione & decreto obsistentibus supradictis, pro parte tunc Rectoris & Consiliariorum Vniuersitatis studij generalis opidi *Ingolstaten. Eysteten.* dioc. eidem prædecessori exposito, quod cum ipsi & pro tempore existens Rector & consiliarij Vniuersitatis studij huiusmodi, ab eiusdem studij fundatione eatenus ex donatione illius fundatoris, qui dictæ Ecclesiæ, & ad illam pro tempore pertinentes decimas tunc, & ab immemorabili tempore, etiam ante Lateranen. Concilium licite percipiebant per sedem eandem approbata medietate omnium & singularum decimarum earundem percipere consueuissent & super diuisione vel collectione decimarum earundem, vel earum fructuum, reddituum & prouentuum inter pro tempore existentes Rectores & Consiliarios Vniuersitatis ac perpetuum Vicarium plebanum nuncupatũ Ecclesiæ prædictarum quandoque dissensiones & iurgia orirentur. Cuperent propterea tàm ipsi quam etiam filius *Sigismundus Heiberger* eiusdem Ecclesiæ perpetuus Vicarius plebanus nuncupatus ad euitandum dissensiones prædictas, & vt Legentibus Doctoribus, Magistris & aliis personis dictæ Vniuersitatis inibi pro tempore literarum Studio insistentibus de sustentatione ac salariis & Stipendiis competentibus prouideretur, Ecclesiam prædictam, cuius perpetua Vicaria plebania nuncupata tum pro tempore vacabat, ad collationem, prouisionem, præsentationem, vel aliam dispositionem dicti *Wolfgangi* & pro tempore existentis eiusdem Capellæ Rectoris de antiqua & approbata eatenusq; pacifice obseruata consuetudine spectare asserebatur, Massæ Vniuersitatis huiusmodi perpetuo vniri, annecti & incorporari. Et pro parte Rectoris & Consiliariorũ Vniuersitatis prædictorũ asserentiũ fructꝰ reddit⁹ & prouentus dictæ Ecclesiæ triginta florenorũ Reneñ. viginti tres Ducatꝰ auri de Camera vel circa constituentiũ secundũ comunẽ ęstimationẽ valorẽ annuũ non excedere, eidẽ prædecessori humiliter supplicato, quatenꝰ Ecclesiã prædictã eidẽ massę perpetuo vnire, annectere & incorporare, aliasq; in præmissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaretur. Idẽ prædecessor qui antea inter alia voluerat, q. petentes beneficia Ecclesiastica aliis vniri, tenerẽtur exprimere verum annuum valorem secundum eandem extimationem etiam beneficij, cui aliud vniri peteretur. Alioquin vnio non valeret, & semper in vnionibus Commissio fieret ad partes, vocatis quorum interesset, quique ad ea suæ sollicitudinis partes libenter impendebat per quæ singularum Ecclesiasticarum personarum quieti & tranquillitati, ac studiorum generalium decori & venustati ad illaq;

pro

pro tempore confluentium Scolarium, & aliarum personarum, qui pro acquirenda scientiæ margarita à propriis laribus exulant, in eisque legentium & docentium commoditatibus, sublatis quibusuis dissensionum fomentis vtiliter valeret & salubriter prouideri, Rectorem & Consiliarios vniuersitatis huiusmodi, eorumque singulos à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à jure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, siquibus quomodolibet innodati existebant ad effectum infrascriptorum duntaxat consequendum absoluens, & absolutos fore censens, nec non fructuum, reddituum & prouentuum dictæ massæ verum annuum valorem pro expresso habens huiusmodi supplicationibus inclinatus sub Dat. videlicet sexto Kalend. Iulij Pontificatus sui anno primo dicti Sigismundi, per eundem Iohannem etiam Procuratorem suum, & ad id ab eo similiter constitutum, simili accedente consensu Ecclesiam prædictam, siue præmisso siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona seu per liberam cuiusuis resignationem de illa in Romana Curia vel extra eam etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, aut constitutionem piæ memorię Iohannis P P. XXII. etiam prædecessoris nostri quæ incipit, Execrabilis, vel assecutionem alterius beneficij Ecclesiastici quauis auctoritate collati vacaret, etiamsi tanto tempore vacauisset, quod eius collatio juxta *Lateranen.* statuta Concilij ad sedem prædictam legitimè deuoluta, ipsaque Ecclesia dispositioni apostolicæ specialiter vel aliàs generaliter reseruata existeret, & super ea inter aliquos lis, cuius statum idem *Adrianus* prædecessor haberi voluit pro expresso, penderet indecisa dummodo eius dispositio ad eundem Adrianum prædecessorem ea vice pertineret, eidem Massę dicta auctoritate vniuit, annexuit & incorporauit, ita quod liceret eisdem tunc, & pro tempore existentibus Rectori & Consiliariis Vniuersitatis huiusmodi corporalem Ecclesiæ, juriumque & pertinentiarum prædictorum, possessionem per se vel alium seu alios propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere. Illiusque fructus, redditus & prouentus, reseruata tamen ex illis pro alio perpetuo Vicario per loci, ordinarium inibi instituendo, qui eidem Ecclesiæ deseruiret, congrua portione, ex qua se sustentare, animarum curam exercere, & Episcopalia jura persoluere, aliaque onera eidem Ecclesiæ pro tempore incumbentia, supportare commodè valeret, in suos & Ecclesię ac Massę prædictarum vsus & vtilitatem conuertere, Diocesani loci pro tempore existentis, aut cuiusuis alterius licentia desuper minimè requisita. Non obstantibus voluntate *Adriani* prædecessoris huiusmodi, ac recolendę memoriæ *Bonifacij* P P. VIII. similiter prædecessoris nostri ac aliis apostolicis constitutionibus & ordinationibus contrariis quibuscunque. Aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dictæ sedis vel Legatorum eius literas impetrassent, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum vel aliàs quomodolibet esset processum, quas quidem literas & processus habitos per easdem, & inde secuta quæcunque ad dictam Ecclesiam idem Adrianus prædecessor voluit non extendi, sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuslibet aliis priuilegiis, indulgętiis & aliis literis apostolicis quorũcũq; tenorũ existerent, per quæ literis eiusdem *Adriani* prædecessoris, si desuper confectæ fuissent nõ expressa vel totaliter nõ inserta, effectus earũ impediri valeret quomodolibet vel differri, & de quibus quorumq; totis tenoribus habenda esset in

eisdem literis mentio specialis. Prouiso quod dicta Ecclesia debitis propterea non fraudaretur obsequiis, & animarum curâ in ea nullatenus negligeretur, sed eius congruè supportarentur onera consueta. Et insuper idem Adrianus prædecessor, prout erat, irritum decreuit & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter attemptatum forsan erat eatenus, vel in posterum contingeret attemptari. Ne autem de dissolutione, absolutione, vnione, annexione, incorporatione & decreto prædictis pro eo quod super illis ipsius *Adriani* prędecessoris, eius superueniente obitu literæ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hęsitari, ipsique Rector & consiliarij illorum fruſtrentur effectu, volumus & dicta Apostolica auctoritate decernimus, quod dissolutio, absolutio, vnio, annexio, incorporatio & decretum *Adriani* prædecessoris huiusmodi perinde à dicta die V I. Kal. Iulij suum sortiantur effectum, ac si super illis ipsius Adriani prædecessoris literæ sub eiusdem dici dat. confectæ fuissent, pro vt superius enarratur. Quodque præsentes literæ ad probandum dissolutionem, absolutionem, vnionem, annexionem, incorporationem & decretum *Adriani* prædecessoris huiusmodi vbique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud Sanctum *Petrum*, anno incarnationis dominicę Millesimo quingentesimo vigesimo tertio, sexto Kal. Decembr. Pontificatus nostri anno primo.

Clemens Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Vniuersali Ecclesiæ quæ ad sui regimen literatis viris permaximè nosci tur indigere, disponente Domino præsidentes, votis per quæ doctrina Catholica propagari, virorumque sapientum numerus augeri possit, libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur oportunis. Sanè pro parte dilectorum filiorum Nobilium virorum *Wilhelmi* & *Ludouici* Comitum *Palatinorum Rheni*, & vtriusq; *Bauariæ* Ducum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod tempore felicis recordationis *Pij* P P. II. prędecessoris nostri in oppido *Danubiano Ingolstat* Ducatus *Bauariæ*, generale studium ad prouincialium vtilitatem, & fidei exaltationem per tunc Duces *Bauariæ* erectum, & confirmatio Apostolica desuper subsequuta, ipsumque studium Priuilegiis Apostolicis munitum fuerunt. Ita vt ibi bonarum literarum & artium omnium studia sint plantata, quibus non solum *Bauariæ* latissimæ, sed etiam *Sueuiæ*, *Franconiæ*, & Comitatus magni *Tyrolis*, aliis vicinis prouinciis plurimum vtilitatis & fructus accreuit, & indies accrescit, quodque ipsi *Wilhelmus* & *Ludouicus* hoc præsertim periculoso tempore, quo Lutherana & aliæ plurimæ hæreses contra sedem apostolicam in *Germania* oriuntur, & latissimè propagantur, ad quarum extirpationem viros doctos, & gladio Spiritus, quod est verbum Dei accinctos habere oportet, cupiunt in dicto studio virorum juris diuini peritorum, maximè theologorum, qui se murum pro *Israhel* opponant, & contrà hęreses prædictas legendo, prædicando, docendo & scribendo eas confutent, dejiciant & exterminent, & Christi fideles in vera Catholica fide & obedientia Rom. Ecclesiæ perseuerare faciant, copiã plantare, nec non quod in *Salzburgen.* & *Augusten.* ac *Frisingen.* *Ratisponen.* & *Patauien.* ecclesiis quinque Doctores in Theologia in dicto studio actu legentes instituantur. Quare pro parte eorundem *Wilhelmi* & *Ludouici* asserentium, quod Ecclesiæ prędictæ à Ducibus *Bauariæ* fundatæ vel donationibus auctæ fuerunt, & in Ducatu *Bauariæ* multa bona temporalia habent, quodque *Salzburgen.* Archiepiscopus,

piſcopus & *Auguſtē. Friſingē. Ratiſponē.* & *Patauien.* Epiſcopi, p tempore exiſtentes non ſunt collatores Canonicatuū & præbendarum prædictarū Eccleſiarum, & omnino in eiſdem Canonicatib. & præbendis nihil agere habent, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis ius præſentandi vnum ad vnam *Saltzburgen.* & alium ad aliā *Auguſten.* ac alium ad aliam *Friſingen.* nec non alium ad aliam *Ratiſponen.* ac alium Doctores in Theologia ad aliā præbendas Canonicales *Patauien.* Eccleſiarum prædictarū ſimul vel ſucceſſiue vacaturas ſingulis Eccleſiarum earundē Capitulis, ad quos oblatio, prouiſio, & quæuis alia diſpoſitio ſingulorū Canonicatuum & Præbendarum Eccleſiarum huiuſmodi reſpectiue pertinent, per eosdem Capitula ad præſentationem huiusmodi in Canonicos dictarum Eccleſiarum reſpectiuè inſtituendos reſeruare & concedere, aliasq; in præmiſſis oportunè prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur eosdem *VVilhelmum* & *Ludouicum* à quibusuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à jure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes huiusmodi ſupplicationibus inclinati auctoritate apoſtolica tenore præſentium. *VVilhelmo & Ludouico* prædictis, à Ducib. *Bauariæ* pro tempore exiſtentib. ius præſentandi vnum ad vnam *Saltzeburgen.* & aliū ad aliā *Auguſten.* ac aliū ad aliā *Friſingen.* nec non aliū ad aliam *Ratiſponen.* & aliū Doctores in Theologia in dicto ſtudio actu pro tempore legentes ad aliam *Patauien.* Eccleſiarum ſimul vel ſucceſſiue primo vacaturas præbendas Canonicales ſingulis eiſdem capitulis per eos ad præſentationes huiuſmodi in Canonicos dictarum. Eccleſiarum reſpectiuè inſtituendos perpetuo reſeruamus, concedimus & aſſignamus. Quodque dicti Doctores, quamdiu in dicto ſtudio actu lectores permanſerint, fructus, redditus & prouentus dictarum ſuarum præbendarum reſpectiue percipere, ac omnib. priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus & gratiis, quibus alij Canonici etiam capitulares Eccleſiarum earundem, vti, potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum vti, potiri & gaudere liberè & licitè valeant indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionib. apoſtolicis ac dictarum Eccleſiarum, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & cōſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuscunque. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, reſeruationis, conceſſionis, aſſignationis & indulti, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum*, anno incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo vigeſimo tertio, ſeptimo Kl. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno primo.

A. de Caſtillo. &c. C. P. Suno. Io. Madrigal.

A. de Nazanis P. Lambertus, Io. Bonfanus Ie. Casanoua, cum aliis ſub & retro ſcriptionibus correquiſitis.

Littera executoriales ſuperiores.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei, dilectis filiis in *Scheurn* & *Furſtenfeld* ac *Nideraltach Friſingen.* & *Patauien.* Diœceſ. Monaſteriorum Abbatibus, Salutem & Apoſtolicam benedictionē. Hodie emanarunt à nobis literæ tenoris ſubſequentis. *Clemens* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c. [vt ſupr.] Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos vel duo aut vnus veſtrum per vos vel alium ſeu alios auctoritate

tate noſtra faciatis literas prædictas & in eis contenta quæcunque plenum effectum ſortiri, illisque perſonas quas quomodolibet concernunt pacificè frui & gaudere. Non permittentes quemquam contra literarum earundem tenorem modo aliquo moleſtari, impediri, aut inquietari. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus omnibus ſupradictis, ſeu ei aliquibus communiter vel diuiſim à prædicta ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum *Romæ* apud Sanctum *Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio, ſeptimo Kal. Ianuar. Pontificatus noſtri anno primo.

Paulus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dum attente conſideramus, quod per literarum ſtudia æquum ab iniquo diſcernitur, rudes erudiuntur, fides Catholica roboratur, dignum ducimus opem & operam fauorabiliter impartiri, vt ij qui eorum ſcientiam in alios diffundunt & in iiſdem ſtudiis ſollicitudine indefeſſa laborant, competens in ſuis opportunitatibus ſuſcipiant releuamen. Cupientes igitur vt dilecti filij ordinariè legentes in vniuerſitate ſtudij oppidi *Ingolſtatt Eichſtettenſis* Diœceſis, pro quibus dilectus filius Nobilis Vir *Ludouicus* Dux *Bauariæ* & Comes *Palatinus Rheni*, ſuper hoc nobis humiliter ſupplicauit, vt ſe ſuſtentare poſſint prouidere: nec non fructuum, reddituum, & prouentuum per præfatum Ducem ipſi Vniuerſitati aſſignatorum veros annuos valores præſentibus pro expreſſis habentes, præfati Ducis in hac parte ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſtatuimus & ordinamus, quod ſuper Sancti *Martini* in *Landshut Friſingen.* Diœceſis, quindecim, & ſuper Beatæ Mariæ in *Landavv, Patauien.* Diœceſ. parochialium Eccleſiarum: quæ de jure patronatus eiuſdem Ducis exiſtunt, fructibus, redditibus, & prouentibus, qui in ſimul octoginta Marcharum argenti ſecundum communem exiſtimationem valorem annuum non excedunt, etiam quindecim Marcharum ſimilium penſiones annuę, nunc & pro tempore in dicta Vniuerſitate ordinariè legentibus, vel eorum Procuratoribus ad hoc ab eis ſpeciale mandatum habentibus, per dilectos filios *Ludouicum Fragner* Sancti *Martini*, & *Vdalricum Sumerſtorffer* Beatæ Mariæ Eccleſiarum prædictarum Rectores, quorum ad hoc per dilectum filium *Ioannem Lochner* Canonicum *Ratisbonenſem* I. V. Doctorem Procuratorem eorum ad hoc ab eis ſpecialiter conſtitutum expreſſus accedit aſſenſus, ac eorum ſucceſſores prædictarum Eccleſiarum Rectores pro tempore exiſtentes, annis ſingulis pro vna videlicet in Beati *Ioannis Baptiſtæ* & alia penſionis huiuſmodi medietatibus in Domini noſtri Ieſu Chriſti natiuitatum feſtiuitatibus perſoluantur, decernentes *Ludouicum Fragner* & *Vdalricum* ac ſucceſſores prædictos, ad integram ſolutionem penſionum huiuſmodi, juxta ſtatuti & Ordinationis prædictorum tenorem fore efficaciter obligatos, ac volentes, & eâdem authoritate ſtatuentes quod illi ex *Ludouico Fragner* & *Vdalrico* ac ſucceſſoribus prædictis, qui in eiſdem feſtiuitatibus, vel ſaltem infra triginta dies ex tunc immediate ſequentes easdē penſiones dictis ordinariè legentibus vel eorum legitimis Procuratoribus non perſoluerint, elapſis diebus eisdem, ſententiam excomunicationis incurrant, à qua donec ipſis ordinariè legentibus de eiſdem penſionibus tunc debitis integrè ſatisfactum, ſeu alias ſecum vel cum dictis eorum Procuratoribus ſuper hoc amicabiliter concordatum fuerit, abſolutionis beneficium obtinere non poſſint, præterquam in mortis articulo conſtituti. Si vero per ſex menſes triginta dies prædictos immediatè ſequentes ſententiam ipſam animo, quod abſit ſuſtinuerint

nuerint indurato, ex tunc mensibus effluxis iisdem, respectiue Ecclesiis præfatis perpetuo priuati existant, illæque vacare censeantur eo ipso, non obstantibus Constitutionibus' Apostolicis' contrariis quibuscunque. Aut si *Ludouico Fragner* & *Vdalrico* ac successoribus prædictis, communiter vel diuisim, ab apostolica sit sede indultum, quod ad præstationem seu solutionem alicuius pensionis minimè teneantur, & ad id compelli non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunq; tenoris existat, per quã præsentibus non expressam vel totaliter non insertam, effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua eiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac B. Petri & Pauli Apostolorum, eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum*, Anno incarnationis Dominicæ M, CCCC. LXIX. sexto Kl. Martij Pontificatus nostri anno sexto.

Litteræ Compulsoriales P. Pauli II.

P*Paulus* Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus fratribus *Frisingen.* & *Ratisbonen.* Episcopis, ac dilecto filio Præposito Ecclesiæ *Eysteten.* salutẽ & apostolicam benedictionem. Hodie per alias nostras litteras statuimus & ordinauimus, quod dilectis filiis in vniuersitate studij oppidi *Ingolstat Eysteten.* Diœcesis pro tempore legentibus, quindecim super S. *Martini* in *Landshut* &c. vt supra. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos' postquam litteræ nostræ vobis præsentatę fuerint, per vos vel alium vel alios faciatis authoritate nostra pensiones prædictas iisdem legentibus, vel eorum Procuratoribus legitimis integrè persolui, & nihilominus quemlibet ex *Ludouico* & *Vdalrico* ac successoribus prædictis quem huiusmodi excommunicationis sententiam vobis incurrisse constiterit, quotiens super hoc pro parte ipsorum legentium fueritis requisiti, tamdiu dominicis & festis dieb. in Ecclesiis, dum maior populi multitudo inibi ad diuina conuenerint, excommunicatum publicè nuncietis & faciatis ab aliis nunciari, ac ab omnib. arctius euitari, donec ipsis legentib. de iisdem pensionib. tunc debitis fuerit intergè satisfactum: iidemq; excomunicati meruerint ab huiusmodi excomunicationis sententia absolutionis beneficium obtinere, non obstantib. omnib. quæ in dictis litteris volumus non obstare. Aut si *Ludouico* & *Vlrico* ac successorib. prædictis vel quibusuis aliis cõmuniter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum *Romæ* apud S. *Petrum*, anno incarnationis Dominicæ M. CCCC. LXIX, sexto Kl. Martij, Pontificatus nostri anno sexto.

Processus Dni Episcopi Frisingensis.

P*Hilippus* Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus *Frisingen.* Ecclesiæ, Comes *Palatinus Rheni* Dux *Bauariæ*, &c. Nec non Iudex & executor ad infra scripta, vnà cum quibusdam aliis infra scriptis nostris in hac parte Collegis cum illa clausula: Quaten? vos, vel duo aut vnus vestrũ &c. à sede Apostolica specialiter deputatus, honorabilibus viris *Ludouico Fragner* S. *Martini* in oppido *Landshut*, & *Vdalrico Summersdorffer* B. Mariæ virginis in *Landavv*, nostræ & *Patauiẽ*. Diœcesis Ecclesiarũ parrochialiũ Rectoribus, ac vestris in parochialib. Ecclesiis pfatis, de quibus

quibus infrascriptis litteris fit mentio, successoribus. Nec non illi vel illis ad quem vel ad quos infra scriptum tangit negocium vel tangere poterit quomolibet in futurum communiter vel diuisim quibuscunque nominibus censeantur, aut quacunque præfulgeant dignitate, Salutem in Domino, & nostris huiusmodi imò verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Litteras sanctissimi in CHRISTO patris & Domini nostri, Domini *Pauli* diuina prouidentia Papæ secundi, vnam videlicet gratiosam cum filis sericis rubei croceique coloris: aliam vero Executoriam cum chordula canapis, veris Bullis plumbeis, ipsius Domini nostri Papæ more *Romanæ* Curiæ impenden. bullata, sanas siquidem, & integras, non vitratas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspicione carentes, vt in eis prima facie apparebat, notis pro parte dilectorum nobis in Christo Rectoris & aliorum ordinariè legentium in Vniuersitate studij oppidi *Ingolstat Eystetен.* Diœcesis principalium in eisdem litteris Apostolicis principaliter nominatorum, coram Notario publico & testibus infra scriptis præsentatas. Nos cum qua decuerit reuerentia noueritis recepisse, Quarum quidem litterarum, Apostolicarum tenores de verbo ad verbum successiue sequuntur & sunt tales. *Paulus* Episcopus seruus seruorũ Dei ad perpetuam rei memoriam. Dum attente &c. vt supra.

Post quarum quidem litterarum Apostolicarum præsentationem, & receptionem, fuimus pro parte supradictorum ordinarie legentium principalium debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem dictarum litterarum Apostolicarum & contentorum in eisdem procedere dignaremur, iuxta traditam seu directam per eas à sede Apostolica nobis formam.

Nos igitur *Philippus* Episcopus & executor prefatus attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam & rationi consonam, volentesque mandatum Apostolicum supradictum nobis in hac parte directum reuerenter exequi vtte nemur. Iccirco auctoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte præfatas litteras apostolicas, huncq; nostrum processum ac omnia & singula in eis contenta vobis omnibus & singulis supradictis communiter vel diuisim intimamus, insinuamus. ac notificamus, ac ad vestram notitiam deducim⁹ & deduci volumus per præsentes, & nihilominus vos Domini *Ludouice* & *Vdalrice* vestrosque in sancti *Martini* in *Landshut* & Beatæ *Mariæ* in *Landavv* nostræ & Patauien. Diœcesis parochialibus Ecclesiis successores pro tempore existentes, & vestrum quemlibet in solidum, in virtute sanctæ obediẽtiæ, & sub pœnis, sententiis & censuris in præinsertis litteris Apostolicis contentis, quos & eorum quemlibet vos & vestrum quemlibet, nisi feceritis quæ vobis in hac parte præcipimus, incurrere volumus ipso facto, prout dictus Dominus noster Papa incurrere voluit, districte præcipiendo mandamus, quatenus singulis annis in locis dictarum Ecclesiarũ parochialium, pro vna videlicet in Beati *Ioannis Baptistæ*, & alia pensionis huiusmodi medietatibus in Domini nostri Iesu Christi Natiuitatum, festiuitatibus pensiones annuas quindecim marcarum argenti præfatis ordinariè legentibus, vel eorundem legitimo Procuratori ad hoc sufficiens mandatum habenti pro eis, iuxta concessionem, constitutionem & assignationem prædictorum continentiam atque formam sine difficultate contradictionis cuiuscunque efficaciter persoluatis, ac vestrum quilibet persoluat, aut vos cum dictis ordinariè legentibus seu coram legitimo Procuratore super hoc amicabiliter concordetis, & vestrum quilibet concordet.

Monemus insuper modo & forma præmissis vos omnes & singulos supradictos, & alias quascunque tam Ecclesiasticas quàm sæculares personas, cuius-

cuiuscunque ordinis vel condicionis existant & eorum quemlibet vobis & cuilibet vestrum districtius inhibentes, ne præfatis ordinariè legentibus vel eorum Procuratori prædicto, quo minus de prædictis annuis pensionibus integrè satisfactum fuerit, impedimentum aliquod præstetis seu præstent, per vos vel alium seu alios, aut ipsum inpedientem detis seu dent auxilium, consilium vel fauorem publicè vel occultè directè vel indirectè. quouis quęsito colore. Cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis existant, sed in omnib. & per omnia huiusmodi mandatis Apostolicis atque nostris pareatis seu pareant realiter & cum effectu.

Quod si forte præmissa omnia & singula non adimpleueritis seu adimpleuerint, contrarium feceritis seu fecerint, & huiusmodi nostris imò verius Apostolicis mandatis non parueritis seu paruerint, realiter & cum effectu. Nos in vos omnes & singulos. & eorum quemlibet qui fuerint in præmissis culpabiles, & generaliter in contradictores quoslibet & rebelles ex nunc pro vt ex tunc, & ex tunc prout ex nunc singulariter in singulos prædicta monitione Canonica præmissa excommunicamus. In Capitula verò, Conuentus & Collegia in his delinquentia suspensionis à diuinis, & in ipsorum delinquentium & rebellium Ecclesias ac Monasteria interdicti Ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis & etiam promulgamus.

Cæterum cum ad executionem præmissorum vlterius faciendam nequeamus quo ad præsens personaliter interesse, vniuersis & singulis Dñis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesauraiis, Succentorib. &c. plebanis, viceplebanis &c, Notarijs, tabellionibus publicis quibuscunque per ciuitates & Diœcesin *Frisingen.* ac *Patauien.* ac alias vbi libet constitutis, & eorum cuilibet in solidum super vlteriori executione dicti mandati Apostolici atque nostri faciendi authoritate Apostolica supradicta, tenore præsentium requirimus & cõmitimus vices nostras, donec eas ad nos specialiter & expresse duxerimus reuocandas, quos nos etiam & eorum quemlibet eisdem authoritate & tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio & peremptoriè cõuniter & diuisim, eisq; nihilomnus & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientię, & excõmunicationis pœna, quam in eos & eorum quemlibet, nisi fecerint quæ mandam⁹ districte præcipiendo mandantes, quatenus infra sex dies post præsentationem seu notificationẽ præsentium, & requisitionem pro parte Doctorum ordinariè legentium principalium, seu eorundem Procuratori, eis seu eorum alteri desup factis immediate sequentes, quos dies ipsis & eorum cuilibet pro omni dilatione terminoque peremptorio ac monitione Canonica assignamus. Ita tamen quod in his exequendis alter eorum alterum non expectet. Nec vnus pro alio seu per aliũ se excuset, ad vos Dñ, *Ludouicum Fragner* & *Vdalricũ Sumerstorffer* & successores supradictos, omnesq; alios & singulos quib. p̃sens ñr. Processus dirigitur, p̃sonas, & loca alia de quib. expeditus fuerit personaliter accedat. Et p̃fatas literas Apostolicas huncq; nostrum præsentẽ processum ac oĩa & singula in eis contenta, seu eorum effectum substantialẽ vobis omnib. & singulis supradictis intimẽt, insinuent, & fideliter procurent publicare, ac eisdẽ ordinarie legentibus, vel procuratori eorundem prædicto, iuxta præfati Dñi nostri Papæ concessionem, constitutionem & assignationem, continentiam atque formam, prædictas annuas pensiones, quantum in eis fuerit, communiter vel diuisim faciant efficaciter persolui.

Et nihilominus quemlibet ex vobis Dñis *Ludouico* & *Vdalrico* ac successoribus vestris prædictis, quem in aliqua ex festiuitatibus vel saltem infra tri-

ginta dies ex tunc immediate sequentes pensiones per vos seu alterum vestrum tunc debitas huiusmodi non persoluisse cum effectu, aut vos seu alterum vestrũ cum dictis ordinariè legentibus, seu eorundem legitimo Procuratore prædicto, super hoc amicabiliter concordatos fuisse, & esse, sentẽtiã excommunicationis per præfatum Dn. nostrum Papam latam, à qua vos vel alter vestrum præterquã in mortis articulo constitutus absolui non possit, propterea incurrisse, ipsis nostris subdelegatis vel eorum alteri constituit, quotiens & quando super hoc pro parte dictorum ordinariè legentium fuerit requisitus seu requisiti tamdiu singulis diebus Dominicis, festiuisque in suis Ecclesiis, Monasteriis & Capellis dum maior inibi populi multitudo ad diuina conuenerit, excommunicatum, seu excommunicatos publicè nuncient seu nuncietis, facietisque seu facient ab aliis nunciari, & ab omnibus Christi fidelibus arctius euitari, donec & quousq; dictis ordinariè legentibus vel eorum Procuratori prædicto de hniusmodi pensionibus tunc debitis fuerit integrè satisfactum. Vosque *Ludouice Fragner* & *Vdalrice Summerstorffer* vel alter ex successoribus vestris prædictis sic excommunicatus ab eadem excomunicationis sententia merueritis seu meruerint absolutionis beneficium obtinere.* Et generaliter omnia & singula nobis in hac parte comissa plenariè exequantur, iuxta prędictarum nostrarum apostolicarũ & ꝑsentis nostri processus vim, formã, continentiã, & tenorẽ. Ita tamẽ q; dicti subdelegati nostri vel quicunque alius seu alij nihil in præiudicium Doctorum ordinariè legentium vel procuratoris eorundem valeant attentare, neque in Processibus per eos habitis, aut sententiis per nos latis absoluendo vel suspendendo aliquid immutare, in cæteris autem quæ eisdem ordinariè legentibus principalibus vel eorum Procuratori prædicto in præmissis nocere possent, vel quomodolibet abesse præfatis subdelegatis nostris vel quibuscunque aliis potestatem omnimodam denegamus atque facultatem. Et si contingeret nos super præmissis in aliquo procedere, de quo nobis potestatem omnimodam reseruamus non intendimus propterea commissionem nostram huiusmodi in aliquo reuocare, nisi de reuocatione ipsa specialem & expressam in litteris nostris fecerimus mentionem. Per processum autem nostrum huiusmodi nolumus nec intendimus nostris in aliquo præiudicare collegiis, quamuis ipsi vel eorum alter, seruato tamen hoc nostro processu in huiusmodi negocio procedere valeant prout eis vel eorum alteri visum fuerit expedire. Præfatas quoque litteras apostolicas & hunc nostrum processum ac omnia & singula huiusmodi negocium tangentia volumus penes dictos ordinarie legentes principales pro tempore existentes vel eorundem Procuratorem remanere. Et non per vos aut aliquem vestrum seu quemcunque alium, ipsis iunctis & contra eorundm voluntatem quomodolibet detineri. Contrarium verò facientes præfatis nostris sententiis, prout in his scriptis latæ sunt, canonica monitione prẽmissa ipso facto volumus subiacere. Mandamus tamen copias fieri de præmissis eas petentibus, petentium quidem sumptibus & expensis. Absolutionem verò omnium & singulorum, qui præfatas nostras sententias aut eorum aliquam incurrerint seu incurrerit quoquomodo nobis vel superiori nostro tantum modo reseruamus.

In quorum omnium & singulorum præmisorum fidem, & euidens testimonium prẽsentes literas, siue præsens publicum Instrumentum nostrum Processum huiusmodi in se continẽs, exinde & per Notariũ publicum infrascriptũ subscribi & publicari mandauimus, nostriq; secreti iussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum in castro nostro *Frisingæ*. Anno à natiuitate Domini 1508. Indict. IX, die 12. mens. Aprilis. Pontificatus sanctissimi

simi in Christo Patris & Domini nostri, Dñi *Iulij* diuina prouidentia Papæ II. anno quinto: præsentibus ibidem venerabilibus & honorabilib, viris Dominis Iacobo Haushanner Decretorum Doctore, Canonico Ecclesiæ nostræ Frisingensis nostroq; in spiritualib. Vicario generali, & Ioanne Winhart Vicario in Vualperskirchen presbytero nostræ Diœcesis, testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

Et ego Leonardus Häprücklin Clericus Frisingen. Diœcesis publicus apostolica & jmperiali autoritatibus Notarius, officiiq; Vicariatus Ecclesiæ Frisingensis scriba iuratus: quia supra insertarum litterarum Apostolicarũ præsentationi, receptioni, requisitioni, monitioni, sententiarũ & Censurarum fulminationi Processusq; huiusmodi petitioni & Decreto, omnibusque aliis & singulis præmissis, dum sicvt præmittitur fierent & agerentur, vna cum prenominatis testib. præsens interfui, eaq; sic fieri vidi & audiui. Ideo hoc presens publicũ Instrumẽtum huiusmodi processum in se continẽs, manu alterius, me aliis præpedito negociis fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicaui, & in hanc publicam formã redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis, vna cum prælibati. Reuerendiss, ac Illustriss. Principis Dñi Dñi *Philippi* Episcopi Ecclesiæ *Frisingen.* Comitis *Palatini Rheni* Ducis *Bauariæ* &c. Iudicis & executoris Secreti appensione signaui in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus & requisitus.

S. IOANNIS BAPTISTAE IN FRISINGA.

COLLEGIATA Ecclesia dotata & fundata per Albertum, Episcopum Frisingensem, circa annum 1180. consumãta per Conradum tertium, Episcopum, qui ibi instituit sex Canonicos, vnà cum Præposito, &c. Conradus iste Episcopus, Monacensis, Doctor Canonum, obiit anno septimo suæ administrationis, veneno, vt putatur, sublatus, anno 1322. Vide Episcopos Frisingenses.

ADDITIONES.

IN nomine Domini Dei æterni Amen. Cælestis creator omnium, cuius imperscrutabilis prouidentię altitudo non includitur limitibus, & quem cœli cœlorum non continent, sic sponsæ suæ matris Ecclesiæ Redemptor affectu præcipuo consubstantialis filij sui sanguine profectum eximium ac decorem, ædificationem materialem crescere disposuit, & pręordinando prouidere constituit in templũ sanctum Domino, vt lapis ipse angularis in sacramento magnifici sui corporis ibidẽ nobiscum vsq; ad consumationem seculi permaneret, & in locis rationabilib. administratione & officio Pontificũ delibutis veneraretur sanctũ per cuncta secula nomen eius. Idcirco nos *Conradus* Dei gratia Eps Ecclesiæ *Frisingensis* ad eius gloriam, per quem cælestis & terreni consistunt ædificij fundamẽta *Frisingen.* Ecclesiæ nostræ spõsæ, cui diuina prouidentia præsidem⁹, exaltationis spiritualis honorem, salutis propriæ augmentum & deuotionis Christi fidelũ vniuersalem ,ppagationẽ, nec non spirituale ob reuerentiã S. *Ioannis Baptistæ* p-ursoris Christi qui sanctificat⁹ in vtero matris Saluatorẽ præcessit in *Eliæ* spiritu ac virtute, ipsumq; factorem suum ac nostrum in deserto lucem beatitudinis digito demonstrauit, & lympha meruit tingere baptismali, capitulo nostro per campanæ sonitum more solito conuocato, conuenientib. dilectis in Christo fratrib. Dñi Preposito, Decano nec nõ omnib, ac singulis in loco capituli qui vo-

lebant, debebant & commodè poterant intereſſe, deliberatione præhabita diligenti tractantib. omnib. diſcuſſionib. & ſolemnitatib. adhibitis, quę in arduis & maiorib. cauſis ac negociis, & præcipuè ſubſequentib. de jure & conſuetudine requirũtur, fauẽtib. & cooperantib. & conſentientib. nobis generaliter omnib, & ſingulariter vniuerſis nullo penit⁹ discordante, autoritate noſtra pariter & decreto ſolẽniter ac autoritabiliter Capellã S. *Ioannis Baptiſtæ* ſitã ante fores Eccleſiæ noſtræ prædictæ Cathedralis quæ in Capella eſt antiquit⁹ nuncupata, cream⁹, eligim⁹, ordinam⁹, diffinimus, & tenore præſentiũ conſtituimus Capitularem & Conuentualẽ ſiue Collegiatã, donantes & concedentes eidẽ ac perſonis⁹ quibuslibet Collegiatis in ipſa Deo militantib. omne jus & quẽlibet honorẽ, in genere & ſpecie, q, vel quid cęteris Conuentualib. & Collegiatis Eccleſiis & perſonis noſtrę ciuitatis vel Diœceſis exſtantis quibuſcunq; cõpetiit conſuetudinibus ſiue iure. Volentes, ſtatuentes, diffinientes. vt quantũ ad ſpiritualẽ & primariam inſtitutionẽ, ſint in ipſa Capella Epiſcopali dignitas Præpoſituræ, Capitulũ, & ſex Canonicatus atq; præbendæ, donec per nos aut ſucceſſores noſtros ꝑſonarũ aut Collegij numerus prædicti, fuerit Deo ꝓpitio augmentatus. Statuentes vt Præpoſit⁹ eiuſdẽ Capellæ Epiſcopalis Collegiatę, noſter & ſucceſſorũ noſtrorum, ſicut prouiſor ipſi⁹ ante fuerat, ſit & exiſtat ſpecialiter Capellan⁹. Statuim⁹ inſuper & diffiniendo ordinamus, q, in ꝑfata Eccleſia S. *Iaannis* ꝑ Canonicos inſtitutos, ac etiã inſtituendos, tres miſſæ quotidie ad laudẽ Dñi celebrentur. Quarum prima die qualibet in diluculo ſubmiſſa voce dicatur. Secunda verò miſſa, dum ad primã pulſatur, vel ante aut circa horã ipſam, officiũ videlicet diei conueniens ſolemniter decantetur. Sed tertia miſſa dicenda, cum eadẽ, vel poſtin breui concurrat. Solemniter & ſingulis dieb. in ipſa Eccleſia Veſperas diei congruentes ſtatuimus decantari, qn. videlicet ad Veſperas ſonatur in Eccleſia Cathedrali. Inſup ſtatuim⁹, & irrefragabiliter ordinando mandam⁹, q, ꝑ totum anni circulũ ter in qualibet ſeptimana, in prænominata Capella noſtra Epiſcopali, ꝓ abolitione & remedicatione peccatorũ noſtrorũ, atq; ſalute animarũ oĩum, quæ in Eccleſia noſtra Friſingen. in officio Pontificali nos hactenus præceſſerũt, & q̃ orationib. & deuotionib. huiuſmodi indigẽt, decantentur ſolẽniter Vigiliæ mortuorũ, niſi feſta ꝑcipua & ſolẽnia hoc impediant exequenda: quæ quoties occurrent, ſine protractionis tædio ſtatim dieb. ſequentib. q, in officio mortuorũ omiſſum fuerit, ꝑficiatur, & diligenti⁹ ſuppleatur. In his igitur officiis mortuorum taliter ſe habebunt. Singulis dieb. Dominicis poſt Veſperas decantatas in Eccleſia Cathedrali incipient cantando maiores Vigilias mortuorum, inchoantes: putas ne mortuus homo, &c. cum nouem lection. & pſalmis ad hoc aptis. Secunda feria ſequenti miſſam publicam pro defunctis ſolemniter peragentes. Feria quarta autem, & feria ſexta poſt Veſperas decantabunt vigilias minores, quarũ principiũ eſt: Credo quod redemptor &c. cũ pſalmis & lectionib. debitis & cõſuetis. Et in dieb. ſequẽtib. in miſſas commemorationẽ tm̃ per collectas vſuales Epiſcoporũ faciãt defunctorũ. Iubem⁹ ꝑterea & ſtatuendo diffinimus, q, in feſtis B. *Ioannis Baptiſtæ* natiuitatis & decollationis. S. *Stephani* protomartyris, *Auguſtini*, *Georgij*, *Hieronymi*, & *Ambroſij*, *Catharinæ* & *Dorotheæ* virginũ oĉs & ſingulæ horæ Canonicæ ꝑ ipſos Canonicos ibidẽ deuotè & ſolẽniter decantentur, per ſingulas nihilomin⁹ ſextas ferias. ordinamus & volum⁹, q, ſæpefati Canonici legendo etiã ꝑter alia officia eis tunc incũbentia, q̃ per hoc nolum⁹ decurtari dicant ibidẽ venerabiliter paſſionis Chriſti totũ curſum. Item ordinamus & volumus, quod ꝑdicti Canonici poſſint dieb. priuatis in publico Altari pro Canonicis Eccleſiæ maioris miſſas publicas decantare. Cæterum formam & modum quos Canonici ſupradicti in horis, miſſis, & deuotionib. quibuslibet debent in-

ſua

ſua Eccleſia abſque diffinitis ſuperioribus cuſtodire, & quib. momentis ſiue tẽporib. in Choro Cathedralis Eccleſiæ noſtræ ſuam præſentiam exhibebunt gratia melioris deliberationis noſtræ voluntati & diſpoſitioni futuræ authoritate præſentiũ reſeruamus. Et quia ſpiritualia ſine temporalib. non conſiſtunt, quinimò auxiliis corporalib. ſuffulta fæcundiorib. proficiunt incrementis, ad ſtabilitatẽ ſolidam ipſius ſtructuræ, cui⁹ prouectum vehementi cordis deſiderio amplectimur, conſiderationis intuitum diffũdentes, de conſilio, promiſſu & expreſſo conſenſu prædicti Capituli noſtri *Friſingen.* quod vel quantum in ſe eſſe potuit, conſentiendo permiſit liberam poteſtatem prædictæ Capellæ Epiſcopali, ſiue Eccleſiæ S. *Iohannis Baptiſtæ* & perſonis ibidem inſtitutis & inſtituendis & diuinum cultum vt præmittitur exercentibus donamus & tradimus Eccleſiam Parochialẽ plebis in *Erding* noſtræ dioceſis, cum omnib. fructibus, prouentibus, obuentionib. & pertinentiis ſuis, ita quod modo ſubſcripto prædicta plebs in *Erding*, cum omnib. jurib. ſuis, corporalib. & incorporalibus, ſpiritualib. & temporalibus, ad liberã diſpoſitionẽ & adminiſtrationẽ Præpoſiti & Capituli communi menſæ incorporamus, & per præſentes vnimus vtendam & frudam per eos, prout inferius exprimetur. Congrua tamen ſuſtentatione Vicario plebis prælibatę in *Erding*, quem perpetuum in antea eſſe volum⁹ in omnib. reſeruata. Quem etiam Vicarium Præpoſitus S. *Ioannis* qui pro tempore fuerit, nobis & noſtris ſucceſſorib. in curam tenebitur præſentare. Nobis enim & ſucceſſorib. noſtris in ſæpe fata plebe in *Erding* vtraq; legem Diœceſanã & iuriſdictionẽ nihilominus integraliter reſeruamus. Sancimus autem & ordinãdo ſtatuimus, vt Præpoſitus S. *Ioannis* qui pro tempore fuerit, in redditibus & pertinentiis plebis in *Erding* præcipuè pro ſe diuiſim habeat decem lib. denar. Et quidquid de penſionibus & redditibus prædictæ plebis fuerit aut ceſſerit vltra prædictas decem libras reſiduum ſolitum & conſuetum communiter & æqualiter inter Canonicos diuidatur.

Præpoſitus quoq; præter redditus illarum decem lib. prouentus vnius integræ præbendæ, ſicut vnus ex Canonicis habebit, & in diſtributione communi ſine diminutione qualibet reportabit. Inſuper ad communes vſus Præpoſiti & Capituli prædictorum Decimam quæ Eccleſiæ noſtræ vacauit, per mortem ſpectabilis viri quondam Dñ. dicti de *VVilheim*, ſita in *Iſmaning* donamus & tradimus, & authoritate præſentium incorporamus. Præter hoc de Capituli noſtri *Friſingen* ſæpe fati procedit beneplacito & permiſſu, & ad hoc quantum in ſe eſſe debet & poteſt, fauet concorditer & rebus per tempora noſtræ adminiſtrationis acquiſitis hactenus & emptis de nouo, vel inpoſterum acquirendis, vt etiam de Feudis, vel Eccleſiæ noſtræ nunc vacantibus, vel in poſterum vacaturis, inquibuſcunq; locis aut regionib. fuerint conſtituta, donare & incorporare valeamus ad inſtaurationem & fertilitatem copioſam prælibati Collegij S. Ioannis, Prępoſiti & Canonicorum, & miniſtrorum ipſius, quantum nobis expedire & competere videbitur, & ſicut Domin⁹ inſpirabit. Non ſolum pro numero perſonarum ſuperi⁹ deſignatarum, verum etiam ſi decreuerimus ſucceſſu temporis, plures perſonas vſque ad duodecim Canonicos ibidem inſtituere ad præbendas, & earum redditus ampliare. Omnes etiam redditus ad eandem Capellam ſpectantes ab antiquo, ipſi & perſonis eiſdem inuiolabiles permanebunt. De forma verò & modo inſtituendarum perſonarum taliter diffinimus, quod ad prædictum Collegium S. *Ioannis* ordinetur & præficiatur perpetuo Præpoſit⁹ per nos & ſucceſſores noſtros liberè aſſumẽdus de Canonicis Eccleſiæ noſtræ Cathedralis, & eadem Præpoſitura cum omnib. & ſingulis Canonicatib. & præbendis ſine quolibet impedimento cum onerib, & formis ſupra nominatis,

& inferius nominandis, per nos & successores nostros libere conferantur. Ordinantes & statuentes, vt ad oēs & singulos Canonicatus, & Præbendas in eadem Ecclesia S. *Ioannis* per nos & successores nostros quoslibet præficiantur & assumantur Canonici tantum, qui sint verè & actualiter sacerdotes, & in sacerdotio constituti vel saltem in Diaconatu tales, qui statim omissa qualibet protractione & juris suffragio velint & possint in sacerdotes' post prouisionem sibi factā proximo jeiunio quatuor temporum ordinari. Si quis autem præter vel contra Præmissa in Canonicum eiusdem Ecclesiæ S. *Ioannis* Præfectus assumtus vel electus, omni jure quod sibi competit vel competere videbitur in Canonica vel præbenda in re vel ad rem sine qualibet interpellatione statim & ipso facto penitus' fuerit priuatus. Nos enim hoc statuto in perpetuum valituro cassamus & irritamus electionē vel prouisionem aut institutionem contra vel præter præmissa de Canonicis prædictis taliter celebratam, imò cassam & irritam nunciamus', quicquid ex eo vel ob id fuerit subsecutum. Nobis quoque vel successorib. nostris contra prædictum statutum Canonicum aliquem ad Ecclesiam S. *Ioannis* assumentib. præficientibus vel eligentibus statim ea vice quotiens in hoc statutum ceciderimus collatio Canonicatus & præbendæ pertineat ad nostræ Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, sub modis, formis & conditionibus' præfatis, & si in conferendo vel præferendo capitulum discordaret, prævaleat maior pars' numeri in hoc casu. Volumus etiam & statuendo ordinamus, vt per eosdem Canonicos S. *Ioannis* ex se Decanus eligatur, cui⁹ confirmatio ad Præpositū suum spectat, & is maior & secundus in ipsamet Ecclesia post Præpositum habeatur, qui Canonicis administret & diuidat reditus præbendarum, & negligentes' in officio diuino puniat spiritualiter & temporaliter, prout in cæteris conuentualib. Ecclesiis fieri consueuit Cui quidem pro augmento honoris & laboris sui patienda sufferendi quinque libras Monacen. denariorum persoluendas de omnib. obuentionib. ipsius Collegii deputamus. Si quis autem suadente Diabolo, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum, præmissa vel aliquid eorum violare seu destruere præsumpserit, & dispositionem inspiratā diuini⁹ laniare, cum *Dathan* & *Abyron*, quos terra viuos absorbuit, intereat: vermis eius nō moriatur, & ignis eum crucians nullatenus extinguatur: percussus anathemate contraria sibi sentiat elementa, maledictionib. pessimis repleatur, sic quod suæ pertinaciæ malitia non inueniens successorem exemplo pœnarum alios retrahat ab offensa.

Nos Dein hęc Præpositus, Decanus, totumq; Capitulū Ecclesiæ Frisingensis considerantes quod bonę rei dare consultum æternæ retributionis expectatur præmium, & præsentis vitæ subsidium obtinetur: præsertim quia laudabilis' Dominus in sanctis suis, quod extollit ingentior gloria meritorum desiderat, collaudari. Ipseq; R. Pater & Dominus noster *Conradus* Venerabilis Episcopus' *Frisingen.* remunerationem administrationis creditæ de juris beneplacito obtineat, vt & partem census Ecclesiæ nostræ pro magnificanda sepultura sua aut⁹ proprio loco construendo valeat elargiri, recognoscimus, & tenore pręsentium publicè profitemur, quod conuenientes in Capitulo nostro ad hoc specialiter euocati generaliter oēs & singulariter vniuersi, iuxta quod præmittitur, tractatibus & solemnitatibus adhibitis, quę de iure & consuetudine in talibus requiruntur præmissis, & singulis consensimus, & præsentibus consentimus, ipsaque collaudamus, ratificamus, & approbamus, iuxta modos & formas quaslibet superius annotatas. Volentes oīa & singula supra dicta, scripta & statuta, perpetuo inuiolabiliter perdurare, & valere, sicut de iure melius valere poterunt & in solida persistere firmitate. Renunciantes pro nobis & successoribus nostris in-

præ-

præmissis & quolibet eorundē exceptionibus solemnitatis omissæ, restitutionis in integrum doli mali, pecuniæ non numeratę, in vtilitatem non conuersæ, non durantis appellationis, supplicationis, implorationis officij cuiuslibet superioris, necnon omni iuris beneficio quod nobis aut successoribus nostris posset cōtra prædicta quomodolibet suffragari, Includentes huic expressioni omnia & singula, quæ renunciationem quamcumque desiderāt, spectantem. Et in horum euidentiam præsentes litteras sigillo nostro maiori quo ad tractatus & maiora negocia vtimur, voluimus consignari. Et nos *Conradus* Dei gratia Eps *Frisingensis* Ecclesiæ, ad perennem & euidentem roboris firmitatem ordinationum, diffinitionum, dispositionū, statutorum, & premissorum ceterorum, præsentes conscribi fecimus sigilliq; nostri ac Capituli nostri legitimè roborari. Actum & datum *Frisingæ* an. Domini M. CCC. XIX. sexto Idus Iunij, Indictione secunda.

Sanctissimo in Christo Patri, & Domino suo charissimo, Domino *Ioanni* cælesti prouidentia SSæ. Romanę ac vniuersalis Ecclesiæ summo Pontifici. *Fridericus* diuina miseratione *Saltzburgensis* Ecclesiæ Archiepiscopus, Apostolicæ sedis Legat⁹, cū deuota & debita reuerentia pedū osculis beatorū. Ad hoc Deus collatis clauibus regni cælestis ligandi atque soluendi vobis generale pontificiū tradidit ac Apostolicæ dignitatis principatum contulit, cum plenitudine potestatis, vt cæteri pastores, Ecclesiæ in partem sollicitudinis vocati, pro se omnibusque sibi commissis in singulis suis necessitatib. cum fiducia thronum gratię vestræ adeant, apud sanctam sedem vestram misericordiam, & maternæ consolationis quærant vbera, à quâ sicut ā sole radios, ab arbore ramos, & à fonte riuulos, statum suum deriuari cognoscunt, & ex cuius exundantis copia largitatis fluenta frequenter emanant gratiarum. Sane non sine grandi cordis amaritudine Sanᵗⁱ .Vʳᵉ. facio manifestum, quod in Prouincia mea nonnulla beneficia Ecclesiastica, videlicet dignitates, personatus & parochiales Ecclesiæ, pręter quas⁹ in eadem prouincia pauca sunt beneficia vacant de iure, ex eo quod eorum, qui illa de facto tenent. aliqui eo tempore, quo ea adepti sunt, fuerunt inhabiles ex defectib. ordinis & ætatis, aliqui post adepta huiusmodi beneficia, non fuerunt statutis à iure tēporib. promoti ad ordines, quos cura requirebat, illorū aliqui alia receperunt beneficia, quæ simul cum primis de iure non poterant obtineri, & veniendo contra nouā vestram constitutionem, quæ incipit Execrabilis, facti sunt inhabiles tam ad habita quam ad habenda. præfata quoq; beneficia tanto vacauerint tempore, quod eorum prouisio est ad sedem Apostolicam deuoluta. Licet autem tam ego, quam suffraganei mei vrgente nos⁹ morsu conscientiæ saluti animarum prouidere, & corruptionem huiusmodi, quæ non nostro, sed prædecessorum nostrorum tempore subinterueniit, euellere sumo affectemus studio, in hoc tamen nobis vehementer obsistit instantis malitia temporis quo illicitos beneficiorum dictorū detentores coercere, & ab eis⁹ amouere nequim⁹, tam propter propriā illorum, & amicorum suorum potentiā, tum etiā propter discordiā principum contendentium de imperij dignitate, quæ quidē discordia pacem de nostris terminis exulare cogit, sociam pacis iustitiā suffocat, prelia nutrit, seditiones excitat, & plerosque homines fecit insolentes adeo, & effrenes, quod ex seueritate correctionis Ecclesiasticæ non reuocantur à malo, sed quo magis percelluntur, amplius indurantur. Propter quod ad succurrendum huiusmodi beneficiis & personis, videtur vtilius vti mansuetudine quam rigore, & morbi huiusmodi vulnera non ferro sectionis, sed potius⁹ fomentorū lenitate curare, eo quod siue plectēdo, siue ignoscendo, id solū bene agitur, vt vita hominum corrigatur. Suadet etiā multitudo languentium

illo morbo, cum detrahendum sit seueritati, vbi de multorum strage & periculo timor subest. Suadet quoq; personarũ qualitas, quæ pro maiori posse ex claro genere & nobili prosapia progenita splendidis pollent natalibus, quibus post assumptam militiam clericalem, receptos sacros ordines, secundum consuetudinem patere ad dimissa patrimonia non debet redeundi facultas: & nisi de beneficiis Ecclesiasticis vitam agant, coguntur in confusionem sui generis, & vituperium clericalis ordinis infeliciter mendicare. Suadet hoc etiam beneficiorum ipsorum quantitas, quorum ferè per totam prouinciam memoratam redditus & prouentus adeo sunt tenues & exiles, quod de vnico beneficio persona litterata vel nobilis se non valeat secundum status sui decentiam exhibere. Literati quoque & nobiles, qui iura Ecclesiastica possunt defendere & tueri, nisi aliqua prærogatiua iuuentur, de cætero clericatum fugerent, in quo detrahetur non modicum cleri & Ecclesiarum commodo & honori. Suadet denique hoc dura Laicorum resistentia, qui hoc præsertim tempore, vt præmissum est, grauius insolescunt, & cum ius patronatus & aduocationis in multis beneficiis eis competat, facilius illa destruunt. & vel propriis applicant vsibus, quã præsentatos à se consanguinitate fortè vel affinitate sibi coniunctos, patiuntur ab illis remoueri inuitos. Cum ergo oportunum huic morbo remedium adhibere sola possit vestra clementia, quæ ad instar eius cuius vices geritis in terris, non vult mortem peccatorum sed vt magis conuertantur & viuant, de voluntate, consilio & consensu suffraganeorum prædictorum, & capitulorum suorum, tam pro me quam pro illis Sanctis. V. cum omni deuotione & reuerentia supplico per viscera misericordiæ Iesu Christi, quatenus de gratia speciali, tàm mihi quam illis singulis in suis Ciuitatibus & Diœcesib. prouidendi de dignitatibus, personatibus, parochialibus Ecclesiis, seu aliis beneficiis Ecclesiasticis curatis, & non curatis q̃ per nouã vestrã constitutionẽ priuatã, seu alio quocunq; modo de jure vacant, & tanto vacauerunt tempore, quod eorum prouisio est ad sedem Apostolicam deuoluta, eisdem qui illa nunc tenent de facto, vel aliis personis idoneis, prout S. V. visum fuerit, faciendi, dispensandi quoque super pluralitate beneficiorum cum his qui plura de facto iam tenent beneficia, iuxta modum quem secundum conscientiam nostram consideratis personarum & beneficiorum circumstantiis arbitrabimur, nec non super irregularitate & inhabilitate ex detentione beneficiorũ huiusmodi concitata, remittendi quoq; fructus, redditus & prouentus ex his perceptos cum non obstantib. & clausulis opportunis hac vice duntaxat concedere dignemini facultatem, vt per hoc status reformetur cleri: salus crescat populi, & vestrorum apud Dominum augeatur cumulus meritorum. Datum *Saltzburg* X. Kal. Nouembris anno Domini MCCC. vigesimo.

Canonici ad sanctum *Ioannem* tenentur perpetuis temporibus cantare Officium, & Vesperas in Basilica Sancti *Ioannis* super altare quod ibi situatum est, in die sancti *Sixti* patroni ipsius, & in die sancti *VVenceslai* de dedicatione, & in die Sancti *Mauricij* legere Missam, pro quo labore ex dotatione Altaris quilibet Episcopus pro tempore existens tenetur eis soluere in Festo Sancti *Michaelis* sex solidos denarios monetæ vsualis, iuxta litteras hinc inde traditas per Episcopum *Sixtum* & Capitulum prædictum, & soluuntur de Officina ferraria, videlicet von dem Hamer vnnd Schleiffmühl/ ante portam *Monacen.* situatas, quæ Officina subsidio mei *Sixti* Episcopi & huius rei fundatoris est excitata. Actum XII. mens. Feb. anno MCDXX.

I S M.

Vid Tom. 1. sub Eps. IOSEPHVS Eps Frisingen, ope Vtilonis Ducis, Collegiũ mystarum instituit, cui flumen

flumen Yseniscus, in cuius ripa conditum est, nomen fecit, sicut & vico Ysm, circa an. 750. vel 760. Auent. in Annalibus fol. 291.

ADDITIONES.

DE Isiniſca, vel Iseniſco fl. al. Ism ad cuius dextram oram in colle accliui ſitus eſt vicus, & in eo Collegium Canonicorum, quo de heic agitur, vide delineationem Norici veteris, & Nomenclatorem pag. 125.

De fundatione Eccleſiæ Collegiatæ in *Ism.*

IOSEPHVS Eps *Friſingenſis* tertius. fundauit Eccleſiam Collegiatam in Ism an. Domini 760. in honore S. *Zenonis* Epiſcopi & Martyris, cum vna Præpoſitura, de collatione S. D. N vno Decanatu de electione Capituli & aliquot Canonicatibus, quos R^mus. *Friſingenſis* & Capitulum *Ismenſe* alternis menſib. conferunt,

IN nomine Domini amen. *Geroldus* Dei gratia *Friſingenſis* Eps, omnib. Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum peruenit ſalutem in noſtræ ſalutis Auctorem. Quoniam ea quæ in tempore fiunt mutatione temporis humanam, plerumque niſi litterarum mancipentur indiciis ſolent affugi memoriam, tenore præſentium tam futuris quam præſentib. notum eſſe cupimus, quod conſiderata neceſſitate præbendarum & defectu fratrum Eccleſiæ S. *Zenonis* in *Ism* Eccleſiam parochialem eiuſdem loci nobis vacantem, tum propter neceſſitatem, tum etiam religionem Canonicorum ibidem Deo famulantium, de conſenſu Capituli noſtri ad Communem vſum præbendarum, contulimus in perpetuum, ſaluo Kathedratico, & iure Diœceſano ante memoratæ Eccleſiæ. Præpoſitus de concilio Capituli ſui, nobis ac ſucceſſoribus noſtris vicarium vnum, de Canonicis perſpicuum perpetuo inſtituendum præſentabit, & ſi etiã Canonici in Conſilio diſſenſerint nihilominus Præpoſitus *Iſenſis* præſentatione vicarij vtatur. Vt autem hæc donatio inconuulſa & in perpetuum valitura permaneat præſentem paginam tam noſtro quam Capituli Friſingenſis ſigillis fecimus communiri. Huius rei teſtes ſunt Gottwinus nouæ cellæ Præpoſitus, Eberhardus maioris Eccleſiæ Decanus, Fridericus S. Andreæ, Vlſcalcus S. Viti, Chunradus *Iſnenſis* Præpoſiti, Chyemo Eberhardus, Kaſto, Hermannus Ludouicus Canonici Friſingenſes, & alij quam plures. Acta ſunt hæc. Anno incarnationis Domini Milleſimo, Ducenteſimo, vigeſimo Octauo, Calendas Martij Decimo quarto, indictione ſecunda.

NOS *Chunradus* Dei gratia *Friſingenſis* Eps. Conſtare volumus preſentium inſpectoribus vniuerſis quod nos venerabili in Chriſto fratri Præpoſito totiq; Capitulo, *Iſnenſis* Eccleſiæ volentes facere recompenſationem aliqualẽ de dãnis ſiue grauaminib. quæ ipſis ã nobis & à noſtris *Purhgrauiis* ſeu Caſtellanis in purchirani hactenus indebite ſunt illata ipſis permiſimus ex gratia ſpeciali redimere duas curias noſtras apud *Iſn* ſitas cum ſuis attinentiis, A *Ruech liebo de* Iſn qui easdẽ curias à nobis nomine pignoris tũc tenet obligatas pro viginti quinq; Monacenſium Denariorum & percipere prouentus vſum & vſufructũ earundem curiarum & attinentiarum pro ſuis vtilitatibus libere intrepide in damnorum eorũdem compenſationem. Tam diuvidelicet donec à nobis vel ſucceſſore noſtro quocunq; prædictæ curiæ â præfato capitulo *Iſnenſi* cum viginti quinque libris Monacenſium den. redemptę fuerint & ſolutæ. De qua ſumma pfatum capitulũ pto pceptis prouentib. medij temporis nihil niſi quantum tunc voluerit re-

rit relaxabit. Cum ipsos prouentus seu vsufructum non percipiat idem Capitulum vt vsuras pignoris vel ypotecę, sed potius in reconpensationem damnorum suorum ex nostra licentia prout superius est expressum, In cuius rei testimonium præsentem scedulam Præposito & Capitulo *Isenensi* tradidimus nostri sigilli munimine roboratam, Datum *Frisingæ* an. Dñi M. CC. LXXVIII. quarto Nonas Februarij.

IOHANNES miseratione Diuina &c. sancti *Martini in Montibus* sanctæ Romã. Ecclesiæ presbyter Cardinalis de Bauaria vulgariter nuncupatus & Eps Ecclesiæ *Frising.* humilibus & honestis supplicium votis his præsertim, quæ ad conseruationum libertatis Ecclesiasticæ annuimus eaq; fauorib. prosequimur opportunis. Sane, p parte honorabiliũ in Christo nobis sincere dilectorũ N. Præpositi, Decani, totius Capituli Ecclesiæ collegiatæ sancti *Zenonis* in Ysn nostræ *Frising.* dioc. nobis humiliter extitit supplicatum vt felicium recordation. *Gotfridi Conradi* & *Alberti* prædecessorum nostrorum eiusdem Ecclesiæ *Frisingen.* Episcoporũ litteras, priuilegia, imunitates eis & Ecclesiæ prædictæ concessas gratiosius cum incipiant vetustate consumi innouare ac benignitate nostra fauorabiliter confirmare dignaremur, quarũ tenores succesiue sequuntur & sunt tales. Nos *Gotfridus* Dei gratia Episcopus Ecclesiæ *Frising.* notum fieri cupimus præsentium inspectoribus vniuersis, eidem capitulo & cuilibet de Canonicis Ecclesiæ *Tsnen.* nostræ dioc. pro nobis & successoribus nostris hoc ius recognouimus & perpetuo obseruari volumus & obseruari concedimus per præsentes. Idem nullus Capitaneus Burgrauius seu Iudex noster in *Burckrein* vel alius quicunq; officialis noster vllam penitus Iurisdictionem temporalem in Canonicos dictæ *Isnen.* Ecclesiæ aut aliquem ex eis vel in Edituum seu pulsatorem eorum aut in domos & familiam eorundem Canonicorum debet inposterum exercere. Sed quicunque actiones aliquas eisdem vel aliquibus ex eis mouere seu intentare habuerit, Decanum loci aut alium Ecclesiasticum Iudicem competentem adeat iustitiam & iudicium recepturus, prout tamen alias prædictis Canonicis de Iure communi est indultum pariter & concessum non obstante eo videlicet quod nos & Ecclesia *Frising.* ac successores nostri ius aduocatiæ possidemus in prædictorum Canonicorũ & Ecclesiæ *Isnen.* hominibus prædiis atque bonis in perhennem igitur memoriam & perpetuam omnium præmissorum roboris firmitatem sæpe fatis Canonicis & Ecclesiæ *Isnen.* præsentes dedimus litteras nostri sigilli robore communitas. Datum *Isnen.* Anno Domini M. CCC. XII. in die Natiuitatis B. Mariæ virginis.

NOS *Chunradus* Dei gratia Episcopus Ecclesiæ *Frisingen.* tenore præsentium recognoscimus profitentes, quod ex commissione nostra dilecti in Christo fratres Domini, Domini Præpositus, D. Decanus & Capitulum eiusdem Ecclesiæ nostræ litteras Domini *Geroldi* quondam prædecessoris nostri, sub sigillis ex vetustate aliquantulum confractis sicut ex litteris eorum cognouimus perspexerunt per omnia in hęc verba.

In nomine Domini amen. *Geroldus* Dei gratia &c. Easdem igitur litteras & tenorem supradictum defectus supplentes, auctorizamus, innouamus & præsentis scripti testimonio confirmamus & in euidentiam & perennem memoriam præmissorum præsentes sigillo nostro pẽdenti iussimus consignari. Datum in *Lonck* anno Domini Millesimo Trecentesimo decimo tertio Nonas Februarij.

Nos

NOS *Conradus* Dei gratia *Frisingen.* Ecclesiæ Episcopus. Notum fieri cupimus præsentium inspectoribus Item Capitulo & cuilibet de Canonicis Ecclesiæ *Isen.* nostrę dioc. ad imitationem Reuerendi in Christo patris ac domini *Gotfridi* recolendæ memoriæ *Frisingen.* Ecclesiæ Episcopi prędecessoris nostri pro nobis & successoribus nostris hoc ius recognoscimus & perpetuo obseruari volumus & obseruari concedimus per præsentes. Item nullus Capitaneus Burggrauius seu Iudex noster in *Burckrain* vel alius quicunque officialis noster vllam penitus Iurisdictionem temporalem in Canonicos dictæ *Isen.* Ecclesiæ aut aliquem ex eis vel in edituum seu pulsatorem eorum aut in domos & familiam eorundem Canonicorum debeat in posterum exercere, sed quicunque actiones aliquas eisdem seu aliquibus ex eis mouere seu intentare habuerit Decanum loci qui pro tempore fuerit aut alium Ecclesiasticum Iudicem competentem adeat iustitiam & iudicium accepturus prout tamen alias prædictis Canonicis de iure communi est indultum pariter & concessum, & si quempiam de dictis Canonicis decedere cõtingeret volumus imo expresse inhibemus vt nullus Capitaneus Burggrauius aut Iudex noster in *Burckrain* vel alius quicunque officialis noster bona & res à Canonicis decedentibus relicta impetere debeat vel ad ipsas res & bona quauis ratione manus mittat. Non obstante eo videlicet quod nos Ecclesia nostra *Frisingen.* ac successores nostri Ius aduocatię possidemus in prædictorum Canonicorum & Ecclesiæ *Isnen.* hominibus prædiis atque locis. Saluo tamen nobis nostrisque successoribus vniuersis, vt si quisque Canonicorum decedentium bona & res ab eo vel eis derelictas & conquisitas de præbendis aut aliis ipsorum beneficiis Ecclesiasticis legasset minus honorifice & tradidisset vel donasset contra Deum & Iustitiam legationem illam traditionem & donationem, prout alias tenemur ex officio nostro reuocare, iustificare & corrigere debeamus. In perhennem igitur memoriam & perpetuam omnium præmissorum roboris firmitatem sæpe fatis Canonicis & Ecclesiæ *Isnẽ.* præsentes dedimus litteras nostri sigilli robore communitas. Datum in Castro nostro *Burckrain* Anno Domini Millesimo tricentesimo vigesimo septimo VI. Idus Nouemb. Indictione vndecima.

WIr Albrecht von Gottes Gnaden Bischoff zu Freisingen verjehen offentlich mit disem brief allen den die jhn ansehen oder hören lesen/ daß wir angesehen haben die gnad vnd fürderung die vnser vorfahrn weilendt Bischoff Gotfrid vnd Bischoff Conrad zu Freisingen erzaigt vnd gethon habent dem Gotshauß vñ den Corherrn zu Isen / darüber wir auch Herr vnd vogt seind in Geistlichen vnd Weltlichen sachen ann den stucken vnd Artickln die hernach geschriben stehen / die wir jhn auch vesten vnnd bestetten mit disem brief/ doch also daß wir wöllen vnd ernstlich empfelhen vnserem Haubtman/ Burggrauen/ vnserem Richter oder anderen vnseren Ambtleuten zu Burckrain die jetzt seind oder fürbaß werden / daß sie keinen weltlichen gewalt sollen noch mögen haben ewigklich vber das vorgenant Gotshauß zu Isen noch vber die Chorherrn/ mesner vnd leiter der glocken daselben noch vber derselben häuser/ noch kein jhren jungenhauß Ehehalten oder diener/ wann wer hierzu zusprechen vnd zuklagen hat / der solle das nun vor dem Dechant zu Isen der jetzundt ist oder fürbaß Dechant wirdt oder vor einem anderen Geistlichen Richter der andere geistliche sach den zurichten hat in vnserem Bistumb zu Freisingen vnd die sollen vor denselben recht thun/ wann der Bapst gemein Recht de vorgenandten Chorherrn zu Isen dasselb auch erlaubt vnd verlihen hat. War auch daß der offtgenandten Chorherr einer oder mehr sturben mit derselben todten gut soll der vorgenanten vnser Ambtleuten kainer nichts nit zuschaffen noch zuthun haben/ weder wenig noch vil / es wäre auch dann als verr daß ein Chorherr oder jhrer mehr solch gut lies-

sen

sen das sie gewunnen vnd gesambt hetten von jhrer Pfründt oder Kirchen vnd dasselbig vnordenlich vnd vnehrlich geschafft hieten/ geben vnd gelassen wider Gott vnd wider das Recht/ So mögen wir oder vnsere Nachkommen von vnsers Bischofflichen Ambts wegen dasselb geschafft vnd hingebung duß guts wid erruffen vnd rechtfertigen nach vnser beschaidenhait/ vnnd darüber zu vrkundt geben wir jhn disen offen brieff mit vnserm anhangenden Insigel besigelten / der geben ist an Sant Pauls tag als er bekert wardt/ nach Christi Geburt dreyzehen hundert jahr/ darnach in dem vier vnnd fünffzigisten jahre.

NOS igitur huiusmodi supplicationibus inclinati litteras ipsas & priuilegia quas sanas, integras & illæsas coram nobis exhibitas & productas agnouimus manibusque nostris attrectauimus & examinauimus diligenter & vt diuinus cultus ac clericalis norma deinceps omni cum deuotione feruentius obseruetur auctoritate nostra tenore præsentis innouamus & præsentis scripti patrocinio fauorosius, ac de speciali gratia in Dei nomine confirmamus communimus volentes eisdem sic insertis tenoribus vbicunque exhibitis aut ostensis sicut originalibus staretur, si exhiberentur stetur firmiter & adhibeatur plena fides. In cuius rei testimonium præsentes innouationis confirmation. & communicion. nostræ litteris nostri sigilli iussimus appensione communiri. Dat. *Frising.* die Martis duodecima mensis Octobris, an. Domini M.CCCC. quadragesimo quinto.

SAcrosancta generalis synodus *Basilien.* in spiritu sancto legitime congregata Vniuersalē Ecclesiā representans Venerabilib. Archiepiscopo *Saltzburgen.* & Episcopo *Augusten.* ac dilecto Ecclesiæ filio Decano Ecclesiæ *Brixinen.* salutem & omnipotentis Dei bened: Ad compescendos conatus nepharios peruersorum qui personas & loca Ecclesiastica super bonis & iuribus suis offendere ac multiplicibus perturbare molestiis non verentur, tanto magis decet generale Concilium oportuno remedio prouidere quanto per amplius turbationes huiusmodi & molestiæ in diuinæ maiestatis offensam nec non Ecclesiasticæ libertatis redundare dispendium dinoscuntur, dudum siquidem cum in diuersis mundi partibus Consules ciuitatum & Rectores nec non alij qui potestatem habere videbantur tot onera frequenter imponerent Ecclesiis vt deterioris conditionis factum sub eis Sacerdocium videretur quam sub Pharaone fuisset, qui legis diuinæ notitiam non habebat quique omnibus aliis seruituti subactis sacerdotes & possessiones eorum pristina libertate dimisit & de publico eis alimoniam ministrauit. In Concilio *Lateranen.* Ecclesiæ immunitati prouidendo sub anathematis districtione prohibitum extitit ne Consules Rectores aut alij prædicti Ecclesias & viros Ecclesiasticos talliis aut exactionibus aliis aggrauare præsumerent transgressores & fautores eorum præcipiendo anathematis sententiæ subiacere donec satisfactionem impenderēt competentem. Et etiam deinde in generali concilio editum fuerit quod si Episcopi forte simul cum clericis etiam si tantam necessitatem vel vtilitatem inspicerent vt absque vlla coactione ad releuandas communes vtilitates vel necessitates vbi laicorum non suppeterent facultates subsidia per Ecclesias laicis ducerent concedenda minime super hoc consulto Romano Pontifice concessiones & sententiæ quæ à talibus vel de ipsorum mandato forent promulgatæ, essent irritæ & inanes nullo vnquam tempore valituræ, ac etiam in ipso generali concilio decretum extitit, illum qui infra tempus sui regiminis propter fractionem cōstitutionum vel sanctionum huiusmodi sustineret anathema tanquam post illud non esset

ad sa-

ad satisfactionis debitum compellendus nec non ipsius successorem qui non satisfaceret infra mensem manere ecclesiastica censura conclusum donec satisfaceret competēter eum succederet manere cum substitueretur in honore. Postmodum verò felicis recordationis *Honorius* Papa III. attentè considerans quod quondam *Fridericus* secundus olim Romanus Imperator tunc sub obedientia & deuotione sanctæ Romanæ ecclesiæ persistens ad laudem eiusdem Ecclesię & sacri decus Rom: Imperij cupiens vt expurgatis quorundā errorib. & iniquis statutis' penitus detestatis de cætero ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ plena vigerent quiete & secura libertate gauderent ac pie & iustè attendens quod quorundam peruersorum iniquitas adeo habundauerat, vt non dubitarent contra ecclesiasticā disciplinā & sacros Canones statuta sua cōfringere aduersus ecclesiasticas personas & Ecclesiasticam libertatem edictali lege huiusmodi statuta inqua irritauerat & pręceperat irrita nunciari & omnia statuta & consuetudines quæ ciuitates & loca potestates vel consules aut quæcunq; aliæ personæ contra libertatem ecclesiæ vel personas ecclesiasticas huiusmodi edere aut seruare tēptarent contra canonicas vel Imperiales sanctiones de ipsorum capitularib. infra duos menses post ipsius legis publicationem penitus oboleri facerent, & si de cætero talia attemptarent illa ipso iure decreuit esse nulla & eos sua iurisdictione priuatos nec non locum vbi talia deinceps præsumpta fuissent Banno mille marcharū auri fisco Imperiali præceperat subiacere. Potestates vero Consules, Statutarios, & scriptores statutorū prædictorum nec non consiliarios locorum ipsorum qui secundum statuta & consuetudines memorata iudicarent ex tunc essent ipso iure infames quorū sententias & actus legitimos statuerat aliqualiter non tenere. Quodq; si per annū præfatarum constitutionū inuenti forent contēptores bona eorū per totū imperiū mādauit impune ab omnib. occupari saluis nihilominus aliis pœnis contra tales in eisdem generalib. Conciliis promulgatis. Et insuper voluit idem tunc Imperator q; nulla communitas vel persona publica vel priuata collectas seu exactiones angarias *Eccl*esiis' vel aliis nostris locis aut ecclesiasticis personis huiusmodi imponere seu inuadere ecclesiastica bona prēsumeret, quod si sec⁹ faceret & requisita ab ecclesia vel Imperio huiusmodi emendare contemneret tripliciter refunderet & nihilomin⁹ Banno Imperiali subiaceret quod satisfactione debita nullatenus remitteretur. Statuerat insuper quod quæcunque cōmunitas vel persona per annum in excommunicatione propter libertatem ecclesiæ violatam persisteret ipso iure similiter dicto Banno Imperiali subiaceret à quo nullatenus extraheretur nisi prius ab ecclesia beneficio absolutionis obtento, & insuper ordinauerat vt nullus ecclesiasticam personam in criminali quęstione vel ciuili ad iudicium seculare trahere præsumeret contra easdem canonicas sanctiones & constitutiones imperiales, quod si secus faceret actor à suo iure caderet & iudicatum non teneret, & iudex foret ex tunc iudicandi auctoritate priuatus. Quodq; Iudices temporales qui clericis & personis Ecclesiasticis iustitiam denegare præsumerent tertio requisiti suam iurisdictionem amitterent constitutionem ipsā de consilio etiam fratrum suorum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium qui tunc erant auctoritate apostolica approbans & confirmans ipsam mandauit inuiolabiliter obseruari nec non statutarios & scriptores ac violatores prædictos excommunicatos eadem auctoritate nunciari. Et deinde ad audientiam diuę memoriæ *Caroli* quarti etiam Romanorum Imperatoris semper Augusti deducto quod nonnullæ sæculares personæ in potestatibus & officiis publicis constitutæ videlicet Duces, Marchiones, Comites, Barones & alij Domini temporales

NB. Jsm.

rales nec non Consules ciuitatum, opidorum, villarum, & locorum Rectores diuersis prouinciis eiusdē Imperij Dei timore postposito statuta singularia & iniquas ordinationes motu proprio de facto contra ipsas psonas Ecclesiasticas, & Ecclesiarū libertates, ac eorū priuilegia condiderant, illisq; de facto & publice vtebantur contra canonicas & legitimas sanctiones, vtpote quod nulla bona temporalia in potestatem ecclesiasticam trāsferrentur & ne clerici in sacris ordinationib. cōstituti ad agendum & testificandum in ciuilib. & maximè in piis causis aliquatenus admitterentur quodq; excomunicati laici & publice denūciati in ciuili foro minimè repellerentur. Et insuper prædicti Domini temporales Consules & Rectores per singularem potestatem res & bona clericorum occuparēt, arrestarent & oblationes Christi fidelium imminuerent atq; restringerent exactiones & tallias indebitas de bonis & redditib. ecclesiarū exigerent & extorquerent, possessiones Ecclesiarū & personarū earundē deuastarent incēdiis & rapinis, contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros ciuitatum villarum & locorum prædictorum inscribere sigillare recusarent donataq; & legata ad fabricas & ecclesiarum structuras contra Prælatorum voluntatem & aliorum quorum intererat temere vsurpare prēsumerent ac in fraudem & odium clericorum de bonis etiam & reb. eorundem clericorū, quæ non caussa negotiationum sed pro eorum propriis vsib. per eorū terras ducebant seu duci faciebāt theoloniū exigere & recipere non verebantur & confugientes ad Ecclesias & eorum cemiterias deinde extrahere contra Canonicas & Imperiales sanctiones, huiusmodi præsumpserant & præsumebant. Idem *Carolus* Imperator tanquam Christianissimus Princeps volens in præmissis prouidere de remedio salutari etiam quorundam Ducum, Principum, Comitum, Baronum, fidelium-que aliorum sacri Imperij sæpedicti consilio auctoritate imperiali quæcunque statuta & consuetudines prædicta tanquam per Canonicas & ciuiles sanctiones ex presse reprobata cassauit, irritauit & annullauit ac cassa irrita nullius esse voluit roboris vel momenti præcipiens sub imperialis banni pœna vniuersis & singulis Principibus & Dominis temporalib. consulib. potestatib. & aliis in officiis publicis in eodem imperio constitutis, quatenus ex tunc ipsorum statuta & ordinationes sicut in præiudicium ecclesiasticæ libertatis edita fuerant omnino reuocarent & de luce tollerent, quodque secundum ea non iudicarent amplius nec sententiás dictarent aut de eisdem in iudicio vel extra iudicium quomodolibet pro se & contra eandem Ecclesiasticam libertatem potirentur. Pronunciauit insuper & eadem decreuit auctoritate, quod quicunque laicus cuiuscunque status aut conditionis existeret ausu sacrilego & propria temeritatis audacia sacerdotem vel clericum sæcularem vel religiosum diffidaret, proscriberet, captiuaret, spoliaret, occideret, inutilaret aut in carcere detineret, vel huiusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaret vel ei fauorem præstaret, præter pœnas á sacris Canonibus & legalibus sanctionibus in tales inflictas eo ipso redderetur infamis & omni honore priuatus nec ad placita vel consilia nobilium admitteretur. quo iusto modo hortans insuper in domo & requirens Ecclesiasticos prælatos nullis partibus in quibus committerentur talia constitutos vt legem imperialem huiusmodi per eorum ecclesias & Synodos publicarent, ne transgressores huiusmodi per simulatam ignorantiam suam valerent in hac parte maliciá excusare prout in constitutionibus & sanctionib. Conciliorum & hoc est prædicatorū ac Imperialib. præfatis pleni⁹ continetur. Cum autem sicut lamentabili quærela dilectorum Ecclesiæ filiorum Præpositi, Decani & Capituli Ecclesiæ S. *Zenonis* in *Isn Frising:* dioc. super accepimus, nonnulli Principes, Duces Comites

mites Barones, & alij ſeculares poteſtates earundem conſtitutionum & ſanctionum canonicarum & regalium forſan ignari contra ipſas à Prepoſito, Decano & Capitulo prædictis communiter diuiſim forſan tallias & gabellas ac alias exactiones illicitas hactenus extorſerint & ad huc extorquere nitantur, ac etiam bona ipſorum cõmuniter vel diuiſim inuaſerint, arreſtauerint, occupauerint, detinuerint & ſuis vſibus applicauerint, nec non occupare, inuadere, arreſtare, detinere ac eiſdem ſuis vſibus applicare ſimiliter de facto præſumant in animarum ſuarum periculum nec non Præpoſiti Decani & Capituli prædictorum non modicum præiudicium atque damnum, nos in præmiſſis Præpoſito Decano & Capitulo prædictis de oportuno remedio prouidere volentes, diſcretioni veſtræ tenore præſentium in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatinus vos vel duo aut vnus' veſtrum, per vos vel alium ſeu alios Prepoſito Decano & Capitulo prædictis contra quoſcunque transgreſſus & violatores conſtitutionum & ſanctionum earundem cuiuſcunque ſtatus, dignitatis & excellentiæ efficiatis defenſionis auxilio aſſiſtentes non permittatis' eos contra canonicas & legales ſanctiones & conſtitutiones huiuſmodi indebitè moleſtari, nec non eaſdem conſtitutiones & ſanctiones vbi & quando expedire videritis ſolenniter publicantes faciatis transgreſſores & violatores huiuſmodi ſi & prout iuſtum fuerit ac vbi ac quotiens expedierit tàm diu excommunicatos & anathematiſatos publice nunciari, donec ob eorundem talliarum collectarum impoſitionum & quarumlibet extorſionum nec non bonorum Præpoſiti, Decani, & Capituli prædictorum inuaſione, arreſtatione, occupatione, detentione, & applicatione omnino deſiſtant: nec non etiã efficaciter reſtituant eiſdem occaſione premiſſorum per eos cõmuniter vel diuiſim læſis ſeu grauatis talliis gabelliis & exactione ipſas ac etiam bona ipſorũ arreſtata, occupata, detẽta & applicata ipſis' aut quæ per ſe vel per alios illo prætextu quomodolibet receperint imo verius temere & illicite vſurpauerint à ſe liberè omnino relaxent, ac in manibus veſtris iurauerint q, de cætero talia non commitent & ea commitentibus non præſtent auxilium, conſilium vel fauorem. Contradictores per cenſuram Eccleſiſticam & alia iuris oportuna remedia compeſcendo, inuocato ad hoc ſi opus' fuerit auxilio brachij ſecularis.

Cæterum ſi forſan huiuſmodi transgreſſorum aut violatorum vel ea fieri mandantium ipſiſque conſentientium ſeu dantium in illis per ſe vel per alios, directè vel indirectè publicè vel occultè auxilium, conſilium vel fauorẽ præſentia pro monitionibus & requiſitionibus per vos de ipſis fiendis tutè ſecurè vel comodè haberi nequiret nos vobis monitiones & requiſitiones huiuſmodi actitationes quaslibet, per edicta publica in locis affigenda publicis de quib. ſit veriſimilis cõiectura q, ad notitiam dictorum ſcitatorum & monitorũ huiuſmodi peruenire valeant faciendi plenam & liberã concedim⁹ tenore præſentium facultatem volentes q, monitiones, requiſitiones, actitationes huiuſmodi perinde ipſos citatos, requiſitos & monitos vt præmittitur arcent ac ſi eis factæ & inſinuatæ præſentialiter & perſonaliter excidiſſent. Non obſtantibus piæ memoriæ *Bonifacij* Papæ VIII. quibus cauetur ne aliquis extra ſuam ciuitatem vel dioceſin niſi in certis exceptis caſibus & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diſceſſionis ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices extra ciuitatem & Dioceſin in quibus' deputati fuerint contra quoſcunque procedere aut alij vel aliis vices ſuas committere ſeu aliquos vltra vnam dietam à fine diſceſſionis eorundem trahere præſumant, dummodo vltra duas dietas' aliquis auctoritate præſentium non trahatur ac perſonis' vltra certum

numerum ad iudicium non vocandis qua aliis constitutionib. apostolicis contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim à sede apostolica indultum existat quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint vel vltra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, & de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mẽtionem. Dat. *Basileæ* III. Non: May, sub anno à Natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo quarto.

Catalogus Præpositorum huius Ecclesiæ Collegiatæ, qualiscunque ex veteribus monumentis colligi potuit, infra sequitur, sub titulo prætermissorum.

S. MAGNI MONASTERIVM.

ORDO S. Augustini Canonicorum regularium, in suburbio Ratisbonæ vltra pontem, vulgò am Hoff.

CIRCA annum 1135. ædificatum est hoc Monasterium, per quendam Gebhardum, Ratisponeñ. Canonicum, Presbyterum. Rex Conradus Hierosolymis reuersus, cùm Ratisponæ de obsidendo Chelhaim consultaret, consilio fratris vterini, Heinrici S. Leopoldi filij, qui tunc Ducatum Bauariæ tenebat, suburbiũ Ratisbonense Monasterio isti dedit; Anno 1138. Otto Frisingen. meminit obsidionis lib. 1. cap. 63. de vita Friderici Imperatoris; sed de donatione S. Magno facta nihil &c.

HARTWICVS secundus Episcopus huic Monasterio alia quam plurima priuilegia dedit, inter quæ etiam Ecclesiam in Saler, Anno 1156 & 1161. Diplomata ibi extant, quorum copia sequitur.

IN conscriptionibus apud S. Magnum habetur, quod prædictus Gebhardus fundator fuerit de familia Comitũ de Raning, cuius castri vestigia adhuc extant, iuxta Labarum amnem. Ioann. Auent. lib. 6. fol. 622. ita habet: Conradus, Heinricus, Gebhardus, mysta Reginoburgeñ. fratres Germani de Raning & Rotenburch Comites, cum Matre Mathilda de Päring, & diuum Magnum ad confluentes Danubij & Regni, in aduersa Reginoburgij ripa, Monachis Augustinianis dedicant.

COPIA LITTERARVM HARTVVICI EPISCOPI RATISBONEN.

NOTVM sit cunctis Christi fidelibus, tam futuris quam præsentibus, quòd venerabilis Hartvvicus, Dei gratia, Ratisbonensis Ecclesiæ Episcopus petente Dietherico, Ripensi Præposito, altare in Monasterio eiusdem loci in honorem beati Andreæ dedicauit Apostoli. Verùm Dominus Episcopus, penuriam loci illius circumspecta mente perpendens, qualiter honorificentiam B. Andreæ Apostolo ibidem exhiberet, cum Conuentu maioris Ecclesiæ, quem Præpositus ad dedicationem inuitauerat, diligenter insistebat. Proindeergò cum communicato consilio decimam, propriè dotem cum baptismate, & sepulturam propriæ villæ altari B. Andreæ obtulit, pro dote, quatenus sepultura propriæ villæ esset dos, esset parochia Ecclesiæ Ripariæ.

HANC

Hanc itaque dotem suo priuilegio Domino Episcopo confirmare volente, Dietricus, Præpositus Ecclesiæ suæ, magis volens prouidere initialem statum eiusdem loci, à primo fundatore, & quæ suo tempore gesta fuerãt, simul expetiuit Episcopum, priuilegiare: procedentibus igitur cum multitudine viris religiosis, qui statum Ecclesiæ in ordine suo cognouerant, de rebus autem gestis fidem nobis præstiterunt, quod videlicet eo tempore, quo bonæ recordationis Rex Chuenradus castrum Ottonis, Palatini Comitis in Kelheim obsederat, quod idem Rex eodem tempore in propria persona venerit, & Ecclesiam B. Magni intrauerit, & prædium illud Ripense cum omni sua attinentia regali proprietati subiecerit: Et quod Marschalcus inuestituram ararum, à colonis villæ ripariæ collectam, Regi in quinquaginta duobus talentis acceperit, & hac sumpta pecunia, Rex ad obsidionem redierit. Posteà verò Gebhardus, Prouisor Ecclesiæ ripensis, cum Ducatu duorũ Marchionum, Diepoldi, videlicet Marchionis de Vohburg, & Berchtoldi Marchionis de Andechse, quorum Confessor erat, præsentiam Regis Chunradi adiit, hoc ab eo expostulans, quatenus intuitu diuinæ remunerationis præsidium, in quod manum potestatiuam extenderat, Deo & Canonicam regularem vitã ibidem ducentib. largiri dignaretur. Rex igitur ad petitionem tàm venerabilis viri promptus existens, prædiũ, quod petebatur, quod est situm inter duo flumina cum omni sua attinentia, vsum quoq; fluminũ vsq; ad medium, coram principibus, Deo & Sanctis eius, Andreæ scilicet Apostolo & B. Magno Confessori, contulit pro dote & Canonicis regularib., sicut petiuit fidelis Gebhardus, est largitus; Veruntamen hac conditione interposita, vt si aliquando Clerici illi distraherentur aliqua violentia, prædictũ prædium aut rediret ad regalem fiscum, vel si quid ordinauerint illi fratres, dignum permaneat ratum; vnde etiam Aduocatiam ipsius Ecclesiæ petente tamen Gebhardo, suo retinuit dominio. Ad recompensationem autem talentorum, quæ Rex, vt prædictum est, ab incolis acceperat, hanc gratiam Ecclesiæ suæ contulit. Nam cum consilio fratris sui H. (id est, Henrici) Ducis Bauariæ, & H. vrbis Præfecti, publicã mercaturam in villa siue ciuitate Riparia, omni feria tertia instituit: Ipsam quoq; mercaturam & pensiones, & quicquid solui debet de mercimoniis, in foris statutis, cum iudicio ciuili, præter sanguinis damnationem, cuncta Ecclesiæ pro vsu fructu, firmauit Ripariæ. quæ huc vsque hodie tenet quietè. Constituit etiam Rex, quatenus Præpositus & fratres Ripenses, metretam de semine porri vrbis Præfecto soluant annuatim, ob recordationem & testimonium eorum, quæ per Regem in prædicta Ecclesia gesta sunt. Dominus igitur Episcopus simul cum Choro religiosorum virorum audito testimonio & illo approbato, tàm illa, quæ à Rege Conrado gesta constabant, quam ea, quæ ipse ex sui gratia in præsentiarum concesserat, vt nulli omnino ea in posterũ annullare vel in irritum ducere liceret, auctoritate & Banno Episcopali, scripto atque sigillo suo Ecclesiæ Ripariæ confirmauit: Testes huius rei sunt hi, Werinherus Præpositus, Heinricus Decanus, Heinricus Schazuliese, Rudigerus Cellerarius, Bruno de Hæsenakher, Bernhardus Niger, Merboto, Dietmarus Plebanus, Chaldelhahus de Ahusen-Chuno de Raitenpuech, Berchtoldus de Sinzingen, Heinricus Fren, Hermannus Grossus, Hærtvvicus Dapifer Episcopi, Diethmarus de Sinechingẽ, Altmannus de Egloffshaim, Chuno de Hofedorf, Wallo & filius eius Wallo de Falckenstain, Ortliep Chæspitz, Haitrolikh in Haide, Lautvvin Listmar, Friderricus Cumore, Heinricus Rugvveize, Fridericus Paruus, Vsto de Pennethapelle, Karolus filius Rudigeri, Gotfridus Hircellus, & filius eius Gotfridus, Hærtvvicus in Porta, Rutlandus de Puchse, Ludouicus Magister Coquinæ. Facta sunt

cta sunt autem hæc Anno ab incarnatione Domini M. C. L VI. in festiuitate B. Martini, Episcopi & Confessoris, regnante Domino nostro Iesu Christo.

COPIA ALIARVM LITTERARVM EIVSDEM HAERTVVICI. &c.

NOVERIT hoc tàm præsens ętas quàm succeſſura posteritas, quod ego Hęrtvvicus Dei gratia, Ratisboneñ. Ecclesiæ Eps, cum propter frequentes meas infirmitates, tum etiam propter aëris temperiem, ac loci amœnitatem, apud Ecclesiam S. Magni sæpius requiescerem; accidit, vt Diethmarus, maioris Ecclesiæ Plebanus, habitum assumeret monasticæ religionis, in Monasterio B. Emerani martyris. Quo facto, Ortvvin⁹, prædictæ Ecclesiæ Præpositus, assumptis secum duob. venerabilib. viris, Alberto, videlicet Abbate S. Emerani, & Gevvolfo, Abbate Kastellensi, in præsentiã se nostrã obtulit, multimodam Ecclesiæ suæ nobis exponens inopiam, ac deinde immensum laborem in ædificando nouum Monasterium: Quod quidem fundator satis nobiliter inchoauerat, attamen minus ex aliqua parte perfecerat; nobis etiam de hoc supplicans, quatenus in leuamen sui laboris, & Ecclesiæ suæ sustentationem, aliquod stipendium in Ecclesia nobis vacante, dignaremur exhibere. Abbates verò nos tam venerabilis viri petitionem non debere fustrari commonentes, quem etiam â Decania in Kiemse non paruis precib. nuper assumptum, sub spe bonæ prouisionis in Ecclesia Ripensi locatum, nos Ecclesiæ suæ propter ipsum asseruerunt digne esse benefacturos. Nos itaq; ad petitionẽ tantorum virorum Chorum Ratisboneñ. simul cũ Ministerialib. S. Petri, in prædictum locum conuocauimus, exponentes eis pia consideratione, quæ audiuimus; Vt & ipsi recordarentur B. memoriæ Gebhardi Presbyteri, quondã ipsorum confratris & Cõcanonici, qua fide & dilectione eis astiterit, qui ob amorem ipsorum, eorum etiam obtinendum suffragium, Ecclesiam Ripensem, cum libera esset, voluntariè fecit eis esse censualem. His igitur cunctis præconsideratis, nos mediantib. Abbatib, in vnum conuenimus, & cõmunicato consilio Ecclesiam in Saler, sub tali conditione contulimus Ecclesiæ Riparię, quatenus Plebanus maioris Ecclesiæ, omnium vinearum eiusdem Parochiæ: Præpositus verò S. Magni omnẽ decimã frugum cum oblatione fideliũ possideret in perpetuum. His itaq; cunctis sic ordinatis, vt nulli omnino ea in posterum annullare, vel in irritum ducere liceret, Auctoritate & Banno Episcopali scripto, ac sigillo nostro, Ecclesiæ Ripariæ confirmauimus.

TESTES verò huius rei sunt hi, Albertus Abbas S. Emerani, Gevvolfus Abbas Castellensis, Wernherus Præpositus, Heinricus Decanus, Rudiger Cellerari⁹, Kadelhohus de Ahusen, Bruno de Hæsinaker, Vlricus Scolasticus, Chuno de Reitenpuch, Merboto, Berchtold de Sinzinge. Berchtold de Claffschinkh, Bernhart Niger, Hermannus Grossus; Capellani verò Episcopi, Henricus Abbas de Münster, Heinricus de Roro. Egilolphus; Rapoto, Regil, Vlricus Vicedominus, Sigehardus de Eberpeunt, Nizo de Neitenpuech, Hartvvicus Dapifer, Diethricus de Hæsinackher, Diethmarus de Sinichingen, Albertus de Auttingen, Vlricus de Hohenbergk, Hartvvicus de Liechtenberck, Ortliep Chæzpizze, Ærbo Sculteta, Fridericus Paruus. Facta sunt autem hæc anno ab incarnatione Domini M. C. LXI. in vigilia Apostolorum, Simonis & Iudæ.

ADDITIONES S.

Fundatio Ecclesiæ *Ripensis* alias Monasterij S. *Magni* Confessoris in pede pontis ciuitatis *Ratispon.*

Ex libr. tradit. M. 6.

ANno Saluatoris nostri incarnationis videlicet milleſimo, centeſimo, trigeſi-

gesimo octauo, inchoati verò pontis *Ratis:* anno tertio R^dus. Pater ac generosus vir Dñs. *Gebhardus* Comes de Râning Canonicus Eccleſiæ maioris *Ratiſp.* prædiũ ſiue agros ſuos vna cũ ſuis attinentiis infra duo flumina *Imbrũ* vulgariter Reng & *Danubij* iacentes, quos iure hæreditario ſiue proprietario poſſedit in ædificia redactos quod modo am Hoff dicitur in pede pontis Eccleſiæ S. *Magni* tradidit, ibique Monaſterium in honorem S. *Andreæ* Apoſtoli in figuram crucis prout hodie cernitur conſtruxit, & ibidem Canonicos ſecundum regulam S. *Auguſtini* inſtituit, ſuccedente verò tempore anno ab incarnatione Domini Milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto Reuerendiſs: in Chriſto &c. Dñs. *Hardvvicus* Eps *Ratis.* altare Chori dicti Monaſterij in honorem *B. Andreæ* Apoſtoli dedicauit. Idem Dominus Epiſcopus penuriam loci ibidem conſiderans honorificentiam *B. Andreæ* Apoſtolo facere volẽs, cõmunicato conſilio cum Conuentu maioris Eccleſiæ hoc beneficium exhibuit, videlicet decimam propriæ dotis cum baptiſmate & ſepultura propriæ villæ, altari *B. Andreæ* obtulit pro dote, quatenus ſepultura propriæ villæ eſſet dos, eſſet parochia Eccleſiæ *Ripariæ*, cum autem memoratus Dñs *Hartvvicus* Eps *Ratis:* tum propter frequentes ſuas infirmitates, tum etiam propter aëris temperiem ac loci amœnitatem apud Eccleſiam *S. Magni* ſæpius requieſceret, magis ac magis ad ꝓmouendũ Eccleſiã *Ripenſem* eo q, fundator nouum Monaſterium quod inceperat in ædificando minus ex aliqua parte prout cernitur perfecerat chorum *Ratis:* ſimul cum Miniſterialibus ſancti *Petri* in locum prædictum conuocauit, exponens eis piâ conſideratione vt & ipſi recordarentur B. memoriæ *Gebhardi* Presbyteri quondam eorum confratris & concanonici qua fide & dilectione eis aſtiterit qui ob amorem ipſorum eorum etiam obtinendum ſuffragium Eccleſiam *Ripenſem* cum libera eſſet, voluntarie fecit eis eſſe cenſualem: quapropter communicato conſilio Eccleſiam in *Saler* tali ſub conditione Eccleſiæ *Ripariæ* contulit, quatenus plebanus maioris Eccleſiæ omnium vinearum eiuſdem parochiæ. Præpoſitus vero S. *Magni* oẽm decimam frugum cum oblatione fidelium in perpetuum poſſideret: Hoc ipſum auctoritate & Banno Epiſcopali ſcripto & ſigillo Eccleſiæ *Ripariæ* confirmauit, prout in litteris deſuper confectis plenius continetur. Demũ etiam plurimi Chriſti fideles tam ſpirituales quam ſæculares ipſum Monaſterium cenſibus, redditibus, ac prædiis dotauerunt, nec non ipſi fratres ibi degentes quam plurimos comparauerunt.

Hoff.

NOtandum ad perpetuam rei memoriam quod Sereniſs. Rex Romanorum Dñs *Conradus* cum obſediſſet caſtra *Othonis* Palẽtini Comitis in *Kelhaim* idem Rex deſcendens in propria perſona & Eccleſiam B. *Magni* intrauit & prædium *Ripenſe* cum omni ſua attinentia proprietati regali ſubiecit, & Marſchalcum ſuũ proinueſtitura arearum à colonis villæ *Ripariæ* quod modo am Hoff dicitur 52. talenta accepit. & hac pecunia accepta ad obſidionem rediit, & tandẽ ad preces Dñi *Gebhardi* fundatoris Eccleſiæ *Ripenſis* ob diuinæ remunerationis intuitum prædium *Ripenſe* cum ſuis attinentiis quod eſt ſitũ inter duo flumina, videlicet *Imbrũ* vulgariter Reng ac *Danubij* vſum quoque fluminum eorundem vſque ad medium ſanctis *Andreæ* ſcilicet Apoſtolo & B. *Magno* Confeſ. contulit pro dote, & ad recompenſationem talentorum pecuniæ prout præmittitur receptorum præfatus Dñs Rex hanc gratiam Eccleſiæ *Ripenſi* contulit, & in villa ſiue in ciuitate *Riparia* q̃ modo am Hoff dicitur publicã mercaturã omni feriarũ inſtituit, & quidquid ſolui debeat de mercimoniis in foris ſtatutis cũ iudicio ciuili præter ſanguinis damnationem cuncta Eccleſiæ *Ripariæ* pro vſu fructu firmauit, quæ

longo tempore hoc in vsu habuit, ipseq; Dominus Rex ad petitionem Domini *Gebhardi* fundatoris aduocatiam ibidem sibi retinuit prout in litteris ad perpetuam rei memoriam desuper confectis plenius continetur. Et hæc sunt iura ab antiquo & seruitutes ad quas tenentur incolæ **am Hoff** ratione dominij præter census consuetos quos singulis annis de areis, domibus & fundis tenentur, per Illustrem Principem Dominum *Albertum* Ducem *Bauariæ* cum consensu tam Præpositi quam Conuentus & incolarum seu ciuium & communitatis ibidem innouatæ, prout in litteris desuper confectis & per memoratũ Illustrem Principem *Albertum* sigillatis clarius continentur & sequuntur in hunc modum.

Item Dominus Præpositus dictæ Ecclesiæ habiturus est singulis annis in tribus terminis, videlicet *Emerami Purificationis Mariæ* & *Georgij* colloquium generale quod vulgariter *Ehaffdeyding* dicitur, cum omnibus & singulis qui in foro habent residentiam & fundos occupant ad Monasterium pertinentes, hoc est, **vnser den Fischern am Hoff / vnd vnder den waytern** ad commune colloquium, videlicet *Ehaffdeyding* comparere sub pœna tenentur & obligantur in prædictis terminis dare. Item panifex aut pistor dabit duos panes vel **zwen Regenspurger pfening.** Item Carnifex dabit de carnibus totidem, de cereuisia dantur 3. **Regenspurger /** de pabulo auenæ totidem, de fœno 2 **Regenspurger/** de medone qui proprium praxauerit 12. **Regenspurger/** vel craterem vulgariter **ain Napf** medonis, quælibet domus dabit pro messore quando segetes habentur in horto *Plàrer* **ain Regenspurger/** pro fœno colligendo totidem. Item fimus qui ante fores in Festo *Georgij* per dies 14. inuentus fuerit in foro prædicto dominus Præpositus vectura propria tollet & pro vsu Ecclesiæ suæ reseruabit: si quis autem prædicta non seruauerit prædictis tribus temporibus pœnam 12. **Regenspurger** incurrit. Iudicium sullicidij vel etiam indebiti ædificij Præpositus emendabit & emendam recipiet. Nullus ante fores suas lubium quod vulgariter **vorlauben** statuet nisi eidem exspeciali licentia Præpositi concessum fuerit, nec etiam quisquã faber carceres equorum qui vulgaliter **nothstall** dicuntur, faciet ante fores sine licentia Præpositi. Nec **ein Kelechals** nec coquinam ante fores suas. Nullus ædificia lignea domorum vulgariter **vberschuß** sine licentia Præpositi fabricare debet, posticas domorum ad hortos nostros neque fæditatem cloacę & meatum aquæ de domibus ad hortos nostros deducere præsumat, neque fenestras instituat versus hortum seu Monasterium prout clarius super his & aliis differentiis in litera Principis decisio seu declaratio habetur.

CATALOGVS Præpositorum Monasterij sancti Magni.

Gebhardus fundator & primus Præpositus.

1. *An Dom. 1138.* COmes de *Raning* natus, postea Ecclesiæ Cathedralis *Ratisbonæ* Canonicus anno salutis 1138, anno verò inchoati pontis lapidei tertio, *Innocentij* secundi Pontificis qui omnia, quę iure hæreditario inter duo flumina *Imbrem* & *Danubium* possederat, Ecclesiæ S *Magni* tradidit, ibique Monasterium in honorem S. *Andreæ* Apostoli in figuram crucis prout adhuc cernitur construxit & ibidem Canonicos secundum regulam S. *Augustini* instituit quorum ipse Domino & & Episcopo *Romano* auctore & annuente Præpositum egit. Petiit deinde propositi sui à Pontifice summo confirmationem approbationemque ipsique Eccle-

Ecclesiæ *Romanæ* subiecit, quæ recepta est, vti ex Bulla apostolica *Innocentij* secundi, quod vna cum aliis sum. Pontif. Imp. Principp. Diplomatis, infra lector reperiet.

Contigit autem hoc ipso Præposito & fundatore statim quę optima opinione fundauerat Monasterio, distrahi, atque ab ipso alienari. Cum enim Rex *Conradus* propria persona Castrum *Ottonis* Palatini Comitis in *Kelheim* oppugnaturus hac transierat prædium illud *Ripense* cum omni attinentia regali proprietati subiecit, Marschalkumq; suum ab incolis villæ *Ripariæ* ad 52. talenta pro inuestitura accipere iussit, & ea accepta ad obsidionem erexit. Attamen non multò post ipse fundator & Præpositus *Gebhardus* duos secum Marchiones *Diepoldum* scilicet de *Voburg* & *Pertholdum* de *Andechsee* filios confessionis accipiens, Regem *Conradum* adiit, rogatus vt diuinæ remunerationis intuitu, prædium quod manu potestatiua occuparat, Deo & Canonicis regularem vitam ibidem degentib. redderet. Rex itaque ad tam venerabilis viri petitionem, petitum prædium inter duo flumina situm cum omnib. quæ ad illud pertinebant, vsum quoque fluminum vsque ad medium coram Principib. Deo & Sanctis eius *Andreæ* scilicet Apostolo & beato *Magno* Confessori contulit pro dote & Canonicis regularibus sicut petierat fidelis *Gebhardus* est largitus. Hac tamen conditione vt si quando clerici illi distraherentur violentia aliqua prædictum prædium aut rediret ad regalem fiscum vel si quid ordinassent illi fratres dignum permaneret ratum. Vnde & aduocatiam illius Ecclesiæ volente tamẽ & petente *Gebhardo* suo retinuit Domino. Pro recompensatione autem talentorum ab incolis Rex acceperat hanc gratiam Ecclesiæ suæ cum consilio fratris sui H. Ducis *Bauariæ* & H. vrbis Præfecti publicam mercaturam in ciuitate *Riparia* omni feria tertia instituit, ipsam quoque mercaturam & pensiones & quicquid si nondum est de mercimoniis in foris statutis cum iudicio ciuili, præter sanguinis damnationem, cunctæ Ecclesiæ pro vsu fructuũ firmauit *Ripariæ*, quæ anno 1156. adhuc erant in vsu. Atque vt huiusce per Regem in hanc ipsam collati beneficij ingis recor datio & testimonium permaneret, constituit quot annis â Præposito & fratribus Ecclesiæ *Ripensis* vrbis Præfecto metretiam de semine porri solui. Quæ postea â Gregorio nono Pontifice sunt confirmata.

Dietricus seu *Theodoricus* secundus Prępositus. II.

IN festo beati *Martini* Episcopi venerabilis *Hartvvicus* Dei gratia Ecclesiæ *Ratisbonensis* Episcopus, *Dietrico* Præposito petente, totumque Conuentum Maioris Ecclesiæ ad dedicationem inuitante, altare Chori Beati Apostoli *Andreæ* dedicauit. Anno 1156.

Cum autem *Hartvvicus* Episcopus loci illius penuriam circũspecta mente perpenderet, beatoque *Andreæ* Apostolo honorificentiam facere cogitaret, communicato cum Conuentu Maioris Ecclesiæ (quem etiam Præpositus ad dedicationem inuitarât) consilio, decimam propriæ dotis cum baptismate & sepultura propriæ villæ altari B. *Andreæ* obtulit pro dote, quatenus sepultura propriæ villæ dos esset parochiæ Ecclesiæ *Ripariæ*.

Cum insuper memoratus Episcop⁹ *Hartvvicus Ratis.* cum propter frequentes infirmitates tum propter aëris temperiem ac loci amœnitatem apud Ecclesiam sancti *Magni* sæpius requiesceret, magis ac magis ad promouendam Ecclesiam *Ripensem*, eo quod fundator nouum Monasterium quod inceperat ædificando minus ex aliqua parte vti videre est perfecerat, incitatus est. Chorum igitur *Ratis.* simul cum ministerialibus Sancti *Petri* in prædictum locum conuocauit, expositque eis omni consideratione, vt & ipsi recordarentur

tur *Gebhardi* presbyteri quondam eorum confratris & concanonici, qua dilectione eis astiterit, qui ob amorem ipsorum & eorum obtinendum suffragium, Ecclesiam *Ripens.* cum libera esset, voluntarie eis fecerit censualem. Quapropter communi consilio Ecclesiam B. *M.* virginis in *Saler* tali sub conditione dedit Ecclesiæ *Ripariæ* vt plebanus Maioris Ecclesiæ omnium vinearum eiusdem parochiæ, Præpositus verò S. *Magni* omnem decimam frugum cum oblatione fidelium in perpetuum possideret. Hoc ipsum auctoritate Banno Episcopali scripto & sigillo Ecclesiæ *Ripariæ Hartvvicus* confirmauit, *Gregorius* nonus Papa, Pontificatus sui anno 5. singulari indulto, *Innocentius* verò quartus postea inter alia etiam hoc anno 1254. bullis suis approbauit, sub Hermanno Præposito vbi ex litteris allatis constabit.

Conradus I

III. 204. HOC anno *Conradus* Præpositus ab *Innocentio* Papa 3. priuilegium libertatis Monasterij obtinuit, sic sonans. Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Conrado prouisori Ecclesiæ quæ dicitur ad *Ripas* eiusque fratribus regularem vitam professis tam præsentibus quam futuris in perpetuum &c. Si religiosorum virorum petitiones clementer admittimus, nostris procul dubio opportunitatibus benignum ac pium omnipotentem Deum reperimus, in quibus litteris sub tutelam suam Monasterium Papa recepit & multa alia concedit. Vide in litteris anno 1204. signatis.

1224. Hoc anno transacto concilio *Lateranensi* sub *Innocentio* Papa in prouinciali concilio *Eberhardi* Archiepiscopi *Salisburgensis* à Rectoribus ordinis sancti *Augustini* qui à concilio *Lateranensi* erant constituti, quædam statuta Canonicis regularibus sunt tradita & incipiunt: Quia regularis ordinis obseruantia.

228. Circa hoc tempus fuerunt ea confirmata à *Gregorio* nono Papa quæ *Hartvvicus* Episcopus Ratis: & Conradus Rex Romanorum Monasterio donarunt: Litteræ sic se habent:

Hermannus.

INNOCENTIO Papa 4. Pontificatus sui vero anno 8. à Fratrib. Romæ est accusat⁹, quod eius in curia & malitia, alias tam spiritualium quam temporalium vbertate florens Monasterium colabatur; vnde comissum Decano *Ratis.* si vt accusatur inueniat eum deponendi & alium in eius locum per electionem Canonicam eligendi. Litteræ sic habent. *Innocentius* Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Decano *Ratisp.* Salutem & Apostolicam benedictionem. Ad auditionem nostrã intimantibus dilectis filiis Canonicis Ecclesiæ S. *Magni Ratisp.* ordinis S. *Augustini* nouerit peruenisse, qui cum olim Ecclesia ipsa florere consueuerit spiritualium & temporalium vbertate bonorum, nunc per incuriam & malitiam *Hermanni* Ecclesiæ prædictæ Præpositi adeo est in vtrisque, & collabitur incessanter, quod nisi celeriter succurratur eidem incurret irreparabile detrimentum. Cum igitur secundum Apostolum instantia nostra quotidiana sint omnium Ecclesiarum sollicitudo continua, discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus quatenus personaliter ad Ecclesiam ipsam accedens inquisita super hoc diligentius & cognita veritate, si rem inueneris ita esse, ab ipsius Ecclesiæ administratione auctoritate nostra Proposito memoratum, præfatis Canonicis prouidendi eidem Ecclesiæ per electionem Canonicam, prout eis de iure communi competit, & persona idonea in Præpositum licen-

licentiam largiaris. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita capessendo. Datum *Lugduni* 3. Calend. Aprilis, Pontificatus nostri anno octauo.

VValchunus.
Rimarus.
Henricus. I.

HVNC insignem virum fuisse coniiciendum est ex sequentibus, præsertim quod Anno Domini 1378. ipsi commissum est. Anno 1365. Conuentuales omnes cum Præposito hoc anno vnanimi consilio statuerunt, publicoque testimonio Notario *Liebhardo* clerico illud comfirmante & ordinante sanxerunt, ne inposterum vltra 8. personas cum Præposito & omnibus iuuenibus suscipiantur ad ordinem aut simul alantur. Litteræ sic incipiunt: Nos *Henricus* Dei gratia Præpositus, *VVernherus* dictus *VVenderl* Senior &c.

HOC tempore cum *Vrbanus* Papa sextus, primo Pontificatus sui anno. per *Vngariam* & Episcopatus *Germaniæ* ad Cameram Apostolicam 1378.
pertinentes redditus & beneficia censusque per *Pauonem* Episcopum *Poligionensem* sedis Apostolicæ nuncium vellet exigere perceptorum & expensorum vbi excipere: ipsequ e *Pauo* vbique non posset perficere mandatum Pontificis, auctoritate hac in re sibi concessa prædictum Præpositum *Henricum* huius loci voluit suas vices per Episcopum *Salisburgensem* hac in re subiicere: quo munere diligenter & cum laude perfunctus est Præpositus vt patet ex *Pauonis* litteris quitantiis vt vocat &c.

Vdalricus I.
Bernherus.
Henricus II.
Conradus III. *Haller* dictus.

HOC ferè tempore cum ciues *Ratisbonen:* ad muniendam ciuitatem & 1380.
pontem suum in foro nostro am Hoff domos quasdam diruerent quo 69.
commodè possent fossam effodere, idque inconsulto Præposito, accusantur itaque apud Papam *Bonifacium* nonum *Romæ* à Præposito, itaq; Pontifex sexto sui Pontificatus año rem totam Archiepiscopo *Salisburgensi* committit qui rem sedauit, censumque Monasterio dandum statuit.

CONRADVS *Eckher* Præpositus nobili & militari genere procertus, hoc Anno
anno factus est Præpositus: erat in antea parochus in *Suler*, postea autem 1409.
omnibus Monasterio resignatis Canonicus ad S. *Magnum*, & tandem anno prædicto Præpositus.

Vdalricus II. dictus *Kuchenmeister.*
Erhardus I.
Sebastianus.
Erhardus II. dictus *Regldorffer.*

Geyr.

Georgius I.
Simon natione *Prutherus.*
Iohannes I.
Kilianus Præpositus Anno 1499.

Anno 1500. HOc anno circa Iunium *Rupertus* Episcopus *Ratis:* Dux *Bauariæ* visitauit Monasterium,& quædam ordinauit his litteris contenta. *Rupertus* Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus *Ratis:* Dux *Bauariæ*,dilectis nobis in Christo fratribus *Kiliano* Præposito,*Georgio* Decano,totique Conuentui Monasterij S. *Magni* extra muros *Ratis.* ordinis S. *Augustini* Can: reg: nostræ *Ratis:* Ecclesiæ salutem & sanctæ religionis incrementum. Nostri pastoralis officij sollicitudo exposcit, vt his sub cura & obedientia nostra degentibus,maximè religiosis secundum S. *Augustini* memorati regulam professis (in qua quidem regula clare continetur, vt professores eiusdem regulæ Præposito tanquam patri obediant multò magis presbytero,hoc est, Episcopo seu ordinario; & rursus alio in loco eiusdem regulę dicitur quod Præpositus referat ad Episcopum qui modum ad eius vices excedit) viam melioris obseruantiæ præbeamns; vt patet in istis litteris fusius &c.

Georgius II.
Iohannes II. dictus *Prandstetter.*
Georgius III. dictus *Graff.*
Laurentius.
Ioannes III. dictus *Schmaus.*
Iodocus.
Stephanus Michelbacher. Præpositus.

Fuit is sub Præposito precedente cellarius, deputatus ad administrationem anno 1568.

Anno 1575. *Casparus Resch* cognomine professus in *Beurberg* Monasterio superioris *Bauariæ.*

Is cum ad voluntatem suorum in Monasterio *Ror* aliquandiu cum in omni regulari obseruantia tum maximè in parochiali & concionandi munere (hoc) & in Cathedrali Ecclesia hic *Ratis:* gnauum se exercuisset,ad huius Monasterij regimen dignissime est accitus, moritur anno Christi.

Melchior Vischer.
Hieronymus Ferl. obiit an. 1605.
Gregorius Hagen.
Christophorus VVeinhard.

MALHARSTORF, ALIAS MALHAZRDORF ET MADILHARTISTORF SANCTI Benedicti Ordinis.

FVNDATVR per Heinricum & Ernestum filium, Comites de Kirchperg, Anno 1109. Auentin Annalib. fol. 614. ita ponit: Eadem tempestate Heinricus & filius eius Ernestus, Comites à Kirchperg, arcem suam Mallerstorf, in inferiori Bauaria prope Laberamnem sitam, in Templum commutant; Hartvvicus Ratisbonensis Episcopus dicat, sacris D. Benedicti initiat, Burckardum Magistrum,id est, primum Abbatem legit: Primò ibi iuxta castrum, in quo Comites il-

tes illi residebant, ædificata est Capella in honorem S. Burckhardi, quæ adhuc hodie vetus & prima fundatio appellatur, die alt Stifft/ & non tantum pro Abbate & Monachis, quàm etiam pro Priorissa & Monialibus S. Benedicti Ordinis, quæ posteà defecerunt, inde totum castrum in Monasterium transiuit. Sunt aũt in illa Capella S. Burckhardi, non solum fundatores sepulti, verum etiam sex alij illius familiæ, testatur vetustus lapis ibi, cum hac inscriptione.

Hic fundatores Comites tumulus capit iste,
In cœlis Christe fac eos tibi proximiores.

Hoc Monasterium fuit per manum liberi hominis Eberhardi Ecclesiæ Bambergensi collatum, confirmatum per Innocentium Pontificem, Anno 1139.

LOTHARIVS tertius Imperator quoque confirmat additis priuilegiis, qui dicit Henricum & filium eius Ernestum, fundatores, ad familiam nostri regalis loci, inferioris videlicet Monasterij, in ciuitate Ratisbona pertinere, & fundum, in quo Monasteriũ ædificatum, pertinere ad Monasterium inferius; ideoque annuam pensionem solui, & ibi non solum Abbatem cum Monachis, verùm etiam Abbatissam cum congregatione fuisse, Anno 1129. Testes, præter Ecclesiasticos aliquot Episcopos, Heinricus Dux Bauariæ, Diepoldus Marchio, Otto Palatinus Comes, qui tunc fuit Aduocatus Monasterij, Berchtoldus Comes, & filius eius Poppo, Hermannus, Comes Saxoniæ, Adalbertus Comes, Item de Ministerialibus, quorum tantummodò nomina propria posita. Idem Lotharus in aliis litteris de eodem Monasterio sito in castro Madilhartisdorff: Testes Engelbertus Marchio, Vdalricus Dux, filius Engelberti Ducis anno 1135.

HENRICVS quintus Abbas construxit ibi templum maius sancti Ioannis Euangelistæ, dedicatur per Leonẽ, Episcopum Ratisbonensem, Anno 1167. Ludouicus, primus huius nominis, Dux Bauariæ filius Ottonis primi, dedit huic Monasterio priuilegiũ super Aduocatia & protectione huius Monasterij. In quo sunt Testes, Palatin⁹ Comes Rapoto, Comes Albert⁹ & frater ei⁹ de Pogẽ, Comes Conrad⁹, Comes de Mospurch, Conradus & Hainric⁹ ei⁹ filij, Comes Chalocus de Kirchperg, Altmannus de Hals, VVernherus de Laber, Pilegrinus de Mosen, Hocholdus & Heinricus frater de Wolmutz, Berchtoldus de Schiltperg, Hadmarus de Ahausen, Vlricus Marschalcus de Schrobenhausen, Leutoldus Pincerna de Au, Otto Pes, Conradus Dapifer de Paigerprunn, Conradus de Harpach, Ratholdus de Perg, Ernestus de Neuperg, Heinricus de Trautpach, Heinricus Dapifer de Zell, Berchtoldus Pincerna & alij complures,

PRINCIPES quoq; inferioris Bauariæ aliqua priuilegia dederunt, confirmata postea per Ludouicum Imperatorem, qui protectorem constituit seu Aduocatum Arnoldum de Mässenhausen, præsidem Bauariæ seu Præfectum, vulgariter vnsern Pfleger zu Baytn/ &c. ann. 1343.

EXTANT ibidem in ambitu rythmi germanici de fundatoribus, ac aliis benefactoribus illius Monasterij; quorum etiam insignia ibidem fuerunt ad parietem depicta, sed hodiè fere obliterata: quos vetustatis ergo, ac pro conseruanda veterum familiarum memoria lubet subscribere.

Die Edlen Herren Wolgeborn/
Zu Kirchberg Graffen außerkorn/
Mallerstorff gestifftet han.

Graff Hainrich deß von ersten began/
Der hie auff dem Berge saß/
Guter ding er sich vermaß/
Das Closter in der Burg erbaut/
Als man das heut zu tag anschaut/
Am alten Münster secht jhr das/
Seiner Grabnuß er nit vergaß/
Sein Sün Graff Ernst von Schirling/
Graff Adelprecht zu Aiting/
Desselben Sohn Graff Albrecht/
Het Aiting inn mit gutem Recht.
Vnd sein Haußfraw genant Regelind/
Adlhait war jhres Schwehers Kind/ id est, jres Manns
Graff Ernst der iung zu Traupach saß/ (Schwester.
Guter sach er nie vergaß/
Er ließ zwen Söhn gar adelich/
Adalbrecht vnd Hainrich.
Graff Hainrich sasse mit witze
Zu Hofferstorff dem Sitze.
Zu Kirchperg saß der leßte/
Graff Cadelhoch der veßte/
Gab vns den Vorst zu Pucherlow/
Gott behalt jhn ewigklichn fro/
Mit seinem Stamm in dem ewigen Leben/
Sie haben vns groß Gab geben.
Jhr Acht hie begraben sind/
Jhre Gmahel vnd auch jhr Kind/
Im alten Münster ist vor geseit/
Gott tröste sie inder Ewigkeit.
Es ist auch gebauet in der zeit/
Da man nach Christi geburt seit/
Tausent/ hundert vnd neun Jar/
Das alte Münster also klar/
Von Hainrich dem alten Graffen lobesam/
Seinen Sohn Ernsten zu jhm nam.
Sie haben also gelebt in Seeligkeit/
Gott erhalt sie in der Ewigkeit.

FVNDATORES ET ALII BENEFACTORES MALLERSTORFENSIS COENOBII.

DJe Stüffter hie der Edel Stamm/
Von Kürchperg Grauen lobesam/

Von

Von Trautpach vnd von Eitting/
Von Hoferstorff vnd von Schirling/
Vnd von Mallerstorff voran/
Dauon vil manicher Edlman/
Ruhen hie vnd jhr Gesind/
Jhr Haußfrawen vnd jhr Kindt/
Im Creutzgang vnd auch anderstwo/
Jhre Wappen seind entworffen do/
Daß wir jhr vergessen nicht/
Gen Gott mit vnsers Bettes frücht:
Wann sie jhr Gaben vns gebn han/
Durch Gottes Ehr auff güten wahn/
Auff sein Barmhertzigkeit dabey/
Er macht sie aller Sünden frey/
Auch der Pein vnd Büß darzů/
Verleich jhn auch die ewig Rhů.
Daß ewr Geschlecht wol werde kundt.
Das lernet hie an diser Stundt/
Von Neideckh die Freyen Mann/
Gaißgebler Hopfnetz darnach gan/
Mersenkhouer vnd Jnkhouer/
Schicken vnd Neuberger/
Die Lasan/vnd die Panholtz/
Auch von Rhain ein Ritter stoltz/
Vil Greulen vnd die von Sigenhouen/
Zwen Schürff vnd einen von Ynkouen/
Traupeckh/vnd die von Alltheim/
Meckhouer vnd Spritacher nit allein/
Grießsteter/Stainkircher/
Diß Gottshaus auch trew Diener/
Aigen vnd Amptleuten vngefar/
Gott helff jhnen an der Englschar.

ADDITIONES.

Litera Lotharij tertij Romanorum Regis super confirmatione Monasterij nostri & concambi inter nos & inferius Monasterium Ratispon.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Lotharius* tertius diuina fauente clementia Rex. Si vt omnia adiiciantur nobis regnum Dei quærimus & iustitiam eius & non aliter vitã nostrã sed neq; coronã regni nostri stabiliri credimus', nisi obsequiis mandatorũ Dei & conuincando necessitatib. pauperũ Christi: Dignũ est vt concordet per oía celsitudini nostræ & solio regni nostri christiana humilitas sufficiens paupertas & eorũ maximè commendabilis prouectus, qui iuxta Apostolum, nihil habent in hoc mundo & tamen omnia possident. Quod nos pio affectu considerantes cuiusdam, *Hainrici* & filij eius *Ernesti* ad familiam, nostri

nostri regalis loci inferioris videlicet Monasterij in ciuitate *Ratis.* pertinentium bonam voluntatem subsequentes approbamus. qui locum quendam dictum *Madilhartisdorff* in honore Dei & B. *Iohannis* Euangelistæ ob spem vitæ æternæ in fundo superius memorati Monasterij construxerũt & hunc sub eiusdem Monasterij ditione sub conditione cuiusdam pensi annuatim soluendi reliquerunt. Nunc verò Abbate ante dicti loci videlicet montis sancti *Iohannis Eppone* viro religioso & Christi pauperibus sub eo militantibus à nostra regali munificentia humiliter flagitantibus Abbatissa quoque venerabili *Richiza* cum tota congregatione sibi subiecta aduocato etiam *Ottone* Palatino Comite vna cum omni familia prænominati Monasterij in clero & populo septem etiam ex ministerialibus sanctæ *Mariæ* solito more sub iure iurando in præsentia nostri ad redimendam debitam eidem Monasterio pensionem per quoddam concambium, per omnia concordantibus, nos quoque qui piis eorum conatibus libenter assumus eundem locum libertati donatum & in manus *VVernhardi* nobilis viri fidelis nostri delegatum pro arbitrio & petitione venerandi *Epponis* eiusdem loci Abbatis & fratrum eius inde agendum ac delegandum cum omnibus pertinentiis suis quæ à præfati Monasterij Abbatissis ac Ministerialib. seu quibuslibet aliis collata sunt seu conferenda pro æternæ vitę remedio & vt nostri memoria in orationibus eorundem pauperũ Christi iugiter viuat immutabili concessione annuimus. Et quia cuiuslibet tabernaculi Dei status firmius figitur cum regno tanquam principali & fortiori paxillo innititur. nos quoque cum probata *Iohannis* deuotione ac reuerentia tum quia nostri officij est satagere vt sub tutela nostra quiete conseruentur ac fructificent Christi pauperes eidem loco dilectionę protectionem & curam affectuosius impendere salubre nobis esse speramus. Proinde sub fidelium nostrorum præsentia & ob eorum interuẽtum præfatum locum dilecti Dei B. *Iohannis* cum omnibus appendiciis suis rebus tam præsentibus quam futuris, quæsitis & acquirendis nostræ defensioni committimus & sub virga regni nostri cum manuscripto immutabiliter collocamus vt vno eodemque ordine per æternorum temporum volubilitatem per Imperatorum ac regum succedentium nobis posteritatem sub regali banni nostri interminatione & eiusdem compositione donatę nobis libertatis violatoribus hæc vsque ad æterna sæcula decurrant illibata. Sic in eodem cœnobio Abbatis libera electio & pro aduocato à Rege constituendo fratrum non neganda petitio. Postremo nobis etiam ignorantibus & inconsultis libere dispositionum eorum secundum Deum omnia cedant libertati optatę cuncta donata sint. Et vt hæc nostra concessio sicut diximus per futura & æterna temporum curricula & inconulsa permaneat, hanc paginã regalis characteris nostri impressione signari præcepimus, atque huius rei testium nomina subter signari non minus tantũ quam necessarium fore arbitrati sumus *Chunradus Saltzburgensis* Archiepiscopus, *Otto Babnbergensis* Episcopus, *Chuno Ratisponensis* Episcopus, *Gebhardus* Episcopus *Eyste-tensis*, *Hermannus Augustensis* Episcopus, *Embrico VVirtzburgensis* Episcopus, *Megingor Merseburgensis* Episcopus, *Heinricus* Dux *Babariorum*, *Dietpoldus* marchio, *Otto Palatinus* Comes, *Perchtoldus* Comes & filius eius *Poppo*, *Hermannus* Comes *Saxoniæ*. *Adalbertus* Comes, de ministerialibus quoque per aurem attracti *Ernestius*, *VVernherus* & filius eius *Bruno*, *Marquart*, *Hainrich*, *Marquart Rüdiger* & alij fratres nostri. Dat. an. Dominicæ incarnationis M.C. vigesimo nono, Indictione VII. VII. Kl. Iunij, anno verò ordinationis Dñi *Lotharij* reg. tertij, quarto. Actum *Stokcha* feliciter amen.

Litera *Lotharij* tertij *Rom.* Imperatoris semper Augusti super concambio tertio inter nos & *Ottonem* Præfectum *Ratisponæ* pro bonis & villa nostra *Stainkirchen* & villa quadam *Luncharstorff* nuncupata.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Lotharius* diuina fauente clementia tertius Rom: Imperator Augustus. Sicut imperialis est auctoritas superbos deiicere

dicere contumacibus contraire sic eius magnificentiæ & decoris est humiles & deuotos beneficiis attollere scriptorum auctoritate corroborare. Vnde notum esse volumus cunctis præsentis futurique temporis fidelibus. qualiter venerabilis Abbas cœnobij S. *Iohannis* Apostoli & Euangelistæ quod est situm in castro *Madelhardestorff* nomine *Eppo* Ducem *Bauariæ Hainricum* adiit & de fundo suę ditionis dominicalem curtem *Stainkirchen* dictam Monasterio vicinam sibi in concambiũ dari postulauit, eadem verò curtis erat *Ottonis Ratisbonensis* Præfecti beneficium cuius consensu actio est concambium. Dux itaque *Hainricus* Prædicti Abbatis *Epponis* precibus & voluntati annuens cum consilio aliorum imperij nostri fidelium idem concambium concessit & fecit tradens Monasterio S. *Ioannis* Euangel: dominicalẽ curtem *Stainkirchen* sitam cum molendino & omnibus suis pertinentiis quæsitis & inquirendis, cultis & incultis, pratis, pascuis, agris, aquarumue decursibus & recipiens in ius iustæ cõmunicationis quicquid Ecclesia prædicta habuit in villa *Leutharstorff* dicta & prædium quoddã *Chorb* dictũ. Hoc itaq; concambiũ coram fidelib. nostris factum, præfatus Dux *Hainricus* cõcessit & fecit & scripti nostri auctoritate corroborari postulauit. Cuius petitioni annuentes concambium idem confirmamus & in perpetuũ inconuulsum manere imperiali auctoritate detinentes præsentis scripti decreto corroborauim⁹, & vt ab omnib. inposterũ meli⁹ cognoscatur & credatur sigilli nostri inpressione signauimus, Huic rei interfuerunt, *Dietwinus* Cardinalis Ep̃s de Titulo S *Rufine*, *Adalbertus Moguntinus* Archiepiscopus. *Chunradus Saltzburgensis* Archiepiscopus, *Bruno Colonienſis* Archiep̃s, *Chunradus Mag-deburgensis* Archiepiscopus, *Adalbertus Treuerensis* Archiepiscopus, *Adalberto Hameburgensis* Archiepiscopus. *VVido Gisuntinus* Archiepiscopus, *Otto Babenbergensis* Ep̃s, *Hainricus Ratisbonensis* Ep̃s, *Riegemarus Patauiensis*, *Gebhardus Eystetensis*, *Embrico VVierzeburgensis*, *Heinricus* Dux *Bauariæ*, *Dietpoldus* Marchio, *Adalbertus* Marchio, *Hainricus* Marchio, *VVilhelmus* Palatinus, *Fridericus* Palatinus, *Otto* Palatinus, *Vdalricus* Dux filius *Engelberti* Ducis. Data anno Dominicæ incarnationis M. C. triceſimo quinto, Indictione III. XVI. Kal. Aprilis, anno verò ordinationis Dñi *Lotharij*, Regis tertij X. Imperij verò II. Actum *Babenbergæ* feliciter Amen.

Bulla confirmationis S. Ioãnis Euang. in Mallherstorff.

INnocentius Ep̃s seruus seruorum Dei. Dilecto filio *Epponi* Abbati Monasterij *Madalharstorffensis* quod in *Ratisbonensi* Episcopatu in honore B. *Ioannis* Euangelistæ situm est, eiusq; successorib. regulariter substituendis, in perpetuum. Ad hoc vniuersalis Ecclesiæ cura nobis à prouisore omnium bonorum Deo commissa est, vt religiosas diligamus personas, & beneplacẽtem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim grat⁹ Deo aliquando famulatus impenditur, nisi ex caritatis radice procedens, à puritate religionis fuerit conseruatus. Hoc nimirum caritatis intuitu dilecte in Domino fili *Eppo* Abbas tuis rationabilib. postulationib. clementius annuentes, Monasterium B. *Iohannis* Euangelistæ cui auctore Domino præsides, quod vtique ab *Hainrico* quodam & filio eius *Ernesto* pia deuotione noscitur esse constructum cum suis omnib. pertinentiis sub apostolicæ sedis tutela & protectione suscipimus & præsenti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes vt ordo monasticus secundũ B. Benedicti regulam perpetuis futuris temporib. inuiolabiliter inibi conseruetur libertatem quoque à recolendæ memoriæ Imperatore *Lothario* seu ab aliis⁹ Ecclesiasticis secularibusue personis eidẽ cœnobio collatam nec non concambium quod inter te & Monasterium sanctimonialium *Ratisponensium* propter emancipationem census actum est præsenti scripto firmamus & illibata perpetuo manere sancimus, præterea quascunq; possessiones, quęcunq; bona idem

cœnobiũ in preſentiarũ iuſte & canonice poſſidet aut in futurũ cõceſſione Põtificum liberalitate regũ & principũ, oblatione fideliũ ſeu aliis iuſtis modis p̃ſtante Domino poterit adipiſci firma tibi tuiſq; ſucceſſorib. & integra perſeuerent. in quib. hæc propriis nominibus duximus exprimenda, Prædium in villa *Stainkirchen* cum agris, ſyluis & pratis & molendino in eodem loco ſito, prædiũ cum molendino in villa *Ettinsdorff* ſito cum ſuis pertinentiis. *Ruesdorff Hâder Aſcholtzhauſen*, cum ſuis pertinentiis *Ketenpeunt Reiiit, Prinpach. Puechauſen* cum capella & aliis pertinentiis, *Haſelpach Puech*, cum ſuis pertinentiis, *Perchaim* cum molendino, *Hard* cum capella & aliis pertinentiis *Chlepfing Sitiching, Penning, Puecha, VVernſing Taching*, cum tribus vineis, *Griettzpach, Stainbach, Käfftn* cum ſuis pertinentiis, *Mangolting* cum molendino, duo prædia *Teyting*, vineam apud *VVeng*, vineam apud *VVâtenpach*. In Epiſcopatu Patauienſi quinque vineas apud tranſitum *Marquardi*, apud *Sikchendorff* vnam vineam, *Träſemſtorff, Schlichendorff, Grindorff* cum ſuis pertinẽtiis. & mancipiis vtriusque generis eandem poſſeſſionem incolentib. à nobili femina *Leukarda* veſtro Monaſterio intuitu diuini amoris collatam. Adiicientes inſuper ſtatuimus vt de fundo veſtri Monaſterij ſiue de noualib. vel aliis laboribus quos propriis manibus' ſumptibuſue excolitis nullus à vobis decimas exigere præſumat. Nulli etiam Epiſcopo pateat angarias vel alias nouas exactiones monaſticę quieti & religioni contrarias vobis vel Eccleſiæ veſtrę imponere, ſepulturam quoq; ipſius loci liberam eſſe cenſemus, vt eorum qui ſe illic ſepeliri deliberauerint deuotioni & extremę voluntati niſi forte excommunicati ſint nullus obſiſtat. Obeunte vero tenunc eiuſdem loci Abbate nullus inibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quẽ fratres cõmuni aſſenſu vel pars conſilij ſanioris ſecundum Dei timorem & B. Benedicti regulam elegerint. Liceat etiam vobis & Eccleſiæ veſtræ Aduocatum eligere atque ad peragendas vtilitates ipſius loci deinceps ipſum habere. Porro ſi quis poſt profeſſionẽ in veſtro cœnobio factam exinde aufugerit, ſecundo tertioue commonitus ad clauſtrum veſtrum redire contempſerit, ipſum vobis liceat excõmunicare, excommunicatum aũt nullus Epiſcoporum Abbatũ vel Priorum audeat retinere. Nulli ergo omnino hominũ fas ſit idem cœnobium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones aufferre vel ablatas retinere, minuere, aut aliquib. vexationib. fatigare, ſed omnia integre cõſeruentur veſtris ac pauperum vſib. profutura, ſalua nimirum iuſtitia & reuerentia *Babnbergenſis* Eccleſiæ, cui idem cœnobium cum ſuis omnibus pertinentiis tuo ſtudio ac petitione, dilectè in Domino fili *Eppo* Abbas conſtat eſſe delegatum ac ſubiectum. Si qua autem in futurum eccleſiaſtica ſæculariſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentauerit, ſecundo tertioue commonita ſi non congrue ſatisfecerit poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum iudicem præmia externæ pacis inueniant Amen.

Datum Laterani per manus *Aymerici* ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarij VII. Idus Ianuarij, Indictione ſecunda, Incarnationis Dominicę Ann. M. C. XXXIX. Pontificatus verò Dñi. *Innocentij* Papæ II. an. VIII.

Litera D. Ludouici Romanorum Imperatoris

WIr Ludwig von Gottes Gnaden Römiſcher Chaiſer zu allen zeiten / merer deß Reichs / bekennen vnnd tuen chund offentlich mit diſem Brieff das mir den geiſt-

geistlichen Mannen dem Abbt vnnd dem Conuent zu Mahelerstorff vnsern lieben Diemütigen durch fleisiges gebett vnd durch besondere gnad vnd gunst die mir zu jhnen haben bestettigt haben all dy Brieff/ Recht/ Freyumb vnd guet gebonheit die sie von vnsern Vordern sältigen vnd von der Herschafft zu Bayrn biß her bracht vnd gehabt haben vnnd geben jhn auch alle die Recht vnnd Freyheit die andere Chlöster in vnserm Land zu Bayrn haben/ vnnd biß her mit nutzlicher geber vnnd gewonheit haben bracht/ vnnd bellen auch das die in die groß handuest die Chonig Ott von Vngern sälig vnser Vetter Geistlichen vnd Weltlichen vber die Gericht geben hat stadt beleib vnnd von dainen vnsern Amptleuten die jtzt sind oder fürbas werdent ebichleichten mit nichte werden vberuaren noch bechren ekht vnd das zu Vrkundt haben wir disen Brieff geben versigelten mit vnserm Kayserlichen Insigl der geben ist zu Lantzhuet an Sant Benedicten Tag/ nach Christus Geburt dreiuzehenhundert Jahr vnd in dem dreu vnnd viertzkisten Jar/ in dem neun vnd zwaintzkisten Jahr vnsers Reichs vnnd in dem sechzehenden deß Chayserthumbs. *super libertate Monasterij.*

WIr Ludwig von Gottes Gnaden Römischer Chaiser zu allen zeiten merer deß Reichs enpieten allen vnsern Amptleuten Vitztumben/ Richtern vnd Schergē vberal in vnserm Land zu Bayrn die jetzo seind oder fürbaß berden vnser Huld vnd alles guet/ wür lassen euch wissen das mir den Geistlichen Mannen dem Abbt vnnd dem Conuent zu Mallhersdorff vnsern lieben Diemütigen bestätigt haben alle die recht/ Brieff/ Freyumb vnd gut gewonheit die si biß her von vnsern Vodern vñ der Herschaft zu Bayrn bracht vnd gehabt haben/ vnd haben jhn auch geben alle die Recht vnd Freyhaid die ander Chlester in vnserm Land zu Bayrn habent vnd besunderlich haben wir die grosse handuesten die Chönig Ott selig vnser Vetter Geistlichen vnnd Weltlichen vber die Gericht geben hat/ vnd dauon wellen mir vnd gebieten euch allen gemeiniglichen vnd einen jeglichen besunder vestiglichen das jn dem vorgen Abt vnd Conuent dieselben grossen handuesten vnd all andere jrhe Recht die sie in nutzlicher vnd in guter gewonheit herbracht habent stat haltet vnd jn die mit deinen Sachen vberuart vnd sie daran bekrācket. Vnd daräber haben wir jhnen zuschirmer geben Arnoldum den Mechenhauser vnsern Pfleger zu Bayrn oder der nach jhm Pfleger wirt/ das er sie von vnsert wegen auff jhren rechten Schirmen vnd versprechen soll an aller stat/ wo jn deß not beschicht vnnd vnd wan sie deß bedürffent. Der Brieff ist geben zu Lantzhuet am Freytag vor dem Sambstag Lætare, nach Christus Geburt dreuzehenhundert Jar/ vnd darnach in dem drey vnd viertzkisten Jar/ in dem neun vnd zwaintzigisten Jahr vnsers Reichs/ vnnd in sechtzehenden deß Chaiserthumbs. *Litera Dn. Ludouici Imperatoris super libertate Monasterii.*

Catalogus Prelatorum Monasterij Mallhartsdorff.

BVRCKHARDVS Abbas primus nobilis familiæ Baronū in *Wildenfels* à fundatoribus, Dn. *Henrico* Comite in *Kirchperch* & eius filio *Ernesto* ex Conuentu *Michelfeld* postulatus An. Dn. 1109. rexit an. 13. ob. VII. Cal. Iul. an. 1122. viuentibus adhuc fundatoribus, sepultus in veteri sacello, cuius tempore soli nobiles pro Conuentualibus suscipiebantur.

EPPO Conuentualis factus abbas, rexit an. 21. confirmator ordinis S. *Benedicti*, & fundator Monasterij olim S. *Iacobi* inferioris in *Eytting*, & tanquam vir grauis & doctus multis iisque insignibus donis & prædiis Monasterium ditauit & auxit. vita functus Prid. Calend. Nouemb. an. 1143.

EMICHO ex Conuentuali Abbas, amator fratrum dictus, insigne opus

à tempore passionis Christi ad sua vsq; tempora cõscripsit. Præfuit an. 14. obiit V. Non. Octobr. ann. 1158.

OTTO Conuentualis pòst Abbas, rexit an. 15. obtinuit Monasterio singularia priuilegia à Ser^mo Bauariæ Principe *Ludouico*. ob. VI. Id. Nouembr. anno 1172.

HENRICVS Abbas, prius Conuentualis, exstruxit *Ecclesiam* maiorem, ex veteri arce fundatorum, quæ postmodum à *Cunone* Episcopo *Ratisbonen.* Comite à *Falckenstein* fuit consecrata. Ob. IX. Cal. Decemb. an. 1194. eius tempore Monasterium viginti septem Conuentuales alebat.

ADALHERVS nobilis à *Neuburg*, Conuentualis, præclare rexit duodecim ann. Ob. III. Cal. April. an 1206.

DIETERICVS Nobilis à *Bernburg*, Conuentualis, præfuit Monasterio ann. octodecim, de quo hoc extat Epitaphium.

Hic pius & clemens, hic mitis, amabilis, æquus,
Integer & placidus, doctus & acer erat.

Ob. III. Cal. Decembr. an. 1234.

MEINWARDVS al *VVeinmarus* Conuentualis, rexit an. II. magno cum iudicio statum Monasterij reformans. obiit VII. Cal. Aug. an. 1248.

VDALRICVS Nobilis à *Neufarn*, Conuentualis, rexit ann. 10. ob. VII. Cal. Iul. an 1258.

HENRICVS II, ex Conuentu in *Prüel.* propè *Ratisbonam* assumptus, præfuit an. 10. templum nouum maius & amplius reddidit, aliaque plurima bona Monasterio præstitit: tempore regiminis sui septendecim Conuentuales Nobiles habuit. Ob. IV. Non. Nouembr. an, 1268.

BENEDICTVS Conuentualis, singularis & prouidus Oeconomus, ædificandi artis apprimè gnarus plurima restaurauit atque in celebri *Viennensi* Synodo sub Cæsare Rudolpho. I. *Leonis* Episcopi *Ratisbonensis* supremus erat Capellanus. doctiss. & vigilans præsul: à *Stephano* Duce *Bauariæ* liberationẽ telonij omnium vinorum Austriacorum consecutus. rexit an. 15. ob. 3. Aprilis, An. 1279.

HERMANNVS I. Conuentualis, maiorẽ decimam proximi pagi *Niderlinthart* comparauit: nobiles Conuentuales sedecim habuit. præf. an 7. ob. IV. Non. Ian. An. 1286.

HENRICVS III. Conuentualis, habuit vndecim nobiles Conuentuales, qui ferè omnes singularia bona Monasterio donarunt, sicut & ipse nonnulla comparando addidit. rexit an. 14. ob. Prid. Non. Ian. An. 1300.

BERCHTOLDVS nobilis *Pilserorum* familiæ, Conuentualis, plures fraternitates constituit & fundauit, adiumento quoque Nobilium *Greillium*, sacellum Capituli cum altari S. *Nicolai* de nouo extruxit: & præclaris à vicinis nobilibus' comparatis prædiis & Canonibus, Monasterium luculenter auxit, ac septem annos in Monasterij emolumento promouendo indefesso studio consum psit, Ob, Idib. Septembr. An. 1307.

RVGERVS Conuentualis, cui⁹ tempore Monasterium multiplicibus obrutum necessitatibus, atque ipse adeò in summam pauperiem redactus fuit, vt nonnulla prædia pro distrahendis debitis hypothecare, & pecunias à Christianis & Iudæis suscipere mutuas, ac pro centum quotannis modium frumẽti (ein Schaff) tritici & modiũ auenæ interesse loco pendere sit coact⁹. Hic complures fraternitates renouauit, & cum aliis Monasteriis constituit; verum ante obitum ipsius multorum suorum fundationes & redditus Monasterio accesserunt. rexit annis duodecim. ob. XIII. Cal. Aprilis An. 1319.

BERN-

BERNHARDVS al. *VVernerus* laudabiliter præfuit Monasterio 10. ann. ob. Prid, Id. Martij, an. 1329.

VDALRICVS *Hinzelmair* ex Conuentu Monasterij Prüffening assumptus: sub quo templũ maius lamentabili casu prophanatum, denuo per Episcopum *Ratisbonen.* reconciliatum; atque complures piorum hominum fundationes & reditus Monasterio accesserunt. rexit an. 5. ob. Prid Calend. Decembr. anno 1334.

CONRADVS nobilis ab *Elsnpach*, Conuentualis: hic plures confirmationes Priuilegiorũ antecedentiũ feliciter à Cæsare Ludouico & aliis obtinuit: plutimos sibi exosos atque infensissimos hostes, mediante bonorum interpositione sibi per Dei gratiam reconciliari promeruit; totque fundationes prædiorum & molendinorum, atque caussa mortis legatos reditus in viuis consecutus est, quot necante, nec post ipsum Monasterio vnquam obtigerunt. rexit an. 21. ob. V. Id. Decemb, an. 1356.

HERMANNVS II. Conuentualis, nonnullis locupletatus fundationibus, rexit an. 12. ob prid. Cal. Octobr. an. 1368.

BERCHTOLDVS II. fere toto tempore circa varias transactiones prædiorum & aliorum Monasterij bonorum occupatus. rexit an. 18. resignauit denuo conuentui. ob. Prid. Cal. Augusti. an. 1386.

HENRICVS IV. ex Conuentu S. *Viti* prope *Neumarckt* quadriennio prodigaliter vixit. vineas & prædia præcipue in *Austria* vendidit, bona Monasterij turpiter dissipauit, quapropter à proprio Conuentu depositus & expulsus, ann. 1390, tandem an. 1404. in exilio miserrimè mortuus est.

HENRICVS V. dictus *Braitenaicher* Conuentualis, sub quo variæ fundationes anniuersariorum contigerunt, & complures annuę pensiones attributæ sunt. obiit prid. Non. April. An. 1404.

FRIDERICVS de *Hainling* Conuentualis, quadriennio nimia liberalitate Monasterio pernicioſus, à Conuentu depositus, & è Monasterio anno quinto dimissus est. ob. an. 1410.

PETRVS ex Conuentu *Reichenbach* postulatus, variis calamitatibus agitatus. hanc potissimum pressuram sustinuit, vt à quodam dicto *Schueeiberer* ob legatum 800. Vngaricorum florenorum Monasterio destinatorum: rapinis & incendiis ac deuastationibus obrutus, vltra 1410. Florenorum damnum perpessus sit, exceptis spoliationibus & captiuitatibus subditorum. & aliis malis. rexit an. 7. ob, III. Cal Decemb. An. 1416.

IOANNES *Seetaler* Conuentualis, quarto anno regiminis Conuentui ob debitorum magnitudinem libere resignauit, seque Abbatia penitus abdicauit. an. 1420.

MICHAEL *Pogenhauser* ex Conuentu *VVeltenburg* postulatus, antea bis prouisoris vices gerens hoc loco, vt prouidus Paterfamilias debita vt plurimum exoluit, prædia aliis hypothecata, libera reddidit, ædificia Monasterij restaurauit, pretiosam suppellectilẽ pro ornatu Ecclesiæ comparauit, ac decimo nono anno prælaturæ magno suorum luctu in Aduentu, relicta omnium victualium superabundanti copia, vita pie functus est, an. 1439.

PETRVS II. dictus *Marschalhk* ex Conuentu S. *Viti* cis *Rotam* ducali dispositione & mandatis inuito Conuentui præpositus est, quinto autem anno Tyrannici ac nimium rigidi sui modi regendi carceri aliquandiu inclusus, èque Monasterio exturbatus anno 1444, ac demum vicesimo exitij sui anno misere defunctus est.

IOAN-

IOANNES *Venderer* Conuentualis an. 1446. à Ser^mo *Bauariæ* Duce *Henrico* designatus, à Palatino Rheni *Ruperto* Episcopo *Ratisbonen.* confirmatus & cõsecratus in Abbatem, sedecim annis piè & deuotè præfuit: & quia Oeconomiæ pertæsus erat, vnus ex Conuentu nomine *Ioannes* Geschwindt in Coadiutorem adiunctus fuit, vir in sæcularibus negociis probè versatus: qui concordes inter se omnia administrarunt dexterrimè: debita dissoluentes, & Monasterium ædificiis pluribus exornârunt. Tandem verò senio & ægritudine confectus Ioannes Abbas, stimulante Conuentu adactus est, quamuis inuitus Abbatiam resignare Episcopo, anno 1464.

ANDREAS ex monasterio *Reicherbacen.* post prædictum Dn. Episcopum resistentibus Conuentualibus, annos decem in multa calamitate, vtilissimatamen vndique monasterij restauratione consumpsit, multa debita contraxit, ac tandem Ducalibus & Episcopalibus Consiliariis Abbatiam liberè resignauit anno 1374.

ERASMVS nobilis familiæ de *Perfal* ex Cõuentu *Eberspergen.* viuentib. adhuc ambobus' antecessoribus', *Ioanne Venderer* & *Andrea Muleich* Anno 1474. à Ser^mo *Bauariæ* Principe *Ludouico*, & ipso Conuentu postulatur in Abbatem: & licet octodecim annis laudabiliter functo abbatiali munere, à dictis antecessoribus suis adhuc viuentibus vtplurimùm depositionis minis angustiaretur, quia tamen vigilans & deuotus, litteratus, & externarum linguarum peritissimus, ac grauis iudicij vir erat, adeoque non modo Comitiis Prouincialibus verum etiã congregationibus Ecclesiasticicis vtiliter adhiberetur; æmuli eius illi non præualuerunt. Primus Insulam cum multis Indulgentiis & Priuilegiis à Cardinalib. consequutus, aliisque præclaris monumentis relictis hyrope obiit præsente toto conuentu, an. 1495. fer. 3. post Petronellæ.

MICHAEL II. *Eckhart* cognominatus. Abbas infulatus è Conuentu electus, plurima bona vnà cum Canonibus siue pensionibus, vasa quoque argentea vendidit, an. rexit 22. ob. an. 1518.

ERASMVS II. ex nobili *Haunspergerorum* familia, Abbas infulatus, similiter complures annuas pensiones vendidit nobilibus vicinis, multaque debita post se reliquit. rexit an. 20. vita functus an. 1538.

MATTHIAS *Derenhofer* ex Conuentuali Abbas infulatus, doctus vir & vigilans, multa debita pro suis antecessoribus persoluit: rexit an. 8. & postmodum liberè resignauit an. 1548. cuius tamen facti eum pœnituisse postmodum ex proprio chirographo videre est.

IOANNES *Hirspeck* Conuentualis, Abbas factus, anno tertio laudabiliter gesti præsulatus' sui ab ipso *Bauariæ* Principe in Abbatem *Schirensem* promotus est.

GREGORIVS *Labermair* administrator, 6. annis eo munere functus' est.

WOLFGANGVS *Hueber* administrator, 8. annis monasterio vtiliter præfuit. Ob. an. 1564.

PAVLVS *Kœrl* Administrator. præfuit an. 7. & quia hoc tempore vnicus ei erat Cõuentualis. nomine Paulus *Peürl*, hinc Capellanus ex *Shirling* pro quotidianis sacris peragendis assumi aliquandiu & conduci debuit. ob. an 1571.

ERASMVS *Höfsl* administrator nono anno functionis suæ ob rem vndiquaq; pessimè gestam, & damna enormia Monasterio illata deponitur an. 1580. mense Octobri.

PAVLVS *Besch* ex Conuentu S. *Vdalrici Augustæ Vindelicorum* Prior, in administratorem huc assumptus an. 1580. multa bona Monasterio præstitit, ædificia non-

cia nonnulla collapsa restaurauit: ac septimo functionis suæ anno in Abbatem Monasterij Mettn electus est. an 1597.

PAVLVS *Klokher* ex Conuentu *Thierhaupten* in administratorem postulatus solus, sine Conuentu, parcissimus Oeconomus plurima debita exoluit, prædia hypothecata non pauca denuo recuperauit; ac tandem huc transmisso Conuentu ex *Ebersperg*, ac Infula ei impertita, in Abbatem confirmatus est; sexto postmodum anno defunctus Christi 1601,

EVSTACHIVS *Sturm* ex Conuentu Monasterij *VVeihenstephan* propè *Frisingam* postulatur in Abbatem 20. Iunij, An. 1602. cuius præclara relicta monumenta, ac clarissimi ingenij & iudicij dexteritas cuilibet, Monasterium, & ei de nouo ibidem conscriptam Chronicã inspicienti obuia sese offerunt, Præfuit Monasterio noui quasi fundatoris loco annis 17. Exactionum siue collectarũ per inferioris *Bauariæ* Prouinciam IV, vir. annis duodecim ac tandem præses prudentissimus. Ob. Landishutæ cum magno plurimorum luctu & mærore 16. Aprilis an. 1619. Strewer heu.

GEORGIVS Modernus Abbas; de quo nemo est, qui non optima quæque sibi polliceatur.

MARIAE ZELLA ORDINIS SANCTI BERNHARDI.

CONFIRMATIO huius fundationis Nicolai, Episcopi Ratisbon. ita habet, quòd duobus Eremitis, Godofrido & Alberto, propter ipsorum deuotionem ac intercessionem Rainmarij de Prennberg, nobilis viri, Episcopus concessit, in nemore quodam apud castrum Prennberg, in pede montis Schofloch, cellam & habitationem construere & Oratorium ædificare, Anno 1324. In quo loco est hodie Abbatia S. Bernhardi, quæ Cella Mariæ vocatur, &c. Auentinus in suis Annalibus, lib. 7. fol. 790. ita ponit: In Boiaria aquilonari contermina Bohemiæ, in Hercinio saltu Schoflochij, proxime Prennburgium, Roimari arcis dynastæ consensu atque ope Mariæ Cellam auspicatus est Gotfridus Puocher cum Gotfrido Strubingense, & Alberto à Stauff, Fridericus Auer perfecit: Monachi ab Altachio superiori acciti, Nicolaus & Fridericus, Episcopi Ratisbonenses, autores fiunt.

SVNT ibi sepulti Nobiles Aueri de Prennberg, atque illorum Successores, possessores illius castri de Nusperg.

MODO nullos habet Monachos propter tenuitatem reddituum, sed vnum aut alterum secularem Sacerdotem tantum, eius administratio in secularibus ad dominos castri Prennberg spectat.

ADDITIONES.

QVI Domini castri Prennberg à Centum annis multa & grauia Monasterio damna intulerunt: sed industria Abbatis Petri, & rei benè gerendæ studio indefesso, anno 1615. decem Professi ibi sustentati fuerunt: cum prius ne vnus quidem haberet, vnde viueret.

NOS *Conradus* Præpositus *Vdalricus* Decanus. Totumque Capitulũ Ecclesiæ *Ratisponæ*, oĩbus præsentẽ paginã intuentib. publicè ꝓfitemur, quod nos de cõmuni consensu & vnanimi volũtate prædiũ nostrũ soluens media libra Ratisdenari: in *Schopfloch* sitũ, quod *Rogerius* quondã dictus *Spranch* à nobis & Ecclesia nostra tanquam colonus tenuerit, cum agris, pratis, syluis, & aliis attinentiis, cultis

cultis & incultis, quærẽdis & inquirendis, ad petitionẽ dilecti nobis strenui militis *Reinmari* de *Prenpergg* structuræ seu cellæ quam idem *Reinmarus Prenbergerius* in Schopfloch fundauit ipsamque structuram siue cellam prænotato prædio dotauit. Donauimus & donamus titulo proprietatis perpetuo possidendum. Præfatus verò *Reinmarus Prennbergerius* è conuerso modo permutationis, nobis & capitulo nostro mediam libram Ratisbonensis monetæ in omnem euentum de Heuba in *Dallehaupt* quam *Dietlinus* dictus *Viztumb* tenet vel tenuit, dedit & dat sine qualibet contradictione suorum hæredum iure proprietatis perpetuo possidendam & percipiendam. In cuius rei testimonium præsentem ipsis dedimus litteram sigillo nostri Capituli munimine roboratam. Datum & actum *Ratisponæ* Anno Domini Millesimo Trecentesimo vigesimo primo. Tertio Idus Martij.

NOS *Nicolaus* Dei gratia Ecclesiæ *Ratisbonensis* Eps confitemur & constare volumus vniuersis præsentes litteras inspecturis. Quod nos inspecta deuotione & salutari proposito dilectorum *Gotfridi* dicti *Pucher*, quondam *Gotfridi* pistoris de *Strubinga* filij, & *Alberti* filij, quondam *Henrici Tunzlingeri* in *Stauff*, qui diuino spiritu inflamati à mundanis se retrahere, & in vita sollitaria soli Deo deinceps desiderabant feruenti animo famulari. Ad eorum supplicationem humilem & deuotam, nec non intercessionem dilecti fidelis nostri *Reinmari* de *Prennberg*, eis concessimus, vt in nemore quodam, apud Castrum *Prennberg*, in loco quodam *Schopfloch* nostræ Diœcesis Cellam & habitationem pro mansione sua, & duorum vel trium aliorum possint construere & oratorium ædificare pro Capellano tenendo & ad præsentationem eorum per nos instituẽdo ibidẽ, qui eiusdem & familiæ suæ missam & alia diuina faciant, Regimen & curam animarum, quantum ad personas ibidem degentes duntaxat exerceat, & tam in vita quàm in morte Ecclesiastica eis sacramenta ministret. Volumus autem, vt prædicti, nec non & hi, quos in fraternitatem suam assumendos decreuerint, sub obedientia nostra & professione regulari ordinis & habitus S. *Benedicti* manere debeant. subiecti, Venerabili Abbati in *Obernaltach* ordinis eiusdem, qui vita & moribus & conuersatione ipsorum curam gerere debeat, ipsisque sicut superior suis præesse in cunctis, quæ vitam monasticalem & regularem obseruantiã attingunt, saluo eo, quod res suas mobiles & immobiles, quas nunc habent, vel largienti Domino, inposterum habituri sunt. idem Abbas, suis, vel Ecclesiæ suæ proprietatibus. iuribus vel vsib. nequaquam applicare vel fratres ipsos præsentes vel futuros de loco ipsõ auocare valebit absq; nostra licentia speciali. Cæterum, ne ex hoc parochialis Ecclesia sua iustitia defraudetur, volumus, vt de bonis & prædiis suis, quæ vel nunc habent, vel inposterum eos habere contigerit, etiam si propriis ea manibus excolant, Plebano loci, intra cuius Parochiã bona & Prædia Christiana sita fuerint. decimas exsoluere teneãtur. ipse a. plebanus. quicunque fuerit, nihil amplius ab eis exigere poterit, nec in aliquo eos suæ subiicere potestati sane, quia prædictus fidelis noster *Reinmar* de *Prennberg* pro suæ & pro genitorum suorum animarum remedio, præfatum locum *Schopfloch*, cum syluis, pratis, pascuis, cultis & incultis eidem loco adiacentibus & aliis iuribus & pertinentiis suis que sibi, hæredibus suis proprietatis titulo pertinebant, memoratis fratribus & successoribus eorum contulit, & in ius perpetuæ proprietatis donauit & tradidit. Nos donationem huiusmodi approbamus, ac ipsis fratribus manere, & consistere volumus perpetua roboris firmitate. Curiam quoque quam ipsi fratres de bonis suis propriam, sitam auff der Oede dictam *Gehai*, eidem loco contulerunt & donauerunt & tradiderunt, cum omnibus iu-

bus juribus & attinentiis suis, ipsi loco & fratribus præsentibus & futuris ex certa scientia confirmamus, & tàm locum ipsum quàm fratres cum bonis habitis & habendis in tuitionem & protectionem recipimus spiritualem. In quorum omnium & singulorum euidens testimonium roburque perpetuum præsentes literas memorato loco tradidimus, sigillo nostro, nec non antedicti fidelis nostri *Reinmar* de *Prennberg* sigilli munimine roboratas. Actum & Datum *Ratisbonæ*, Anno Domini M. CCC. XXIV. Calendas. Februarij.

NOS *Waltherus* Dei gratia *Thuronensis* Ecclesiæ Episcopus, Vniuersis præsentes literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi, quod nos de licentiis & consensu Reuerendi in Christo Patris & Domini, Domini *Nicolai* Venerabilis Episcopi *Ratisponensis*, qui nos in suffraganeum suum, matura deliberatione præhabita elegit: Consecrauimus CELLAM BEATÆ VIRGINIS, IN SCHOPFLOCH, ad instantiam Domini *Reinmari* de *Prennberg*, & fratrum dictæ *Cellæ*. Insuper omnibus dictam Ecclesiam frequentantibus in festo Corporis Christi, & singulis festiuitatibus B. Virg. nec non in die Dedicationis dictæ Ecclesiæ, sancti Michaelis, ac sancti Benedicti, & omnium Sanctorum, atque per octauas dictarum solemnitatum, de omnipotentis Dei munificentia, & Beatorum Apostolorum *Petri* & *Pauli*, quadraginta dies criminalium, & octoginta venialium in Domino misericorditer relaxamus. Datum & actum in *Schopfloch*. ANNO Domini 1325. pridie Nonas Augusti.

DE CREATIONE PRIORIS ET CONVENTVS.

FRIDERICVS Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Ecclesiæ *Ratisponen.* Vniuersis ac singulis Christi ac Christian. Ecclesiæ orthodoxæ fidelibus, ad quos præsentes peruenerint, aut quorum interest, ac interesse poterit in futurum, salutem in Domino sempiternam. Claret Pontificis syncera deuotio, & splendidis iradiatur operibus, cum ex ipsius officij potentia, monasteria seu alia pia loca Deo dicantur de nouo eriguntur, reguntur, ac in melius reformantur, in quibus sacra viget religio, ac Regi Regum, Domino Dominantium per Christi fideles assiduè militantes, quotidiè famulantur, ex quo Christi fideles sibi futuris temporibus thesaurum inæstimabilem, æterna remunerationis præmia & fruitionem beatitudinis consequuntur. Cum ergò temporib. præteritis REINMARVS DE PRENNBERG, intuitu pietatis, & ob remedium animæ suæ *Cellæ* B. *Mariæ* situatæ in loco, qui vulgariter Schopfloch nuncupatur, tradidit & donauit pro perpetua hæremitica mansione, vnius sacerdotis & trium & quatuor Conuersorum, titulo perpetuæ proprietatis, Aream illam, in qua est sita Cella prædicta, cum agris, agricultura, eidem areæ pertinentibus, pro vno arato sufficientibus, communiter excolendis, nec non pascua & ligna eidem areæ, & hominibus & habitatoribus eiusdem Cellæ pro conuenienti & necessaria sustentatione sufficientibus quibuslibet perpetuis temporibus & futuris. Cui etiam Cellæ quidam Conuersus eiusdem loci *Gottfridus* nomine, ex postfacto donauit titulo prædicto, quandam Curiam dictam in GEHAY, soluentem singulis annis quatuor schaffas siliginis & quatuor Schaffas venæ *Ra-*

tisponen. Quam quidam Cellam pro vita hæremitica ordinata, vt prædicitur, & fundationem ad preces eorundem inchoatam, Reuerendus in Christo Pater recolendæ memoriæ, Dominus *Nicolaus Ratisponenſis* Eccleſiæ Epiſcopus prædeceſſor noſter, immediatus ſua auctoritate ordinaria confirmauit & de conſenſu Capituli cenſuit confirmandam, prout in eis literis ſuper eo editis euidentius continetur. Cumque amplioris temporis in progreſſu ſtremuus Vir FRIDERICVS AVER DE PRENNBERG fidelis noſter dilectus & pio zelo ductus, cupiens diuini nominis ſeruitium ſiue cultum ſuo poſſe inceſſanter augere, Cellæ memoratæ, titulo proprietatis prædictæ tradidit, & addendo titulo donationis donauerit, poſſeſſiones & proprietates infrà ſcriptas, prout de iure ac facto hoc melius facere potuit, pro ſe, & pro ſuis hæredibus vniuerſis, & poſſeſſionem corporalem earundem proprietatum Cellæ præfatæ ac eius Priori & Conuentui ſolutam & liberam tradendo & omnimodè aſſignando. Quæ quidem poſſeſſiones ſunt iſtę videlicet, ⁂ Duæ Curię ſitæ in *Hardmarscell*, quæ annuatim ſoluunt 24. Schaffas ſiliginis & 16. Schaffas venæ, & cætera prædia maiora & minora, prout in originali continentur, ⁂ petens & noſtri officij debitum implorans cum fiducia humiliter & deuotè, quatenus ad hoc vt diuini cultus exercitium in populo Chriſtiano ſalubriter augeretur, noſtra auctoritate ordinaria ſæpè dictam Cellam *Schopfloch* dignaremur in Monaſterium monachorum S. BENEDICTI erigere PRIOREM prælatum in eo conſtituere & CONVENTVM ibidem creare, jura, honores & ſtatum Collegij, ſecundum priuilegia conſuetudinis & traditionis alterius Monaſterij & Regulę S. *Benedicti* conſtituere & conſtitutum auctoritate ordinaria approbare noſtris ac Capituli noſtri literis roborare & perpetuò remanſurum DEO dicare, ſub ea videlicet forma, quòd Monaſterium Cellæ prædictum, nunc & in antea per vnum Priorem prælatum ibidem à Conuentu cuiuslibet Monaſterij eiuſdem creandum, ac nos & ſucceſſores noſtros *Ratisponenſes* Epiſcopos, quibuslibet futuris temporibus confirmandum, ad minus cum quinque Monachis Conuentualibus actu Sacerdotibus exiſtentibus illic continuò degentibus & DEO famulantibus, & non paucioribus perpetuò gubernetur. ⁂ Et quod nunc Dominus Abbas *Altachæ ſuperioris* & ipſius ſucceſſores vniuerſi in eodem Monaſterio *Cellæ*, eo jure ſeu poſſeſſionis commodo vtantur pacificè & fruantur, vt ipſi immediatè poſt nos & ſucceſſores noſtros *Ratisponenſes* Epiſcopos, perenniter, & quibuslibet temporibus futuris, quantum ſpectat ad obſeruantiam & traditionem obſeruantię Regulæ prænotatæ intendant & intendere debeant ſiue poſſint, reformationem, correctionem, emendationem morum & vitæ, contra ſingulas perſonas Monaſterij ſæpedicti conuenienter, quando & quantum hoc fuerit oportunum, juxta doctrinam & tenorem Regulæ ſæpefatæ ſemper nobis & ſucceſſoribus noſtris, in omnibus & per omnia noſtra auctoritate ordinaria, in dicto Monaſterio & perſonis eiuſdem, tanquam capiti ſeu capitibus, inuiolatam, integram, ſalua & illæſa manente, cui per premiſſa nolumus in aliquo derogari. Nos ergò cupientes proni ad gratiam inueniri maximè ab his, qui eam tanquam eſſe debitam ſtudent propriis meritis vendicare, attendentes itaque grata ſeruitia, quæ nobis & Eccleſiæ noſtræ præfatus FRIDERICVS AVER impendit & adhuc impendere poterit gratiora Chriſtianis partibus inclinati,

ſuper

ſuper omnibus præmiſſis, deliberatione præhabita diligenti requiſito ſuper his & obtento totius noſtri Capituli *Ratiſponenſis* conſenſu, conſilio, beneplacito pariter & aſſenſu. De omnipotentis Dei gratia & Auctoritate noſtra ordinaria à ſupremo motore nobis tradita " præfatam Cellam Beatæ *Mariæ* in " *Schopfloch*, inuocata Spiritus ſancti gratia in Monaſterium Conuentuale " cum omnibus' honoribus', Iuribus & libertatibus, ex priuilegio & obſeruan- " tia Ordinis ſancti *Benedicti* competentibus ac competere valentibus' de iu- " re vel facto, ordinamus', facimus conſtituimus', creamus', & creando eri- " gimus & DEO dicamus', ſeu nos' ipſum conſtituiſſe, creaſſe, & ordinaſſe " ignoſcimus, ob honorem omnipotentis' & Virginis' glorioſæ perpetuo man- " ſurum, ſub modo, forma & Regula ac obſeruantiis ſupernis annotatis', & " præſcriptas poſſeſſiones per Chriſti fideles dicto loco pietatis zelo huc vſque " donatas & ſuperius' expreſſas ac alias quaſcunque in poſterum eiſdem Priori " & Conuentui, per quoſcunque fideles' iuſto titulo donaturas ſeu collatu- " ras eiuſdem Cellæ ſolita pietate noſtra auctoritate ordinaria, prout eis ri- " tè & rationabiliter ſunt indultæ, traditæ & conceſſæ, ac inpoſterum indul- " gebuntur ſeu donabuntur, innouamus', confirmamus', approbamus', ra- " tificamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus' & roboratas eſſe o- " ſtendimus. " Dantes has litteras noſtri ſigillorum appenſione legitimè conſignatas in euidens teſtimonium ſuper eo. Datum *Ratiſponæ* Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo LI. Indictione III. feria ſecunda poſt Aſcenſionem Domini.

ANNO Domini Milleſimo Trecenteſimo vigeſimo quinto, pridie Nonas' Auguſti, conſecrata eſt Eccleſia *Cellæ* Beatæ *Mariæ* Virginis in *Schopfloch*, à venerabili *VValthero* * *Seucienſi* Epiſcopo; ob reuerentiam ſanctæ * & Indiuiduæ Trinitatis, & præcipuè in honore ſanctiſſimæ & DEI genitricis MARIÆ, quæ eſt vera PATRONA huius Eccleſiæ, & erit dedicatio dictæ Eccleſiæ omni anno, ſequenti Dominica poſt *vincula* Beati *Petri* Apoſtoli. Notandum etiam, quod hæ ſunt reliquiæ contentæ in ſummo altari, videlicet de ſancta *Cruce:* de crinibus, de lacte, de peplo & veſte Beatæ *Mariæ* Virginis. Reliquiæ Apoſtolorum *Petri* & *Pauli, Andreæ, Philippi, Iacobi,* ſanctorum Martyrum *Stephani* prothomartyris, *Laurentij, Eraſmi, Dioniſij* Epiſcoporum. *Emerami*, Epiſcopi, *Mauritii.* Reliquiæ Confeſſorum *Silueſtri* Papæ, *VVolffgangi* Epiſcopi, ſancti *Benedicti, Antonij, Egidij* Abbatis. Coſta ſancti *Nicolai* & ſanctæ *Eliſabethæ, Cæciliæ* Virginis. De oleo ſanctarum Virginum ſcilicet ſanctæ *Catharinæ* & *VValburgis*, quatuor Virginum de numero *vndecim millium* Virginum, de *Columna*, ad quam Dominus ligatus eſt. De tribus lapidibus Domini noſtri Ieſu Chriſtj ſcilicet Sepulchri, de lapide ſuper quem Dominus mortuus eſt, de lapide ſuper quem Dominus ſedit quadraginta diebus in deſerto, cum eſuriit &c.

Hæ ſunt Reliquiæ contentæ in dextro Altari, quod eſt conſecratum in honore ſancti *Michaelis* Archangeli omnium Angelorum, primò de oſſibus' *Innocentium, Mauritij* Martyris, *Ioannis* & *Pauli:* de oleo Sancti *Nicolai, Hieronymi* presbyteris, *Antonij* Confeſſoris, *Magni* Confeſſoris', *Catharinæ, Margarethæ, Ceciliæ* Virginum: de oſſibus' Sanctæ Elizabethæ: Trium Virginum in munere vndecim millium Virginum, quarum vna vocatur Chriſtina.

Hæ sunt Reliquiæ contentæ in sinistro altari, quod est consecratum in honore *Erasmi* Episcopi & Martyris; & præcipuè in honore omnium Sanctorum: primò reliquiæ S. *Mauritij* Mart. *Laurentij*, *Erasmi* Episc. & Mart. *Terentij* Mart. *Wilibaldi* Episcop. *Iodoci* Confessoris: *Anthonij* Abbatis: *Walpurgæ* Virg. *Cunigundis* Virg. Reliquiæ *Elizabethæ*: *Ottiliæ* Virg. *Sabinæ* Virg. reliquiæ multarum Virg. de numero vndecim mil. Virg. & aliorum plurimorum sanctorum Martyrum, Confessorum, atque Virginum, quorum aut quarum nomina non sunt scripta, attamen benè probata, scilicet in his tribus altaribus.

Sequuntur Indulgentiæ Ecclesiæ S. MARIÆ CELLÆ apud *Schopfloch*.

VNiuersis præsentes literas inspecturis, *Angelus* DEI & apostolicæ sedis gratia, *Viterbiensis* & *Iustanensis* episcopus, ac summi Pontificis in Vrbe Vicarius: Et frater *Petrus* eadem gratia *Nazareth* & *Ierusalem* Archiepiscopus: & frater *Iacobus* eadem gratia *Modonensis* Episcopus: & *Ioannes* eadem gratia *Reatinensis* Episcopus: & frater *Matthæus* eadem gratia *Balneoregien.* Episcopus: & frater *Thomas* eadem gratia *Verdunensis* Episcopus, salutem in Domino sempiternam. Quoniam vt ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, recepturi, prout in corpore gessimus siue bonum fuerit siue malum, opportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere valeamus in cœlis; firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam, qui parcè seminant, parcè & metent, & qui seminant in benedictionibus, de benedictionibus & metent vitam æternam.

Cum ergò ex parte dilecti filij nostri „ *Alberti*, Ordinis S. Benedicti, Dio„ cæsis *Ratisponensis*, Monasterij de superiori *Altachæ*„ nobis fuerit humiliter sup„ plicatum, vt omnibus venientibus ad Ecclesiam *Cellæ* S. *Mariæ* in *Schopfloch*, supradictæ Diocæsis, velimus indulgentiam exhibere. Nos verò de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui, vel quæ, dictam Ecclesiam visitauerint, in ipsius festiuitatibus ac etiam solemnitatibus B. MARIÆ Virginis: *Natiuitatis* Domini, *Circumcisionis*, *Epiphaniæ*: *Resurrectionis*, *Ascensionis*, *Pentecostes*, & *Trinitatis*, *Dedicationis* Ecclesiæ, sanctæ *Crucis*, sanctorum *Angelorum*, *Ioannis Baptistæ*, SS. Apostolorum *Petri* & *Pauli* & omnium Apostolorum & Euangelistarum, ac sanct. Martyrum *Stephani* *Laurentij*, *Tpoliti*, *Emerami*, & sanctorum *Hieronymi*, *Gregorij*, *Dionysij*, aliorum Doctorum & sanctorum Confessorum *Nicolai*, *Martini*, *Benedicti*, & *Leonhardi*: *Dominici* ordinis Prædicatorum: & beatarum *Mariæ Magdalenæ*, *Marthæ* *Luciæ*, & *Catharinæ*, *Agnetis*, *Agathæ*, *Scholasticæ*, *Dorotheæ*, *Margarethæ* & *Elisabethæ*: necnon in die animarum, & singulis diebus Dominicis, ac etiam qui corpus Christi, cum portatur infirmis, secuti fuerint, aut in serotina pulsatione campanæ, tria Aue Maria deuotè dixerint, vel qui ad fabricandum luminaria, ornamenta, & alia dictæ Ecclesiæ necessaria, manusque ei porrexerint adiutrices: & qui ad eundem locum

venien-

uenientibus *Cellam* B. *Mariæ* nominauerint, quilibet vestrum quadraginta dies, de iniunctis sibi pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus; dummodo ad ea Diœcesanus eius præstet assensum. In cuius rei testimonium præsentes litteras, nostrorum sigillorum fecimus appensione muniri. Datæ *Romæ* in Palatiis nostris. Anno Domini Millesimo trecentesimo trigesimo secundo. Indictione 16. temporis Domini *Ioannis* Papæ 22. Anno sexto decimo, Idibus Aprilis.

Indulgentiæ suprascriptæ Confirmatio.

NOS *Nicolaus* Dei gratia Ecclesiæ *Ratisponensis* Episcopus, vniuersis Christi fidelibus, ad quos præsentes peruenerint, salutem in Domino sempiternam. Ea quæ ad salutem animarum peruenire credimus libenter vbilibet promouemus. Cum igitur Reuerendi Patres & Domini, *Angelus Viterbiensis* & *Iustanensis* Episcopus, ac summi Pontificis in spiritualibus Vicarius. *Petrus Nazareth* & *Ierusalem* Archiepiscopus, *Iacobus Modonensis*, *Ioannes Reatinus*, *Mathæus Balneoregiensis* & *Thomas Verdunensis* Episcopi omnibus verè pertinentibus, qui ad Ecclesiam *Cellæ* sanctæ *Mariæ*, in ipsius Beatæ *Mariæ* Virginis solemnitatibus & multis aliis diebus, in ipsorum literis comprehensis, caussa deuotionis accedunt, spirituales indulgentias concesserunt, dummodo ad id nostra voluntas accederet & consensus. Nos piæ intentionis ducti proposito, prædictas Indulgentias ratas habentes & gratas, ipsas auctoritate ordinaria, sicut de iure possumus, coofirmamus, dantes præsentes litteras in testimonium super eo. Datum in Castro nostro *VVörth*, Anno Domini Millesimo Trecentesimo secundo In Vigilia *Penthecostes*.

IN dem Namen der Heiligen vñ vngetailten Trifaltigkhait seeliglich/Amen. Ich Jacob/ich Caspar vñ ich Oswald die Awer zu Prennberg/bekhennen für vns/vnser Haußfrawen/all vnser Erben vnd Nachkhomen/vnd thuen khundt offentlich mit dem Briff/allen den er fürkhombt/gegenwürtigen vnnd künfftigen/als von solcher Gnad vnd Fürsichtigkeit vnd Stifftung/die vnser Vordern/vnnd Vattern see: Gedechtnus/vnd wir vermalen Gott dem Allmächtigen zue lob/vns/vnser Vorvordern/Nachkhomben/vnd allen glaubigen Seelen zu trost/vnser Stifft vnnd Grebnus/zue vnser lieben Frawen Zell genant/zween Schoffloch volbracht/daselbst für augen genomen/vnd also jnn vns zugesetzt/wo sich das zeitlich Gut in das ewig verkhert/vnnd verwandelt haben/vnd daselbst nicht allein jhren Seelen/sonder allen jhren Nachkhomben Seelen/zue Hilff/vnd zu trost gethan/das mit veraintem Mueth gar bedächtlich/in aignem willen/zeitigem Rath/zuuörderst durch die lieb Gottes deß Allmächtigen/zue ehren Maria der Jungfrawen/seiner lobesamen Mutter/auch allen himmlischen Heere/angesehen deß zergencklichen leben dieser Welt/sonder auff die fürsorg deß khünfftigen so diß zu hailwertigkeit vnser aller/vnser Vorfordern/vnnd Nachkhombenden Seelen/auch aller glaubigen Seelen seeligkheit willen in mehrer Stifft gekhert/gemehrt/vnnd in dem Closter vorgemelt vnser lieben Frawen Zell zum Schoffloch zu ewigen täglichen Messen daselbst zuhaben/vnd zu vollbringen gebracht/vnd gestifft haben. Also stifften wir auch wissentlich vnd in Crafft diß Briefs als wir wöllen/da dieselb vnser Stifft nun füranteglich vnd wochentlich vnd ewiglich ohn allen abgang vnnd vnderlaß außgericht/gehalten/vollendet vnnd volbracht werde/jn massen vnnd Formb/auch was vnser Vorvordern see: Gedächtnus/vnnd wir ehegenant drey Awer zu Prennberg zu solcher Stifft gegeben/vügemacht haben/hienach in diesem Brieff zuuer-

nemben / aigentlich geschriben / alßdann vnser Vorfordern seelig vormaln zue der ehegemelten Stifft haben / von erst / als vnser lieber Vetter Herr Hainrich vō Aw see: Chorherr zur Alten Capellen / zu Regenspurg / 160. pfundt pfenning darzu gegeben hat / vnnd auch hat von deren Leuth hilff / die dabey gewohnt haben / also auffgenoñen / vñ sie an Gült / Gütern vnnd anders Aigen gebessert / dann an Getraidt mit dem Hoffpaw wol gehabē mag / auff 70. Schaff allerlay Getraids mit sambt dē Zehenten / wo die vnuerlich ligendt / bey clein oder groß darzu gehörent / so hat es auch an Pfenning Gülit auff neun vnnd dreissig Pfundt Regenspurger Pfenning / vnd hat an Wein dreizehen Fuders / auch hat es sechs vnnd sechzig Tagwerch Wißmads / yeglichs ehe mehr / dann minder als sich das alles in jhrem Salbuech aigentlich erfindet / vmb dz vermainten vnser Vorfordern see: Herr Friderich von Aw zu Prennberg Ritter vnnd ich Jacob von Aw obgenannt mit sambt andern vnsern Söhnen vnnd Vettern / das sich der Gottsdienst daselbst auch auffnemmen vnd mehren solt / vnd das Priorat Ambt / das vor daselbst gewesen ist / nach lautt vnnd außweisung der bestätt Brieff / die dann die Ehrwürdigen in Gott Vatter vnnd Herrn / Herr Bischoff Niclas / vnnd Bischoff Friderich zu Regenspurg see: Gedechtnus / darüber gegeben haben / in ein Abbtey verwandelt / vnd verkhert solt werden. Also das fürbas ein Abbt auff das minst selbs siebendt Priester / in dem genanten Closter zu vnser lieben Frawen Zell wonung haben sollen / vnd da alle Tag jr Gewonlich tagzeit ordenlich singē vnd lesen vnd auch ordēlich daselbst lebē nach dē Ordē vñ leben des lieben S. Benedicten / vñ darauff Herr Friderich vō Aw see: vnd ich Jacob vō Aw obgenāt einträchtiglich mit sainē andern vnsern Frūdē / den Hochw: Fürsten / vnsern G Herrn / Herrn Johannesen Bischoff zu Regenspurg süligen Diemütiglichen mit fleissiger Gebett erbetten / das er dieselbig Abbtey Gott zue lob vnd zue ehren / der hochgelobten Königin seiner lieben Mutter / vnser Frawen Maria der ewigen Maid zu ehren / vnd auch durch vnser Dienst willen bestätten vnd vernewen wolte / der sich darumben gein vns genediglich bewisen / angesehen solch Dienst / die wir vñ vnser Vorforder dem Stifft zu Regenspurg gethan hetten / vnd auch noch wir / vñ vnser Nachkhomen hinfür thuen sollen vnd wellen zebestetigen vnd verneuen die er auch bestetiget vnd verneuert / also / dz er jm vnd seinē Nachkhomen / allen Geistlichen Gewalt gantz vnd gar / vber dz obgenant Gotshaus zue vnser lieben Frawen Zell / nach jnnhaltung seines Bestättbriefs behielt vnd behalten hat / der Gewalt vor jme Abbte zue Oberna ach zuegehört / der sich desselben / auch für sich vnd all sein Nachkhomben / gantz verzigen hat / darwider wir vnser Erben / vñ Nachkhomben / noch niemar anders vō vnsert wegē nichts redē / noch demselbē benantē vnserm G. Herrn Bischof Johannsen see: sein Nachkhōmen noch dz Gotshauß zue vnser liebē Frawen Zell daran nit engen noch jrren sollen / wollen noch mügē / klain noch groß / in khainerley weiß / vñ darauf geloben vñ versprechen wir obgenant drey Awer / auch bedächtlich / ainträchtiglich / vnd vnderwürfflich in krafft deß Briefs für vns / all vnser Erben vñ Nachkhomben / mit guten willen / bei vnser trewē / dieselb / vnser vñ vnser Vorfordern Stifft zu benantē Gotshauß zu vnser liebē Frawē Zell zween Schöpffloch / mit dē Prelatur / alß es gewidmet / vñ auf ein Abbtey bestätt ist / hinfür ewiglich mit einē Prelatē vñ Abbte haltē / vnd zue keinē andern stādt vnd wesen / nit anderst verkeheren sollē / wöllen noch mügen / in kheiner weiß / vnd wöllē auch dasselb Gotshauß / vnd einē yeglichen Abbte vnd Conuent / die jetzo seind / oder khönftig werden / vnd all jr Nachkomen hinfür ewiglichē bey allē jren Brieffen / vrkhundē / Priuilegiē / altē Freiheitē bestättigen vñ altē herkhomben / die sie von allen Bischofen / vnd vnsern Vorfordern erworben / vnd herbracht vñ jnnhaben / nichts darin besondert / noch hindan gesetzt / krefftiglich ohn alles widersprechen genzlich beleiben lassen / auch dē Abte / seinē Gotshauß vnd jren armē Leuten also mit ö bescheiden vor sein / sie dabey handhabē / beschützen vñ beschirmen mehr vnd souil als vnser aingenhafft guet / nach allē vnserm vermügen / in khainem

kraeckh/

kranckh/eintrag/noch khein vnbillliche beschwerung od' jrrung nit thuen sollen/ noch mügen/noch thuen lassen wöllen/in khainer weiß/wie man die erdencken mag/vnuerlich/vnd als vnser Vorfordern das benant Gottshauß nach notturfft bedacht vnd fürgesehen haben/vō besond' güst vnd Gutthat/ wegen mehrūg deß Gottsdienst begriffen/ wir zu clarlich leutterung mit diesem Brieff mehr notturfftiger sach vnd wöllen gehabt haben/dz wir jn füran ewiglich/wir vnser Erben vnd Nachkhomben/noch khein vnser Richter/Ambtman/noch Scherg/noch khainer der vnsern/ auff deß benanten Gottshauß Güttern in vnsern Gerichten/oder wo die gelegen sein/ weder vmb Gericht/scharwerch/noch keinerley handl/nichts zugepieten haben/ in keiner weiß/ sond' oder zu deß benantē Gottshauß armen Leuthen/oder jhren Gütern ichtß zusprechē hette/ od' gewinne/ der soll kōmen für den Abbte deß benantē Gottshaus/ od' für seinē Richter/den er darzu setzt/ vnd soll dauor vmb seinē Spruch vnd forderūg recht erfordern/vnd nembē/ vmb all sach in seinē Gottshauß/außgenōmen die drey sach/die den Tod antreffent/behalten wir vns zu richtē doch ob ein Vbeltheter begriffen würde/mit dē mügē wir geferen als recht ist/aber wz der haab vnd gutes auff deß benāten Gottshauß Gütter het od' ließ/ dz soll dem Gottshauß folgē vnd beleiben/würd aber einer hinflüchtig von jrem Guett/ mit desselben Guett/habē wir vnser Richter/noch Ambtleuth auch nichts zehandlen/deß alles vnd zeitliches besonder so jr Brieff/Vhrkhund/Priuilegia,Freyheit/vnd alles herkhomben/vnd alles das an den Brieff geschriben steet/confirmirn,krefftigen vnd bestätten wir mit guetē willem/ einträchtiglich mit crafft deß Brieffs dē obgenanten Gottshauß/dem Abbte/ vnd Conuent/ vnd allen jren Nachkhomben/vnd wz wir oder jemandts anders von vnsertwegen/wider dz alles mit jn kriegten oder rechten/ dz alles bekhesen wir jhn an aller statt/ vnd vor allen Geistlichen od' Weltlichen Gerichten behabt vnd gewussen/vnd vns gentzlich vnrecht vñ verlohren/ohn widerredt/auch so haben wir die ehegenant Stifft mit dem obgemeltē jren freyen ledigen aigen Güttern vnd Gülten/nach laut jhres Saalbuechs allein vns das Gericht/vnd die Vogtey obgemelt/vorbehalten/gemehrt/vnd zu siben ewigen Priestern mit sambt dem Abbte gegeben/gestifftet/vnd gewident/als wir auch wöllen/ dz dieselben vorgemelten eigen Stuckh/Gütter/vñ Gült nu fürbaß ewiglich vnd ohn allen abgang/ ohn vnser/aller vnser Erben vnd Nachkhomen/ auch ohn aller meniglichs von vnsert wegen jrrung vnd hindernus bey der vorgemelten vnser Stifft beleiben/ demselben Abbte/ Conuent/ vnd allen jhren Nachkhomben/ des benanten Closters vnser lieben Frawen Zell/järlich vnd vnuerzogentlich zue rechter Dienstzeit gegeben/gedient/vnd gereicht sollen werden zu jhrer behausung vnuerlich/also das wir dieselben Erb aigen stuck/ Güeter vnd Gült/mit aller zugehörung/die freyes ledigs aigen sein/ außgenomben dz Gericht/ vmb die drey sach/vñ die Vogtey vorbenät/auß vnser/aller vnser Erben vnd Nachkhōē Gewallt/nutz vnd gewer zue der ehegenāten vnser Stifft/ vnd in deß Abbts/ Conuents/ vnd in aller jrer Nachkhomben/Gewalt/ nutz vnd gewer gesetzt haben/vnd verzeichen vns auch derselben obgemelten Erbstuckh Gütter vnd Gült aller zugehörung/ an aller statt gar vnd gentzlich wissentlich in crafft deß Brieffs/also das wir/khein vnser Erben/ fründ vnd Nachkhomben noch änderst niemandt von vnserentwegen/ jetzo noch hinfüran ewiglich kheinerley nutz noch niessung gahr nichts darinn noch dauon haben/ gewarten/ begehren noch erfordern/ sonder darnach noch darauff kheinen zuspruch/ recht/ ansprach/ noch foderung nimmermehr haben/ noch nicht gewinnen sollen/ noch mügen/ weder mit Geistlichen noch Weltlichen Rechten/noch sonst in kheiner weiß/ außgenomben dz Gericht die drey sach vnd Vogtey vorberürt/ die wir auch nutz darauff haben sollen/ vnuerlich in solcher Mainung/das der Abbte/ vnd daselbst das Conuent/ die ehegenanten Erb: vnd aigen stuckh Gütter vnd Gült nu fürobas selbst zuhaben/einnemben/ wechsen/ nutzen vnnd niessen/ stifften vnnd entstifften/ vnnd allen jhren Nutz vnd frommen damit handlen vnd schicken sollen vnnd mügen nach jhrer notturfft vnnd

fuegsamkheit vnuerthon vnd vnuerkhommert/ohn vnser/all vnser Erben vnd Nachkhömben/vnd meniglichs jrrung vnd einsprechen. Wär auch/ das jn die obgemelt Gült vnd foderung Jährlich zue rechter Zeit/vnnd in maß so vergriffen ist/ nicht gereicht oder gedient/sonder jn vber jhren willen verzogen wurden/alßdann zue stundt an haben die obgemelten der Abbte/ das Conuent oder jhr Anwalt/ deme es empfolen wird/ völlige Gewalt vnd guet recht/vmb jhr verfessen Gült auff den ehegemelten jren Gütern nach laut jhres Saalbuechs/darauff jhnen solch Gülit verfessen wird/allenthalben zepfenden/mit Gericht oder ohn Gericht/ wie sie verlust/ in aller maß vnd rechten/ als wir selbst wohl gethon hetten mögen/jhnen sollen auch die Ambtleut auff denselben Güttern aller sach gehorsamb/gewertig vnd vnderthenig sein/ als sie vns vormalen vnd vnsern Vorfodern gethon haben/ sonder die Gütter vnd Gründ alle zeit vnd allenthalben Peulich vnd wesentlich haben/ vnnd ohn wissen vnd willen deß Abbts/deß Conuents/aller jhrer Nachkhomben oder jhrer Ambtleuth von denselben Gründen nichts schmölern/ khainen tailn/ versetzen noch verkauffen in khainer weiß/ vnd ob sie der ains oder männigs vberfüren/wie oder als offt sie das begeb. So haben sie vollen Gewalt vnd gut Recht/ dieselben armen Leuth zuestraffen/als ein jeder Herr sein e arme Leuth vmb solch verhandlung gestraffen vnd gethuen mag das ist auch vnser güetlicher willen vnd ernstliche mainung/ ohn vnser/aller vnser Erben vnd Nachkhommen jrrung vnnd widersprechen/ sich sollen auch die ehegemelten/der Abbte/das Conuent vnd alle die Nachkhommen sonnst mit vnd in all andern dingen vnd geistlicher haltung/ordenlich/ Geistlich/vnd Priesterlich so die Erbern/fromben/ andächtigen Geistlichen Leuthen zugehört/ halten vnd allzeit leben nach dem Orden vnd Regel deß lieben Herrn Sant Benedicten/sonder vnser Stifft vnd Gottsdienst nach vorgeschribner mainung stäts fleissig sein/ vnd sich auch sonst an andern enden/ weder singent noch Meß lesent nit verfahren/ damit der vorgemelt vnser gestiffter Gottsdienst zue vnser lieben Frawen Zell/ nicht abgang gewinne/ wär aber das sich derselben Priester einer oder mehr/ oder jhr Nachkomben also nit Priesterlich ordenlich vnnd Geistlich hielten/alß dann fromb Geistlich Leuth pflichtig seyn zethuen/ vnser/vnser Vorfordern vnd Nachkhomben/ der Stiffter in vorgeschribner maß nicht fleissig darinn abläßig oder seumig weren/ sich wieder jhren Abte/ oder Obristen setzen vnd dem wider sein wolten/wie/ wann/ oder welcher Junger oder Alter der ains oder wenniges vberfür/das wissentlich würde/so haben dann derselb Abbte/ vnd sein Oberst den oder dieselben/die solches vbertretten/zu stundt/ohn alle Gnad zustraffen/ vnd damit zugefahren nach der Regel deß lieben Herrn Sant Benedicten ohn alles widersprechen meniglicher vor derselben wegen/ darzu wür obgenant Awer/ all vnser Nachkhommen vnd ein jeder der Eltist der Vogt ist/einem Abbt/oder wem das von seinetwegen beuolchen wird schützen vnd beschirmen/vnd halten sollen/jn wo in deß zu schwer wird. Es ist auch zumercken das allweg der eltist deß Namens der Awer darzu vor alter/ oder sonst täuglich ist/Voggt Herr sein solle/in maß als der Stifftbrieff außweist/dieweil deß Namens ist/wär aber daß das Geschloß Prennberg versetzt vnd verkhaufft würde/so solle dannoch die Vogtei bei dem namen pleiben/wer auch sach das der Nam der Awer ganz abgieng/vnd nimmer soll sein/das Gott lang vor sey/so solle die Vogtei aber pleiben vnd vorbehalten/der das Geschloß Prennberg dieselben zeit ererbt vnd jnhatt/ vngeuerdt darwider sich auch ein jeder Abbte/der jetzo ist/ oder hinfür könftig wirdt/das Conuent/ vnd all jhr Nachkhomben/ nicht setzen sollen/ noch sich sonst in khainer weiß an khainen andern Schutz Herrn/ noch Vogt Herrn weder Geistlichen noch Weltlichen schlagen noch machen sollen/noch wöllen/ noch sich sonst niemandt mit nichte zu schutz vndergebē mügen dann vnder vns vnser Erben vnd Nachkhomben/ allwegen vnd als offt es deß noth geschicht/den Eltisten Awer als sie vns zuthun schuldig seyn/vnd als oben berürt ist. Alles trewlich ongeuerdt. Mehr ist vnser mainung vnd wir wöllen auch/ das dem vorgemelten Abbte/ Conuent vnd vnser Stifft zu vnser lieben Frawen vnnd allen jhren

Nach-

Nachkhoimen/nuhn fürbaß ewiglich die obgeschriben Güllt järlich nach laut ires Saalbuechs/ in jhr Stifft vnnd Closter gen vnser lieben Frawen Zell/darinn sie wohnen gedient/ vnnd geraicht sollen werden/ dieselbe Güllt alle soll dann der Abbte oder sein Anwaldt alle Jahr einnemben/ zue jhr aller vnd deß Gotshauß notturfft außgeben/ vnnd anlegen vnnd die Güllt alle gleich mit einander niessen/ sie sollen auch von solcher Güllt die benannt vnser Stifft zu vnser lieben Frawen Zell/ zue allem Gottsdienst/ so darumb beschehen mage/ nun füran auch ewiglich nach notturfft beleuchten/ alß dann zue solchem gebürt/ trewlich ohn geuer/ wir/ all vnser Erben vnnd Nachkhomen Awer zu Prennberg sollen vnnd wöllen der obgeschriben jhr Erbe/ aigen stuck/ Gütter/ Güllt/ vnnd Stifftrechts Herrn/ Stiffter/ Schirmer vnnd Vogt seyn/ wo/ gehn wem/ vnnd als offt es noth beschicht/ alles trewlich vnnd vngeuehrlich/ wann wir auch wöllen das solche vnser obgemelte Stifft/ von vns/ vnser Erben vnnd Nachkhomben noch von ander niemandt nicht gemindert/ abgezogen noch geschmelt/ sonder gefürdert vnd geschirmet werden soll/ als wie deß solcher vnser Stifft als die rechten Stiffter zuthuen pflichtig sein/ vnnd daß das allem von anfang vnz zum Endt wie der gegenwertig vnser Stiffbrieff allenthalben auß weist/ also ewig vnnd gantz stätt vnnd vnzerbrochen beleib/ deß alles zu einem stätten vhrkhundt der Warheit geben wir obgenant. Jacob/ Caspar vnnd Oßwaldt die Awer zue Prennberg den Brieff besigelt mit vnser aller dreyer aigen anhangenden Jnsigeln/ vnnd verbinden vnns darunder vnuerschaidenlich zu einander mit vnsern Trewen an Aydesstatt für vnns/ vnser Haußfrawen all vnser Erben vnnd Nachkhomben/ alles das war vnnd stätt zuehalten so hieuor an dem Brieff geschriben steet/ der geben ist am Mittwochen nach vnser lieben Frawen Tag Natiuitatis, als man zehlt nach Christi Geburt/ vierzehenhundert/ vnnd darnach im drey vnnd fünffzigisten Jahr.

CATALOGVS Prælatorum Monasterij S. MARIÆ Cellæ.

Locum hunc inhabitarunt Eremitæ, ab anno 1317. vsque ad ann. Dñi. 1351. quando erectus fuit in Prioratum.

Priores.

I. CONRADVS primus Prior, cœpit an. 135. ob. an. 1389.

II. IOANNES bonus pater famil. & sedulus è vita migrauit an. 1396.

III. ERHARDVS canonicè electus an. 1396. denascitur an. 1407.

IV. LEONARDVS Erhardi successor moritur an. 1425. vltimus in ordine Priorum. Consilio enim & opera trium fratrum, IACOBI, CASPARI & OSWALDI Auuerorum de Prennberg Prioratus in Abbatiam mutatus fuit, an. Dñi. 1453.

Abbates.

I. CONRADVS Pläbel Wörtensis primus Abbas ex Monasterio Reichenbach postulatus an. 1426. moritur an. 1444.

Vacante sede administrationem Monasterij gessit P. Ioannes Prior ab an. 1444. vsque ad an. 1453.

II. CASPAR Wilbrandt, Abbas cœpit an. 1453. ob. an. 1482.

III. THOMAS eligitur an. 1482. & affecta ætate diem obiit vltimum an. 1497. Quo tempore Barones de Stauff & Erenfels, in Prennberg & Sünching priuilegium Romæ impetrarunt, vt deinceps quilibet Abbas infulatur.

IV. IACOBVS primus infulatus præficitur anno 1497. migrauit è vita ann. 1505.

V. CYRIACVS, præfuit ab anno 1505. vsque ad an. 1517.

VI. VITVS electus an. 1517. propter certas causas & quorundam importunitatem, è Monasterio clàm discessit an. 1522.

P. Iohannes Staudenhöchtel Prior, Monasterij Abbate & Conuentu destituti gessit, vsque ad annum 1558. quo viuere desiit. Damnorum quæ Monasterium tunc, & pluribus annis subsequentibus perpessum fuit, auctores fuerunt Nuspergeri, qui paupertatem loci prætexentes tantam, quod neque Abbas nec Conuentus sustentare possent, redditus Monasterij suis vsibus applicuerunt.

Mortuo Ioanni Priori, subrogarunt Nuspergeri & Raineri anno 1558. Balthasarum Lauthenschlager Laicum, hæresi Lutherana infectum, qui Monasterium Mariæ Cellæ, & Præfecturam Prennbergen. simul administrauit: quem in eodem munere exceperunt sub iisdem Dominis eiusdem farinæ homines.

Leonhardus N.
Blasius Has.
Balthaser Lauttenschlager.
Iohannes Sündt, amotus propter rem malè gestam in summa paupertate miserrimè obiit.
Georgius Kalmöder.

Cœpit tandem Monasterio serenior spirare aura, & salubrior. cum anno 1582. præeunte legato Apostolico R. P. Feliciano Episcopo Scalen. & Ratisbonen. Ecclesiæ Abbas VII. ad Generalis Vicarij Ratisponen. D. Iacobi Mulleri instantiam per Abbatem Monasterij Oberaltach, nominatus, & Ratisponam missus, indeque Monasterio Mariæ Celleñ. præfectus fuit an. 1582. qui resignauit die 28. Aprilis, an. 1609.

Successit PETRVS dictus Widmann de Castro Wörth, eo tempore Prior & Vicarius in monte B. Mariæ Virginis Pogen, & Conuentualis monasterij Oberaltach, postulatus in Abbatem die 29. Aprilis, anno 1609. confirmatus & consecratus Ratisbonæ die 13. Iunij eiusdem anni.

BEATAE MARIAE VIRGINIS MONACI COLLEGIVM CANONICORVM *Regularium.*

ALBERTVS Dux Bauariæ hoc Collegium magnis laboribus & impensis fundauit, & duo Collegia Illmünster, cum reliquiis D. Arsatij, & Schliers ex rure, ab dem Gew huc transtulit, ac vniuit, Anno 1499. cui translationi quidam Canonici, præsertim autem Sixtus Episcopus Frisingensis, ordinarius vtriusque loci vehementer se opposuerunt: Sed Dux hoc à Pontifice Maximo impetrauit, à quo & confirmatio facta est. Instituti sunt ibi Præpositus, qui habet duas integras portiones duarum præbendarum. Item Decanus, qui tantundem habet, & 14. Canonici, inter quos & Decanus numeratur: Inter istos deberent esse quinque Doctores vel Licentiati, quinque Nobiles, & ex ciuibus, qui sint honestæ familiæ, & insignia nobilitatis habeant, quatuor. Collatio omnium istorum beneficiorum est penes Principes Bauariæ.

PRIMVS Præpositus ibi factus est Ioannes Neunhauser, Decanus Ratisbonensis, Cancellarius Alberti, Ducis Bauariæ, vir industrius, circa Annum 1500. erat ex Nobili familia Bauariæ, sed naturalis tantùm, qui donauit huic officio Præposituræ eam domum, quæ adhuc Prępositurę dicitur, eamque refecit, vnà cum horto ante Wurtzer Thor sitam. Idem Diuæ Virgini dono dedit auream crucem preciosis lapidibus ornatam, precij 335. florenorum; instituit etiam ibi perpe-

perpetuam Missam super altare S. Georgij, cuius tamen Capellanus, Leuitæ quoq; ministerio fungatur.

Anno Dñi 1271. diuæ Virginis Capella seu Sacellum separatum est à Parochia S. Petri, ac per se Parochia facta, consecrata per Conradum Frisingensem Episcopum in vigilia S. Catharinæ. Ita Ioan. Auent. in suamet translatione Annalium, quod in Latino omisit.

LVDOVICVS Imperator quartus instituit ibi quotidianã ac perpetuam Missam celebrari, in summo seu altari Chori.

LVDOVICVS Marchio Brandeburgensis, filius, præsentauit Capellanum suum, Vlricum de Berchtolshouen, Alberto Frisingensi Episcopo, quem Auunculum suum vocat, Anno. 1353. Erat enim Albertus hic Comes de Hocẽhberg & Haigerloch, Ludouici Marchionis Auia materna erat eiusdẽ familiæ.

Anno Dñi 1468. inceptum est amplissimum ac augustissimum Templum B. Mariæ virginis in Monachio destructa veteri Capella, quæ indies crescentem multitudinem plebis ampliùs non poterat capere, finitum & perfectum largitionib. præcipuè Ducum Bauariæ, ac piorum hominum eleemosynis, ex coctis laterib. præter fundamenta eius. an. Dñi.

ALBERTVS Dux, cùm animaduertisset nouum illud Templum pluribus' sepulturis nouis & lapidibus repleri, consilio habito cum ciuibus Monacensibus, seuere hoc inhibuit; exceptis illis familiis, quæ in veteri Templo ius sepulturæ habuerunt; ita tamen vt omnes de eadem familia non ampliùs quàm vnum sepulchralem lapidem ibi haberent, ac nullos alios ex familia admitterent.

Item excepti erant quoq; Cappellani Missarum ibi, quib. etiam vnus lapis permissus est; ita vt quæuis Capella illius Templi non plures quàm duos habeat lapides, vnum pro familia fundatorum, alterum pro Capellano. Factum est hoc an. Dñi 1480. quæ hodie malè obseruantur.

ADDITIONES.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. *Romani* Pontificis prouidentia circumspecta, ad ea libenter intendit, per quæ animarum occurrit periculis, ac quarumlibet, præsertim pontificali dignitate fulgentium & sublimium personarum indemnitatib. prouidetur. Sane pro parte dilecti filij Nobilis Viri *Alberti Bauariæ* Ducis nobis nuper exhita petitio continebat, quod licet Beatæ *Mariæ* virginis & sancti *Petri* Opidi *Monacens. Frisingen.* Diœces. parrochiales Ecclesiæ ad omnimodam Venerabilis fratris nostri moderni, & pro tempore existentis Episcopi *Frisingen.* dispositionem pertineant, illarum tamen occurrente vacatione ipse modernus, & qui pro tempore fuit Episcopus *Frisingen.* illas ad præfati *Alberti*, & pro tempore existentis *Bauariæ* Ducis supplicationem personis per *Albertum* & Ducem pro tempore existentẽ huiusmodi nominatis conferre, & de illis etiam prouidere persæpe consueuit. Quia tamen nonnunquam contigit Episcopum ipsum diuersis ductum respectibus de eisdem Ecclesiis, cum vt præfertur vacant aliis quam per eundem Ducem nominatis personis, quarũ aliquæ in eisdẽ Ecclesiis non residebant, nec illis per se ipsæ deseruiebant prouidere, indignationes & rancores inter Episcopũ & Ducẽ præfatos instantib. earundẽ Ecclesiarum parrochianis oriuntur. Quapropter vt plurimũ inter eos ad deteriora deuenitur, in non modicum vtriusq; Ducis & Episcopi prædictorũ displicentiã, ac malum exemplum & scandalũ plurimorum, vnde si *Alberto* ac hæredibus & successoribus suis pro tempore existentibus

tibus *Bauariæ* Ducibus jus patronatus & præsentandi personas idoneas ad eas-dem Ecclesias, cum eas pro tempore simul vel successiue vacare contigerit perpetuis futuris temporibus reseruaretur & concederetur *Alberti* & successorum, suorum statui ac parochianorum animarum saluti, & Episcopi tranquillitati, nec non Ecclesiarum & opidi prædictorum felici regimini oportunè consuleretur. Quare pro parte dicti *Alberti* Ducis asserentis opidum prædictum inter alia Ducatus *Bauariæ* opida insigne, & nobilius, seque Palatinum & *Rheni* Comitem existere, nobis fuit humiliter supplicatum, vt sibi pro se ac hæredibus & successoribus suis pro tempore existentibus *Bauariæ* Ducib. jus patronatus & præsentandi personas idoneas ad eas dem Ecclesias cum eas pro tempore simul vel successiue vacare contigerit, perpetuis futuris temporibus reseruare & concedere, aliasque in præmissis oportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos qui illius in terris vicis gerimus, qui pacem & concordiam nutrit, ac in quorum manibus idem *Albertus* Dux etiam asserens jus patronatus & præsentandi personas idoneas ad beatæ *Mariæ* in *Linkirchen* & sancti *Laurentij Mainburg* parrochiales Ecclesias *Ratisponen.* diœcesf. cum illas pro tempore vacare contingit; ad eum successores suos *Bauariæ* Duces pertinere, ac se in pacifica possessione vel quasi juris patronatus ac præsentandi personas jdoneas ad Ecclesias *Ratisponen.* dioc. huiusmodi dum pro tempore vacant, existere, juri patronatus & præsentandi personas jdoneas ad beatæ *Mariæ* in *Linkirchen* & sancti *Laurentij* Ecclesias huiusmodi, per dilectum filium *Georgium Drachssel* Canonicum *Ratisponen.* procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, sponte, & libere cessit, quique cessionem ipsam duximus admittendam huiusmodi supplicationibus inclinati ad beatæ *Mariæ* virginis & sancti *Petri Alberto* & hæredibus *Bauariæ* Ducibus: nec non ad beatæ *Mariæ* in *Linkirchen*, & Sancti *Laurentij* Ecclesias prædictas, cum illas pro tempore vacare contigerit vt præfertur, ius patronatus & præsentandi personas idoneas moderno & successoribus suis *Frisingen.* Episcopis pro tempore existentibus huiusmodi respectiue, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo reseruamus atque concedimus. Non obstantibus constitutionib. & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginâ nostræ reseruationis, & concessionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum*, anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo septuagesimo octauo, Octauo Id. Iunij, Pōtificatus nostri anno septimo.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romanum decet Pontificem ad ea libenter intendere, per quæ concessa per eū præcipuè sublimibus personis semotis obstaculis quibuscunque, debitū sortiantur effectum: Dudum siquidem ex certis rationabilibus causis tunc expressis dilecto filio nobili viro *Alberto Bauariæ* Duci, & eius successoribus Bauariæ Ducibus qui pro tempore forent, ius patronatus, & præsentandi venerabili fratri nostro *Sixto* moderno & pro tempore existenti Episcopo *Frisingensi* personas jdoneas ad beatæ *Mariæ* Virginis, & sancti *Petri* Opidi *Monacens. Frisingen.* dioc. parrochiales ecclesias dum illas ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus vacare contingeret, data propterea dicto Episcopo, ad cuius omnimodam dispositionem pertinebant, certa recompensa per alias nostras litteras gratiose concessimus, prout in illis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita

bita nobis nuper pro parte dicti Alberti Ducis petitio continebat, ipse dubitet ne contingat interdum facta per eum, aut pro tempore existentem Ducem *Bauariæ* Episcopo præfato præsentatione personarum ydonearum ad dictas ecclesias, præfatum modernum, & pro tempore existentem Episopum *Frisingen.* denegare vel differre, earundem sic præsentatarum institutionē expedireque in huiusmodi euentum præsentatas personas prædictas ad loci Metropolitan: aut sedem Apostolicam recurrere pro obtinenda institutione huiusmodi, in non modicum personarum earundem grauamen. Pro parte dicti *Alberti* Ducis nobis fuit humiliter supplicatum, vt quod in huiusmodi negationis vel dilationis euentum quælibet persona in dignitate ecclesiastica constituta aut in Metropolitan. vel alia Cathedrali ecclesia Canonicatum & præbendam obtinens, desuper pro parte personę præsentatæ huiusmodi requisita, eandem personam ydoneam præsentatam in Rectorem illius ex ecclesiis prædictis ad quam præsentata foret, instituere posset concedere, aliasque super hiis oportunè prouidere, de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui honestis quorumlibet supplicum votis libenter annuimus, & personas quaslibet præsertim ecclesiasticas ab inutilibus laboribus & impensis, quantum nobis fas esse cognoscimus releuare curamus. Carissimi in Christo filij nostri *Friderici* Roman: Imperatoris semper Augusti nobis super hoc humiliter supplicantis & huiusmodi dicti *Alberti* Ducis supplicationib. inclinati, volumus, & apostolica auctoritate statuimus, quod si contingat de cætero quandocunque perpetuis futuris temporibus, facta per præfatum *Albertum*, & pro tempore existentem Ducem *Bauariæ* præsentatione, ad præfatas Ecclesias, aut aliquam ex earum dum pro tempore vacabunt, de persona idonea, Episcopo *Frisingensi* vel eius Vicario in spiritualibus generali, seu officiali personas, seu personam, sic præsentatas, seu præsentatam non institui infra octo dies post præsentationem huiusmodi immediate sequentes, quælibet persona in ecclesiastica dignitate constituta, aut in Metropolitan. vel alia Cathedrali ecclesia Canonicatum & prębendam obtinens, super hoc pro parte personæ præsentatæ huiusmodi requisita eandem personam ydoneam præsentatam in Rectorem Ecclesiæ, ad quam præsentata foret, apostolica auctoritate instituere liberè & licitè valeat in omnibus & per omnia perinde, ac si eidem personæ, seu Canonico id nominatim per sedem Apostolicam & specifice commissum foret, decernentes prioribus nostris litteris prædictis super concessione dicti iuris patronatus & præsentibus nostris litteris, & in eis contentis, per quascunque litteras & concessiones, quæ in contrarium à sede præfata hactenus emanassent, vel emanarent imposterum, non censeri derogatum, nec eiusdem sedis esse intentionis derogandi, nisi solum & duntaxat, dum, & quotiens id antequam sedes ipsa ad derogationem ipsam procedat per sedem ipsam fuerit intimatum *Alberto*, & pro tempore existenti duci *Bauariæ* prædicto, per diuersas litteras eiusdem sedis sub diuersis datis, cum interuallo duorum mensium inter priorum & posteriorum litterarum huiusmodi concessionem confectas, & eidem duci præsentatas, intentionis dictę sedis fore iuri patronatus & prioribus ac posterioribus litteris nostris huiusmodi, ea vice duntaxat derogare, nec non irritum & inane si secus super hijs ā quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari: non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, constitutionis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. *Ro-*

mæ apud sanctum *Petrum*, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quadringentesimo, septuagesimo nono, octauo Kalend. May, Pontificatus nostri anno octauo.

Sinolfus.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Roman: Pontifex qui super vniuersas orbis Ecclesias obtinet diuina dispositione primatum nonnullarũ ex eisdem Ecclesiis statum aliquando immutat aliasinterdum specialib. honorib. attolendo præcipue dum Catholicorum Principum id exposcit deuotio & causſæ rationabiles persuadent ac in domino conspicit salubriter expedire. Sanè accepimus quod S. *Vdalrici* in *Habach* & S. *Arsacij* in *Illmunster* locis ruralib. & solitariis temporali dominio dilecti filij Nobilis viri *Alberti* Comitis Palatini *Rheni* altæ & bassæ *Bauariæ* Duci subiectis *August.* *Moguntinen.* Prouincię, & *Frising.* dioc. Collegiatæ Ecclesiæ fore noscuntur ad quas propter locorum huiusmodi solitudinem pauci Christifideles confluere consueuerant, ꝓpter quod ipsarũ Ecclesiarũ canonici & alij in illis ꝓpetui Beneficiati circa decantandas horas Canonicas & alia diuina officia inibi celebranda admodũ negligentes se constituunt, ac vitam inhonestam & dissolutã ducunt. Verũ si in singulis ecclesiis præfatis Præpositura quæ principalis & Decanatus quę non tamẽ principalis dignitates inibi existũt, & in qualibet dictarũ ecclesiarum tres Canonicatus & totidẽ præbendę qui in suis fructibus, redditib. & prouentib. aliquantulũ tenues ad præsens existũt supprimerẽtur & extinguerẽtur, & parrochialis ecclesia B. *Mariæ* virginis sita in insigni Opido *Monachó* nuncupato dictæ *Frisingen.* dioc temporali dominio eiusdem Ducis subiecto, & in quo præfatus Dux suam personalem residentiam facere consueuit, quæ admodum notabilis Ecclesia reputatur, & de iure patronatus ipsius *Alberti* Ducis existit, ac in qua claræ memoriæ *Ludouicus* Roman. Imperator vnus ex prædecessoribus suis requieſcit, ipseq; *Albertus* Dux propter specialem deuotionem quam ad illam habet suam ibidem elegit sepulturam in Collegiatam Ecclesiam cum sigillo Archa communi & aliis Collegialibus insigniis ac in ea vna præpositura principalis & vnus Decanatus non tamen principalis dignitates ad instar aliarum Collegiatarum ecclesiarum illarum partium erigerentur & instituerentur, nec non Canonicatus & præbendæ dictarum sancti *Vdalrici* & & sancti *Arsacij* ecclesiarum qui post suppressionẽ & extinctionẽ prædictas duodecim Canonicat⁹ & totidẽ præbendæ erunt, nec nõ Canonici illa obtinẽtes ad dictã erigendã ecclesiam, in qua quam plura simplicia beneficia ecclesiastica p eundem *Ludouicũ* Imperatorẽ fundata existunt, cum omnibus eorũ bonis, fructibus, redditib. & prouentib. transferrentur. Ita quod fructus, reddit⁹ & proũctus huiusmodi inter duodecim Canonicos æqualiter diuiderentur, Præpositus verò & Decan⁹ pro tẽpore existens dictæ erigendæ Ecclesiæ duplicẽ portionem haberent, ac ius patronat⁹ & præsẽtandi personã ydoneã ad præpositurã erigendã huiusmodi præfato *Alberto* de cuius etiã iure patronat⁹ præpositura dictæ Ecclesiæ S. *Arsacij* existit & succeſſorib. suis altæ & bassæ *Bauariæ* huiusmodi Ducibus pro tempore existentib. perpetuo reseruaretur & concederetur profecto ex dictis duob. ruralib. Collegiis vnũ insigne & notabile Collegium fieret, prę fatiq; Canonici propter loci dignitatẽ & populi confluentiã ac Principis deuotionem & personalem residentiam ad diuina officia inibi deotè & laudabiliter celebranda diligentiores & attentiores redderentur, ex quo diuinus cultus cum populi deuotione inibi plurimum augeretur, idque ad spiritualem con-

lem consolationem populi eiusdem opidi ac animarum salutem cederet, præfatus quoque dux fructus redditus & prouentus mensæ Capitularis dictæ erigẽdę Ecclesię continuè augmentare studeret, ipsamque erigendam Ecclesiam priuilegiis & libertatibus honorificè decoraret. Nos igitur qui decorem domus Dei ac diuini cultus augmentum sinceris desideriis affectamus, præfatum *Albertum* ducem à quibuscunque excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis siquibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutũ fore censentes motu proprio non ad ipsius ducis vel alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate in sancti *Vdalrici* & sancti *Arsacii* Eccesiis prædictis præposituras & decanatus præfatos, & vt Præpositus, Decanus, & Canonici in dicta erigenda Ecclesia deputandi honestius viuere & onera eis incumbentia facilius sufferre valeant in qualibet sancti *Vdalrici* & sancti *Asiacij* ecclesiarum prædictarum tres Canonicatus & totidem præbendas quos primo per cessum vel decessum illos ad præsens obtinentium vacare contigerit ex nunc, alias tamen absque præiudicio Præposituras, Decanatus & Canonicatus & præbendas huiusmodi ad præsens obtinentium quoad vixerint auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo penitus supprimim⁹ & extinguimus, nec non præfatam ecclesiam beatæ Mariæ in Collegiatam Ecclesiam cum sigillo & Archa communibus ac aliis Collegialibus insigniis, nec non in ea vnam Præposituram principalem pro vno Præposito qui caput Capituli existat, ac præeminentiam in eadem ecclesia, prout habent Præpositi aliarum Collegiatarum Ecclesiarum illarum partium habeat, & vnum Decanatum non tamen principalem inibi dignitates pro vno Decano dummodo ex hoc alicui præiudicium alias non fiat, auctoritate & tenore præmissis erigimus & instituimus, ac Canonicatus & præbendas dictarum sancti *Vdalrici* & sancti *Arsacij* ecclesiarum, qui postquam suppressio & extinctio prædictę suum sortitę fuerint effectum duodecim erunt vt prefertur, & Canonicos illos obtinentes cum omnibus & singulis eorum bonis, fructibus, redditibus, & prouentibus ad dictam erectam ecclesiam transferimus, quodque fructus, redditus, & prouentus huiusmodi inter duodecim Canonicos equis portionibus diuidantur, Prępositus verò & Decanus pro tempore existentes dictę sic erectę Ecclesię duplicem portionem habeant motu auctoritate & tenore prefatis statuimus & ordinamus. & nihilominus ius patronatus & presentandi personam ydoneã & Prępositurã sic de nouo erectam, nec non decanatũ, Canonicat⁹, & prębendas aliaq; beneficia ecclesiastica oĩa & singula in dicta erecta ecclesia fundata & imposterum fundanda, nec non ad S. *Vdalrici* & S. *Arsacij* Ecclesias huiusmodi pro hac prima vice & quotiens illa vacare contigerit Alberto duci de cuius etiam iure patronatus Prępositura Ecclesię sancti *Arsacij* huiusmodi vt prefertur existit, & successoribus prefatis eisdem motu, & auctoritate perpetuò reseruamus & concedimus. Et insuper Pręposito, decano, & Canonicis prefatis, vt in habitu ecclesiastico tâm estiuali quàm hyemali temporibus Prępositis, decanis, & Canonicis' ecclesiarum Collegiatarum earum partium se conformare possint & debeant harum serie indulgemus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac statutis & consuetudinibus sancti *Vdalrici* & sancti *Arsacij* Ecclesiarũ prędictarum iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis nec non quibusuis generalibus vel specialib. reseruationibus de dignitatibus principalibus in Collegiatis ecclesiis per sedem apostolicam pro tempore factis cæterisq; contrariis quibuscunq;. Volumus au-

tem quod sancti *Vdalrici* & sancti *Arsacij* ecclesiæ prædictę quę parrochiales sunt debitis propterea non fraudentur obsequiis & animarum cura in eis nullatenꝰ negligatur, ac alia eorum onera consueta, congruè supportentur. Quodque si cõtingat dictũ ducẽ presentare ad aliqua ex beneficiis p̃dictis dicta Præpositura ac beneficiis alias de iure patronatus dicti ducis vel aliorum laicorum in ecclesia huiusmodi existentibus duntaxat exceptis in Mensibus apostolicis pro tempore vacaturis quorum singulorum fructus, redditus, & prouentus, viginti quatuor florenorum auri de Camera secundum communem extimationem valorẽ annuum excedant, personæ sic præsentatæ & institutæ infra sex menses ex tunc computandos nouam prouisionem super illis à sede apostolica impetrare & litteras apostolicas desuper totaliter expedire teneantur. Alioquin dicta beneficia vacare censeantur eo ipso. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, translationis, statuti, ordinationis, reseruationis, concessionis, indulti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum*. anno incarnationis Dominicæ Millesimo, quadringentesimo, nonagesimo secundo, tertio Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno octauo.

P. Tuba.

ALEXANDER Episcopus, seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Apostolicæ sedis benignitas consueta circa ea, quæ ad diuini nominis laudem pertinent semper intenta pia Catholicorum Principum desideria specialibus fauoribus libenter prosequitur & alias eorum votis benigne annuit, precipue dum ex illis diuinus cultus augetur & personis altissimo famulantibus in suis necessitatibus prouidetur, ac alias conspicit in domino salubriter expedire. Sane dudum per felicis recordationis *Innocentium* PP. VIII. prædecessorem nostrum accepto, quod sancti *Vdalrici* in *Haebach* & sancti *Arsacij* in *Illmunster* locis ruralibus & solitariis temporali dominio dilecti filij Nobilis viri *Alberti* Comitis Palatini *Rheni* altæ & bassæ *Bauariæ* Ducis subiectis *August. dioc. Moguntinen.* Prouincię, & *Frisingen.* dioc. Collegiatæ Ecclesiæ fore noscebantur, ad quas propter locorum huiusmodi solitudinem pauci Christi fideles confluere consueuerant, & ob hoc ipsarum Ecclesiarum Canonici & alij in eis perpetui Beneficiati, circa decantandas horas Canonicas & alia diuina officia inibi celebranda admodum negligentes se constituebant, ac vitam inhonestam & dissolutam ducebant, quodque si in singulis ecclesiis præfatis Præpositura quæ principalis & Decanatus qui non tamen principalis dignitates inibi existebant, & in qualibet dictarum ecclesiarum tres Canonicatus & totidem præbendę qui in suis fructibus, redditibus, & prouentibus aliquantulum tenues erant supprimerentur & extinguerentur, ac parrochiales ecclesia Beatæ *Mariæ* virginis sita in insigni Opido *Moniaco* nuncupato, dictæ *Frising* dioc. temporali dominio eiusdẽ ducis subiecto, & in quo præfatus Dux suã residẽtiã facere consueuerat, quæadmodum notabilis Ecclesia reputabatur, & de iure patronatus ipsius ducis erat, & in qua corpus claræ memorię *Ludouici* Rom: Imperatoris

vnius

vnius ex prædeceſſoribus ſuis *Bauariæ* ducibus requieſcebat ipſeq; *Albertus* Dux propter ſpecialē deuotionem quam ad illam habebat ſuam inibi ſepulturā elegerat in Collegiatam Eccleſiam cum ſigillo Archa communi & aliis Collegialibus inſigniis, & in ea vna præpoſitura principalis & vnus decanatus non tamen principalis dignitatis ad inſtar Collegiatarū eccleſiarū illarum partiū erigerentur & inſtituerentur, nec non Canonicatus & præbendæ S. *Vdalrici* & S. *Arſaeij* eccleſiarum prædictarum qui poſt ſuppreſſionem huiuſmodi duodecim Canonicatus & totidē præbendæ eſſent nec non Canonici illos obtinentes ad dictam tunc erigendā eccleſiam in qua plura ſimplicia beneficia eccleſiaſtica per eundem Ludouicum Imperatorem fundata erant cum omnib. eorum bonis, fructibus, redditibus, & prouentib. transferrētur, ita quod fructus, redditus, & prouētus huiuſmodi inter duodecim Canonicos æqualiter diuiderentur, Præpoſitus verò & Decanus pro tempore exiſtentes ipſius erigendæ Eccleſiæ duplicē portionem haberent ac ius patronat⁹ & præſentandi perſonam ydoneā ad Prępoſiturā erigendam huiuſmodi præfato *Alberto* Duci, de cuius etiā iure patronat⁹ Prępoſitura dictę eccleſiæ S. *Arſacij* exiſtebat & ſucceſſorib. ſuis altæ & baſſæ *Bauariæ* ducib, pro tēpore exiſtentibus perpetuo reſeruaretur & concederetur profecto ex dictis duob. ruralib. Collegiis vnum inſigne & notabile Collegium fieret prędictiq; Canonici propter loci dignitatē & populi confluentiam ac Principis deuotionem & perſonalem reſidentiam ad diuina officia inibi deuotè & laudabiliter celebranda diligentiores & attentiores redderentur, ex quo cultus diuinus cum populi deuotione inibi plurimum augeretur, idque ad ſpiritualem consolationem populi eiuſdem opidi ac animarum ſalutem cederet, præfatus quoq; dux fructus menſe Capitularis dictæ Eccleſiæ continue augmentare ſtuderet, ipſamque eccleſiam priuilegiis & libertatibus honorificè decoraret, præfatus Innocentius prædeceſſor per ſuas litteras motu proprio in S *Vdalrici* & S. *Arſacij* eccleſiis prædictis Præpoſituras & Decanatus præfatos, & vt Præpoſitus. Decanus, & Canonici in dicta erigenda Eccleſia deputandi honeſtius viuere & onera eis incumbentia facilius ſupportare valerent, in qualibet S. *Vdalrici* & ſancti *Arſacij* Eccleſiarum prædictarum tres Canonicatus & totidem præbendas quos tunc primo per ceſſum vel deceſſum ſeu quamuis aliam dimiſſionem illos obtinentium vacare contingeret, extunc abſque tamen præiudicio præpoſituras, Decanatus, ac Canonicatus & præbendas tunc obtinentium qnoad viuerēt auctoritate apoſtolica penitus ſuppreſſit & extinxit, ac præfatam eccleſiam beatæ *Mariæ* in Collegiatam eccleſiā cum ſigillo & archa communibus ac aliis Collegialibus inſigniis, nec non in ea vnam Prępoſituram principalem pro vno Præpoſito qui caput Capituli eſſet & præeminentiam prout alij Præpoſiti aliarum Collegiatarum eccleſiarum illarum partium habent, haberet & vnum Decanatū pro vno Decano dummodo ex hoc præiudicium non generaretur erexit & inſtituit ac Canonicatus & præbendas dictarum ſancti *Vdalrici* & ſancti *Arſacij* Eccleſiarum qui poſtquam ſuppreſſio huiuſmodi eſſet ſortita effectum duodecim eſſent & Canonicos illos obtinentes cum omnibus & ſingulis illorū bonis ac fructibus, redditibus, & prouentibus, ad dictam Eccleſiam ſic erectam tranſtulit, quodque fructus, redditus & prouentus huiuſmodi inter duodecim Canonicos æquis portionibus diuiderentur, Præpoſitus verò & Decanus pro tempore exiſtentes duplicem portionem haberent, ſtatuit & ordinauit, nec nō ius patronatus & præſentandi perſonas ydoneas ad Præpoſituram, Decanatū, Canonicatus & præbendas, aliaque beneficia eccleſiaſtica omnia & ſingula in dicta erecta eccleſia fundata & fundanda, ac ad ſancti *Vdalrici* & ſancti *Arſacij* eccleſiam huiuſmodi pro prima vice, & quotiens illā vacare contingeret

Alberto Duci & succeſſoribus præfatis eiſdem motu & auctoritate perpetuo reſeruauit & conceſſit. Et inſuper Præpoſito, Decano, & Canonicis præfatis vt in habitu Eccleſiaſtico tàm æſtiuali quam hiemali temporib. Præpoſitis, Decanis, & Canonicis aliarum Collegiatarum eccleſiarum illarum partium ſe conformare poſſent & deberent indulſit, prout in eiſdem litteris plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Alberti Ducis petitio cõtinebat, pauci Chriſti fideles non ſimpliciter prout in dictis litteris expreſſum, fuit, ſed reſpectu aliarum Collegiatarum Eccleſiarum in locis inſignibus conſiſtentium ad dictas ſancti *Vdalrici* & ſancti *Arſacij* Eccleſias confluere conſueuerint, & dicti Canonici non ita abſolutè circa diuina officia negligentes ſint, nec inhoneſtam & diſſolutam vitam ducant, ſed non ita diligentes ſint ſicut deberent & vitam clericali ſtatui ita conuenientem ſicut deceret non ducant, & propterea dictus *Albertus* Dux dubitet litteras prædictas de ſurreptionis vitio notari poſſe, ipſeque Dux cupiat non in dicta eccleſia ſancti *Vdalrici*, ſed in eccleſia ſancti *Sixti* in *Schlierſee* dictæ *Friſingen.* dioc. Præpoſituram & Decanatum & non tres ſed duos tantum Canonicatus & totidem præbendas extingui, ac omnes tàm ſancti *Sixti* quam ſancti *Arſacij* Ecoleſiarum prædictarum Canonicatus & præbendas ac Canonicos ac alterius illarum Præpoſituram & Decanatum vſque ad tempus vacationis eorundem ac illius Præpoſitum & Decanum illico poſtquam quoad vnius earundẽ eccleſiarum Præpoſituræ & Decanatus extinctio huiuſmodi ſuum ſortita fuerit effectum ad ipſam erectam eccleſiam transferri, ac omnia & ſingula quæ in prædictis litteris de eccleſia ſancti Vdalrici illiuſque Præpoſitura, Decanatu, Canonicatibus & præbendis expreſſa ſunt, ad Eccleſiam ſancti Sixti illiuſque Præpoſituram, Decanatum, ac Canonicatus, & præbendas referri & de illis intelligi debere, præcipuène ex hoc fiat præiudicium Venerabili fratri noſtro Epiſcopo *Auguſten.* in cuius dioc. eſt ipſa eccleſia ſancti *Vdalrici* & opidum prædictum eſt in dioc. *Friſingen.* ac ſingulis præbendis dictæ Eccleſię S. *Vdalrici* ſint annexę ſingulę parrochiales eccleſię quibus non ita diligenter deſeruiretur & propterea ex hoc ſcandala & animarum pericula ſubſequi poſſent. Et ſicut eadem petitio ſubiungebat ſi tria ſimplicia perpetua beneficia Eccleſiaſtica in dicta erecta Eccleſia exiſtentia quę de iure patronatus dicti Ducis exiſtunt Menſæ capitulari ipſius erectę Eccleſię pro augmento quotidianarum diſtributionum perpetuo vnirentur, annecterentur, & incorporarentur ex hoc profectò Præpoſitus, Decanus, & Canonici in ſuis neceſſitatibus aliquod ſuſciperent releuamen pro parte præfati Ducis' nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt dicta tria beneficia eidem menſæ perpetuo vnire, annectere, & incorporare aliaſque in præmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis vniri tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum cõmunem extimationem tàm beneficij vniendi quam illius cui aliud vniri peteretur alioquin vnio non valeret & ſemper in vnionibus' fieret commiſſio ad partes' vocatis quorum intereſſet præfatum *Albertum* Ducem à quibuſcunque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & pœnis â iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſſa latis' ſiquibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium duntaxat conſequẽdum harum ſerie abſoluentes & abſolutum fore cenſentes ac tam Menſæ Capitularis quã trium beneficiorũ prædictorũ, fructuum, reddituum & prouentuũ veros annuos valores præſentib. pro expreſſis habentes huiuſmodi ſup-

di supplicationibus inclinati volumus, & apostolica auctoritate prædicta decernimus quod litteræ prædictæ cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis à dant præsentium valeant plenamq; roboris firmitatem obtineant in omnibus, & per omnia perinde ac si in eisdem literis quod pauci Christi fideles ad sancti Vdalrici & sancti Arsacij ecclesias prædictas respectu aliarum Collegiatarum ecclesiarum in locis insignibus consistentium confluere consueuerant, & illarum Canonici circa horas canonicas decantandas & alia diuina officia inibi celebranda non ita diligentes, vt debebant se exhibebant & vitam clericali statui, vt decebat conuenientem non ducebant expressum fuisset. Et nihilominus non in dicta Ecclesia sancti *Vdalrici*, sed in ecclesia sancti *Sixti* huiusmodi Præpositura & Decanatum ac duos Canonicatus & totidem præbendas tantum extinctos, nec non omnes & singulos tàm sancti *Sixti* quàm sancti *Arsacij* ecclesiarum prædictarum Canonicatus & præbendas ac Canonicos, nec non alterius eorundem Præpositura & Decanatum vsq; in tempus vacationis eorundem ac illius Præpositum & Decanum illico postquam vnus earundem ecclesiarum Præpositura & Decanatus extinctio præmissa suum sortita fuerit effectum ad ipsam erectam ecclesiam translatos fore, nec non omnia & singula alia quæ in prædictis litteris de ecclesia sancti *Vdalrici* illiusque Præpositura & decanatu ac Canonicatibus & præbendis expressa sunt ad ecclesiam sancti *Sixti* illiusq; Præpositura Decanatum Canonicatus & præbendas referri & de illis intelligi debere ac Præpositum Decanum & Canonicos ipsius erectæ ecclesiæ etiã quoad delationem almutiorum de variis Præpositis Decanis & Canonicis aliarũ Collegiatarum ecclesiarum illarum partium se conformare posse, quodque reseruatio jurispatronatus prædicta ad Præpositura, Decanatum ac Canonicatus & præbendas dictæ erectæ Ecclesiæ duntaxat & non ad alia beneficia in ea fundata & fundanda se extendat. Et insuper tria perpetua simplicia beneficia prædicta cum omnibus juribus & pertinentiis suis præfatæ mensæ pro augmento quotidianarum distributionum earundem perpetuo auctoritate prædicta vnimus, annectimus, & incorporamus, ita quod simul vel successiuè cedentibus vel decedentibus tria beneficia prædicta ad præsens obtinentibus seu illa alias quomodolibet dimittentibus liceat dilectis filiis Capitulo dictę erectæ ecclesię per se vel alium seu alios corporalem possessionem beneficiorum juriumq; & pertinentiarum prædictorum propria auctoritate liberè apprehendere & perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus & prouentus in suos & dictę mensæ vsus & vtilitatem pro huiusmodi distributionibus conuertere, Dioecesani loci & cuiusuis alterius licentia super hoc minime requisita. Præterea ad obuiandum differentiis quæ inter Præpositum, Decanum, & Capitulum ipsius erectæ ecclesię & illius pro tempore existentem Rectorem Plebanum nuncupatum præmissorum occasione suborta possent auctoritate prędicta statuimus & ordinamus, quod circa diuinum officium in ipsa erecta ecclesia celebrandum ac horas Canonicas diurnas & nocturnas persoluendas, legendas & decantandas prouideatur prout juri & rationi consonum fuerit per eos qui circa illa de jure statuere possunt, qui eius piæ menti & deuotioni quo melius fieri poterit, quodque cura animarum totius cleri dictę ecclesiæ illiusq; correctio solo Præposito excepto apud dictam ecclesiam quantum ad diuinum cultum attinet, ad Decanum pertineat, cura verò animarum populi seu parochianorum ipsius ecclesiæ apud Rectorem seu pastorem prædictum vt prius semper remaneat, ipseq; Rector qui pro tempore fuerit ratione suæ Rectoriæ personatum vnum ac locum siue stallum in Choro ipsius Ecclesiæ immediatè post Decanum ipsius verò Rectoris Capellani Cooperatores nuncupati loca in choro huiusmodi im-

mediatè post Canonicos & ante alios ipsius Ecclesiæ Capellanos habeant: non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, nec non voluntate nostra prædicta ac omnibus illis quæ præfatus Innocentius prædecessor in dictis suis litteris voluit non obstare contrariis quibuscunque. Aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolicæ sedis vel Legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem & decretum vel alias quomodolibet sit processum quas quidem litteras ac processus habitos per easdem & inde secuta quæcunque ad dicta vnita beneficia volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari & quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentiis & litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter nō inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Prouiso quod propter vnionem, annexionem, & incorporationem prædictas dicta vnita beneficia debitis non fraudentur obsequiis sed eorum congrue supportentur onera consueta. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, voluntatis, constitutionis, vnionis, annexionis, incorporationis, statuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum*, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio. Id. Octobris, Pontificatus nostri anno secundo.

P. *Tuba.*

Alexander Episcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad vniuersalis Ecclesiæ regimen meritis licet imparibus diuina dispositione assumpti inter multiplices quibus continuo angimur curas illa præcipuè pulsat & incitat mentem nostram vt circa ea solerti studio intendere debeamus per quæ Ecclesiæ omnes præsertim collegiatæ insignes illarumque personæ in eis diuinis obsequiis intendentes succisis quibusuis litigiorum fomitibus in statu prospero & tranquillo regantur, dirigantur & gubernentur ac Christi fideliū ad easdem Ecclesias deuotio conseruetur & augeatur nec non cùm animarum salute diuinus cultus inibi continuo suscipiat incrementum, ac ea quæ adhoc prouide facta esse cognoscimus vt firma perpetuò & illibata persistant nostræ approbationis munimine roboramus, ac desuper statuimus & ordinamus prout id in Domino comperimus salubriter expedire. Sanè accepimus quod licet dilectus filius Nobilis vir *Albertus* Comes Palatinus *Rheni* qui Altæ & Bassa *Bauariæ* dux existit pia deuotione ductus cupiensque in ecclesiis terrarum & dominiorum suorum diuinum cultum augeri juxta quandam concessionem felicis recordationis *Innocentij* P P. VIII. prædecessoris nostri postmodum per nos sub certis modo & forma reualidatam in sancti *Arsatij* & *Illminster* ac sancti *Sixti* in *Sliere* ecclesiis *Frisingen.* dioc. quę in temporali dominio eiusdem *Alberti* consistunt, vnam Pręposituram & vnum Decanatum, & in qualibet eorum nonnullos Canonicatus & præbendas supprimi & extingui ad Ecclesiam beatæ *Mariæ* Virginis Opidi *Monachi*, dictæ dioc. quæ de jure patronatus eiusdem *Alberti*

exstit

exiſtit in Collegiatam cum vna Præpoſitura & vno Decanatu qui inibi dignitates forent ac certis Canonicatibus & præbendis erigi & inſtitui ac certam translationem inibi fieri etiam ſub certis modo & forma obtinuerit, prout in diuerſis noſtris & ipſius *Innocentij* prædeceſſoris litteris deſuper reſpectiuè confectis plenius continetur, ac ex præmiſſis in dicta Eccleſia beatæ Mariæ diuinus cultus maximum incrementum ſuſceperit, & Chriſti fidelium deuotio adaucta fuerit, nihilominus bonæ memorię *Sixtus* Epiſcopus *Friſingen.* dum ageret in humanis vna cum tunc Prępoſito Decano & dilectis filiis Capitulo dicto Eccleſiæ *Friſing.* ei vt dicebatur ſuper hoc adhærentibus prætendens ex præmiſſis indebitè ſe grauari ad nos & ſedem apoſtolicã appellauit, & appellationis ac negotij principalis nec non prætenſarum ſurreptionis & obreptionis litterarum huiuſmodi cauſas certo cauſarum Palatij apoſtolici auditori per nos cõmitti & citationem cum inhibitione ad partes etiam ſub certis ſententiis, cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, decerni primo & deinde poſtquam ipſe Albertus aduerſus citationem & inhibitionem prædictas quaſdam à nobis in forma breuis litteras ac ad executionem priorum litterarum prædictarum juxta illarum formam procedi obtinuerat, ac illorum vigore corpus dicti ſancti *Arſatij* ex eccleſia ſancti *Arſatij* hujuſmodi quæ in rure & loco minus inſigni conſtituta exiſtit ad eandem Eccleſiam beatæ *Mariæ* honorificè transferri fecerat Epiſcopus & forſan Præpoſitus & Decanus ac Capitulum præfati quandam aliam inhibitionem etiam ſub certis ſententiis cenſuris & pœnis eccleſiaſticis ne in cauſa ipſa aliquid innouaretur & ſi ſecus factum foret id totum reuocaretur & in priſtinum ſtatum reduceretur vigore certæ alterius commiſſionis noſtræ decerni & forſan ad nonnullos alios actus citra tamen concluſionem in cauſa huiuſmodi procedi obtinuit. Cum autem ſicut tam ex cariſſimi in Chriſto filij noſtri *Maximiliani* Roman. Regis Illuſtris & nonnullorum aliorum *Germaniæ* Principum, nec non dilecti filij Nobilis viri *Cæſaris Borgiæ* Ducis *Valentinen.* noſtri & ſanctæ Roman. Eccleſiæ Confalonerij & Capitanei generalis, litteris ad nos ſuper hoc directis quam aliàs etiam accepimus ſuppreſſio, extinctio, erectio, inſtitutio, & translatio huiuſmodi effectum ſortitę fuerint, & per quinquennium vel circa poſt obitum dicti *Sixti* Epiſcopi in cauſa huiuſmodi ad vlteriora proceſſum non ſit, ac dilecti filij Præpoſitus Decanus & Capitulum dictæ Eccleſiæ beatæ Mariæ ſic erectę in ea diuina officia in dies celebrauerint prout celebrant de præſenti ad corpus ſancti *Arſacij* huiuſmodi ad eandem Eccleſiam beatæ *Mariæ* ſumma cum veneratione vt præfertur translatum à Chriſti fidelibus illarum partium longè melius & decentius inibi quam in dicta Eccleſia ſancti *Arſacij* in loco rurali ſita veneretur ac Præpoſitura & Decanatus dictæ Eccleſiæ B. *Mariæ* perſonis ydoneis collati fuerint qui illos per plures annos obtinuerunt, prout obtinent, nonnullaq; ſtatuta & ordinationes honeſta & ſalubria ibidẽ edita & juramento ac confirmatione apoſtolica roborata ſint, ex quorum obſeruatione diuinus cultus inibi augetur & conſeruatur, & eiuſdem Eccleſiæ B. *Mariæ* Præpoſitus Decanus & Canonici prædicti longè melius & decentius in eodem opido *Monachi*, quod inſigne eſt, quam in locis aliarum eccleſiarum S. *Arſacij* & S. *Sixti* huiuſmodi inhabitent, & ſi premiſſa quæ non absq; maximis expenſis ipſius ducis ex ſingulari eius deuotione piè & laudabiliter geſta sũt, & ex quib⁹ populi deuotio & cultus diuin⁹ huiuſmodi in dies augẽtur reuocari & irritari deberẽt, profectò Prępoſiti, Decani & Capituli eccleſię B. *Mariæ* huiuſmodi ſtatus maximè perturbaretur ac bona opera quæ inibi fiunt impedirẽtur, ipſorumq; fideliũ mẽtes nõ parũ ſcandalizarentur ac alia nõ parua ſcandala & inconuenientia exorirẽtur, quibus ſic exortis nõ de facili obuiaretur. Nos attendentes q. ex præmiſſis plures ſalubres

effectus

effectus proueniunt cupientesque periculis & scandalis huiusmodi quantum cum Deo possumus obuiare ac tam pium & laubabile opus perpetuo conseruari & manuteneri, præfatum *Albertum* à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à jure vel ab homine quauis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutum fore censentes ac omnium & singularum prædictarum & quarumcunque aliarum litterarum inhibitionum & commissionum etiam ad instantiam venerabilis fratris nostri moderni Episcopi seu Administratoris *Frisingen.* super præmissis & illa concernentibus quomodolibet emanatarum processuumque desuper habitorum ac aliorum inde secutorum quorumcunque & aliorum omnium prȩmissorum tenores & series ac causę & causarum huiusmodi etiam in eodem Palatio alias super hoc pendentium status & merita ac omnia & singula alia hic forsan de necessitate exprimenda præsentibus pro indiuidue & sufficienter expressis habentes ex præmissis & nonnullis aliis rationabilibus animum nostrum mouentibus causis motu proprio non ad ipsius *Alberti* vel alterius pro eo nobis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed de mera liberalitate ac ex certa scientia nostra & de apostolicæ potestatis plenitudine auctoritate apostolica tenore præsentium omnes & singulas causas ad nos harũ serie aduocam⁹ & lites huiusmodi penitus extinguimus, ac prædicto moderno & pro tempore existentibus Episcopo seu administratori *Frisingen.* ac Præposito, Decano, & Capitulo dictæ Ecclesiæ *Frisingen.* super præmissis ac eorum singulis perpetuum silentium imponimus, nec non suppressionem, extinctionem, erectionem, institutionem & translationem huiusmodi ac juris patronatus in dictis litteris vel earum auctoritate factam reseruationem & concessionem, ac prout illa concernunt omnia & singula in singulis litteris desuper confectis ac desuper habitis processibus huiusmodi contenta & alia illarum vigore gesta & habita ac inde secuta quæcunque auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & illa perpetuis futuris temporibus obseruari debere decernimus, supplemusque omnes & singulos tàm juris quàm facti defectus, si qui forsan etiam ex obmissione quarumcunque substantialium solemnitatum interuenerint in eisdem. Et nihilominus, si post & contra tenorem inhibitionum prædictarum per *Albertum* ac Capitula & singulares personas beatæ *Mariæ* & sancti *Arsatij* & sancti *Sixti* ecclesiarum huiusmodi aut singulos illorum aliqua forsan attentata fuissent propter quæ aliquas sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas incurrerint ipsos & eorum quemlibet ab huiusmodi sententiis, censuris, & pœnis absoluimus & absolutos fore nunciamus ac cum quibusuis ex eisdem forsan censuris huiusmodi ligati Missas & alia diuina officia non tamen in contemptum clauium celebrauerint, & illis se immiscuerint super irregularitate si quam præmissorum occasione contraxerunt dispensamus, abolemusque omnem inhabilitatis & infamiæ maculam siue notam per eos & eorum quemlibet præmissorum occasione quomodocunque contractam. Et insuper vt præmissa inuiolabiliter obseruentur motu, scientia & auctoritate similibus statuimus, decernimus & ordinamus quod tàm Alberto concessis huiusmodi quam præsentibus litteris per quascunque alias litteras quascunque clausulas etiam derogatoriarum derogatorias aliasque fortiores efficaciissimas & insolitas irritantiaque decreta in se continentes etiam motu scientia & potestate prædictis & ad Imperatoris Regum Reginarum Principum Ducum & aliorum Dominorum temporalium & Prælatorum quorumcunque, etiam sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinalium

nalium & ex quibusuis quantumcunque maximis & excogitabilibus causis & respectibus à nobis vel sede predicta nunc & imposterum pro tempore emanatis etiam si in eis priores ac presentes litteræ huiusmodi de verbo ad verbum inserertur, & illis specialiter & expresse ac nominatim derogari videretur, & ad illarum derogationem nil aliud necessarium fore decerneretur in toto vel aliqua earum parte aliquo vnquam tempore derogari, detrahi, aut præmissa modificari restringi vel suspendi, aut alterari nullatenus debere, nec posse nisi in eis, quod non obstantibus pluribus quæ ex derogatione huiusmodi exoriri formidarentur scandalis propter justas & rationabiles ac vrgentissimas de nouo superuenientes causas derogatio huiusmodi fiat expressum ac præfato *Alberto* & successoribus suis quod nos vel Roman. Pontifex pro tempore existens dictam derogationem facere intendit per diuersas litteras in forma breuis cum interuallo vnius mensis de præsentatione ad præsentationem sibi præsentatas intimatum & insinuatum prius fuerit nec teneantur *Albertus* & successores, ac Capitulum & personæ Ecclesiæ beatæ *Mariæ* huiusmodi sententiis, censuris, & pœnis si quas per easdem contrarias litteras vel earum vigore ac alias in eos vel eorum aliquem desuper proferri & promulgari contigerit, quibus eos aut eorum aliquem minimè innodari volumus quomodolibet obedire, sicque per quoscunque judices etiam causarum Palatij huiusmodi Auditores & commissarios etiam sanctæ Roman. Ecclesię Cardinales quorum quibus de præmissis hæsitari contigerit sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi facultate & auctoritate in Roman. Curia & extra eam in quacunque causa & instantia etiam primæ & vlterioris appellationis judicari, sententiari, & diffiniri debere, irrita quoque & inania fore ac prorsus pro infectis haberi quicquid & totum id quod secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari & quomodolibet fieri. Quocirca venerabili fratri nostro Episcopo *Ferentinant.* & dilectis filiis Abbati Monasterij in *Scheuren August.* dioc. ac Decano Ecclesiæ *Ratisponen.* per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum per se vel alium seu alios præmissa omnia & singula vbi quando & quotiens expediens fuerit solemniter publicantes ac illa inuiolabiliter obseruari facientes Alberto & successoribus ac Capitulo & personis ecclesiæ beatæ Mariæ huiusmodi & eorum singulis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes non permittant eos aut eorum aliquem per Episcopum seu Administratorem vel Capitulum Ecclesiæ *Frisingen.* huiusmodi aut quoscunque alios cuiuscunque status, gradus, & ordinis, dignitatis & conditionis existentes contra præsentium & aliarum *Alberto* concessarum litterarum huiusmodi tenorem aliquatenus molestari Contradictores per censuras ecclesiasticas & alia oportuna juris remedia appellatione postposita compescendo ac inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus præmissis ac fœlicis recordationis *Bonifacij* PP. VIII. etiam prædecessoris nostri de vna & de duabus dictis in Concilio generali ac aliis apostolicis, nec non in prouincialibus & synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus statutis quoque & consuetudinibus singularum Ecclesiarum prædictarum juramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis contrariis quibuscunque. Aut si Episcopo seu Administratori, Præposito, Decano & Capitulo Ecclesiæ *Frisingenſ.* huiusmodi vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes

plenam

plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, aduocationis, extinctionis, impositionis, approbationis, confirmationis, decreti, dispensationis, abolitionis, statuti, constitutionis, ordinationis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum*, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo, Non. Februarij, Pontificatus nostri anno Nono.

F. de Gamiel.

VOn Gottes gnaden wir Albrecht Pfaltzgraue bey Rein/ Hertzog in Obern vnd Nidern Beyern ꝛc. Bekennen als aniger Regierender Fürst für vns vnser lieb Bruder Hertzog Sigmunden/ vnd Hertzog Wolfgangen/ all vnser Erben vnd Nachkommen mit dem Kine. Als sich Peen vnd Irrung gehalten haben zwischen deß wirdigen vnd der Ersamen vnser lieben getruen Doctor Walthusern Hunderpfundt Dechants vnd Chorherrn ains/ vnd gemainen Capitel vnsers Stiffts allhie zu ersünchen anders teils/ die drit portion in außtailung der Frucht berürend/ so gedachter Dechant in crafft Bäbstlicher Brief/ vber bayder/ etwann vnserer Stifften zu Sitt ec vñ Jtmünster allher in vnser Statt München Translation außgangen/ die jme zwo portion als Dechanten/ vnnd aine als Chorherrn/ zueliesse/ zehaben vermaint/ vnnd solicher dritter portion/ jm aber benants Capitel kains wegs gestund/ sonder nit mer dann zwo portion/ aine als Dechanten/ vnd die ander als Corherrn/ rechtlich zuestendig zesein bekante/ vnd deß auch angeregt Bäbstliche Brief/ auch darzu ander Stifften gewonheit vnd herchomen/ bey denen/ so vil portion ainen Dechant nit volgten/ für sich gebrauchten/ mit etwe vil andern vrsachen/ so yder teil zu besterckung seiner meynung für vns tragen ließ/ die wir in besten/ auch von kürtze wegen hie einzefüren vnterlassen. Nach dem aber baid vorbenennt tail/ solich jr jrrung auß gutem freiem willen zu vnsern gütlichen entschid entlich vnd beleiblich gestelt/ So haben wür vns der/ jhnen zu genaden/ beladen/ vnd mit vnsern gelerten Räten (so vil wir der dazumal zu vns bringen möchten) mit fleiß im Handel ersehen/ all jhr darbracht behelff vnd vrsach zeitlich/ vnd mit gutem Vorrat/ erwegen/ auch bey vns selb wolbedechtlich gefunden/ daß vnser Gemüet zu der zeit erlangter Bäbstlicher Brief/ vber vorgemelte translation/ nit anders gestanden ist/ vnd noch/ dann das ain yeder Dechant vorgemelts vnsers Stiffts allhie/ nit mehr dann ein vollige Portion/ gleich einem Corhern/ durchauß allerfrucht vnnd zuestandt/ als Dechant/ vnnd darzu als Corherr/ (der er auch in allweg vnserm Gemüet nach/ auch auß notturfft vnsers gemelten Stiffts seyn mueß) auch ein solche Portion/ vnd also von der Dechaney vnd Pfründt zwo derselben Portion haben/ vnd der benügig seyn soll. Wir achten auch das die Bäbstlichen Brief angeregter Translation durch vns erlangt/ dermaß vnd anders nit zuuersten sind. Hierauff haben wir die vorgemelten tail auff jhr aigen vorgemelt bewilligen entschiden/ zwischen jr gütlich erkant vnd gesprochen/ entschaiden/ erkennen/ vnnd sprechen in crafft diß Briefs/ daß vorgemelter Doctor Walthasar Dechant vnd Corherr/ von solchem seinem fürnemen der dritten vorangeregten Portion/ absteen/ er vnd all sein nachkommen füran allain zwayer Portionen/ Nemblich ainer als Dechant von der Dechaney/ vnd der andern als Corherr von der Pfründt/ wie ersüch vnser Gemüet hieuor angezaigt gewesen/ vnd noch heut ist/ sich betragen vnd benügen lassen sullen. Jhm vnd seinen Nachkommen sol auch das Capitl füran von dato diß Briefs nit mer dann die angeregten zwo Portion zuezetailen vnnd vollgen zelassen/ schuldig sein. Dagegen aber/ damit gedachter Dechant seiner permutation/ dardurch er an Dechaney vnnd Pfründt/ etwas beswerlich/ als er vns bericht/ chomen ist/ mit zegrossen

grossen schaden trag/ so haben wir baid tail/ auch gedachten vnsern Stifft vnder andern fürdrungen/ so jhm von vns bißher geschehen ist/ auch vber erlangung bey dem Stuel zu Rom etlicher nutzlicher incorporation/ Nemblich vnser lieben Frawen Pfarr in gedachten Stifft/ alsbald die schirist ledig wirdt/ auch dreyer tapfferer Meß vnd Altär Keyserlicher vnnd Fürstlicher Stifftung/ in demselben Stifft/ die nun ledig sind/ auff vnsern aignen cost vnd fleissig vbung durch vns geschehē (wiewol wir als Patron auff allen jetztgenanten Gotzgaben erblich lehenschafft oder Presentation hetten/ der wir vns aber dem Stifft zu gut/ doch on abpruch der gestifften Meß der dreyer Altär/ auff denselben dreyen Altärn verzigen/ dadurch nu/ vnd auß solchen incorporationen/ dem Stifft vnd deß Personen nit wenig nutzes zugestanden/ vnd füran noch mer/ so die Pfarr ledig ist/ zusten wirdet) ytz abermals in genaden bedacht/ vnd disem Vertrag/ auch den tailen zu gut/ damit jr yeder etwas ergetzlicheit im Handel empfindt/ vnd zuuor Gott dem Allmechtigen vnd seiner werthen Mutter zu Lob vnnd Ehre/ für vns/ vnser lieb Brüder/ Erben vnnd Nachkommen zugelassen vnd gewilligt/ zuelassen vnd willigen mit disem Brief/ daß vnser baid Vogtey derhalb wir vormals auf baiden vorgemelten etwo vnsern Stifften/ Nemblich zu Stierse funtzig gulden Reinisch/ vnd zu Illmünster/ dreizehenthalb pfund Pfenning alles Landeswerung jährlicher Vogtgült hetten/ vnd ytz auff vnserm Stiffe allhie in crafft der Bäbstlichen Translation noch haben/ die wir etlich Jahr auff vnderthenig bitt/ vorgemelts Dechants vnd Capitels jnen zu genaden/ auß Vrsachen jnngelassen/ Nun füran in ewig zeit bey jnen/ jhren Nachkommen/ vnd vnsern Stifft allhie/ vnuerhindert von menigclich beleiben sullen/ doch mit disem vorbehalt vnd geding/ das obgemelter Doctor Walthazar als Dechant die vorbestimbten funfftzigk gulden Reinisch der Vogtgült etwo zu Stierse/ von vnsern wegen/ vnnd an vnser stat/ so lang er allhie bey vnserm Stifft Dechant ist/ jährlich auff zeit diß Briefs/ Datums/ acht tag vor oder nach vnuerlich/ vnd nach dem vns die nu verualle ist/ ytz anzeheben/ empfahen/ einnemen vnd in seinen aigen nutz vnd notturfft keren vnd wenden mag/ die auch das Capitel jme an vnser statt ytz vnd füran/ in obgemelter maß jährlich antworten vnd bezahlen sol an abgang. So aber gedachter Doctor Walthazar allhie bey vnserm Stifft nit mer Dechant ist/ so sollen alsbald die obgemelten funfftzig gulden Reinisch Vogtgült/ mit sambt den anderen vorangezaigten dreizehenthalb pfund Pfenningen/ auch Vogtgült/ offtgemelten vnserm Stifft/ vnd deß Personen so tail daran haben sollen/ frey vnd gäntzlich begeben/ nachgelassen vnd sy der füran entledigt seyn/ als wir auch jhnen die hiemit begeben/ nachlassen/ vnd sy der entledigen/ doch sullen vnd wellen wir/ vnser Erben vnd Nachkommen/ nichts minder desselben vnsers Stiffts zur billicheit genedig Vögt vnnd Schutzherrn seyn vnd beleiben/ aller maß/ wie wir vor außgang diß vnsers entschids vñ nachlassung solcher Vogtgült in crafft mergemelter Vogtey/ thun haben sollen. Damit auch solcher vnser entschid/ angeregter dritter Portion halben/ füran dester bleiblicher sey/ wil vns nit vnnot ansehen diß meynung in deß Stiffts statuten clar außzedrucken/ vnd füran also vnd nit anders bleiblich zehalten/ wie dann nach eröffnung solichs vnsers entschids baid tail den löblich geacht/ mit gutem willen angenommen/ vnd stät zehalten zuegesagt haben. Deß alles zu wahrem Vrchund haben wir yedem tail auff sein begern diß vnsers entschids ainen Spruchbrief in geleichem laut vnter vnserm anhangenden Secret Jnsigl/ Geben zu München/ an Sand Andres tag deß heiligen Zwelfpoten/ als man zelet von Christi vnsers lieben Herrn Geburde vierzehenhundert vnnd im siben vnd neuntzigisten Jahr.

IOn Gotes genaden wir Albrecht Pfallentzgraue bey Rein/ Hertzog in Obern vnd Nidern Baiern ꝛc. Bekennen zu ewiger Gedechtnuß aller nachvolgender sa-

chen / als ainiger Regirender Fürst vnnd Patron vnnsers neuaufgerichten Stiffts vnser lieben Frawen Kirchen allhie in vnser Statt München / vnd thun chundt / für vns / vnser lieb Brueder Hertzog Sigmunden / vnd Hertzog Wolfgangen / der macht vnd gwalt wir in crafft vnsers ainigen Regiments in dem vnd andern von jhnen haben / auch für vnser vnnd jhr Erben vnnd Nachkommen / offentlich mit disem gegenbürtigen Brief / Als wir auß sonder Andacht vnd hoher Vorbetrachtung / deß Hails vnser vnnd vnser Voreltern Hertzogen in Beirn Selen / vnnd sonderlich der jhenen / so von solchen vnsern Voreltern der ainer / löblicher Gedechtnuß Herr Ludwig weilent Römischer Keyser bey vorgemelter vnser lieben Frawen Stifft vnd Kirchen leiblich begraben / vnd ligend sind / vnd auch der / so füran auß jhnen jhr Fürstlich Begrebnuß allda haben werden / dem Allmechtigen Gott / vnser aller beschaffer vnnd erlediger / auch seiner hochgelobten Khönigclichen werthen Mutter vnd Geperin der Junckfrawen Marie / als höchster Patronen angeregter Kirchen vnnd Stiffts / mit fleissigem nachdencken / getreuer vnd hoher vbung / bey dem Bäbstlichen Stuel zu Rom / auff vnser aigen vnnd mercklich costung vnnd darlegen / zween Stifft / ainen zu Illmünster den andern zu Stierse / vnd baid in vnserm Fürstenthumb vnd Freisinger Bistumb / dazumal ligend / mit jhren Brobsteien / Dechaneien / Canoneien / vnd Pfründen / nach extinction vnd abtilgung etlicher derselben / der aller wir auß Bäbstlicher zuegebung / Lehenherr oder Patron sind / vnd nach vns / vnser Erben vnd Nachkommen / regirend Fürsten werden sollen / auch mit jhren Reliquien vnd Heiligthumben / nemblich vnder andern / leiblich den heiligen Ertzbischoff Sand Arsacien / zu sambt allen andern jhren gueten / Pännten / Zynnsen / vnd Gülten / ligenden vnd varenden / allher in vnser lieben Frawen Pfarrkirchen vnser gemelter Statt München / zu transferiren vnd vmbzelegen erworben vnnd erlangt / auch dabey zu merung der Frucht vnd Gült / deß new allda auffgerichten solichen Stiffts / auch zu besserung der Portionen vnnd Pfründen / deß Stiffts Personen zuestendig / drey ewig gestifft Meß vnd Altär / Keyserlicher vnnd Fürstlicher wolversehen Stifftung vnser aigen Lehenschafft oder Presentation darzu verordnet vnd gewendet / auch durch Bäbstlichen Gewalt dem Stifft vniren vnnd einleiben haben lassen / doch an abscheuch derselben Meß / so auff solichen dreien Altärn / nach laut jhrer Stifftbrieff / durch das Capitel desselben Stiffts an vnderlaß zuuersehen seyn sollen. Alles nach laut Bäbstlicher Brief / vns / vnnd dem Capitel vorgemelts Stiffts / vom Stuel zu Rom darüber gegeben / dieselben drey Meß nu allberait / durch abgeen der dreyer jhrer Capellanen / in solich Bäbstlich Vnion gefallen / vnnd mit allen jhren Gülten vnnd Zinnsen / den Pfründten zu nutz vnd merung chummen vnnd zugewachsen sind / darzu wir auch gleicher weiß auff vnser costung / demselben Stifft seinen Capitl vnd deß Personen / zu mehrung jhrer Nahrung vnnd Gülten / vnser lieben Frawen Pfarrkirchen in angeregtem Stifft / auß Bäbstlichen Gewalt zeincorporiren vnd einzeleiben / mit allen Nutzungen vnd Zuefällen erworben vdd erlangt / also das die / nach jhrer nechsten ledigwerung alsbald dem Stifft vnnd Pfründen zuefall / doch mit vorbehaltung ainem yeden künfftigen Pfarrer / so wir vnnd vnser nachkommend der Kirchen Patron / darzu / als vns zuestet / auß dem Capitel disen vnsers Stiffts presentiren sollen vnd wellen / ain zimblich Portion / so jhm von angeregter Pfarr nutzungen jährlich volgen / vnd das Capittel jhm die abgang / von der purd seiner Seelsorg vnd versehung wegen / wie von alter herkommen ist / der Pfarr zeraichen schuldig wirdt / wie dann deßhalb ain ander ordnung durch vns auffgericht werden soll / als wir auch das vns zethun / hiemit vorbehalten sein wellen. Wir haben auch dabey vnser Fürstlich Vogtgült / so wir auff baiden angeregten Stifften / vor solcher jhrer Translation / bißher gehabt haben / in fünff vnd sechtzig gulden Reinisch järlicher Gült raichend / dem vorgemelten vnser lieben Frawen

Stifft /

Stifft/ seinem Capitel vnd deß Personen genediclich auff ewigs nachgelassen/ begeben/ vnnd zuegewendet/ nach sag der Brief darüber vnder anderm auffgericht / dem allen nach sind wir auß Fürstlichen Gemüet wolgenaigt/ demselben vnsern Stifft/ auch deß Personen in den Haubten vnnd Gelidern/ als genediger Patron/ Schutzherr vnnd Landtsfürst noch mehr Gnad vnd förderung zubeweisen/ vnnd haben darauff für vns vnser vorgemelt Bruder/ Erben vnd Nachkommen/ solchen vnsern Stifft/ sein Capitel vnd deß Personen yetzgemelt/ auch alle jhren/ so gedachten Stifft mit Dienstbarkeit/ Zinnsen vnnd Gülten verwont/ oder deß Hindersässen sind/ in vnsern Fürstlichen sondern Schutz/ Schirm/ Genad/ vnnd förderung angenommen/ als wir sy auch hiemit genedigklich also annemmen/ sollen auch vnd wellen wir/ vnser lieb Bruder/ Erben vnd Nachkommen/ sie vnnd die jhren hieuor gemelt/ nach vnserm besten vermögen vor Gewalt vnd Vnrecht gegen menniglich schutzen/ schirmen/ vnd bey recht genediglich behalten. Wir bestatten auch vnserm gemelten Stifft/ seinem Capitel/ vnd deß hieuorgedachten Personen/ für vns/ vnser lieb Bruder Erben vnd Nachkommen/ all jhr Freyheit vnd gut Gewonheit/ so sy bey den Vordern zwaien Stifften löblich herbracht/ vnd von vnsern Voreltern Hertzogen in Beirn haben/ vnnd darzu all jhr Statut/ Ordnung vnnd Gesatz/ dann sie bey solchem vnserm Stifft/ alsbald nach geschehner Translation/ mit vnsern sondern vorwissen vnd bewilligen/ als jhnen auß laut Bäbstlicher Brief derselben Translation zethuen zustend/ auffgericht haben/ wie dann dieselben Statut in ain Pergamenen new gemacht Buech geschriben/ vnd durch drey Bäbstlich Commissarien vom Stuel zu Rom darüber auff vnser aigen costung erlangt vnd verordnet/ auff Bäbstlichen Befelch jhnen deßhalb gegeben/ innhalt deß Proceß durch sy darüber gehalten/ vnd in glaubwürdigen Form Schrifftlich auffgeben/ confirmirt vnnd bestättigt sind/ die sy auch sonderlich all/ bey jhren aiden zu Gott/ wie bey andern Stifften geschicht/ geschworen haben/ auch all jhr nachkommend deß Stiffts Person/ geleicher weiß schweren sollen vnnd wellen/ nach laut der aid in vorgemelts Statutpuch eingeschriben/ bey denselben jhren Statuten/ wir vnser lieb Bruder/ Erben/ vnnd Nachkommen/ sy genediglich beleiben lassen/ auch darzu vnsers vermögens/ schutzen/ schirmen/ handthaben/ vnd behalten sollen vnnd wellen. Vnnd zeuodrist/ als sy vns vnnd vnser Nachkommen deß Stiffts Patronen/ in dem sibenzehenden Capitel derselben jhrer Statut auffs höchst ermanen vnd bitten/ nit ander dann geschickt vnd teuglich Person zu den Pfründen deß Stiffts/ so die zu der zeit ledig werden/ zu presentiren/ mit anregung dabey etlicher Vnschicklicheit/ so zu zeiten etlichen Personen anhangen/ sy damit/ als disem Fürstlichen Stifft vngemäß nit zubeladen. Auff das wir dann demselben vnserm Stifft zu ehren/ förderung/ vnnd auffenthalt/ für vns/ vnser lieb Bruder/ Erben vnnd Nachkommen/ dem mehrgemelten Capitel diß vnsers Stiffts genediglich/ gewilligt/ zuegesagt/ vnnd versprochen haben/ willigen/ zuesagen/ vnnd versprechen/ bey vnsern Fürstlichen Würden vnd Worten wissentlich vnnd wolbedachtlich/ auß guten redlichen Vrsachen vns bewegende/ hie mit disem vnsern Brief/ daß wir vnd vnser Nachkomen deß Stiffts Patronen/ fürä nach abtilgung aller vbriger Pfründ/ zu disem vnserm Stifft/ kein Person/ weder zu digniteten noch Pfründen/ fürnemmen oder presentiren sollen noch wellen/ sy sey dan Doctor oder Licentiat/ der heiligen Schrifften/ Bäbstlicher oder Keyserlicher Rechten/ oder edel von Vater vnnd Mutter/ Rittersgenos/ oder auffs wenigist ains erbergen Burgergeschlächt/ das von alter her Wappens genoß sey. Vnnd der ains soll ein jede Person/ so also zu dem Stifft durch vns vnd vnser nachkommend Patron/ zu presentiren ist/ vor solcher presentation oder annemmung vnnd inuestirung derselben/ durch glaubwirdig anzaigen/ das in disem fall guet ansehen ains glaubens hab/ für vns vnnd vnser nachkommend Patron/ auch für ain Capitel (wo es anderst an das nicht

kundt ist) bringen/ vnd vns baiderseit deß glauben machen. Vnnd ob dann sich begäb/ daß wir/ oder vnser nachkommend Patron/ mit dem Capitel mißhellig deßhalb gesehen wurden/ also/ daß wir ein Person obbemelter maß tüglich oder vntüglich/ vnnd die ain Capitel anders achten wurden/ so soll alsdann/ der Patron achtung/ billicher fürgang/ vnd das Capitel dißmals gedult haben. Doch setzen wir in solich ainnemung der Person diser mässigung/ daß die anzal der Doctor vnd Licentiaten hieuor benent nit mynder bey dem Stifft dann fünff/ von den Edlen auch fünff/ vnnd von den Burgern vier sein/ die durch vns vnnd vnser nachkommend Patron zu den Pfründen deß Stiffts presentirt werden/ vnd die all sollen zum Gotzdienst singen vnnd lesen geschickt vnnd willig/ darzu auch eelich geborn/ daß sy (wo es an das nit kundt sein) fürzebringen schuldig. Auch an jhren Leibern vnd Gelidern vngebrechenlich/ vnd darzu in der ersten Siptzall deß Geblüts andern Corherrn diß vnsers Stiffts nit gefründt sein. Doch behalten wir vns vnd vnsern Nachkomen Regirenden Fürsten vnd diß Stiffts Patronen/ ob wir oder sy gedacht wurden/ ainen vnsern natürlichen vnd vneehlichen Sun/ der tüglich vnd geschickt wär/ auff den Stifft zu Prelaturen oder Pfründen zu presentirn/ das soll vns vnd denselben vnsern Nachkommen/ hiemit vnbenommen/ noch durch vns begeben sein/ wurde dann der ainer/ also zu Chorherrn auff den Stifft presentirt/ so soll er in der Doctor vnd Licentiaten anzal/ wo er der ainer ist/ wo aber nit/ zu den Edlen gezelt werden. Wir bestätten auch mergemelten vnserm Stifft/ vnd geben jhm auff newes hiemit für vns/ vnser lieb Bruder/ Erben vnd Nachkommen die Hofmarch zu Illmünster/ die Hofmarch zu Kolbach vnd die Hofmarch zu Slierse/ die sy bißher/ bey dem vordern Stifft gehabt haben/ daß sy die füran frey/ wie Hofmarchs recht ist/ gebrauchen/ mit jhren Rechten jhrs geuallens besetzen/ vnd aller halben vnd der genüessen mögen/ wie vnuärlich ander Hofmarch Herrn zethuen pflegen/ doch soll vns als Vogtherrn der Hofmarch zu Slierse/ die mit Richtern zubesetzen/ vnd deß Gerichts von jhren armen Leuten zugenüessen zimlich vnd genediglich/ wie bißher/ vorbehalten/ vnd hiemit vnbenommen seyn. Vnd das aber vorgemelter vnser Stifft/ deß Capittel/ vnd Person/ sich/ nach mer Genaden vnd Freihaiten/ von vns als jhrem Patron/ Landsfürsten vnnd Schutzherrn berömen mögen/ so haben wir jhnen zu Genaden all jhr hindersässen/ so Güter von jhnen stifften vnd jnhaben/ aller Scharwerch wie die genant sein mögen/ genutzlich gefreit/ vberhaben vnd gemüssigt/ freien/ vberheben/ vnnd müssigen sy derselben für vns/ vnser lieb Bruder/ all vnser vnd jhr Erben vnnd Nachkommen in crafft diß Briefs. Allein hierin außgenommen/ ob vns oder vnser Nachkommen/ regierenden Landtsfürsten von gemains Fürstentumbs wegen/ Land vnd Leuten zu guet/ gemainer Scharwerch vnnd Hilff noth wurden/ der wellen wir vns vnnd vnsern Nachkommen hiemit nit begeben/ noch verzigen haben/ alles getrulich vnd on geuärde. Vnnd dem allen nach/ gebieten wir allen vnd jeglichen vnsern Vitzdomen/ Rennt meistern/ Pflegern/ Richtern/ Ambtleuten/ vnnd allen den vnsern/ ernstlich vnnd vestiglich/ daß jhr vnsern vorgemelten Stifft/ sein Capitel/ vnd deß Personen/ bey vorbeschriben Freyheiten beleiben lasset vnd handhabet/ auch dawider nit thut/ noch jemand andern in einich weise zethun gestattet/ bey vermeidung vnser schwern Straf vnnd Vngnad/ das ist gentzlich vnser meynung haissen vnd Geschäfft. Deß zu wahren Vrchund haben wir jhnen disen vnsern Freibrief mit vnserm anhangenden Jnnsigel besigelt/ Geben zu München am Sambstag nach Sant Veits tag. Als man zelet von Christi vnsers lieben Herrn Geburt tausent/ vierhundert/ neuntzig vnd acht Jar.

CLEMENS

CLEMENS Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex debito pastoralis officij nobis comissi votis personarum ecclesiasticarum quarumcunque, quæ collegiatarum ecclesiarum & personarum in eis diuinis laudibus dedicatarum decorem respiciunt, libenter annuimus, & nobilium virorum preces id à nobis deuotè exposcentium ad exauditionis gratiam admittimus. Sane pro parte dilecti filij moderni Præpositi Ecclesiæ B. *Mariæ* Virginis oppidi Ciuitatis nuncupati *Monachi Frisingen.* Dioces. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dilectus filius nobilis Vir *Guillelmus Bauariæ* Dux ad maiorem Dei gloriam & dictæ Ecclesiæ splendorem & dignitatem cupit dicto, & pro tempore existenti ipsius Ecclesiæ Præposito vsum mitræ & baculi pastoralis per sedem apostolicam concedi. Quare pro parte dicti moderni Præpositi nobis humiliter fuit supplicatum, quatenus eiusdem Ecclesiæ decori & ornamento consulere, aliisque in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos eorum pium desiderium plurimum in Domino collaudantes, ac dictum modernum Præpositum à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à jure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, præfato & successoribus suis pro tempore existentibus dictæ Ecclesiæ Præpositis, vt Missam & alia diuina officia diebus festis solemnibus celebrando in processionibus aliisque publicis actibus mitra annulo & baculo pastorali aliisque Pontificalibus insigniis vti, & benedictionem solemnem post Vesperarum, Matutinorum, Missarum & aliorum diuinorum officiorum solemnia supra populum ibidem interessentem dummodo inibi aliquis Antistes seu sedis Apostolicæ legatus præsens non sit, vel si præsens fuerit, ad id eius accedat assensus, impartiri, nec non præfatæ & aliarum ab ea dependentium Ecclesiarum & Capellarum vasa & ornamenta, ad diuinum cultum pertinentia, in quibus non requiritur vnctio, benedicere, ipsasque Ecclesias & earum cimiteria seminis humani, vel sanguinis effusione, aut aliàs quomodolibet polluta, aqua prius per aliquem Antistitem gratiam & communionem dictæ sedis habentem benedicta, reconciliare liberè & licitè valeat apostolica auctoritate tenore præsentium de speciali gratia indulgemus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac dictæ Ecclesiæ juramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus cęterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis & indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum*, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quingentesimo, nonagesimo quinto, quarto Kal. Maij, Pontificatus nostri anno quarto.

Descriptum ex originali.

Catalogus Præpositorum *Monacensium.*

THEODORICVS *Mair* Decretor L. *Eystadien.* an. 1494. qui jussu *Alexandri* PP. VI. resignauit, retenta pensione.

IOHANNES *Neuhauser* Decret. D. fit Præpositus an. 1495.

BALTHASAR *Mercklin* de *Walkirchen* I. V. Doct. Præpositus in *Walkirchen.* 9. Febr. an. 1516. resignauit 6. Iunij an. 1516.

GABRIEL *Ridler* I. V. Doct. Canonic. *Ratisbonen.*
WOLFGANGVS de *Seiboltsdorf* I. V. Doct. & Præpositus in *Pfaffenmünster*, an. 1524. 17. Maij.
ANTONIVS *Rudolph*, Theologię Doct. an. 1550. 23. Octobr.
SEBASTIANVS *Groß à Trockau* cognomento *Pfersfelder* an. 1574. 9. Martij.
GEORGIVS *Lautherius* Theolog. Doct. an. 1577. 14. Decemb.
PANCRATIVS *Motschenbach* Theolog. Doct. an. 1610. 4. Octobr.
Ill.mus & R.mus Dn. FRANCISCVS GVILIELMVS Comes à *Wartenberg*, Dn. in *Wald*, sic etiam Præpositus *Oetingen*. an. 1614. die 24. Ianuar.

Catalogus Decanorum *Monacensium.*

IOHANNES *Kienberger* an. 1495.
BALTHASAR *Hundertpfund* Doct. an. 1497.
CASPARVS *Kâbein* circ. an. 1503.
CASPARVS *Barth* I. V. Doct.
AMBROSIVS *Tphouer* de *Tphouerstal* I. V. Doct. an. 1532. 25. Octobr. resignauit an. 1533. 3. Iulij.
MATTHÆVS *Kretz* D. an. 1534.
GEORGIVS *Stengl* Theol. D. an. 1543. resign. an. 1554.
ADAMVS *Bartholomæus* Theol. L. an. 1554. resign. an. 1571.
GEORGIVS *Lautherius* Theolog. D. primò an. 1571. resign. eod. anno.
PHILIPPVS *Dobereiner* Theol. Doct.
GEORGIVS *Lautherius* Theol. D. secundò an. 1577. 24. Ian.
SEBASTIANVS *Franz* Theol. L. an. 1577. 14. Dec.
PANCRATIVS *Motschenbach* Theol. D. an. 1605. 26. April.
IACOBVS *Golla* Theol. D. an. 1610. 5. Octobr.

MATIKHOVEN.

COLLEGIVM Canonicorum secularium in Boiaria Noricorum. Iohannes Küchler cum vxore Catharina Matickhouiæ, vbi quondam Regum Boiarię prætorium fuisse vetusta indicant diplomata, Collegium mystis Augustinianis instituit, circa Annum 1413. Auent. in Annalib. fol. 811.

MATSEE.

MONASTERIVM fundatum à Thessalono, Duce Bauariæ, religionis ac pietatis studiosissimo Principe, vnà cum aliis quibusdam Monasteriis, circa Annum 760. Auentin. fol. 303. Hoc Monasterium Carolomannus Rex tradidit ac donauit Monasterio à se nuper extructo, in loco, qui dicitur Ottinga, &c. cum omnibus suis pertinentiis, anno primo regni Carolomanni Serenissimi Regis Boiariorum, Indictione IX. Actum Mathechouæ curte regia, &c. Extat diploma Patauiæ, & in libello Ioan. Auent. de Otinga.

CASTRVM ac dominium Matsee pertinuit aliquando ad Ecclesiam Patauien. quod Georgius Episcopus Patauiensis, cùm sumptuosus esset, vnà cum suo Capitulo vendidit Pilegrino Archiepiscopo Salisburgen. cum omnibus suis pertinentiis, pro 15000. libris Viennen. denariorum, Anno 1396. aliàs 98.

EST hodie ibi Decanus, vnà cum aliquibus secularibus Canonicis, qui quoad spiritualia adhuc subsunt Patauien. Episcopo, sed quoad temporalia Salisburgensi, saluo jure supremæ Ducalis potestatis ac meri Imperij Ducum Bauariæ, secundùm concordata cum Archiepiscopo Salzburgen. Das Malefiz gehört in das Landgericht Braunau.

ADDITIONES.

Compertum quidem habeo de Monasterio Mattsee extare Diploma Arnulphi Imp. anno 898. item Ottonis III. ann. 955. Henrici III. Reg. Imp. II. & Henrici de an. 1063. quæ ad manus meas hucusque non peruenerunt: sicut nec Instrumentum venditionis huius Ecclesiæ à Patauien. Salisburgen. factæ: quod Salisburgi reperiri audio.

MANSEE MONASTERIUM ORDINIS S. BENEDICTI.

VTILO Dux, ex instinctu S. Pyrimnij, Episcopi Metensis, Monaster. prope Menen lacum Noricorũ constructuit, circa annum 739. Auentinus in Annalib. folio 291. 316. Mansee Noricorum ædem, ab Episcopis Ratisbonensibus, in paupertatem redactam, sacris D. Benedicti imposito Magistro reddit Imperator Henricus sanctus. Idem Auentinus folio 507. Baturicus Episcopus Ratisbonensis hoc Monasterium ab Hemma Regina Boiorum impetrârat. anno 831. Ipsa ab eodem superius Monasteriũ Ratisbonense receperat. Auentinus ibidem. Insertum est autem hoc Monasterium cæteris Bauaricis, quòd à Principibus Bauariæ institutum; Et quia olim vnà cum eiusdem Monast. Aduocatia, castro ac dominio Wildeneck, sub quo situm est, spectabat ad Principes inferioris Bauariæ, quę post bellum Bauaricum Cæsari Maximiliano, cum multis aliis dominiis nomine interesse seu expensarum factarum ab Alberto, Duce Bauariæ, data sunt, incorporata Austriæ super Anassum, Archiepiscopis Salisburgensibus plurib. annis oppignorata; demum â statib. Prouincialibus super Anassum redempta; hodie Austriacos agnoscunt suos Dominos.

ADDITIONES.

MOnasterium *Lunalacense*, al. *Lunælacus*, *Lunelach*, Mannsee/ situm in ea *Bauariæ* parte, quæ terræ supra *Anasum* vicinissima, & penè cõtigua est, ad lacũ eius nominis, & elegantem maream inter *Alpes Iulias*. funtat. circa an. 739. vel iuxta alios, 748. ab *Vtilone Boiorum* Duce in honorẽ S. *Petri* Principis Apostolorum & S. *Michaelis* Archangeli. Confirmauit fundationem Dux *Thassilo Vtilonis* filius, ann. 771. addit multis redditibus, censibus, prædiis, curtibus, grangiis, pratis & hominibus in *Rottal*, *Maligoevv*, & *Atergoevv*. *Ex R. P. Caroli Stẽgelij Monasteriologia.*

Abbas primꝰ fuit *Opportunus* ab an. 748. præfuit an. 32. obiit an. 781. Kalen. Ianuar.

Henricus cum *Arnone Salisburgen.* Episcopo *Romam* missus an. 787. rogantes *Adrianum* PP. vt pacem conciliaret inter *Carolum* Magnum, & Ducẽ *Thassilonem*. Huic Abbati Archiepiscopus *Arno* postea dedit Ecclesiam S. *Martini* in Straßwalch.

Lambertus interuentu nobilium Comitum *Ernesti* & *Alberti* à Rege *Ludouico* obtinuit territorium in *Abernsee*, posterioribus sæculis à S. *VVolfgango* denominatum, cum toto nemore circumiacente. Donatio facta in *Transtorph*. an. 819. Anno 831. Rex *Ludouicus* Ludouici Imp. filius, ad petitionem reginæ *Hemmæ*, vxoris suæ, in permutationem dedit Monasterium *Mannsee Bathurico* Episcopo *Ratisbonen.* pro *Monasterio superiori* B. *Mariæ* virginis *Ratisbonæ* Obermünster dicto.

Post annum *Hungari* Monasterium fœdè vastarunt. S. *Henricus* Imp. eidẽ omnia ablata restituit fecit, ita vt alter fundator merito dici debeat. *Vid. Tom. 1 Metrop. pag. 189.*

Rupertus Abbas an. C. MCI. *Ratisponæ* ab *Henrico* Imp. IV. & *Harduico* Episcopo *Ratisponen.* obtinuit Ecclesias *VViselburgum* & *Stainakirchen* cum omnibus ad eas pertinentibus, & complures decimas.

B. *Chunradus* Abbas præficitur an. 1127. præfuit an. 15 impetrauit an. 1142. ab *Innocentio*. II. Pont. Max. Priuilegium, ne in posterum Abbas præficeretur in *Mannsee*, nisi quem Monachi communi consilio, aut certe sanioris partis assensu secundum Deum, & B. *Benedicti* regulam prouiderint eligendum. Trucidatus est hic Abbas à suis, ob defensionem rerum & facultatum *Ecclesiæ*, an. 1145. sepultus sub insigni marmore in media Ecclesia principaliore, è regione maioris suggesti, sub minore.

VValtherus B. *Chunradi* successor, vir bonus & religiosus, cum duodecim annis præfuisset, obiit an 1158. sepultus in sacello S. *Petri*, quod olim S. *Andreæ* sacrum erat; claruit miraculis.

Henricus impetrauit à *Lucio* Papa omnium veterum Priuilegiorum confirmationem, aliquot superadditis nouis, An. C. 1182. Idem â *Chunrado* Episcopo *Ratisponen.* consecutus est Ecclesiam S. *Martini* in *VVeihenmaringen*, cum omnib. iuribus, an Dn. 1194.

Anno 1184. IV. Non April. cœnobio facta est â *Chunone Ratisponen.* Episcopo donatio seu resignatio in *Mannsee* super altare S. *Michaelis* totius Forestæ, quæ dicitur *Oberseeh*, vna cum territorio S. *Wolfgangi*, quæ omnia Episcopi *Ratisponê.* diu iniuste detinuerant.

Anno 1203. bello fœdissimo inter *Eberhardum* Archiepiscopum *Salisburgen.* & *Ludouicum Bauariæ*, Ducem exorto Monasterium magnam rerum suarũ iacturam fecit. Verum paucis postannis alia haud minor calamitas hanc secuta est. cum anno 1242. *Henricus* Episcopus *Ratisponen.* cum *Bauariæ* Duce bellum gerens castrum *VVildeneck* Monasterio vicinum obsidione cinxit ac deuastauit: & omne territorium *Mannseensis* Cœnobij rapinis & incendiis, ferro & flammis fœdè depopulatus est. Anno 1246. Abbas in eiusdem Episcopi tuitionem susceptus est.

Quamuis Monasterium graues ex incendiis calamitates perpessum fuit an. 1274. & ann. 1282. præclarè tamen ab Abbatibus restitutum ex veteribus monumentis constat.

Anno 1310. Barones *Austriæ* & *Styriæ* collectâ sex pene millium equitum manu, *Lunælacensem* abbatiam, & omnem circumiacentem districtum violenter intrantes ferro & incendiis deleuerũt: & magna prædâ in de secũ abducta ad sua redierunt. Tertiò etiam exustum fuit sequenti sæculo. aliasque calamitates pertulit hoc Cœnobium, præclare tamen semper reparatum.

Conradus Abbas post an. C. 1400. â *Bonifacio* IX. Pont. Max. impetrauit vsum mitræ & cæterorum Pontificalium ornamentorum pro se, & suis successoribus.

Simon Reuchlinus Abbas, vir in primis bonus, maturus & religiosus: regularis obseruantiæ zelator, in gubernandis temporalibus prouidus & circumspectus. Inuenerat Monasteriũ in spiritualibus pene collapsum; quod ipse adiutus à Pont. *Rom.* ac *Bauariæ* Ducib. præclarè & fortiter reformauit: omnia loca conuẽtualia ampliauit, & de nouo condidit: præter Ecclesias, quas vel de nouo instauratit, aut certe insigniter reparauit.

Benedictus Egglius Abbas, *Simonis* successor, erexit à fundamentis totam elegantissimam & sumptuosissimam Ecclesiam Manseensem, eamque & Bibliotheca & clinodiis præclarè auxit.

VVolfgangus Benedicti successor præter cætera magnificè & præclare facta extitit

extitit regularis disciplinæ,& *Benedictini* instituti fortis zelotes fratrib. & in choro & in refectorio semper ferè coniunctus: vt eos suo etiam exemplo ad pietatem & vitæ sanctimoniam inuitaret: vnde complurium Monasteriorum visitator & reformator esse meruit.

Iohannes Christophorus Abbas huius Monasterij longè clarissimus, S. *Wolfgãgi* olim ad *Alpes Noricas Falconem* montem, saltumque ad lacum *Albernum* pertinentẽ haud procul *Salisburgo* popularis applausus tædio secedentis vitæ rationem omnem, in ea præsertim solitudine transactam, mirandaque opera, loci habitum, sacellum, lacum, alpes, stupenda ac verè inaudita miracula vernacula linguâ descripta publici juris esse jussit.

METEN.

NON procul à Deckendorff ac Danubio Monasterium Ordinis S. *Benedicti* fundatur, secundũ. Auent. fol. 316. à Carole Magno, impositio primo Abbate, Vtone Eremita eius loci. Extat ibi diploma Caroli Magni, cuius datum 4. Cal. Augusti, anno Christo propitio 882. año Augustali in Italia II. in Francia I. Heinricus Pius. Dux Austriæ & Bauariæ. electis Canonicis, quos locauit in Pfaffenmünster prope Straubingam, substituit Monachos Benedictinos Monasterienses, an. 1155. vel 1156.

COMBVRITVR totum Monasterium, Anno 1236. & desolatur vsque ad Annum 1264. restituitur sub Ottone, Duce Bauariæ, Ludouici Imperatoris Auo.

ADDITIONES.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Ludouicus* diuina fauente gratia Rex. Decet regiam dignitatem, prædecessorum suorum piè facta non solum inuiolabiliter conseruare, sed etiam censuræ suæ auctoritate alacriter cõfirmare. Proinde nouerit omniũ fidelium nostrorũ præsentium & futurorum magnitudo, qualiter vir venerabilis *Nithardus* Abbas ex Monasterio quod dicitur *Medema*, quod est constructum in honore S. *Michaëlis* Archangeli, obtulit excellentiæ nostræ quandam auctoritatem bonæ memoriæ aui nostri *Caroli* præstantissimi Imperatoris, in qua continebatur insertum qualiter idem Christianissimus Imperator præfatum Monasterium cum Abbate & Monachis ibidem Deo famulantibus, cum hominibus vel rebus ibidem pertinentibus sub sermone tuitionis suæ constituisset. Ita vt in posterum tam sub suo, quam sub successorum suorum, Regum videlicet sequentium Mundiburdo & defensione consisteret. Petiit celsitudinem nostram prædictus Abbas vt nos similiter eum & Monasteriũ cui præest, cum Monachis ibidem Deo militantibus, atque rebus vel hominibus sibi pertinentibus, sub nostra constitueremus defensione & eidem auctoritati. nostram firmitatis gratia iungeremus auctoritatem Cuius deprecationem libenter annuimus, & beneficium quod à nobis postulauit, ob amorem Dei, & reuerentiam ipsius sancti loci libenti animo ei concessisse omnium fidelium nostrorum cognoscat industria. Propterea præsentem autoritatẽ nostram ei fieri iussimus, per quam precipimus atque iubemus, vt nullus quislibet ex vobis, neq; de iuniorib. aut successorib. nostris, memorato venerabili viro *Nithardo* Abbati, nec Monachis seu hominib. suis, qui per eum legibus sperare noscuntur. de nullis quibuslibet illicitis occasionib. iniuriare, nec inquietare, aut cõdẽnare, neq; contra rationẽ Ordinis de rebus Monasterij sui, vnde ad præsens iusto ordine restitutus esse videtur, aut in ante Deo largiente ibidem iustè & ratio-

In apographo celsitudinem nostram.

& rationabiliter collatum fuerit, aliquid abstrahere aut minuere vllo modo præsumatis: nisi liceat ei vnà cum Monachis & hominibus suis, sub Dei, nostriq; Mundiburdo ac defensione quieto tramite viuere, ac residere, & pro nobis, vxore ac prole vel gente *Francorum*, seu stabilitate regni nostri attentius diuinam misericordiam exorare. Et si aliqui casus aduersus eum & in vico suo surrexerint, aut orti fuerint quos ibidem in prima absque graui, iniquo dispendio diffinire nequiuerit, vsque in præsentia nostra suspensos vel reseruatos, qualiter ibidem secundum legem & iustitiam finitiuam accipiant sententiam. Et vt præsens auctoritas firmior habeatur, vel per tempora melius conseruetur, annulo nostro subter iussimus sigillari.

f. instantia.

Adalleodatus Diaconus, ad vicem *Brunaldi* recognoui. Data VIII. Idus Ianu. Anno Christo propitio quarto regni *Ludouici* Regis in Orientali *Francia* Indict. XV. Actum *Reganespurc* ciuitate, in Dei nomine feliciter Amen.

NB. Originale incontaminatè & integrè in Monasterio reseruatur.

Catalogus Abbatum Monasterij *Metten.*

I. *B.* VTTO, constitutus Abbas circa an. Dn. 801. Obiit an. 829. die 3. Octobr.

II. OPORTVNVS obiit anno 844. vlt. die Ianuar. præsedit annis 14. mens. 2.

III. WOLFRAMVS obiit 9. Februar. anno 853. cum præfuisset annis 8. mens. 6.

IV. EMICHO præfuit an. 12. mens. 3. ob. 4. Octobr. an. 865.

V. NITHARDVS. Prælaturam gessit an. 14. mens. 2. obiit 9. septembr. anno 880.

VI. WYPPO an. 11. mens. 1. ob. 21. Iulij. an. 892.

VII. RVCHERVS cum præsedisset an. 6. mens. 2. denatus est 2. Ianuar. anno 899.

VIII. NITHARDVS secundus gubernauit ann. 5. mens. 2. fato functus 14 April. anno 904.

IX. WYPPO secundus an. 9. m. 3. ob. 12. Nouembr. an. 913.

X. ADALHARDVS præfuit ann. 21. mens. dimid. obiit anno. 935. die 13. Nouembr.

XI. WALTHERVS clauum tenuit ann. 16. mens. 3. def. 2. Decembr. Anno 952.

XII. EBERHARDVS, postquam præsedisset annis 24. mens. 4. desiit inter homines esse 23. Decembr. an. 978.

XIII. HETHARDVS subrogatus præfuit an. 25. mens. 1, obiit die 7. Martii Anno 1003.

XIV. WOLFRAMVS II. exactis regim: an. 28. m. 2. moritur in festo Visitationis B. virginis an. 1030.

XV. GERBERTVS præf. an. 26. mens. 2. ob. 5. Nouembr. an. 1056.

XVI. DIETMARVS post regim. ann. 21. mens. 3. mor. 25. Septemb. anno 1078.

XVII. DIETMARVS secundus præsedit ann. 13. mens. 2. obiit die 3. April. anno 1092.

XVIII. GEBEHARDVS an. 16. mens. 2. obiit 2. Febr. an. 1109.

Sublato è viuis Abbate *Gebehardo*, tenuerunt Monasterium *Metten*. Canoni-

Canonici in *Pfaffenmunſter* annis L. ſed hos amouit an. 1157. *Henricus* * I. *Auſtri-*
huiꝰ nominis Dux & Monachos reſtituit. *acus*

XIX. BERBERTVS præfuit ann. 23. menſ. 3. obiit die 8. Iunij, ann. 1181.

XX. LEOPOLDVS exacto regiminis ann. 3. & quod excurrit, menſ. 3. fatis conceſſit 5. April. an. 1185.

XXI. RVGERVS præfuit ann. 18. menſ. 3. obiit 29. Octobris ann. 1203.

XXII. FRIDERICVS obiit ann. 1226. die 21. Iulij, præſed. ann. 22 menſ. 3.

XXIII. BERNOLDVS an. 12. m. 1. obiit 30 Ianuar. an. 1239. ſub hoc Monaſterium incendio periit.

XXIV. ALBERTVS annis præfuit 36. menſ. 1. obiit 12. Auguſt. ann. 1275.

XXV. CONRADVS Adminiſtratorio nomine præf. an. 16. menſ. 3. poſtmodum electus prælatus an. 1292. ſuperuixit an 6. rexit in vniuerſum ann. 22. m. 3. ob. 11. Febr. an. 1297.

XXVI. VDALRICVS gubernauit an. 21. menſ. 5. obiit an. 1319. die 16. Ianuar.

XXVII. ALBERTVS II. Obiit die 5. Septembr. Ann. 1346. præſed. ann. 27. menſ. 3.

XXVIII. VDALRICVS II. ann. 34. menſ. 3. obiit 15. Maij, ann. 1381.

XXIX. ALTMANNVS an. 8. m. 2. ob. 20. Octobr. an. 1388.

XXX. PETRVS an. 38. m. 1. deceſſit 18. May. an. 1427.

XXXI. ANDREAS ob. Calend. Nouembr. an. 1435. cum præfuiſſet ann. 8. menſ. 3.

XXXII. ANDREAS II. an. 9. m. 2. ob. 19. Ianuar. an. 1445. hic inpetrauit Infulam in Concil *Baſileen.*

XXXIII. PETRVS *Vâltl* II. huius nominis, ob. an. 1459. in feſto S. *Thomæ* Apoſtoli, ædificauit chorum templi, præf. an. 14. m. 3.

XXXIV IOANNES *Hôpfl*, reædificauit chorum & infirmariã ob. an. 1478. 20. April. expletis in regim. an. 18. m. 1.

XXXV. PANGRATIVS præfuit ann. 14. menſ. 2. obiit 20 Ianuar. ann. 1493.

XXXVI. OSVVALDVS rexit ann. 9. menſ. 4. die 5. obiit 6. Ianuar. anno 1503.

XXXVII. OSVVALDVS ſecundus ann. 11. menſ. 1. obiit in feſto ſanctę Agathæ, ann. 1514.

XXXVIII. WOLFGANGVS *Altman* præfuit ann. 11. menſ. 7. hebd. 3. ob. 20. ſept. an. 1526.

XXXIX. WOLFGANGVS *Hâberl.* II. huius nominis ob. in die S. Sylueſtri, ann. 1534. præf. ann 8. menſ. 6.

XL. CAROLVS *Dorn* elig. die 13. Martij, ann. 1535. præf. ann. 2. menſ. 5. d. 3. ob. 16. Auguſt an. 1537.

XLI. LEONARDVS *Ortmayr* elig. die vlt. Iul. præf. an. 4. m. 4. dies 6. ob. 20. Martij an. 1541.

XLII. IOANNES *Edmayr* huius nom. 2. mitra inſignitus, rexit ann. 4. m. 4. dies 6. ob. 20. Martij an. 1545.

XLIII. OSWALDVS III. *Mayr* cognom. *Ingolſtadien.* elig. 15. Decemb. an. 1548. præf. an. 19. m. 7. dies 22. ob. 6. Auguſti an. 1569.

XLIV. SE-

XLIV. SEBASTIANVS *Caſtner. Regen.* profeſſus Monaſterij inferioris *Altahæ* Præpoſitus in Rinchnach, elig. 6. Octobr. an. 1569. præſedit an. 7. m. 7. d. 1. ob. 30. May, an. 1577.

XLV. IOANNES III. adminiſtrauit Monaſterium an. 1. m. 5.

XLVI. BENEDICTVS Adm. an. 1. m. 10. d. 14.

XLVII. MARCVS *Geſch* Profeſſus Monaſterij SS. *Vdalrici* & *Affræ Auguſtæ*, elect. 16. April, ann. 1581. præfuit an. 10. menſ. 11. d. 24. obiit die. 11. April. ann. 1592.

XLVIII. EGIDIVS *Hiebl* Ingolſtadien. adminiſtrator Monaſterij per annum, eligitur Abbas die 20. Aprilis, an. 1595. præfuit an. 1. m. 5. d. 3. in vniuerſum an. 2. m. 5. d. 3. ob. 23. Febr. an. 1595.

XLIX. ANDREAS tertius dictus *Egkler* Profeſſus *Tegernſeen.* elig. 20. Aprilis, an. 1595. præſ. ſept. 14. ob. die. 12. Iulij eiuſd. anni.

L. IOANNES *Nablas Lautterpacen.* Conuentualis Monaſterij S. *Emmerammi Ratiſpon.* electus & confirmatus in feſto S. *Egidij*, benedicitur in die Sancti *Remigij*, Laudabiliter adhuc præeſt, cui vitam & felicitatem Deus largiatur.

MOSPVRG.

COLLEGIATA Eccleſia Canonicorum ſecularium, olim Monaſterium, nunc Clericorum Collegium. Arnoldus Imperator Monaſterium, & Abbatiam Moſpurg dedit ac ſubiecit Eccleſiæ Friſingenſi, vt perpetuo ſub eius defenſione & poteſtate eſſet, Anno 895. Ex libro traditionum Eccleſiæ Friſingenſis, tribuit illi Monaſterio etiam paſcua ſuper eum locum, vbi Ambra in *Iſaram* cadit. Itidem confirmat hanc ſubiectionem & donationem Arnoldi Imperatoris Otto primus Imperator, Anno 940.

DE hac extat etiam ſententia Adalberonis Comitis, in cuius Comitatu Moſpurg ſitum eſt &c. ex mandato Cunradi Imperatoris, qua ſententia Moſpurg Monaſterium Eccleſiæ Friſingenſis iuri ac dominio perpetuò adiudicatur, an. 1127. ex eodem libro.

HEINRICVS ſanctus è fundamento extruxit templum Moſpurgij, pro ſecularib. Sacerdotibus, Auent. fol. 507. De translatione D. Caſtuli è Roma ibidem Auent. fol. 725.

ADDITIONES.

REGALIS CONCESSIO DE MOSPVRG.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Arnolfus* diuina fauente clementia Rex. Si de rebus terrenis, quibus Dei largiente gratia præ cæteris mortalibus ditati ſumus, Eccleſias in honore ſanctorũ electorum conſtructas, noſtræque Regalitati ſubiectas ſublimare ſtudemus, nõ ſolum ad diuturnam regni noſtri ſtabilitatem, verum etiam æternæ felicitatis gloriam adipiſcendam, id nobis optimum eſſe credimus. Idcirco namque cognitum eſſe volumus induſtriæ omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque præſentium ſcilicet & futurorum, qualiter nos pro æternæ remunerationis incremento, nec non *Carlomanni* chari patris noſtri animæ remedio, cæterorumque Regum, anteceſſorum

forum videlicet nostrorum diuina memoria, verum etiam per interuentum *Walthonis* venerabilis nostri Episcopi, & per eius assiduam fidelis obsequii beneuolentiam ad sedem *Frisingensis* Ecclesiæ in honore DEI genetricis semperque virginis *Mariæ* consecratum, quoddam Monasterium *Mospurg* nuncupatum, in veneratione beati *Castuli* martyris Christi constructum, cum cortilibus & ædificiis, campis, agris, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumque decursibus, molēdinis, piscationibus, viis & inuiis, exitib. & redditibus, vineis, terris, cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, cunctisque appendiciis, ad idem Monasterium iustè legitimèque pertinentibus post obitum dilectæ matris nostræ *Ludsvviridæ* proprietario iure concessimus, eo nempe tenore, vt supradicto Monasterio propriis priuilegiis liceat vti clericis, etiam ibidem ad sanctum altare seruientibus, cum omni adminiculo stipendij in eodem loco, vt vacent orationibus benè procuratis sub mundiburdio & defensione præfatæ sedis, id est, *Frisingensis* Ecclesiæ Episcopiipso Episcopo in omni vsu & vtilitate sui arbitrio & dispositione fruendum, æternaliter decreuimus. Iussimus quoque hoc presens largitionis nostræ exinde conscribi præceptum; per quod volumus firmiterque iubemus, vt iam dictum Monasterium sine vllius successoris nostri impedimento, per omnia labentis mūdi tempora proprie possidendum consistat. Et vt hæc auctoritas nostra firmiorem in Dei nomine obtineat stabilitatem, manu nostra subtus eam roborantes annulo nostro iussimus sigillari.

Wichreich Cancellarius ad vicem Domini *Dyethmari* Archicapellani recognoui

Data XIII. Cal. Augusti. Anno incarnationis Domini DCCC. XCV. Indict. XIII. anno octauo regni Dñi *Arnolfi* piissimi Regis.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Arnolfus* diuina fauente clemētia Roman: Imperator Augustus. Cum vel orphanorum, aut Ecclesiarum omnium egentium inopiam opib. diuinis vel terrenis ditare cupimus, inde immarcessibilem coronam à Deo adipisci credimus, & bonis præmia malisque pœnas * inde in extremo examine æterna præmia speramus. Quo acto nouerint omnes Christi nostriqué fideles, tam futuri quam præsentes, qualiter nos pro remedio animæ nostræ, omniumque parentum nostrorum in Christo dormientium requie, ad Monasterium in honore sanctæ & indiuiduæ *Trinitatis*, atque beatæ virginis *Mariæ*, nec non beati *Castuli* martyris in loco *Mosburc* constructo, ad altare vbi prædictus martyr requiescit, terram pascualem tradidimus in Septentrionali plaga loci sitam, scil. à passo & choro, vsque dum *Ambora* cadit in flumen quod dicitur *Isara*. Ea vero ratione, vt quicunque aut præfatę Sanctæ *Mariæ*, aut B. *Castuli* prætiosi martyris in præfato loco mansionem habuerint, omnem vtilitatem quam siue in agris, siue in pratis, siue in syluis inde habere poterint nostræ clementiæ munere sibique & omni posteritati de præfata familia existenti hæreditario iure concessimus volumus ... vt nullus patronus, siue Episcopus, siue magnus siue paruus vllam potestatem habeat inde aliquid faciendi. Et vt hæc nostræ imperialis traditionis auctoritas stabilis & inconuulsa per successedentium momenta temporum permaneat; hanc cartam inde conscriptā manu propria vt inde videre corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Ex lib. M. S. Traditt. Frising. manuscr.

*

Signum Dñi *Arnolfi* Rom: Imp: Aug:

Adalgero Cancellarius vice *Bardonis* Archicancellarij recognoui. Dat. VI. Nonas

Nonas Octobris anno Dominicæ incarnationis DCCC. XCVI. Indict. XI anno autem Dñi *Arnolfi* ordinationis XVI. regni verò V. Actum *Ratisponæ* in Dei nomine feliciter Amen.

Restitutio ac redonatio *Mospurg.* & *Veringn.* ab *Ottone* Rege *Lamberto* Episcopo *Frisingen.* facta, Anno 940.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Otto* Dei gratia Rex. Notum esse volumus omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus nostrisque, qualiter venerabilis *Frisingensis* Ecclesiæ præsul *Lantpertus* nomine nostram adiit celsitudinem deprecans, vt traditionem cuiusdam Abbatiolæ *Mosepurg* dictæ ab antecessore nostro fælicis memoriæ *Arnolfo* Rege, cum omnibus iure legitimeque ad eam pertinentibus ad præfatam Ecclesiam condonatæ; nec non cuiusdam curtis regiæ *Weringæ* à filio eius *Ludouico* simili modo illuc delegatæ, iterum auctoritatis nostræ scripto roborare dignaremur. Cuius petitioni per interuentum dilecti Ducis nostri *Berchtoldi* aliorumque fidelium nostrorum *Bavvarienſis* regionis Principum, Episcoporum & Comitum libenter assensum præbentes, has easdē traditiones, nec non & mancipia his nominibus, *Otperht*, *Kerlind*, *Nisa*, *Adelmut* cum filiis eorum, pridem à Regibus illuc tradita, sed per quandam machinationem nouiter ad Cæsaream regiam exquisita, præfatæ Ecclesiæ præsuli potestatique subiicimus. & per nostræ largitionis scriptum iterum renouamus. Iussimus quoque hoc præceptum inde conscribi, per quod volumus firmiterque iubemus, quatenus prædicta Abbatiola & Curtis regia *Veringa* nominata, ad *Frisingensē* Episcopium jure pertineant perpetuo, & à Ministerialibus eiusdem Episcopi teneantur & possideantur. Vt autem hæc concessio nostra firmam sempiterno tempore stabilitatem obtineat, manu nostra roborauimus, annuloque nostro insigniri præcepimus.

Signum Dñi *Ottonis* Serenissimi Regis.

Poppo Cancellarius ad vicem *Friderici* Archicapellani recognoui. Data IIII. Kal Iunij, anno ab incarnatione Dñi DCCCC. XL. Indict. XIII. feria sexta. Anno autem *Ottonis* piissimi regis IV. Actum Salce in Dei nomine feliciter Amen.

Litteræ Reuersales *Henrici* Com. Pal. *Rheni* *Bauariæ* Ducis anno M.CC.LXXXIV.

NOs *Heinricus* Dei gratia Comes Pal. *Rheni* Dux *Bauariæ* tenore præsentiū profitemur, quod vniuersa feuda infra nostri Ducatus terminos sita, quæ olim Comites de *Mosburga* à *Frisingensi* Ecclesia possidebant, post obitum eorundem Comitum sine hæredibus decedentium à manibus Reuerendi in Christo Patris & Domini nostri charissimi Dñi *Emichonis* venerabilis Episcopi *Frisingensis* susceperimus & hæredes nostri feudali titulo possidenda. Ipse verò Dominus Eps *Frisingensis* in collatione huiusmodi feudorū ad Comites quondā in *Mosburga* spectantiū, excipiēdo in se & suos successores retinuit Aduocatiā in *Isen*, cū omnib. eiusdē Aduocatiæ attinētiis, quæsitis & inquirēdis. Et insup aduocatias curiæ villicalis in *Mosburga* & dotis ibidē in *Schönberge*, & in vtroq; *Hummel*, in quantum ad Domini Episcopi mensā spectant ante dicti. Et in *Seubolsdorff*, & in *Mosheim*, & in *Reut*, & si quas alias possessiones habet inter *Frisingam* & *Mosburgum* sitas in præsentiarum, has & non alias Dominum nostrum Episcopum recogno-

cognoscimus excepisse, De *Hummel* videlicet ambobus intelligimus, siue proprietate, siue iure aduocaticio quicquam obtineatin eisdem. Nos verò è conuerso promisimus pro nobis & hæredibus nostris, quod iudices nostri non debent de cætero ipsius Domini nostri Episcopi *Frisingensis* Iudices seu officiales impedire in iudicio exercendo in possessionibus suis apud *Aeutingen* sed Officiales & iudices memorati Domini Episcopi iudicabunt in possessionibus suis ibidem omnia, præter homicidium, furtum quodcunque & violentes virginum & mulierum oppressiones, & legem Corneliam, in quantũ pertinet ad fracturam hostiorum & domorum: & præter grauia vulnera ex gladiis & cultellis prouenientia, deformitatem aut perpetuam læsionem aut mutilationem, aut nasus, aut oculorum priuationem inducentia, quæ debent per nostrum prouincialem iudicem iudicari. Apud vtrumque verò *Hummel* Domini nostri Episcopi judices & Officiales omnes culpas, noxas & excessus iudicabunt, præter maleficos, videlicet Fures, homicidas, virginum & mulierum oppressores, quos iudicabunt Domini nostri Episcopi Iudices & Officiales, & iudicatos tradent nostris iudicibus puniendos, sicut in districtibus quibusdam Ecclesiæ Frisingensis extra dominium obtinuit ex antiquo. Adhæc promisimus quod nos seu hæredes nostri forum in *Morburga* in ædificiis vel structuris ciuitati *Frisingensi* præiudicantibus nullo modo recuperemus, & quod nihil iuris in *Praita* spectantem ad Curiam villicalem in *Mosburga* vendicabimus aut vsurpabimus quoquo modo. Præterea etiam promisimus, quod nullum prorsus impedimentum præstabimus in transitu & vectura salis, Ciuibus & hominibus extraneis occasione fori *Mospurgensis*, in ciuitatis præiudicium *Frisingensis*. Nouissimè promisimus Præposito & Canonicis in *Mosburga* obseruare illibatos omnes libertatis articulos subnotatos. Videlicet quod eisdem Præposito & Canonicis instituere & destituere liceat suos Colonos in eorum prædiis & possessionibus, atque corrigere iure suo illos, qui se per matrimonium ab Ecclesia *Mospurgensi* alienarunt. Et quod familia eorundem Canonicorum & Officiales non trahantur ad iudicium sæculare in causis leuibus, in quibus Canonici habebunt cognoscere de excessibus eorundem. Et quod fugitiui ad Monasterium in *Mospurga*, & ad domos eorundem Canonicorum, quas inhabitant, gaudere debeant immunitate debita & consueta. Actum & datum *Mospurgæ* Anno Domini Millesimo Ducentesimo LXXXIV. octauo Id. Octob. Testib. præsentib. subnotatis qui sunt. Domini *Gerhardus* S. *Andreæ*, *Eberhardus* S. *Viti* in *Frisinga*, Magr. *Henricus VVerden.* & *Fridericus Mospurgensis* Ecclesiarum Prepositi, *Bertholdus* de *Hausen* Archidiaconus & Canonic⁹ *Frisingensis*. *Herbordus* sancti *Andreæ* & *Leonardus* sancti *Viti* Ecclesiarum Canonici. *Otto* de *VValdeckh*, *Heinricus* de *VVoluoltsdorff*, *VVimarus Vrumôsel*, *Bertholdus* de *Geboltspach*, *Dietmarus Lein*, *Cunradus Turtenfelder* milites. *Conradus* de *Halmberch*, *Albertus Iudmannus*, *Conradus* de *Püttelbach*, ministeriales Ecclesiæ *Frisingensis*. *Sterholdus* de *VVollingen*. Ex parte verò nostra, Magr *Fridericus* nostræ Curiæ Prothonotarius, *Albertus* Comes de *Hals*, *Chunradus* de *Preisingen Alhardus* de *Vraunhouē*, *Rickherus* & *Harpertus* fratres de *Aheim*, *Heinricus* de *Phölingen*, *Burckhardus de VVinterberg* milites, & alij fidedigni. In cuius rei testimonium & perhennem memoriam præsentem paginam nostri appendentis sigilli munimine iussimus roborari. Sroms esel.

Confirmatio *Sigismundi* Imperatoris, &c.

SIGISMVNDVS diuina fauente clementia *Romanorum* Imperator semper Augustus, ac *Hungariæ*, *Bohemiæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ*, &c. Rex. Notum facimus teno-

re præsentium vniuersis, quod veniens ad nostræ præsentiam Venerabilis *Nicodemus* Episcopus *Frisingensis*, Princeps & consiliarius noster deuotus dilectus, nobis humili cũ instantiâ supplicauit, quatenus sibi & suæ Ecclesiæ quandam litteram sigillatam sigillo pẽdenti Illustris quondam *Heinrici* Comitis Palatini *Rheni*, & Ducis *Bauariæ* de Anno Millesimo Ducentesimo Octuagesimo quarto, Ecclesiæ & Episcopo *Frisingensi*, super certis bonis & juribus eiusdem Ecclesiæ datam approbare & confirmare dignaremur. Cuius quidem litteræ tenor per omnia sequitur, & est talis. Nos *Henricus* Dei gratia Comes Palatinus &c. vt proximè supra. Nos verò attendentes huiusmodi supplicationem præfati Episcopi *Nicodemi* fore consonam rationi, & habentes benignum respectum ac grata fidelitatis obsequia, quibus ipse nos, & sacrum studet honorare Imperium, animo deliberato, sanoque fidelium nostrorum accedente consilio, & de certa nostra scientia eidem *Nicodemo* Episcopo, & Ecclesiæ *Frisingensi* præscriptam litteram in omnibus suis punctis, clausulis & articulis, prout de verbo ad verbum iacet supra scriptum quantum digne possumus, auctoritate Cæsarea approbamus, & tenore præsentium gratiosius confirmamus. Decernentes eam perpetuò obtinere roboris firmitatem præsentium sub nostræ Imperialis maiestatis sigillo testimonium litterarum. Datum *Vlmæ* Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Trigesimo quarto, die vigesima mensis Iulij, Regnorum nostrorum anno, *Hungariæ* Quadragesimo octauo, *Romanorum* Vigesimo quarto *Boemiæ* quarto decimo, Imperij verò secundo.

Ad mandatum Domini Imperatoris *Caspari Schlick* Cancellario referente. *Petrus Kalde* Præpositus *Northusensis*.

Bulla Translationis Collegiatæ Ecclesiæ *Mospurgen.* *Landishutam* ad S. *Martinum*.

CLEMENS PP. VIII.

AD perpetuam rei memoriam. In eminenti militantis Ecclesiæ specula licet immeriti diuina dispositione constituti, & exincumbenti nobis Apostolicæ solicitudinis officij debito, circa Ecclesiarum quarumlibet statum prospere & salubriter dirigendum, ac concedente Domino in melius commutandum circumspectæ considerationis intuitum libenter dirigimus, ac statum ipsum interdum immutamus & alteramus, ac desuper disponimus prout salus animarum exigit, piaque Catholicorum Principum vota exposcunt, & rationabiles causę persuadent, nec non locorum & temporum qualitatibus, & conditionibus diligenter consideratis, pro diuini cultus augmento conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque sicut accepimus, sæcularis & Collegiata, quæ etiam Parochialis existit Ecclesia sancti *Castuli* oppidi *Mospurgi Frisingen.* Dioces. olim vt asseritur per Duces *Bauariæ* fundata & dotata, prout etiam oppidum ipsum, per angusta & obscura existat fructusque, redditus, & prouentus Canonicatuum & Præbendarum eiusmodi adeo tenues sint, vt vix vllus nobilitate, scientia, aut moribus insignis existat, qui pro iis consequendis instet, pauci quoque admodum Canonici inibi resideant, iique neglectis iis quæ ad diuinum cultum & Ecclesiasticam disciplinam pertinent, ita libere & dissolutè viuant, vt ipsorum vita nihil fere à reliqui populi moribus differat, atque ita scandalo potius, quàm alicui ædificationi illi populi sint; Oppidum verò *Landishuta* Ciuitas nuncupatum eiusdé dioc.

quæ

quæ prout primodictum oppidum sub ditione dilecti filij Nobilis viri *Gulielmi Bauariæ* Ducis consistit, celebris & valde frequens, locusque solitæ consilii ipsius *Gulielmi* Ducis residentiæ, ac in eo parochialis ecclesia ampla & bene instructa sub inuocatione sancti *Martini*, nulla tamen Collegiata existat, ac si in primodicta Ecclesia nomen, titulus, & denominatio Collegiatæ, ea parochiali duntaxat remanente, nec non dignitates ac Canonicatus & præbendæ ibidem existentes, quæ de iure patronatus ipsius *Gulielmi* Ducis, ex fundatione vel dotatione, vt asseritur, existunt, perpetuo supprimerentur & extinguerentur, secundo dicta verò Ecclesia sub inuocatione sanctorum *Martini* & *Castuli* imposterum nuncupanda in Collegiatam Ecclesiam cum mensa Capitulari, arca sigilloque communibus, ac in ea vna Præpositura principalis pro vno Præposito, vnusq; Decanatus secunda inibi dignitates pro vno Decano, nec non decem, vel plures Canonicatus & præbendæ, pro totidem Canonicis, qui omnes Capitulum ibi constituant, ac duodecim Capellaniæ Vicariæ nuncupandæ pro duodecim futuris inibi perpetuis Capellanis Vicariis nuncupandis, qui cum eisdem Præposito, Decano & Canonicis missas & alia diuina officia celebrent Collegialiter, omnibusque horis Canonicis in illa interfint perpetuo erigerentur, & instituerentur; illisque pro sua dote, Collegiatæ ac dignitatum, & Canonicatuum suppressorum huiusmodi, nec non alia, redditus & bona, quæ idem *Gulielmus* Dux ad hunc effectum de bonis suis ad sufficientiam, vt ad dignitates, ac Canonicatus, & præbendas, perpetuasque Capellanias, sic erigendas iuxta sacros Canones & Concilij *Tridentini* formam qualificatæ, & quæ alias sua eruditione & doctrina, vitæque ac morum integritate non solum illi loco, sed toti prouinciæ prodesse, ac ornamento esse, nec non damnatos quosdam hæresum errores apud aliquos inferioris *Bauariæ* Nobiles etiam hodie remanentes sua solicitudine ab eis expellere possint, saluo sibi, & successoribus suis Iure patronatus, & præsentandi tales personas assignare intendit, applicarentur, nec non omnia & singula perpetua simplicia beneficia Ecclesiastica, in secundo dicta Ecclesia existentia, cum primum vacauerint vnirentur, sic, vt cura animarum Parochianorum secundo dictæ Ecclesiæ per vnum vel plures, ex futuris inibi Canonicis huiusmodi ad hoc per Capitulum deputan. & per loci ordinarium approban. exerceretur, procul dubio orthodoxæ fidei in illis partibus conseruationi & stabilimento plurimum consuleretur, faciliusque viri moribus & scientia præditi qui secundo dictæ Ecclesiæ deseruire, ac dignitates, ac Canonicatus & Præbendas, nec non Capellanias in ea obtinere vellent, reperirentur, diuinusque cultus maximum in secundo dicta Ecclesia, cum maiore etiam decore & venustate secundo dicti oppidi, & tam illius, quam primodicti oppidi populi ædificatione & salute susciperet incrementum. Quare nobis humiliter supplicari fecit idem *Gulielmus* Dux, quatenus in præmissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudm inter alia voluimus, quod petentes beneficia Ecclesiastica aliis vniri tenerentur exprimere verum annuum valorem, etiam beneficij cui aliud vniri peteretur, alioquin vnio non valeret & semper in vnionibus Commissio fieret ad partes, vocatis, quorum interesset, quique Ecclesiarum quarumlibet decorem & venustatem, ac in melius directionem, nec non in illis diuini cultus augmentum, & animarum salutem, nostris potissimum temporibus sinceris desideremus affectibus; cupientes quantum cum Deo possumus in præmissis salubriter consulere ad singularum Ecclesiarum, dignitatum, Canonicatuum & Beneficiorum prædictorum, ac illis respectiue annexorum fructuum, reddituum, & prouentuum veros an-

nuos valores; nec non quorumcunque. vnionum, annexionum, incorporationum, applicationum & appropriationum secundo dictæ Ecclesiæ hactenus quomodolibet factarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica tenore præsentium ad omnipotentis DEI laudem, & gloriam, ac militantis Ecclesiæ exaltationem, nec non primo, & secundo dictarum Ecclesiarum feliciorem, & tranquilliorem statum & successum ex nunc, prout ex tunc, & è contra cum primum Canonicatus, & præbendas, ac dignitates' in ipsa primo dicta Ecclesia obtinentibus, de sufficientibus ad eorum sustentationem redditibus, ab ipso *Gulielmo* Duce assignandis prouisum fuerit in primo dicta Ecclesia, videlicet, nomen, titulum, essentiam & denominationem collegiatæ, nec non illius Canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum nomina & titulos perpetuo supprimimus, & extinguimus, ac primodictam Ecclesiam in simplicem parochialem reducimus; secundo dictam verò Ecclesiam, quam sub inuocatione sanctorum *Martini* & *Castuli* in posterum nuncupari, & per dictum *Gulielmum* Ducem, qui ad id se obtulit ampliari, seu alias ornari volumus, & mandamus, in collegiatam Ecclesiam cum mensa Capitulari, sigillo, arca & capsa communibus, aliisque Collegialibus insignibus, & in ea vnam Præposituram, dignitatem inibi principalem pro vno Præposito qui inibi præsit, & aliorum caput existat, ac vnum Decanatum, qui dignitas non tamen principalis ibidem existat, pro vno Decano, nec non decem vel plures Canonicatus, & totidem præbendas, pro decem Canonicis, qui vna cum Præposito, & Decano huiusmodi capitulum ipsius Ecclesiæ Collegiatæ constituant, ac duodecim perpetuas Cappellanias Vicarias nuncupandas, pro duodecim Capellanis duodecim perpetuis Vicariis nuncupandis, qui cum eisdem Præposito, Decano, & Canonicis in ea quotidie missas, horasque Canonicas, diurnas pariter & nocturnas, ac alia diuina officia recitare & celebrare, illisque interesse, ac secundo dictæ Ecclesiæ in diuinis deseruire teneantur, etiam perpetuo erigimus, instituimus, illisque sic erectis & institutis, & seu mensæ Capitulari huiusmodi pro sua dote, & Præpositi, ac Decani, nec non Canonicorum, & Capellanorum huiusmodi sustentatione, onerumque eius, & secundo dictæ Ecclesiæ pro tempore quomodolibet incumbentium supportatione, omnia & singula perpetua simplicia beneficia Ecclesiastica in secundo dicta Ecclesia existentia, cum primum illa per cessum, vel decessum, aut quamuis aliam demissionem vel amissionem illa nunc obtinentium, aut alias quouis' modo, etiam in mensibus, nobis & Apostolicæ sedis dispositioni reseruatis, vel ad ordinarij collatoris dispositionem pertinentibus etiam vigore constitutionum Apostolicarum, vel alternatiuorum mensium, aut quorumcunque indultorum, & priuilegiorum Apostolicorum pro tempore editorum, & emanatorum, aut concessorum, etiamsi nunc actu illa, aut quoduis illorũ vt præfertur, vacent, aut vacare contigerit, ac omnia & singula primo dictæ Ecclesiæ (centum Ducatis' annuis pro illius Rectore pro tempore existente, qui curam animarum ibi pro tempore exercet, sustentatione duntaxat exceptis) nec non canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum suppressorum, & extinctorum huiusmodi, aliâsque per dictum *Gulielmum* Ducem, vt præfertur, assignanda, proprietates & bona, fructusque, redditus, & prouentus, & alia quomodolibet & nuncupata, & in quibusuis rebus consistentia, quæ omnia inter Præpositum, Decanum, & Canonicos Ecclesiæ in Collegiatam per præsentes erectæ pro tempore deseruientes, iuxta prouidam ordinationem desuper à nostro & sedis Apostolicæ Nuncio in illis partibus commo-

commorante, vel ab ordinario loci faciendam, ac quorum saltē parte tertia juxta formam per Decreta Concilij *Tridentini* desuper præscriptam, pro quotidianis distributionibus assignari, & per personaliter deseruientes tantùm lucrari debeat, & quorum omnium duplicem, vel aliam Nuncio, siue ordinario præfatis beneuisam Præpositus, & Decanus prædicti, Canonici verò maiorem etiam portionem, quam Capellani habeant, similiter perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus, amplificamus, & appropriamus; illa omnia sic applicata consequi, habere & retinere, nec non locare, dislocare, & arrendare, ac fructus, redditus & prouentus eorundem percipere, exigere, leuare, & recuperare, ac in suos vsum, & vtilitatem, onerumque sibi incumbentium, supportationem conuertere, cuiusuis licentia desuper minimè requisita; ita tamen, quod Capitulum secundo dictæ Ecclesiæ, curam animarum illius Parochianorū per vnum vel plures de gremio ipsius Capituli ad id per eos eligendos, seu deputandos, & ab ordinario loci approbādos exercere, & illius onera subire teneantur; Ac insuper Collegiatæ Ecclesiæ per præsentes erectæ, illiusq; Capitulo, Præposito, Decano, Canonicis & Capellanis, aliisq; Ministris prædictis, nec non rebus, & bonis, vt omnibus & singulis priuilegiis, imunitatibus, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, prærogatiuis, fauoribus, indultis, indulgentiis, & aliis gratiis spiritualibus, & temporalibus, ac tam Apostolicis, quàm aliis, quibus aliæ Collegiatæ illarum partium, eorumq; Capitula, dignitates in eis obtinentes, & Canonici, ac alij ministri de jure, vsu, & consuetudine, vel ex priuilegio, aut aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri & gaudere possunt, & poterunt, quomodolibet in futurum, pariformiter, & sine vlla prorsus differentia, vti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè, etiam perinde ac si illa ei à principio concessa essent. Quodque pro dictæ Collegiatę Ecclesiæ per præsentes erectæ, illiusq; personarum, rerum & bonorum felici directione, prosperoq; statu, ac Ministrorum pace & tranquillitate, quęcunq; licita, & honesta, sacrisq; Canonibus & decretis Concilij *Tridentini* minimè contraria, ac tam circa modū percipiendi fructus, ac distributiones, ac inseruiendi Ecclesiæ, quam aliàs felix illius regimen cōseruantia statuta, & ordinationes condere, ac toties, quoties expediens videbitur, reformare, mutare, & corrigere, ac etiā de nouo facere, liberè & licitè valeant, indulgemus, ac licentiā & facultatē concedim⁹, ac demum prædicto *Gulielmo* Duci pro se, suisq; successoribus. *Bauariæ* Ducib⁹ pro tēpore existētibus ius patronatus, & præsentandi personas idoneas ad Præpositurā & Decanatū, singulosq; Canonicat⁹ & præbendas, ac Capellanias per præsentes erectos, quoties illos & illas deinceps perpetuis futuris tēporibus, etiā apud sedē prædictā, etiā ex quorūcunq; personis vacare contigerit, ac etiā hac prima vice ordinario loci per eundē ordinariū ad prę̄sentationē huiusmodi instituen, & aliàs eo modo, quo ipse *Gulielmus* Dux jus patronat⁹ & præsentandi ad dignitates, ac Canonicatus, & præbendas suppressas huiusmodi ante suppressionem habuit, ac prædecessores sui habuerunt, itidē perpetuo reseruamus, cōcedimus & assignamus, ipsumq; jus patronatus, & præsentandi *Gulielmo* Duci & successoribus eisdē, tanquā veris & legitimis fundatoribus, ac patronis, ex veris, meris & primęuis fundatione aut dotatione cōpetere, nec illi vnquā, etiā per Romanū Pontificē sedēq; prædictā, aut illius etiā de latere legatos, vel quosuis alios, absq; expresso *Gulielmi* Ducis, & successorum eorundē cōsensu, ac speciali, & expressa præsentium mentione derogari, neq; derogatū censeri, præsentes quoq; literas nullo vnquā tempore, etiā ex eo, quod quicunq; interesse habentes, vel prętendentes vocati nō fuerint, neq; promissis consenserint, causæq;, propter quas illa

emanarint, examinatæ, justificatæ, vel verificatæ non extiterint, aut ex quouis alio capite, vel causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, in jus vel controuersiam vocari, aut aduersus eas quodcumque juris, gratiæ vel facti remedium impetrari posse, sed semper validas & efficaces existere, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, neque sub quibusuis similium vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore etiam in crastinum assumptionis cuiusuis Romani Pontificis ad apostolatus apicem, per quasuis constitutiones, apostolicas, & Cancellariæ apostolicæ regulas pro tempore factas, & concessas cõprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties eis quouis modo derogari contigerit, toties in pristinum, & validissimum statum suum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo etiam sub quacunque posteriori data, per *Guilelmum* Ducem & successores prædictos eligen. concessas esse & censeri, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari, & ita per quoscunque judices, Commissarios & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici auditores, ac sanctæ Rom. Ecclesię Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari & diffiniri debere decernimus. Insuper eiusdem Ecclesiæ Collegiatę sic erectæ Præpositum amplioribus priuilegiis & gratiis prosequi volentes, eidem pro tempore existenti Præposito, & Mitra & Baculo pastoralibus ad instar Abbatum, vsum Mitræ & Baculi habentium in eadem Ecclesia vti, indumenta, & paramenta Ecclesiastica, & aliam sacram supellectilem, in quibus oleum sacrum non adhibeatur, pro eiusdem Ecclesiæ duntaxat vsu benedicere; confessiones Christi fidelium quorumcunque in eadem Ecclesia audire, injunctaque ipsis pœnitentia salutari, absolutionis beneficium eis impendere, nec non quoscunque ad ipsum humiliter recurrentes, à crimine hæresis, dummodo non sint relapsi, ac facta per eos secreta vel publica, arbitrio ipsius Præpositi abiuratione, iniunctaque illis pariter pœnitentia salutari, in foro conscientiæ duntaxat absoluere; Confessarios ad audiendas confessiones in ipsa Ecclesia de gremio Capituli vel Capellanorum, dummodo tamen ab ordinario loci approbentur, eligere & deputare, Confraternitatis fidelium in eadem Ecclesia ad Dei laudem, & animarum salutem, piorumque operum exercitium erigere & instituere; officium diuinum in eadem Ecclesia juxta Romani Breuiarij ritum decantari, & celebrari, horas vero Canonicas nocturnas, & diurnas cantari, vel legi, prout temporum necessitas, vel honestas tulerit curare, & circa præmissa, prout magis secundum Deum ad fidelium ædificationem expedire judicauerit, præscribere valeat, auctoritate, & tenore prædictis facultatem & auctoritatem perpetuo impartimur. Præterea vt Ecclesia prædicta in debita veneratione habeatur, & Christi fideles eo libentius deuotionis causa ad ipsam Ecclesiam accedant, quo exinde cœlestis gratiæ donis vberius conspexerint se esse refectos, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus, qui eandem Ecclesiam in *Natiuitatis*, ac secundo *Paschalis Resurrectionis* Domini nostri Iesu Christi, *Pentecostes*, *Corporis Christi*, *Assumptionis* B. *Mariæ*, ac anniuersario *Dedicationis* ipsius Ecclesiæ diebus à primis vesperis vsque ad occasum solis dierum huiusmodi, singulis annis deuotè visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Quocirca dilectis

filiis

filiis Curiæ causarum Cameræ apostolicæ generali auditori, & *Ratispon.* ac *Frisingen.* officialibus per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut vnus eorum, per se vel alium, seu alios, literas prædictas, vbi & quãdo opus fuerit, ac pro parte dicti *Gulielmi* Ducis, siue successorum suorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentes, & in eis contenta quæcunq; inuiolabiliter obseruari, ac Gulielmum Ducem, & successores præfatos, ac alios, quos ipsæ concernunt, eis pacifice gaudere; non permittentes illos desuper contra earundem presentium tenorem quomodolibet indebitè molestari, impediri, aut inquietari; contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus easdem censuras, & pœnas aggrauando, interdictum Ecclesiasticum apponẽdo, & si opus sit, auxilium brachij secularis inuocando; non obstañ. priori voluntate nostra præfata, ac Lateranen. Concilij nouissimè celebrati, vniones perpetuas, nisi in certis casibus à jure permissis, fieri prohibentis, ac piæ memoriæ *Bonifacij* PP. VIII. similiter prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra suam ciuitatem, vel Diœcesin, nisi in certis exceptis casib. & in illis vltra vnã dietam à fine suæ Diœc. ad judiciũ euocetur, seu ne judices à sede præfata deputati extra Ciuitatem vel Diœcesin in quibus deputati fuerunt, contra quoscunque procedere, aut alij vel aliis vices suas committere presumant, ac de duabus dietis in Concilio generali edita, & quibuswis aliis apostolicis, nec non in prouincialibus & synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionib. & ordinationibus, nec non primodictæ Ecclesiæ, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & tàm in illius, quã secundo dicta Ecclesiæ, ac dignitatum, Canonicatuum, & præbendarum ac beneficiorum in illis existentium fundatione, per quoscunq; Ecclesiasticos etiam Romanos Pontifices prædecessores nostros, vel successores, quacunque etiam Imperiali, Regia, Ducali, vel alia quauis Ecclesiastica, vel sæculari dignitate fungẽtes, seu ad eorum requisitionem quauis auctoritate editis, etiã quod personæ ad aliquot ex Canonicatibus, & præbendis ac dignitatibus primodictæ, nec nõ ex beneficiis secundo dictæ Ecclesiarum assumendæ ex dictis oppidis, seu aliis certis locis, Ciuitatibus, vel Diœcesibus, ac de certo genere personarum esse, & assumi debeant disponentibus, statutis, & consuetudinibus, nec non priuilegiis, & indultis etiam apostolicis primodictæ Ecclesiæ, illiusque Capitulo, & aliis personis, sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex quibusuis causis, ac quauis consideratione, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innouatis, quib omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis specifica, expressa & indiuidua, non autem per clausulas generales etiam id importantes, mentio, seu quęuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita, obseruata, inserti forent, præsentibus similiter pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresè derogamus, contrariis quibuscunque. Aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de dignitatibus, & Canonicatibus primodictæ, ac beneficiis secundo dictæ Ecclesiarũ specialis, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ sedis vel Legatorum eius literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationẽ. & decretum, vel aliâs quomodolibet est processum. Quas quidem literas & processus habitos per easdem, & inde

secuta

secuta quæcunque ad dignitates, Canonicatus, & præbendas ad beneficia vnita huiusmodi volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quo ad assecutionem dignitatum, Canonicatuum, & præbendarum, ac beneficiorum aliorum præjudicium generari, seu si pro tempore existenti Episcopo *Frisingen.* vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem, vel prouisionem alicuius minimè teneantur, & ad id compelli, quodque interdici, suspendi, vel excommunicari, vel extra aut vltra certa loca ad judicium euocari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentiis & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenoribus existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat, quomodolibet differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis; Prouiso, quod propter vnionem, annexionem, & incorporationem huiusmodi in primo dicta Ecclesia animarum cura nullatenus negligatur, vel aliàs illa, ac beneficia vnita prædicta debitis non fraudentur obsequiis, sed primo dictæ Ecclesiæ, & beneficiorum vnitorum huiusmodi congruè supportentur onera consueta. Volumus autem, vt, antequam præmissa sortiantur effectum, Canonicis, & dignitates primo dictæ Ecclesiæ obtinentibus, de sufficientibus ad eorum congruam sustentationem redditibus per eundem Guilielmum Ducem prouideri debeat, alioquin præsentes nullius roboris existant. Datum *Romæ* apud Sanctum *Marcum*, sub annulo piscatoris, die VII. Iulij, M. D. XC V. Pontificatus nostri anno quarto.

M. *Vestrius Barbianus.*

Catalogus Præpositorum Collegiatæ EcclesiæS. CASTVLI in *Mospurg:* quorum nomina in Archiuo *Landshutanæ* Ecclesiæ sparsim adhuc reperiuntur: reliquorum enim ac maxime primorum memoriam, quam ipsa cum primæua Ecclesiæ fundatione, eiusdemque deinceps institutione in Collegiatam, ex quo anno 890. jam Abbatia & Monasterium fuit, pridem interciderunt.

ELINHARDVS Præpositus S. *Castuli*, ex libr. histor. B. *Castuli.*

ALBENO, An. C. 1171. circiter præfuit. Ex libr. tradit. Eccles.

CONRADVS an. C. 1199. ex eod. libr. tradit. Hic C. si conjicere licet ex vna eademque & antiqua manu) interfuit consecrantibus *Ottoni Frisingensi*, & *Hartvvino Eystettensi* episcopis Basilicam S. *Castuli Mospurgæ* tunc nouam; veteri ex incendio contiguæ domus Comitis *Conradi*, tota collapsa anno 1212.

Post hunc desiderantur forte vnus & alter.

HEINRICVS, An. C. 1278. Ex tab. locationis hoc vnum.

FRIDERICVS de *Stauffenberg*, An. C. 1284. Interfuit transactioni feudali inter Principes *Heinricum Bauariæ* Ducem, & *Enichonem* Episcopum *Frisingen.* testis. præfuit adhuc anno 1310.

OTTO de *Maechselrain*, Canonicus *Frisingen.* An. C. 1322. Ex donatione D. *Ortvvini* Canonici *Mospurg.* Confirmauit dein statutam Missam cum anniuersario à Dominis *Zinshaid* fundatam an. 1343.

WERNHERVS, an. 1347. Binæ tantum locationis literæ de hoc supersunt eiusdem anni.

SEIFRI-

SEIFRIDVS de *Fraunberg*, An. C. 1354. ex tab. locationis. Præfuit adhuc anno 1374.

DEGENHARDVS de *Chamer*, an. 1379. ex tab. item locat. obiit in reditu propè *Romam* anno circiter 1388.

DEGENHARDVS *Weichser* Baro, Canonicus *Frisingen.* an. 1388. Præficitur per collationem *Vrbani* Papæ VI. ex speciali reseruatione Pontificum. Præfuit adhuc anno 1398. electus post in Episcopum *Frisingen.* an. 1410.

CASPARVS *Seiboltsdorfer*, an. C. 1428. ex tab. Notarij pub. Alia instrumenta eiusmodi de controuersiis inter hunc & Capitulum compositis ostendunt eum durasse in annum 1438.

IOHANNES *Pienzenaur.* an. C. 1465. Ex instrumento item pub. Notarij. Postremæ post accessionem noui Chori *Mosburgæ* translationi S. Martyris interfuit adhuc an. 1469.

Maurkircher. an. 1471. Nomen huius nudum superfuit in mortilogio Ecclesiæ, durauit verò in sequentem.

THEODORICVS *Mayr* Præpositus item *Frising* an. 1486. Extant donationes eiusdem, obiit an. 1507.

BERNHARDVS *Arzt*, Canonicus *Frising.* an. 1513. Huius, vti & sequentium præsens successio constat ex Regestris officio Præposituræ propriis. quorum quædam desunt.

LEO *Lesch*, S. Th. D. Præpositus in *Isen.* Ex Canonico Episcopus *Frising.* an. 1551. factus, resignauit Præposituram *Mosburg.* an. 1554.

CONRADVS *Hunderjar* Th. D. an. C. 1555. S. *Martini* parochus *Landtshuti* resignauit succedenti.

IOANNES à *Via* Th. D. an. C. 1561. parochus item S. *Martini*: post eius verò Canonicam depositionem.

MARTINVS *Eisengrein* S. Th. Licent. an. C. 1564. resignauit liberè.

ANTONIVS *Fabritius* Th. D. an. C. 1569. Parochus item ad S. *Martinum*, post Decanus *Patauiens.*

SEBAST. *Franz* Th. Licentiatus, an. 1582. Decanus *Monacen.* &c. In hoc desinunt Præpositi *Mosburgenses.* Erecta verò est *Landishuti* Collegiata Ecclesia ad SS. *Martinum* & *Castulum* 27. Aprilis. An. 1596.

NIcolaus Episc. Seruus Seruorum Dei. Dilecto viro Nobili viro *Ludvvico* Duci *Bauariæ*, salutem & apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere assensum, & vota quæ à rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecte in Domino fili tuis postulationibus gratò concurrentes assensu, Ius patronatus & præsentandi personas idoneas ad singulos Canonicatus & præbendas Ecclesiæ S. *Castuli* in *Mosburg Frising.* Diœces. cum vacant, quod antecessores tuos *Bauariæ* Duces qui fuerunt pro tempore, & te ex speciali apostolicæ sedis priuilegio, cui non est in aliquo derogatum canonice proponis adeptos, ac in cuius possessione pacifica vel quasi te asseris existere, sicut illud canonicè & pacificè possides, tibi auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum*, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo tertio, decimo Kal. Martij, Pontificatus nostri anno septimo.

Corherin

Corherrn von Mospurg Freyheit von der newen Corherren wegen.

WIr Ludwig von Gotes gnaden Pfallentzgraue bey Rein/ Hertzog in Nidern vnd Obern Bayern ꝛc. Bekennen mit dem Brief offentlich das für vns kommen sein die Ersamen vnser andechtig vnd lieb getrew der Techant vnd gemainclich das Capitel vnsers Stifft zu Mospurg/ vnnd haben vns fürbracht solch mercklich abgeng vnd gebrechen so sy in vnsern Stifft zu Mospurg haben von der Marter wegen in Latein Exspectantz die wir jn auff dieselben vnser Stifft geben haben vnd noch füran geben mochten werden das dann Knaben vnd nicht Priester noch zu Priestern alt sein vnd vil ander gebrechen dadurch der Stifft nit nach notturfft gesungen/ nit Meß gelesen vnd der Gotzdienst dadurch verhindert werde/ vnnd wanne vns aber solchs vnnd anders dadurch der Gotzdienst verhindert werdet/ nit lieb vnd als wol billich gantz wider ist/ haben wir solich vnd ander jr begeren vnd anbringen als der Landtsfürst Vogt vnd Lehenherr/ vnd als der Fürst der den Gottsdienst an aller statt fürdern vnd nit hindern soll noch wil billich erhört vnd haben in die sunder Gnad gethan vnd Freyheit geben/ tun vnnd geben in die auch wissentlich mit dem Brief/ das wir wellen das füran keiner bey jn auf den benanten vnsern Stifft weder zu Corherrn noch Warter von vns noch vnsern Erben auffgenommen noch dahin geben werden soll/ er sey dann Priester oder zum mynsten XX. Jahr alt/ damit der Gotzdienst füran volbracht/ gemert/ vnnd nit verhindert werde/ wir wellen auch ernstlich welch also zu warten von vns dahin geben sein oder füran geben würden in der maß vnnd in dem alter/ als vor geschriben steet das der oder dieselben von stundan deß Gottshauß Stiffts vnnd deß Cors gewonheit mit lesen singen gehorsam vnd andern an sich nemen thuen vnd verbaren solch alsdann bey jn in guter Gewonheit vnd herkommen ist/ welche aber deß nit täten vnnd darin sewmig würden/ so wir deß von dem Techant vnnd Corherrn vnderricht sullen der oder dieselben bey der benanten vnser Stifft nit auffgenommen/ noch durch vns presentirt werden. Es sol auch ein yeder den wir dahin presentiren der nit Priester ist in dem ersten Jar so wir jn dahin presentirn/ zum mynsten Epistler Ewangelier vnd darnach Priester so das alter halb am ersten sein mag werden/ damit der Gotzdienst vnnd Cor gefürdert vnnd nit verhindert werde. Ob auch geschahe das wir in Wartter geben oder etlich annen oder mehr presentirten anders dann die vnser Gnad vnd Freyheit innhelt auß vergessen/ oder wie das geschach/ soll es doch kain krafft nit haben/ sunder bey der vnser Freyheit vnd Gnaden beleiben vnnd gehalten werden. Wir haben jn auch die sunder Gnad getan/ das wir wellen ernstlich das jr Sagermaister der ytzt ist oder fürbas wirdet aller stewr wacht vnd Scharwerch in der benanten vnser Statt Mospurg frey vnd ledig sein vnd den Corherrn zuuersprechen steen sol/ als wir das mit vnsern lieben getrewen den Burgern zu Mospurg reden lassen haben. Darauff so gebieten wir allen vnsern Pflegern/ Richtern/ Amptleuten/ Burgern vnd allen andern das jr die benanten vnsers Stiffts Dechant vnd Corherrn bey solchen vnsern Gnaden vnd Freyheiten haltet/ dawider nit tut noch andern zetun gestattet bey vnsern Vngnaden vnd schwärer straf zuuermeiden. Geben zu Landshut am Suntag Esto mihi nach Christi Geburt XIV. vnd im sechs vnd funfftzigisten Jar.

MVNICHSMVNSTER MONASTERIVM ORDINIS S. BENEDICTI.

AD DANVBIVM infra Vohburg fundauit Diepoldus Marchio de Vohburg, huius nominis quartus, qui ambo Monasteria, Reichenpach & Waldsassé, etiam fundauit secundùm D. Laurentium Hochvvart, in Catalogo suo Episcoporum Ratisponensium.

HOC

HOC Monasterium olim ab Vgris exustum, Heinricus nonus, Dux Bauariæ & Diepoldus Vohburgensis Marchio, pro Benedictinis Monachis instaurârunt, Auent. fol. 622. Idem in Vohburgensi familia.

LVDOVICVS Dux Boiariæ confirmauit huic Monasterio Parochiam in Moching, quæ antiquitus huc pertinebat. In illis literis nominat Arnoldum Ducem Boiariæ Tyrannum, propterea quòd Monasterium magnis malis adfecerat: Testes, Albertus Leuzmannus, Albero de Prugperg, Hadmarus de Laber, Meinhardus Comes de Roteneck, Winhardus de Rorbach, Otto & Vlricus, fratres de Lapide, ALBERTVS Schilvvaz, Iordanus de Starzhausen, OTTO de Werd, Diethricus de Sanderstorf, Berchtoldus de Wackerstein, Marquardus de Gruenharzhouen, Heinricus & Vlricus fratres de Otling, Vlricus Marschalcus dictus de Perge, Conradus de Münster. Datum Ilmendorf, Año 1264.

EXTITIT in hoc Monasterio liber antiquissimus, in membranis compactus, in quo descriptæ sunt vitæ Sanctorum, à Pascasio è Græca lingua in Romanam translatæ, Item Hilarion diui Hieronymi adeò antiquis literis, vt lectori repuerascendum & ad prima elementa redeundum sit, in fine hæc verba leguntur: Hic liber fuit inchoatus in Hunia in exercitu, Anno Domini 918. 4. Non. Iunij & perfinitus apud S. Florianum, pridie Idus Septembris in hebdomada quinta decima. Meminit Iohan. Auent. libro Annalium 4. fol. 381. quem ibi post diligentem inuestigationem hoc 1580. Anno, non ampliùs reperi; puto autem translatum esse Monachium ad Bibliothecam Ducalem, vnà cum quibusdam aliis libris &c.

ADDITIONES.

DE hoc Monasterio videatur vita S. *Othonis* Episcopi *Bambergens.* libr. 1. cap. 17. & R. P. *Gretser.* in suis notationibus: qui pag. 397. inter cætera isthæc scribit:

Placet hoc loco referre de exstructione & restitutione Cœnobij huius versus quosdam tametsi malè dolatos & tornatos, qui olim in eius Monasterij templo legebantur.

Tassilo *Dux* Boiûm *qui nomine dicitur ipso*
Tertius, ille pius fundat & ædificat
Istud Cœnobium Munster *quod habere videtur*
A monachis nomen, vtque hodie vocitant.
Annis sub numero Domini septingintiq; decemq;
Lustra ierant, sed mox fit solitudo iterum.
Princeps Arnolfus *siquidem* Bauarorum, *agitatus*
Eumenidum furiis in cinerem redigit.
Vltrix illico quem Nemesis sequitur, meritamq;
Persoluit pœnam, Sylla velut moriens.
Post diuus veniens præsul Bambergius Otto
Nempe Lotharius *vt Imperator erat.*
Romulidûm *quo tempore destructum reparauit*
M. C. sub vno anno... Erns.....
Historiæ referuntq; Ducem supra memoratum
Cui monasterium hoc construere placuit.

Aedes deinde monastarum fundauit amœnas:
Sic fundatorem Lector amice tenes.

De fundatione Monasterij *Münsterienſis* in libro antiquo fundatorum pag. 33. ſequentia leguntur.

NOTA. Est locus quidam propè *Danubium* in Episcopatu *Ratisponenſi* situs: quem vicini à collaterali villa *Svveigam:* alij ab appoſita villa *Monaſterium* nuncupant, vt fama refert, antiquitus monasticæ quieti vtpote aptissimus, ad laudem Christi, & honorem S. *Petri* Apostolorum Principis mancipatus erat, & sedi apostolicæ delegatus & traditus: amplis & magnis possessionibus admodum dilatatus fuerat, nec non & sub multis Patribus ad Ecclesiæ consolationem aliquandiu decenter floruit. Deinde instinctu Diaboli exterioribus rebus potentium personarum violentia, videlicet *Arnolfi* Ducis *Bauarici* subtractis, in solitudinem redactus est hic locus, in tantum, quod expulsi Monachi, possessiones distractæ, vel inbeneficiatæ, priuilegia disrupta, & intus ac foris ita omnia destructa sunt, quod pro multis Monachis vix pauci & pauperes Clerici fidelium oblationibus vtcunq; sustentati in proxima villa, ad titulum S. *Sixti*, quasi quoddam indicium prioris gloriæ secuturis sæculis remanserint.

Postmodum verò temporibus *Lotharij* tertij *Romanorum* Imperatoris Augusti, piæ memoriæ *Otto Babenbergenſis* Episcopus præfatum Monasterium religione & rebus penitus nudatum, cum paucis adjacentibus terris & habitaculis, nec non & cum adiacente Parochia eiusdem nominis, auri & argenti pretio ab *Henrico* Duce *Bauariæ*, & à *Diepoldo* Marchione comparauit, & regali Priuilegio antedicti *Lotharij* in proprietatem *Babenbergenſis* Ecclesię collatum suscepit, virosque religiosos ordinis Monastici ibidem collocauit. Acta sunt hæc anno incarnationis Dominicæ M. C. XXXI.

Not. Chunonis *huius Episcopi Dn.* Hundius *in annum* 1130. *reuciunt alij anno* 1135 *obiisse tradunt. Vid.* Hochvvart. *in Chronic. Ep.* Ratisb *lib. 2. c. 23.*

Anno incarnationis Domini M. C. trigesimo tertio. Indictione vndecima, sub Domino Papa *Innocentio* II. & *Lothario* Romanorum Principe, Dominus *Chuno* tunc *Ratisponenſium* præsul, Deo & hominibus acceptus & honorabilis, prouocatus fidelium querelis ad restitutionem loci omnimodis animum intendit.

Ad quod perficiendum, ope & consilio subnixus Domini *Erbonis* venerabilis Abbatis de *Prvvinigen*, quendam religiosum virum de fratribus *Richardum* nomine designauit Abbatem; nec multò post ipse de hac luce præmaturè assumptus, ad vitam transiit meliorem. Post cuius discessum successor ipsius venerabilis Dominus *Heinricus* Antistes, prędecessoris sui statuta collaudans & confirmans, eundem Dominum *Richardum*, quamuis multum renitentem & flentem prid. Non. Decemb. consecrauit Abbatem, eumque frequentiæ populi producens publicè, & ipsi & fratribus eius, & omnibus habitis vel acquirendis rebus immunitate banni S. *Petri* & Papæ, cum propria & totius Ecclesiæ auctoritate denunciauit. Hi sunt testes, quorum judicio hæc acta sunt. *Hagano* Præpositus, *Engelbertus* Decanus, *Rupertus* Archipresbyter, *Altmannus*, *Heinricus*, *Wolffherus*, *Heinricus* custos. *Idunc* Magister. *Vdalricus* Capellanus.

Innocentius Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto in Christo filio *Richardo* Abbati Cœnobij S. *Petri* siti in loco qui vocatur *Monaſterium*, eiusque fratribus tàm præsentibus quàm futuris regulariter substituendis, in perpetuum. Iustis votis assensum præbere, justisque petitionibus aures accommodare nos conuenit,

conuenit, qui licet indigni justitiæ custodes atque præcones in excelsa Apostolorum Principum *Petri* & *Pauli* specula positi Domino disponente conspicimur. Quapropter dilecte in Christo fili *Richarde* Abbas tuis postulationibus debitæ charitatis affectione accommodamus assensum, & monasterium Beati *Petri*, cui Deo auctore præsides, in tutelam & protectionem Sedis Apostolicę susscipientes, præsentis scripti pagina communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo monasticus secundum Beati *Benedicti* regulam ibidem perpetuis temporibus Domino largiente inuiolabiliter conseruetur. Nemini etiam vestræ professionis facultas sit alicuius leuitatis instinctu, vel arctionis religionis obtentu sine Abbatis vel congregationis licentia de claustro discedere. Quod si discesserit, nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum sine communium litterarum cautione susscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra monastici ordinis tenor Domino præstante viguerit. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu etiam aliis justis modis Domino volente poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus annotanda vocabulis; duas videlicet partes decimarum & oblationum de duabus parochiis, scilicet *Attenhouen* & *Alantinchingen*, quæ ad prefatam Ecclesiam pertinere noscuntur. Sepulturam quoque illius loci liberam esse concedimus, vt eorum qui se illic sepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Salua matricis Ecclesiæ debita justitia. Laborum quoque vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium nullus omninò Clericus vel Laicus decimas à vobis exigere præsumat. Prohibemus etiam, vt nullus Abbatiam ipsam, loca vel homines ad ipsam pertinentes occasione aduocatiæ inquietare, vel indebitis exactionibus molestare præsumptione temeraria audeat. Statuimus etiam, vt in parochialibus Ecclesiis, quæ ad vestrum monasterium pertinent, presbyteros eligatis, & Episcopo præsentetis, qui si idonei fuerint, & canonicè reprobari non poterunt, Episcopus animarum curam eis committat; vt de animarum quidem cura Episcopo respondeant, vobis vero pro temporalibus, debitam subjectionem exhibeant. Obeunte verò te, nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur. Sed liceat vobis communi consilio, vel sanioris partis consensu, secundum Dei timorē & B. *Benedicti* regulam absque alicuius contradictione Abbatem eligere. Decernimus ergò, vt nulli omninò hominum liceat præfatum monasterium vestrum temere perturbare, vel eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus iniustis vexationibus, vel indebitis exactionib. molestare, sed oĩa integrè conseruentur, eorũ pro quorũ gubernatione ac sustentatione concessa sunt. vsib. omnimodis profutura. Salua nimirum Diocesani Episcopi Canonica reuerentia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contrà eam temere venire tentauerit, secundo tertioue commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum

judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen, Amen, Amen. Subscriptiones verò de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Sanctus *Petrus*. S. *Paulus*. Ego *Innocentius* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego *Gregorius* Diaconus Cardinalis Sanctorum *Sergij* & *Achatij*. Ego *Otto* Diaconus Cardinalis S. *Georgij* ad velum aureum. Ego *Guido* Cardinalis, SS. *Cosmæ* & *Damiani*. Ego *Gerhardus* Diaconus Cardinalis S. *Mariæ* in *Dominica*. Ego *Guido* S. R. E. Diaconus Cardinalis. Ego *Martinus* tituli S. *Stephani* in *Celio* monte presbyter Cardinalis. Ego *Guido* S. R. E. indignus Sacerdos. Ego *Stephanus Prænestinus* Episcopus. Ego *Guido* presbyter Cardinalis tit. S. *Chrysogoni*. Ego *Petrus* presbyter Cardinalis de tit. *pastoris* Ego *Hubaldus* presbyter Cardinalis tit. SS. *Ioannis* & *Pauli* Datum harum per manum *Gerardi* S. R. E. presbyteri Cardinalis & Cancellarij, VII. Kal. Martij. Indict. VI. Anno incarnationis Dominicæ M.C. XLI. Pontificatus verò Domini *Innocentij* Papæ II. Anno XIII.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Chunradus* diuina fauente clementia *Romanorum* Rex secundus. Æquitas justitiæ & regni authoritas nos admonet omnium quidem vtilitati prospicere, maxime verò fidelium Christi votis modis omnibus promouere & adiuuare. Quapropter notum esse volumus omnibus Christi nostrisque fidelibus tàm futuris, quàm præsentibus, qualiter Monasterium quoddam in Episcopatu *Ratisponensi* situm Monasterium quoque nomine dictum amplis antiquitus & magnis possessionibus fuerit dilatatum. Nam postmodum peccatis exigentibus, & malis diebus superuenientibus ad id redactum est, quod expulsi monachi, possessiones distractæ, vel inbeneficiatæ, priuilegia disrupta, & intus ac foris ita omnia distracta sunt, quod pro multis monachis vix pauci & pauperes clerici remanserint. Quem locum diuæ memoriæ *Lotharius* Imperator de manu *Heinrici Bauarici* Ducis, & *Dietpaldi* Marchionis sub imperialem jurisdictionem denuò recepit, & interuentu beatæ memoriæ *Ottonis Bambergensis* Episcopi idem monasterium & ordinem monasticum ibidem antiquitus institutum regio authoritatis priuilegio confirmauit. Nos igitur ob amorem Dei & Beati *Petri* Apostoli quicquid in ante jam dicto prædecessore nostro Imperatore justè & rationabiliter factum est, præsentis scripti pagina roboramus, & ratum atque inconuulsum omni æuo manere decernimus. In primis vt ordo monasticus qui in eodem monasterio à primis diebus noscitur institutus futuris perpetuis temporibus ibidem integer conseruetur. Deinde vt quolibet eiusdem loci Abbate defuncto, fratres ibidem constituti secundum regulam Beati *Benedicti* liberam electionis habeant potestatem. Postremo vt nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux vel Marchio, Comes aut Vicecomes, vel aliquis alius aduocatię aut cuiuslibet rei occasione idem Cœnobium temerè perturbare, familiam Ecclesiæ iniustis exactionibus fatigare, possessiones auferre, ablatas retinere, minuere, dare, vendere, vel fratrum vsibus quolibet modo alienare presumat. Concedimus autem fidelibus nostris, quicunque à nobis eiusdem Ecclesiæ bonis, agris, vineis, seu mancipiis inbeneficiati sunt, vt si forte his ob spem retributionis diuinæ carere voluerint, seruis Dei qui in ipso loco habitant consultis nobis de cætero profutura dimittant, quatenus & regnum nostrum suo jure minimè priuetur, & illorum inopia ex nostra abundantia suppleatur. Si qua igitur persona temeraria hui⁹ Decreti nostri statutũ violauerit, cõditionis suę dignitate careat, & libras quinquaginta auri purissimi cõponat, quarũ dimidietatẽ Cameræ nostrę appendat, reliquam verò partem præfato monasterio persoluat. Vt autem hæc nostra corroboratio

boratio firma & inconuulsa omni permaneat æuo, hanc chartam inde scribi,& sigilli nostri impressione insigniri jussimus, manuque propria vt infra apparet corroborantes, testes qui præsentes aderant subter notari fecimus. Quorum nomina sunt hæc: *Theodevvinus* sanctæ *Rufinæ* Episcopus Apostolicæ sedis' Legatus *Heinricus Ratisponensis* Episcopus. *Gebehardus Eychsstatensis* Episcopus. *Otto Frisingensis* Episcopus. *Luipaldus* Dux *Bauariorum*, *Dietpaldus* Marchio. *Otaker* Marchio de *Stire*, *Heinricus* frater Regis. *Otto* Palatinus. *Otto* præfectus & filij eius. *Heinricus* & *Otto*. *Fridericus Ratisponensis* Aduocatus'. *Gotefrid* de *Weterenuelt*. Signum Domini *Cunradi* Romanorum Regis secundi.



Et ego *Heinricus* Notarius Vice Archicancellarij *Adelberti Moguntini* Archiepiscopi recognoui. Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XLI. Indict. IV. Regnante *Cunrado* Romanorum Rege II. anno verò regni eius IV. Actum *Ratisponæ* feliciter, Amen.

Lucius Episcopus Seruus Seruorum Dei, Dilectis filiis *Hartvvico* Abbati sancti *Petri* siti in loco qui vocatur Monasterium, eiusque fratribus tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum; Iustis votis' assensum præbere, & justis petitionibus aures accommodare nos conuenit, qui licet indigni justitiæ custodes atque præcones in excelsa Apostolorum Principum *Petri* & *Pauli* specula positi, Domino disponente conspicimur. Quapropter dilecte in Domino fili *Hartvvice* Abbas, tuis postulationibus debitæ Charitatis affectione accommodamus assensum, & monasterium Beati *Petri*, cui Deo auctore præsides, in tutelam & protectionem *Sedis Apostolicæ* suscipientes, per præsentis scripti priuilegium communimus. In primis quidem statuentes, vt ordo monasticus secundum Beati *Benedicti* regulã imibi institutus, perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem Monasterium in presentiarum juste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu etiam aliis justis modis Domino volente poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus', & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Duas' videlicet partes decimarum & oblationum de duabus parochiis, scilicet *Attenhouen* & *Menching*, quę ad præfatum Monasterium pertinere noscuntur. Sanè noualium vestrorum, quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium nullus à vobis decimas præsumat exigere. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem, fas sit absque Abbatis sui licentia de claustro vestro discedere; discedentem verò sine communium literarum cautione, nullus audeat retinere. Interdicimus etiam vt nullus Monasterium vestrum, vel homines ad ipsum spectantes occasione aduocationis nequiter inquietare, vel injustis audeat exactionibus molestare. In parochialibus autem Ecclesiis quas habetis, liceat vobis quatuor vel tres eligere Sacerdotes, qui nihilominus Diocesano Episcopo presententur, vt ab eo curam recipiant animarum, & illi de Spirituali-

libus; vobis autem de temporalibus & ordinis obseruantia debeant respondere. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres vnanimi consensu, vel fratrum maior pars consilij sanioris secundum Dei timorem & Beati *Benedicti* regulam prouiderint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salua justitia matricis Ecclesię. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfatum monasterium vestrum temerè perturbare, vel eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integrè conseruentur, eorũ pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ authoritate, & Diocesani Episcopi Canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contrà eam temere venire tentauerit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine diuinæ vltioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.

Subscriptiones verò, de quibus etiam supra fit mentio petuntur & sunt tales. S. *Petrus*. S. *Paulus*.

Ego *Lucius* Catholicæ Ecclesię Episcopus. Ego *Ioannes* Presbyter Cardinalis tit. S. *Marci*. Ego *Laborans* presbyter Cardinalis sanctæ *Mariæ* trans *Tyberim*, tit. *Calixti*. Ego *Hupertus* presbyter Cardinalis tit. S. *Laurentij* in *Damaso*. Ego *Theodinius* Portuensis tit. S. *Rufinæ* sedis Episcopus. Ego *Henricus Albanensis* Episcopus. Datum *Veronæ* per manum *Hugonis* S. R. Ecclesiæ Notarij V. Kalen. Nouembr. Indict. III. Anno Domini M. C. LXXXIV. Pontificatus verò Domini *Lucij* Papæ III. anno IV.

Pergit Reuerendus P. *Gretserus* loco supra *allegato*, pag. 398.

Reperi in antiquo Codice quodam *Innocentij* II. Pontificis & aliorum Epistolas nonnullas, ad idem Monasterium pertinentes; quas attexere visum, licet alicubi lacunis interruptas: ex quibus testatum fit, quam huic Pontifici cura illud Monasterium fuerit; & quam variam quoque sortem variis temporibus subierit.

* Henrico I.

INNOCENTIVS Seruus Seruorum Dei. * H. *Ratisponensi* Episcopo, salutem & apostolicam benedictionem. Sicut tua nouit fraternitas, ad Episcopale officium pertinet religiosos viros manutenere, & diligere, & paterna sollicitudine eis necessaria prouidere. Vnde bonæ memoriæ antecessor tuus Episcopus *Cuno* monachis in ecclesia beati *Petri* in loco qui vocatur *Monasterium* Deo seruientibus, Ecclesiam beati *Sixti* cum parochia sibi adhærente tradidit. Nunc autem, ipsius loci Abbate referente didicimus, quod prædicta Ecclesia & parochia ablata est, & fratres, ad quorum solatium tradita erat, exinde graue incommodum patiuntur. Quocirca per præsentia tibi scripta præcipiendo mandamus, quatenus eisdem fratribus præfatam Ecclesiam cum parochia restituas, & de cætero ipsis tanquam pius & bonus pastor misericorditer prouidere studeas.

INNOCENTIVS Eps seruus seruorum Dei. Venerabili fratri *Heinrico Ratisponensi* Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem. Ad tuum spectat officium religiosos viros diligere, & illorum necessitatib. prouidere. Quocirca per scripta præsentia dilectioni tuæ rogando mandamus, vt *Monasterienſib.* fratrib. ... decimationũ & oblationũ parochiæ ipsi⁹ ... antiquo & cõcessione prædecessoris tui *Cunonis* Episcopi, ad jus ipsius monasterij pertinere asserunt, amore Dei concedas, & nullam eis iniuriam vel bonorum suorum diminutionem inferri permittas. Datæ *Laterani* VIII. Decembris.

III. *Innocentius* II. qui Pontificatum iniit an. 1130. *Dietpoldo.

INNOCENTIVS seru⁹ seruorũ Dei. Dilecto in Christo filio *D. Marchioni. Salutẽ & Apostolicam benedictionem. Quisquis Deo placere desiderat, expedit vt religiosos viros diuino famulatui mancipatos iuxta facultatẽ sibi à Deo concessã iuuet & manuteneat, & in suis oportunitatib. opẽ eis & consiliũ præbeat. Ideoque nobilitati tuæ rogando mandamus, vt religiosos fratres in Ecclesia B. *Petri Monasterienſis* Domino seruientes, iuues & manuteneas, & si quid de bonis eorũ te iustè tetinere cognoscis, eis restituas. Valde namq; periculosum est, & animarum saluti contrarium, ea quæ pro remissione peccatorum aut requie animarũ venerabilib. Ecclesiis concessa sunt, alienis vsib. applicare. Rogamus etiam, & in peccatorum remissionem iniungimus, vt occasione aduocatiæ vel iniusta exactione eosdem fratres vel eorum familiam inquietari ab aliquo non permittas, sciens quod pro huiusmodi Dominum propitium tibi facies, & æternę retributionis præmia acquires. Datæ *Lat.* VI. Idus Decembris.

IV. *Episcopus factus ann. 1165. *Hund.* in Metrop.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. * *Eberhardus* Dei gratia Ecclesiæ *Ratisponensis* electus, & vniuersus eiusdem Ecclesiæ chorus, *Cunrado* venerabili Abbati *Monasterienſis* Cœnobij, & fratribus, eorumq; successorib. in perpetuum. Cum vnicuiq; sua debeat respondere iustitia, quæstionem illã, quæ contra vestrum Monasterium per ignorantiam forte juris vestri, vel aliam quamlibet occasionem, in dieb. vestris emerserat, de parochia *Monasterienſi*, Ecclesia videlicet B. *Sixti*, & de decimis ad eam pertinentibus, diligenti consideratione animaduertimus, & auditis pleni⁹ allegationib. vestris, & perspectis priuilegiis. Apostolica videlicet * Dñi *Innocentij* & Imperiali Dñi *Lotharij*, simulque Pontificali beatæ memoriæ *Cunonis* & *Henrici* dominorum & patrum nostrorum auctoritate roboratis, statutis & vestigiis eorum debita eum reuerentia inhærere, & & pro vobis sententiam ferre super hac quęstione decreuimus, tam rationis, quam etiam fraternæ charitatis & compassionis intuitu, vestræ quieti & necessitati non solum in temporalib. sed etiã in spiritualib. prouidere cupientes.

* *Innocentius* II. *Lotharius* II. *Chuno* I. qui Episcopatum iniit 1126. *Henricus* primus, *Cunonis* successor in Episcopatu *Ratisbon.* 1130. de quibus suprà in primo diplomate.

Præfatæ itaque parochiæ donationẽ vobis & vestris successoribus adiudicantes, ... decimarum & oblationum quę inde proueniunt, in vsus stipendiorum vestrorum confirmantes, plena consensus nostri firmitate stabilimus, vt nulla ecclesiastica sæcularisue persona amodò super hac re vos inquietare aut molestare præsumat. Quisquis autem hoc violauerit, aut temere transgressus fuerit, perpetuæ condemnationis maledicto subiaceat.

V. *Conradus* Primus diẽ extremum clausit an. 1147.

Domino & patri suo, sanctæ & venerandæ sedis antistiti *Innocentio* * *C. Salzburgensis* Ecclesiæ humilis minister cum humili obedientia & fideli seruitio indefessę orationis tam deuotum quam debitum affectum. Dominus IESVS Ecclesiasticæ turris arcem in Apostolicæ fidei fundamento locare volens *Romanæ* dignitatis sic ordinauit officium, vt in huius sanctæ sedis auctoritate, totius suæ domus firmaret ac stabiliret ędifici. ũ Proinde venerande Pater, quia caput nostrũ Christ⁹ mẽbris suis in hac tædiosa peregrinatione laborãtibus, præcipuũ postse consolatorem & visorem vos instituit, merito omnium Ecclesiarum sollicitudo vobis incumbit, quem solum, Deus omnib. prętituit.

Obsecramus itaque paternitatem vestram, quatenus fratrum *Monasterien-sis* cœnobij necessitates clementer ac benigne audiatis, & quod humiliter petunt, sicut facile potestis, efficaciter concedatis. Siquidem iam dictum cœnobium ab antiqua institutione cum magna redituum & prædiorum impensa diuinis obsequiis sub monastica professione assignatum fuit & multis temporibus nullo perturbante inconcussum & quietum permansit. Postea autem ipsius iam præfati loci prędia, violenta quadam distractione ablata, regalibus vsibus addicta sunt, & Monachis propter ablata sibi subsidia discedentibus, nullus, aut omnino exilis diuini seruitij cultus ibi fuit. At verò quia nunc denuò boni & spirituales homines in locum pauperculũ restituti sunt, ecce illi sub vestram tutelam confugiunt, & vt sub paternum præsidium eos suscipiatis, & recognoscendis bonis quæ ablata eis sunt operã detis, humillimè ac deuotissimè petunt.

Karissimo Domino suo & Patri INNOCENTIO, Dei gratia summo Pontifici, T. sanctæ *Rufinæ* minister indignus, quod Domino seruus, quod patri filius.

Monasterium quoddam in Episcopatu *Ratisbonensi* situm, *Monasterium* quoque nomine dictum, vt fama refert, antiquitus sedi Apostolicæ delegatum & traditum, amplis & magnis possessionibus admodum dilatatum fuerat: sed peccatis exigentibus, & malis dieb. superuenientibus, ad id redactum est, quod expulsi Monachi, possessiones distractæ, & omnia intus & foris ita destructa sunt, quod pro multis Monachis vix pauci & pauperes clerici remanserunt. Postmodum verò temporib. *Lotharij* Imperatoris, piæ memoriæ, *Otto Bambergẽsis* Episcopus præfatum Monasterium religione & rebus penitus nudatum, cũ paucis adiacentibus terris & habitaculis, ab Imperatore & Duce *Henrico* per pecuniam obtinuit, & Ecclesiæ *Bambergensi* ab ipsis donari fecit, viroſque religiosos ordinis Monastici ibidem collocauit. Qui antiquę libertatis Romanæ videlicet dominationis suspirantes memoriam, per nostrę paruitatis intercessionem ad vestræ maiestatis confugiunt defensionem, quatenus vestræ auctoritatis patrocinio, & ea quæ ablata sunt ex parte aliqua recuperare valeant, & ea quę nunc habent, cum vestræ defensionis tutela quiete possideant. Ad honorem & vtilitatem sanctæ Ecclesiæ suæ, vitam longam, salutem continuam tribuat vobis omnipotens Dominus.

NEVBVRG.

MONASTERIVM Monialium Nobilium Ordinis Sancti Benedicti, ad Danubium supra Ingolstadium, fuit olim, tempore Pipini Regis Fanciæ peculiaris Episcopatus, Mannus ibidem Episcopus fuit in magnis prouincialibus Comitiis in Dingelfing, à Tassilone Duce celebratis, anno 775. translatus postea hic Episcopatus Augustam, & S. Vlrico donatus. Neuburgij desiit, Auent. fol. 302.

S. HAINRICVS Imperator vna cum coniuge sua Sancta *K*unegunde, â fundamento extruxerunt hoc Monasterium, sacris Virginibus, Anno 1007. ad preces Hilarij Episcopi cuiusdã Pannonici & Cãcellarij Imperatoris, qui miraculis clarus in eiusdem Cœnobij medio ferè templo honorifico mausoleo, cum ipsius saxea imagine ac statua, humatus dicitur. Nominatum est tam Monasterium, quam ipsum oppidum Neuburgum, ad differentiam veteris castelli Altenburg, cuius rudera & vestigia paulò supra Neuburgium adhuc extant.

IN Catalogo Abbatissarum huius Monasterij, quem Bruschius in centuria sua Mo-

ſua Monaſterioru̅ ponit, inter alias II. loco eſt D. Anna Pferingerin, quæ an. 1444 præfuit, & vitam S. Hilarij germanica lingua ſcripſit ad Ludouicum, Ducem Bauariæ, Com. in Gaiſsbach &c. quæ obiit anno 1451.

XIII. ABBATISSA, D. Barbara Pruñerin, qua autore, reformatio ibi facta eſt, & obiit 1486.

XV. ABBATISSA D. Margaretha, filia Georgij Ducis Bauariæ ex Altenhochẽau, Monaſterio, ſupra Waſſerburgum huc euocata, præficitur huic Monaſterio Anno 1509. Præfuit annos 12. & reſignans Anno 1521. per decennium adhuc vixit, ob. ann. 1521. in medio templi ibi honorificè ſepulta.

XIX. ET vltima conſecrata Abbatiſſa huius Monaſterij D. Magdalena, ex nobili familia der Hund von Lauterpach electa, an. 1547. obiit 1555. ſepulta ibi in ambitu. Poſt hanc, inualeſcente Lutheraniſmo, nulla amplius canonicè electa, vel conſecrata eſt Abbatiſſa. Dantur Monialibus ibidem, quæ hinc exire aut nubere noluerunt, alimenta, & ſatis quidem liberaliter, ſed nullæ ampliùs recipiuntur.

EXTAT ibi diploma Heinrici ſancti, qui pro remedio animæ ſuæ ac conioralis Kunegundæ Reginæ, ſanctæ Neuburgen. Eccleſiæ ſororibus, ſub B. Benedicti regula degentibus, quædam prædia in augmentum ſtipendiorum dono dedit, nempe prædium in Comitatu Graiſspach ſitum, ſcilicet Tagmarhaim cum nemore, & Möringen, ſitum in Comitatu Hirſperch, nec non Zell ſitum in Comitatu Neuburg, cum omnib. illorum prædiorum pertinentiis, Eccleſiis, villis, areis, mancipiis, cultis & incultis &c. Datum 18. Calend. Maij, Indict. 5. an. Dñi 1007. anno Heinrici II. regnantis quinto. Acta ſunt hæc Ratisbonę faliciter. Amen. Exemplum huius ponit Bruſchius de Monaſteriis.

ADDITIONES.

ROmanos olim in heis partibus ad *Danubium* caſtra & ſtationes ſuas habuiſſe, in Delineatione *Norici* veteris, & adnexo Nomenclatore, teſtib. *Atilia*, teſtib. *Calatorũ* ex *Auentino*, *Auguſtino Kölnero*, *Abrahamo Ortelio*, *Petro Appiano*, *Marc. Velſero* docuim⁹. *Nuuenpurgẽſis* ciuitatis Epiſcopatũ eiuſq; Epm MANNVM Concilij *Dingolfingenſis* an. Chr. D. CC. LXX. ſub *Taſſilone Boiorum* Duce celebrati Acta diſſertè commemorant. Heic de Monaſterio *Neoburgenſi* agendum: cuius fundationis tempus certũ aſſignari nequit. Etenim *Henricum* II. Regẽ coniugẽ & Kunigundã reſtauraſſe illud, non fundaſſe de nouo quemadmodum *Bruſchius* opinatur, ipſe *Henrici* 5. litteræ ex Bruſchij centur. Monaſteriorum, huc relatę, euincant. *Vid. Velſer. Boiar. V. p. Metrop. 1. p. & pag.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HENRICVS diuina fauente clementia *Rom.* Rex. Si eccleſias Dei in augendo exaltauerimus, æternæ remunerationis emolumentũ nobis inde profuturum, neutiquam diffidimus. Quapropter omnium S. Dei Eccleſiæ fidelium præſentium ſcilicet & futurorum nouerit induſtria, qualiter nos tâm pro noſtræ quàm prædilectiſſimæ conſectalis⁹ noſtræ CHVNIGVNDÆ videlicet Reginæ animæ remedio, ſanctæ *Neuburgenſis* Eccleſiæ ſororibus, ſub S. *Benedicti* Regula degentibus, quædam noſtri iuris prædia taliter donantes proprietamus in augmentum ſtipendiorum, ſcilicet *Tagmarhaim* ſitum in Comitatu *Grayspach*, cum nemore: & *Möringen* ſitum in Comitatu *Hirzperg*, nec non *Zell* ſitum in Comitatu *Neunburg* cum omnibus eiuſdem prædiorum attinentiis & appendiciis, videlicet Eccleſiis, villis, areis, ædificiis, mancipiis vtriuſque ſexus, terris cultis & incultis, quæſitis vel inquirẽdis, viis & inuiis, exitibus & redditibus, pratis, paſcuis, compaſcuis, ſiue apium-

paſcuis,

pascuis, syluis, saginis, aquis, molendinis, piscationibus, cęterisque omnibus quæ ritè dici vel scribi possunt quolibet modo vtilitatibus & appendiciis. Præcipientes igitus Regali auctoritate iubemus, quatenus benedicti semper gregis moderatrix siue Abbatissa, tam præsens quam etiam futura liberam dehinc habeat potestatem antedicta prædia tenendi, possidendi, colendi, ædificandi, aduocatum supraponendi, seu quicquid sibi liceat modis omnibus ad vsum sanctimonialium in prælibata *Neuburgensi* Ecclesia Deo Monachicè seruientium, faciendi. Et vt hæc nostræ traditionis seu donationis Majestas stabilis & inconuulsa permaneat; hanc chartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Eberhardus Cancellarius vice *Wiligisi* Archicancellarij recognoui. Data XVII. Kalendarum Maij, Indict. V. ann. Dominicę incarnationis M. VII. anno vero Dn. *Henrici* secundi regnantis V. Acta sunt hæc *Ratisbonæ* feliciter Amen.

Abbatissarum Catalogum *Bruschius*, suo ipsius iudicio mancum, talem collegit.

I. Dn. RVTRVDIS. III. Dn. MECHTHILDIS. V. Dn. GERHILDIS.
II. Dn. ITA. IV. Dn. HADEMODIS. VI. Dn. RILINDIS.
VII. Dn. AGNES. VIII. Dn. SOPHIA. IX. Dn. GVTHA.

X. Dn. CHVNEGVNDIS de *Salern*.

XI. Dn. ANNA. *Pferingerin* præfuit ann. 1444. quo vitam S. *Hilarij* etsi materna tantum & Germanica lingua scripsit ad *Ludouicum* Palatinum *Rheni*, Ducem *Bauariæ* & Comitem in *Graisbach*. Hæc legitur decessisse ex hac vita mortali, anno 1451.

XII. Dn. ELISABETHA *Lentersheferin* præfuit ante reformationem.

XIII. Dn. BARBARA *Brunnerin*, auctor & inductrix Reformationis, an. Dñi 1465. à quo præfuit vno & viginti annis. obiit anno Domini 1486. in ambitu sepulta.

XIV. Dn. ANNA *Gurrin* nobilitate & generis & virtutis Illustris Domina; præf. ann. 23. Resignauit officium an. 1509. vixit adhuc 8. annis, obiit anno gratiæ 1517.

XV. Dn. MARGARETHA inclyta *Bauariæ* Ducissa. Illmi Principis *Georgij* cognomento diuitis filia: ex *Altenhohenauu* propè *VVasserburgum Bauariæ* ciuitatem sito cœnobio euocata, Abbatiæ huic præficitur, ann. 1509. prępfuit annis duodecim, & resignans anno 1521. per decennium adhuc vixit. obiit verò in die trium Regum anno Dñi 1531. in medio templi *Neuburgensi* honorificè sepulta, propè S. *Hylarij* Episcopi tumulum.

XVI. Dn. EVGENIA *Mayselbergerin* eligitur anno 1521. præsidet decem annis. Abiit eodem anno quo Ducissa *Margaretha* inter mortales esse desiit, videlicet 1531.

XVII. Dn. HYLARIA *Egnina* ex *Dünckelspühelio* nata, succcessit Dn. *Eugeniæ*, præfuit septem annis. sub eius gubernatione cœpit Illustrissimus Princeps ac Dn. Dominus *Otho Heinricus* Palatinus, *Ruperti* filius, renouare & eximis fundamentis de nouo construere, & maximis sumptibus præclarissimè illustrare arcem *Neuburgensem* Cœnobio penè contiguam, &c.

XVIII. Dn. VRSVLA â *Seubelstorff*, *Bauara* eligitur anno Christi 1538. præfuit annis octo. sub eius gubernatione exarsit in Germaniis bellum ciuile *Smalchaldicum* contra Imp. Diuum *Carolum* V. in *Bauaria* primum ad *Ingolstadium* geri cęptum, cuius metu, & quod pestis etiam à militibus allata

allata grassaretur *Neuburgi*, successit cum Conuentu suo *Laugingiacum*, quod oppidum Palatinorum est supra *Donavverdam* ad *Danubium* situm, *Alberti* Magni Philosophi, ac tandem Episcopi *Ratisbonen.* natale solum: ibi delituit, donec vrgentib. reb. *Schrobenhusiũ* (aliud id oppidum *Bauaricũ* est, medio fere itinere inter *Ingolstadiũ* & *Augustã Vindelicã* situm) concedere cogeretur: vbi ex hac mortali vita decessit, in die S. *Ceciliæ* an. 1546. sepelitur in Cœnobio *Scheurensi* &c. *Hundius.*

XIX. Dn. MAGDALENA *Hyntina* de *Lautterbach*, *Bauara*, & genere & virtute nobilis: eligitur in Abbatissam *Neuburgensem* an. Dñi 1547. ipsã die S. *Pancratij*. Præsidet feliciter ac laudabiliter hoc adhuc currente anno Christianorum 1551. quę & hæc hactenus dicta, & sequẽs illud fundationis suæ Diploma ab *Henrico* Imperatore (cuius manibus, scriptum originale ipsa mihi etiã ostendit) datum, clementer ad huius Monastici operis exędificationem communicauit: cui te lector optime debere memineris, si quid inde voluptatis perceperis.

Litera Ducis Ludomici.

Wir Ludwig von Gottes Gnaden Pfallentzgraue bey Rhein Hertzoge in Nidern vnd Obern Bayrn ꝛc. Bekennen mit dem brief offentlich vnd allen / den er fürkombt / daß für vns kossen sind die würdig vnd andächtigen vnser lieb getreu die Abtissin vnd das Conuent vnsers Closters zu Neuburg S. Benedicten Ordens vnd haben vns fürbracht solch jr freyheit gnad / gab vnd brieue so si von vnsern vordern Fürsten deß löblichen hauß von Bayrn löblichẽ gedechtnuß biß an vnß erlanget habẽ vñ vns darauff mit demütiger bete angeruffet in solch jr freihait gnad vnd brieff auch gnediklich zubestätten / deß haben wir angesehẽ zimlichait jrer bete wann wir vnsern liebẽ Vorderen seligen in allen redlichen guten sachen nit vnbillichen nachuolgen sullen vnnd nemblich den mer die vns zusteen vnnd zu dem Dienste Gottes begeben sein vnd darinnen sich emsiclich erzaigen dann andern mit Gnaden wol geneigt sein vnd haben jn darumb all vnd yed jr Freiheit / Gnad / Gab / Bestattung vnd Brieff vnserer Vordern vorgemelt auch jr alts herkomen vnd gut Gewonheit als sy bis an vns genossen vnd herbracht haben gnadiclichen verneuert / bekrefftigt / bestätt vnd Confirmirt / verneuẽ vnd bestätten in auch die all vñ yeglichen sametlich vnd sunderlich mit guter wissen vnd in krafft deß Briefs in massen vnd forme als ob solch Brieff von wort zu wort hieinnen verleibet vnd geschriben weren / wellen sy auch gnediklich dabey hädthaben schutzen vnd schermen vngeuerlich allẽ vñ yeden vnsern Vitztumen / Räten / Haubtleuten / Pflegern / Räntmeistern / Jagermaistern / Richtern / Schergen / Steten / vnd Märckten / Edlen vnd nit Edlen vnnd allen andern vnsern Vndertanen vnd Getreuen sament lich vnd sunderlich ernstlich gebietund gegenwürtig vnd künfftig das jr das benant Gotzhaus / Abbtissin vnnd Conuente jr Leib vnnd Guet vnd die jrn ew lasset gunstlich beuolhẽ sein sunder sy bey solchen jren Gnadẽ / gabẽ / Freihaitẽ Brieffẽ vnd bey der vnser bestättũg auch bey alten herkomẽ vnd guter gewonhaitem vngeuerlich beleiben lasset vnd in kainen tranck daran tut noch jemantz zutun gestattet als lieb ew sey vnser Vngenad vnd swäre straffe zuuermeiden / deż zu vrkhunde vnd ewige zeucknus geben wir in den Brieff mit vnsern anhangenden Jnsigel besigelten zu Newnburg an Sambstag nach dem heiligen Auffartag nach Christi Geburt XIIII. vnd in ains vng funfzigisten Jaren.

NEVSTIFT SEV NOVA CELLA, MONASTERIVM PRÆMONSTRATEN. ORDINIS.

HEINRICVS Dux Bauariæ & Austriæ, Otto frater eius Episcopus Frisingensis, ac Chronographus, in superiori Bauaria, de integro ædificant extra mœnia Frisingen. In ipsa Isaræ & Mosæ confluentia, Monast. pro Præmonstratis, dictum

dictum Neustifft, in honore S S. Petri & Pauli, Apostolorum, Anno 1141. Habuerunt hi duo fundatores fratrem Conradum, Archiepiscopum Salisburgensem, huius fundationis coadiutorem.

CVBANT in huius Cœnobij templo S. Martinus Scotus Episcopus, & S. Teclanus Diaconus ipsius, peregrinatores religionis ergò, qui Frisingæ mortui huius loci terræ mandati sunt.

DOMINATVS Eberstorf infra Anassum pertinet ad hoc Monasterium, datum proculdubio à primis fundatoribus, nempe Marchionibus, pòst Ducibus Austriæ.

DE Præpositis huius Monasterij, vide Bruschium, de Monasteriis Germaniæ. Extat in porticu templi huius Monasterij de fundatione eius rythmus germanicus, sed propter ignorantiam historiarum aliquoties errat autor illius: Primò quòd Heinricus quartus Imperator dicitur Ottonis Episcopi fundatoris Auus paternus &c. cùm fuerit Auus maternus; Secundò quòd Fridericus primus Imperator dicitur fuisse ipsius Ottonis Episcopi fratris filius, cùm fuerit frater ipsius vterinus scilicet; tertiò ponitur Pater Ottonis Heinricus &c. qui fuit sanctus Leopoldus Marchio &c. Itẽ quod ibi de filiabus S. Leopoldi ponitur, longè aliter seres habet, vt hoc ex omnibus historiis manifestum & indubitatum est, præsertim apud Ioan Cuspinianum in sua Austria, in vita S. Leopoldi, quem vide: Volui lectorem illius rythmi obiter admonere, ne cum autore illius erret.

ADDITIONES.

ANNO Domini M.C.XLI. Fundata est Ecclesia *Nouæ Cellæ* Frisingæ, à Venerabili patre Dñ. *Ottone Frisingen.* Ecclesiæ Episcopo, nobili progenie: erat enim nepos ex filia *Henrici* IV. Imperatoris: Sororius *Henrici* V. frater vterinus *Friderici* Imp. magni: patre *Leopoldo* Marchione, matre *Agnete*. Cætera videantur apud Dn. Hundium; qui errorem de sororib. *Ottonis* Episcopi rectè notat.

Ex Tradit. L. primi.

De hoc ipso Episcopo plura obseruatione digna habentur supra pag. 107. & pag. 155.

Tom. I.

In Monasterio S. *Petri Nouæ Cellæ* propè *Frisingam* duorum quiescunt corpora sanctorum, Marini scilicet Episcopi ex Scotia, & Teclani Sacerdotis, eius sacellani: qui Frisingam peregrinationis & deuotionis caussa venientes, ibidem mortui, hic in eadem tumba iacent sepulti. De quorum vitæ sanctitate & gestis nihil aliud nobis constat, præter ea, quæ in tabella quadam anno 1483. depicta visuntur. Reliqua temporum iniuriâ, & bina Monasterij conflagratione perierunt: ita vt nec dies, nec annus certo sciantur. Ad quorum tumulum maiorem olim venerationis caussa aduenentium fuisse concursum, anathemata. Crebrius tum atq; iam allata testantur documenta. Eorundem cõmemoratio ipsis calendis Decembris recolitur.

Vbi supra Hild. Martini sed error est Typographi.

In filiali quadam Ecclesia Monasterio vnita, D. *Michaeli* sacra, vulgò in *Dintenhausen*, habetur etiam sepultura cuiusdam sancti, nomine *Eberhard*, qui, vt eius fert effigies, pecudum pastor in eo pago fuisse dicitur. Eiusdem sepulchrũ ferè in dies. adhùc frequentatur, cùm à vicinis, tum etiam à longè distantibus, terraque ex tumulo tanto studio eruitur, & domibus, ac pecorum stabulis importatur, iumentisque contra venenatas ac contagiosas læsiones applicatur, vt hoc ipsum non paruum miraculum censeri possit, quod tàm continuæ effossioni tumuli angustia sufficiat. Quià vero sanctus ille mulrò ante, quam ab Episcopo quodam *Frisingensi* Ecclesia illa Monasterio donata est, (vt ex Apostolicis quibusdam Bullis Ecclesiam illam concernentibus, in quibus & ipse Sanctus vocatur, coniici potest) ad cælestia migrauit, idcirco nec dies obitus, nec annus nobis

nobis constat; celebrior tamen circa festum *Michaëlis* eius veneratio & memoria habetur.

Catalogus Præpositorum.

I. Anno salutis 1141. primus Præpositus HERMANNVS præfuit annos 40.
II. ENGELSCHALCVS præf. an. 12.
III. ALTMANNVS an. 17.
IV. HARTMANNVS an. 4.
V. GOTZWINVS an. 7.
VI. HENRICVS præfuit an 9.
VII. ALBERTVS an. 13.
VIII. GVMPOLDVS an. præf. 2.
IX. CONRADVS elig. an. 1253. præf. an. 14.
X. VLRICVS præfuit an. 28. cum dimidio.
XI. VLRICVS, an. 5.
XII. GREIMOLDVS, an. 2.
XIII. ARNOLDVS, præf. an. 19.
XIV. HENRICVS præf. an. 2. cum dimidio.
XV. CONRADVS præf. an. 1.
XVI. HERMANNVS an. 10.
XVII. CONRADVS an. 1. cum dimidio.
XVIII. LVDWICVS præf. an. 5.
XIX. HEINRICVS an. 2.
XX. HENRICVS an. 4.
XXI. FRIDERICVS præf. an. 12. cum dimidio.
XXII. MATTHÆVS an. 18.
XXIII. ALBERTVS an. 12.
XXIV. GVNDACKERVS an. 11. cum dimidio.
XXV. STPHANVS elig. an. 1388. præf. an. 22.
XXVI. VLRICVS *VVeiss.* an. 15.
XXVII. VLRICVS *Holmas* præf. ann. 28. hebdom. 16.
XXVIII. IOANNES *Schmidhofer.* præf. an. 30.
XXIX. CONRADVS *Aigelshamer* præfuit. annos 20. cum dimidio.
XXX. IOANNES *Pixenmeister* 12. an. 10. hebd.
XXXI. CONRADVS *Attinger.* præf. an. 7. cum dimidio.
XXXII. STEPHANVS *Thaimer* præfuit annis 47. minus 5. septim. & vno die.
XXXIII. PETRVS *Phan.* præf. 13. an.
XXXIV. MATTHÆVS *Schvvaiger*, an. 3.
XXXV. PAVLVS *Dôler.* an. 16.
XXXVI. IACOBVS *Küttl* præf. an. 1. cum dimidio & resignauit.
XXXVII. PETRVS *Schlaich* an. 10. minus duobus mensibus.
XXXVIII. IOANNES *Dollinger.* eligitur anno 1605. die die 28. Aprilis, præfuit ann. 12.
XXXIX. IOANNES *Baptista Textor.* hoc ipso tempore laudabiliter præest: Deus Opt: Max: piis eius conatibus faueat, vitamque prolonget.

S. NICOLAI.

PATAVIAE Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium. De fundatione huius Monasterij scribit Auent. fol. 551. Altmannus Episcopus Patauiæ, auxilio Hagnetæ Augustæ & Henrici Neoburgensis, extra mœnia vrbis Aurelianis mystis Monasterium extruxit, circa annum 1050. literæ fundationis habent 1074. De Henrico Neoburgensi in illis nulla mentio, sed de ope aliorum Nobilium, quòd hoc sit factum manu & potestate Rouperti Comitis Aduocati nostri, scilicet Episcopi. In Chronica scripta Monasteriorum Bauariæ inuenio, in hoc loco olim â Tessalono, Bauariæ Duce, fuisse fundationem factam, quod litteris fundationis aduersatur, cùm Imperatrix fundum tradiderit, in quo Monasterium ædificatum est &c. Et Auent. huius non memiuit.

Imperatrix Hagneta iuxta tenorem fundationis dedit fundum, in quo Monasterium ædificatum est, cum duobus hortis, & duobus prædiis in eodem loco. Item dedit nonam partem omnium bonorum suorum, quæ possedit in Posepeug & in Vespurgk.

RELIQVVM dedit Episcopus de suo patrimonio, non de Ecclesiæ bonis.

HEINRICVS de Formbach, Landgrauius, ex vtraque Oeni parte constituitur Aduocatus huius Monasterij perpetuis temporibus, super omnibus bonis, quæ sita sunt in Boiaria, qui dedit etiam in suo foresto, circa castrum Neuburg, ius cędendi ligna, ad cremandum & ædificandum necessaria sine forestica vtilitate.

HVIVS fuit Castrum Griespach, item Castrum Neuburg ad Oenum. Dominus Leopoldus, nobilis Marggrauius Austriæ, constituitur Aduocatus prædij in Mautern & aliorum bonorum supra & infra eius jurisdictionem in Austria sitorum: Testes Canonici & Ministeriales nostri, **Reinhart von Rottaw/ Gosbrecht von Wesen/ Ruger von Adelwerck/ Eckholf von Wolnerpach/ Castl von Schaltorff** & frater eius Odackher, **Hertzweich von Kreitzing**/ Rupertus frater eius, **Odackher von Weidach/ jetzo von Stechwach/ Lewgaß von Tagurtzhausen**/ & alij quàm plurimi. Dat. Patauiæ an. 1074. indict. 9. 12. Calendas Iunij.

ALBERTVS Comes de Pogen, ob damna illata, dat vectigal per terram: Testes, Comes Heinricus de Orthenberch, Rapotho Com. Palat. Boiariæ, Heinricus de Paungarten. Conradus de Luppurg, Alramus de Hals, Heinricus Pholinger, & filius eius Heinricus, Conradus de Nusberg, Vlricus de Leuboluing, Gebhardus Marschalcus, Ebo **auß dem Moß** senior. Heinricus de Törring, Walther de Kraiburg, Wernherus pincerna, Richerus de Rottau, Otto de Sturpach, Hermann de Herzheim. Dat. apud Straubing, an. 1221. Extat diploma Patauiæ.

HEINRICVS Dux inferioris Bauariæ dedit huic Monasterio immunitatem telonei salis in Burckhausen & Schârding. Hoc confirmant filij eius, Otto Rex Vngariæ, & Stephanus, Duces, rursum filij Stephani, Heinricus & Otto, Duces.

ADDITIONES.

FVNDATIO MONASTERII SANCTI *Nicolai* extra *Patauiam*.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, omnibus fidelibus in perpetuum. Nos *Altmannus* qualiscunq; peccator, *Patau.* Ecclesiæ Rector, Episcopalis curę sollicitudine cõmoniti sancti quoq; Spiritus gratia cœlitus instigati prouidim⁹

Ecclesiæ

Ecclesiæ locum, in quo religiosi canonicè piè & iustè viuendo diuinæ contemplationi vacare, & pro nobis & nostris confratribus cunctisque fidelibus DEO continuis debeant orationibus supplicare. Adiuuante igitur nobis felicissima Imperatrice Domina *Agnete*, in suburbio *Patauiensis* ciuitatis in portu *Oeni* fluminis fundauimus Monasterium pia deuotione & syncera intentione in honore sancti *Andreæ* Apostoli & sancti *Pantaleonis* martyris, & præcipuè sanctissimi Confessoris & Pontificis *Nicolai*, cui de nostris Dominicalibus paucissima largientes de rebus tantum ipsum dotauimus, quas à personis extraneis & vasallis nostris comparando absoluimus, aliorum etiam terræ nobilium auxilio fauorabili accedente. Quam inquam fundationem Apostolicorum virorum Domini *Alexandri* & Domini *Gregorij* PP. necnon Domini *Heinrici* Romanorum Regis, huius nominis quarti confirmari, magna solicitudine sigillatis priuilegiis procurantes. Viris quoque religiosis illuc ex diuersis cœnobiis congregatis deuotum DEO obsequium ibidem præparauimus atque gratum. Propterea omnia bona, quæ nos & prænominata Augusta in communem vsum fratrum illuc DEO famulantium, piè & syncerè donauimus, sigillis & priuilegiis ad perpetuam valitudinem duximus roborare: ea tamen conditionis lege, vt ipsi Canonici communem & regularem vitam inibi ducentes, de bonis Ecclesiæ datis vel donandis, vsui proprio nihil vendicent, sed pari victus & vestitus sustentatione fruentes, pro collatis sibi beneficiis semper grates summo referant largitori. Volentes itaque idem cœnobium magno labore nostro ex nouo constructum nullius Rectoris extranei præceptis seu ordinationibus subiacere, omne ius parochiale extra mœnia seu valles nostræ ciuit. Patauien. cum sepultura libera, & cum Capellis forinsecus iam fundatis vel adhuc fundandis eidem donauimus pleno iure, ita vt vnus fratrum de Conuentu ipsi plebi in suburbio residenti per omnium sacramentorum exhibitionem in suo Monasterio quod eis pro parochia statuimus, debeat tanquam pastor legitimus prouidere. Ipsam etiam fundatiorem nostram gaudere volumus omnibus libertatibus à sanctis patribus institutis, ita vt libera sit ab omni inuasione laicali, & nec rebus nec hominibus infra septa eiusdem constitutis sub pœna excommunicationis, quam iam in eos ferimus, aliqua violentia inferatur. Dedit autem præfata Imperatrix in promotionem ipsius fundationis aream, in qua situm est Monasterium, cum duabus curiis stabulariis: *Xerfeling* videlicet & *Neunhouen*, vt per eas habere possint fratres facilius pascua pecorine. Item ortus & pomeria ipsi Ecclesiæ adiacentes. Item nonam partem omnium rerum suarum, quas in *Perfenpeug* & Ibelsperg vsu proprio possidebat. Ea verò quæ nos in vsum & præbendam eisdem fratribus dedimus, omnia per manum Domini *Remberti* Comitis nostri Aduocati ipsis tradidimus pro robore perpetuæ firmitatis. Sunt autem hæc quæ eidem Monasterio dedimus sine damnis. Primò vt in nostro foresto sibi contiguo recipere debeant sine exactione iuris, quod Vorstrecht dicitur, omnia ligna, quæ ad ædificandum necessaria habuerint vel cremandum. Item dedimus eis liberè possidendum quidquid iuris est extra valles ciuitatis, culti & inculti, à *Danubio* vsque ad *Oenum*, præter duo iugera vltra montem *VVeinchnobell* sita, vna cum decimis prædictarum curiarum & aliorum agrorum quotiescunque de suo domate propriis aratris coluerint, simulque omnes decimas vinearum, ortorum, pomeriorum in eisdem terminis positorum. Item dedimus eis portum, siue passagium *Oeni* fluminis cum omni sua vtilitate, gratis tamen illis omnibus transducendis, qui causa deuotionis sanctorum limina duxerunt visitare. Item dedimus eis in *Cantobel* dimidium mansum, in *Holzhaim* quatuor hubas, in *He-*

genbach vnam hubam, in *Probſtraut* vnam hubam, circa *Paentram* dimidiam hubam. In *Sauming* dimidiam hubam, in *Haſenbrüell.* vnam hubam, in *VVinberch* vnam Hoffratam, in *Stainuelde* vnam hubam, in *Xünbach* vnam hubam, in *Pinſcheitz* vnam *Hoffaraitham*, in *Albruch* tres curtes ſtabularias cum aliis prædiis empticiis. Item ibidem duas partes decimarum; in *Gehai* vnam curtem, in *Auſhauſen* vnum molendinum, & vnam decimam, & dimidiam hubam. In *Euchendorff* vnam Capellam cum omni vtilitate & pleno iure. Ibidem vnam curtem ſtabulariam & dimidiam hubam cum pratis & ſyluis illuc pertinentibus. In *VVeitzreichsdorff* vnam curtem cum omnibus eius appendiciis, in *Entzenvvis* totam villam cum molendino & Genezeo cum ſyluis, pratis, piſcationibus & omni ſua vtilitate. Item *VVeringæ* & *Richerſtorff*, in *Raent* ſeptem hubas. In *Dornach* vnam curtem & vnam hubam cum ſyluis, pratis, & piſcationibus. Ibidem vnam decimam, item in *Ahauſen*, iuxta *Landau* vnam decimam. Item in *Englmarsperg* vnam curiam cum molendino & alio prædio paruo. In *Chönprunne* I. hubam, in *VVachenvveis* duas curtes ſtabularias cum aliis hubis, areis, molendinis, pratis, ſyluis, piſcationibus ad eas pertinentibus. In *Hertvveis* tres hubas. In *Althaim* vnam curtem cum omnibus eius appendiciis. Item in *Aunchirchen* capellam cum omni vtilitate & pleno iure. Item ibidem duas partes decimarum, & vnam curtem cum omnibus eius appendiciis, & quidquid vtilitatum fratres ibidē ordinare ſibi poterunt, in aquis, & ſyluis, oblationib. & areis in eadem villa conſtitutis. Item in *Aittenpach* vnam Eccleſiam cum omni vtilitate & cum iure parochiali, & vnam decimam in omnibus' terminis eiuſdem Eccleſiæ, tàm cultis quam colendis. In *Aha* vnam hubam cum ſylua adiacente. In *Vilshouen* dimidiam hubam, in *Guphara* tres hubas, in *Percham* duas hubas, in parochia *Huttarn* vnam decimam cum noualibus. In parochia *Geluhperch* vnam decimam cum noualibus. In parochia *Irsheim* vnam decimam cum noualibus. Item in Eccleſia quæ *Hainig* dicitur duas partes decimationis cum noualibus. Item duas partes decimationis noualium in ſylua quæ *Hönhart* dicitur, tàm cultorum agrorum quàm colendorum. In quatuor videlicet illis Eccleſiis quorum termini in eandem ſyluam ex inferiori parte porriguntur, quarum Eccleſiarum nomina ſint hæc. *Evversvvanch*, *Schiltarn*, *Aſpach*, *Vekchesdorff*, item parochiam in *Grietzkirchen* cum omni vtilitate & pleno iure cum vna decima. In omnibus terminis ipſius Eccleſiæ tàm cultis quàm colendis. Item parochiam in *Alnthouen* cum omni vtilitate & pleno iure. Item decimam cum noualibus in omnibus terminis eiuſdem Eccleſiæ. Ibidem vnam *Hoffraitham*. In *Euſten* vnam curtem, in *Strazt* quatuor hubas, in *Hard* vnam hubam cum ſylua adiacente, *VVinthain* dimidiam hubam. In *Standech* dimidiam hubam. In *Einling* dimidiam hubam. Ad *Tumheim* dimidiam hubam. In *Harthaim* dimidiam hubam, & vnam curiam. In *Ret* vnam hubam. In *Piſing* vnam curiam, & dimidiam hubam cum omnibus illuc pertinentibus. In *Teuting* vnam hubam & dimidiam. In *Prüell* dimidiam hubam. In *Chalcenbach* vnam hubam. In *Ruprehteshouen* vnam decimam. Item in *Auſtria* in rure circa *Ruſte* & *Eitzendorff* vnam decimam. In omnibus terminis eiuſdem ruris tàm cultis quam colendis. Item in rure quod *Penchrith* dicitur duas partes decimationis. In quatuor Eccleſiis' videlicet *Neunkirchen*, *Vörenpach*, *Molte*, & *Rietenbuech*, ſimulq; omnes decimas noualium, in omnibus terminis earundem Eccleſiarum. Item in Eccleſia *Stregen* duas partes decimarum cum ipſis noualibus. Item in parochia *Hohenvvarth* vnā partem decimationis in omnib. terminis eiuſdem Eccleſiæ tàm cultis quàm

tis quam colendis. Item tres ſagenas, vnam in *Seebach*, alteram in *Matſee*, tertiam *Pat.* quæ protenditur à pede montis, in quo ſita eſt ciuitas *Walkerslegen*. Addidimus etiam quidquid ipſi fratres vtilitatis ſibi in eodem littore potuerint ordinare. Item in *Seebach* tres vineas. In *Gathonia* quatuor vineas. In *Hunzheim* quatuor vineas. In *Aschalt* duas vineas. In *Mauttarn* vnam curiam cum duabus vineis. In *Halle* vnam Sartaginem cum iure ſuo. In *Seebach* vnam decimam. In *Linthaim* vnam curiam. Item dedimus ad luminaria Eccleſiæ Capellam ſanctę *Mariæ* in loco *Lauriacenſi* cum omni vtilitate & iure quæ ex ipſa Capella tàm oblationibus, quam cenſualibus vel ex areis infra cemiterium ſitis, aut etiam ex quibuſdam ortis ibidem potuit prouenire. Pro veſtitu verò fratrum ordinauimus viginti quatuor libras taliter exhibendas: De nauibus Patau: decem libras, de *Golderlbert* ſex libras, de *Huerding* quatuor libras, de cenſu *Matſee* tres libras, de *Aufhauſen* vnam libram. Præterea conceſſimus eiſdem fratribus pro iure perpetuo, vt de nauibus victualia eorum ducentibus ſupra vel infra, ſiue ſit annona, ſiue vinum vel ſal, quod eis pro domo neceſſarium habuerint in nullo loco ad nos ſpectante theloneum aliquid dare debeant, vel vectigal immo gaudere debeant omni iure quod ciuibus competit: Adhæc omnes Eccleſias & omnes decimas præſcriptas, quas eidem Monaſterio tradidimus, tàm liberè dedimus vt cum iure patronatus etiam inueſtituram ſpiritualium habeant, omniumque noualium decimas percipere debeant indiuisè. Concedimus etiam ipſi Præpoſito vt omnes cauſas vel quæſtiones circa homines ſuos extra ciuitatem emergentes, ipſe vel ſui officiales per iudicium debeant terminare. Exceptis his tantum, quæ mortem hominis exigunt: in illis iudex noſter, quantũ ad corp⁹ poteſtatem iudicandi habebit, ita vt bona perſonæ nocentis Eccleſiæ integraliter debeant remanere. Indulgemus etiam eiſdem fratribus liberam habere electionem; ita vt mortuo vno Prępoſito plenam auctoritatem habeant alterum ſibi ſecundum ſuam conſcientiam eligendi. Verum cum prædia eiuſdem fundationis noſtræ tàm per felicem Auguſtam *Agnetem*, quam etiam per nos & alios multos nobiles ſibi collata in diuerſis terrarum poſita ſint diſtrictibus, vt eadem ab aliorum Aduocatorum ſeruitio libera omnimodis exiſtant; dominum *Henricum* de *Vornpach* Comitem Prouincialem ex vtraque parte *Oeni* fluminis ſuper omnia prædia dicti Monaſterii quocunque in loco in *Baioaria* ſunt poſita aduocatum perpetuum duximus ordinandum. cui duodecim vineas in *Roetarn* caſtro ſuo adiacentes *Grieſpach* cum aliis prædiis & agris ad culturam earum pertinentibus pro eo in feudum contulimus, vt ipſe eadem prædia ſine omni vexatione iuris Aduocatiæ defenſare debeat, fideliter & tueri. Idem autem nobilis Comes pro exhibito ſibi Aduocatiæ honore, donauit eiſdem fratribus pro iure perpetuo, vt in ſuo foreſto caſtro ſuo *Neuburgenſi* contiguo, recipere omni tempore debeant omnia ligna ad ædificandum vel cremandum neceſſaria, miſſa ab eis vtilitate foreſtica requiſita, Dominum verò *Leupoldum* piiſſimum Marchionem terræ *Auſtralis* ſuper Curiam in *Mautern* & ſuper omnia prędia & decimas eorum, videlicet in *Ruſt*, in *Eitzendorf*, in *Bachonia*, in *Vreindorf*, in *Blat*, in *Puechruch* ſuper tres curias, videlicet *Purchvviſen*, *Stregen*, *Penpach*, & decimas ad eas pertinentes, ſuper Eccleſiam & villam in *Minichreüth*. Item ſuper prædia circa *ybſam* & in *Machlant* ſita, & ſuper curiam in *Intheim*, & generaliter ſuper omnia prædia eorum quocunque loco ſuperius vel inferius in ſui Marchionatus diſtrictu poſita, de bono & maturo conſilio perpetuum ſtatuimus Aduocatum. Niſi forte quiſpiam ſucceſſu temporis pro remedio animæ ſuæ & pro reuerentia S^mi. *Nicolai* Pontificis, eidem cœnobio aliquas poſſeſſiones tradiderit & ius Aduocatiæ cum priuilegio à Monaſterio re-

cepto in eisdem sibi seruauerit illum cum debita discretione frui volumus suo iure. Qui verò testimonium talis priuilegij non ostenderit, nullum ius aduocatiæ debeat vel poterit sibi vendicare. Pro seruitio tamen quod occasione aduocatiæ ab ecclesiasticis personis requiri solet, præfato Marchioni in *Wukkea-vvez* circa locum eundem viginti quatuor hubas & septuaginta honesta mancipia titulo contulimus feudali, pro eo vt nullum aliud emolumentum deinceps nomine aduocati recipere de eorum possessionibus teneantur. Ipse verò Illustrissimus Marchio tanquam pius & deuotus oblatam sibi aduocatiam oculo gratuito in suæ potestatis dominium suscipiens ad incrementum nostræ nouæ plantationis, ita vt dici posset, etiam esset noster complantator, absoluit & exemit de maturo consilio suorum nobilium Baronum eandem Ecclesiã per omnem districtum sui Marchionatus in terris, & in aquis, in foris & ciuitatib. ab omni iure thelonei siue mutæ, ita vt quolibet tempore anni, vinum, annonã, pisces, & alia quæque pro domo necessaria in terris & in aquis liberè transducere debeant, vel si necesse fuerit in *Stain* & in *Horn* vbi granum eorum tractari solet, nec non in aliis ciuitatibus aut foris vendere vel locare sine omnibus exactionibus antescriptis, concessit etiam eidem Monasterio vt per nullum iudicem occasione alicuius quærimoniæ victualia eorum in terris vel in aquis detineri debeant, nisi prius ab eo tanquam à vero aduocato, vel ab ipso quem ad hoc specialiter statuit, iustitia fuit requisita. Quas vtique gratias ideo præsenti priuilegio annotare curauimus, vt si forte aliquis suorum successorum, quod Deus auertat, easdem scire nollet, per hoc scriptum prædecessoris sui, benevolã munificentiã recognoscat. Aduocatis igitur præmissis auctoritate omnipotẽtis Dei & sub pœna æternæ damnationis prohibemus, vt nec ipsi nec sui hæredes, sed nec alter quispiam. Aduocatorum quocunque casu succedentium aliquẽ de eadem Aduocatia infeodare vel substituere debeat vel præsumat. Si autem aliquis nolente Domino in contrarium fecit, hic anathematis vinculis ex tunc se nouerit innodatum, ac æternæ damnationis vindicta, nisi renouauit puniendum. Et si aliquis Præpositus necessitate quacunque coactus subaduocatum sibi dari aliquem petierit, huius substitutionem ad vnum tantum, vel saltem ad duos annos voluimus perdurare. Quod si aliquis diutius pro Viceaduocato postulatus, tamen Præposito placuerit, ne talis ex diutina commissione aduocationem hereditariam sibi possit ascribere. Volumus vt Prælato cedente vel decedente autoritas huiusmodi subaduocati omnimodis finiatur. Ipsi etiam præscripti Aduocati in quorum iudiciorum terminis penè omnia prædia Ecclesiæ iacere videntur, hanc gratiam ipsi Monasterio concesserunt vt Prælati eiusdem omnes causas siue quæstiones in hominib. eorum exortas, per se vel per suos officiales debeant iudicare. Si autem culpa alicuius hominis pœnam mortis exigit, Iudex in persona rei iudicium exercere tenetur, bona verò ipsius Ecclesiæ remanebunt. Prædia autem quæ *Griezkirchen* & in *Alnthouen* cœnobio dedimus memorato, nobismetipsis & nostris successoribus sine omni vtilitate iuris aduocatiæ reseruauimus defendenda, sic tamen vt Præpositus omnes causas in eis emersas debeat iudicare, nullusq; successorum nostrorum super ea aliquem subaduocatum sibi præsumat substituere, sed per se piè & fideliter pro honoris sui decentia tueatur. Si autem aliquis Episcoporum honorem proprium parui pendens eandem aduocatiam ad alias personas quocunq; modo transtulerit, vel ex impotentia aut desidia ipsos tuerine glexerit, licitum erit fratrib. hoc vti priuilegio à Principe terræ protectionis auxilium inuocare. Item quia prædia, quib. idẽ Monasterium dotauimus, tam liberè sibi dedimus, quod nulli hominũ aliquod ius hæreditarium competit in eis-

dem præ-

dem prædicti Aduocati, quorum interest, de ipsis judicare prædiis statuerunt vt nullus hominum contra eadem prędia alio testimonio agere debeat, nisi per sola priuilegia quæ super juribus specialibus à monasteriis dari solent. Et quia idem Cœnobium in latere nostræ cathedralis Ecclesiæ ideò fundauimus, vt Prælati eiusdem tanquam intimi secretarij & summi Capellani successores nostros in suis debeant oneribus supportare, congruum valdè est, vt & ipsi successores nostri eandem Ecclesiam specialibus honoribus, promotionibus, fauoribus & gratiis prosequi teneantur. Cum igitur omnia facta piè & justè inchoata à malignis hominibus suggestione Diabolica impugnari, imò frequentius soleant impediri, ne hoc opus nostrum religiosum ad honorem huius *Patauiensis* Cathedræ factum & feliciter consumatum iniquorum calumniatorum malitia, successu temporis audeat vel valeat infestare, pro originali nostræ fundationis instrumento prędicta omnia præsenti pagina nostro sigillo authentico roborata, simulque cum testimonio venerabilium personarum Canonicorum nostrorum videlicet & ministerialium duximus confirmare. Testes de Canonicis *Wilipoldus* Tumpræpositus, *Erkhengerus* Decanus, *Isenbertus* Cantor, *Paldvvinus* Scholasticus, *Aigelbertus* Archipresbyter, *Egeno* & *Otakhrus* Capellani. Ministeriales verò, *Reinherus* de *Rotavve*, *Gozvvertus* de *Wesen*, *Rassoldus* de *Morspach*, *Porvo* de *Holzhausen*, *Rudigerus* de *Ridelberch*, *Ekkolfus* de *Wolmpach*, *Chonzlinus* de *Schaltarn*, & frater eius *Otakhrus*, *Hartvvicus* de *Chrenzing*, & *Rudbertus* frater eius, *Otakhrus* de *VVeidocth*, *Imzo* de *Stegbach*, *Lintgoz* de *Taberchthausen*; & plures alij ex nostris fidelibus. Vt autem hæc omnia firma & illibata permaneant, Iudicio DEI PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI, & auctoritate beati *Petri Apostoli* eiusque Vicariorum *Alexandri* & *Gregorij* PP. fiducia sanctorum patronorum *Andreæ* Apostoli, *Panthaleonis* martyris, *Nicolai* Pontificis districtè interdicimus, vt nullus successorum nostrorum, seu aliqua secularis vel Ecclesiastica persona de prædiis Ecclesiæ jam datis vel postmodum donandis inuadere vel diminuere, vel vsui fratrum aliquid præsumat subtrahere vllo modo. Si quis autem, quod Deus auertat ausu nefario idipsum transgressus fuerit, si tertiò commonitus, debita satisfactione non emendauerit, anathematis laqueo se nouerit irretitum & partem cum Iuda pessimo habiturum. Conseruantibus autem pax & misericordia hic & in futuro seculo perseueret Amen. Acta sunt hæc in Cathedrali nostra Ecclesia, apud *Patauiam*; Anno Domini Millesimo septuagesimo quarto, Indictione nona XII. Calend. Iunij.

ALEXANDER Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto fratri in Christo *Altmanno Pat.* Episcopo, & per eum Ecclesiæ quam in territorio eiusdem ciuitatis in portu *Oeni* fluminis construxit, & in honore sanctæ Trinitatis & passionis Domini nostri Iesu Christi, & sanctorum *Andreæ* Apostoli, *Pantaleonis* Martyris & sancti *Nicolai* Confessoris consecrauit in perpetuum. Conuenit apostolico moderamini religiosis desideriis & petitionibus ea benignitate & pietatis studio cõdescendere, effectumq; præbere, vt dũ spiritualis auctoritas officij sui debitũ peragit, dum pia fideliũ statuta roborando venerabilibus locis præsidiũ defensionis impendit, hinc affectus supernæ retributionis lucratur initiũ, quod in parando beneficio nõ minor fuit charitas quã potestas. Hoc enim & bonorũ studiis spe proficiendi augmentum tribuit, & opus propriũ fructu profectionis Deo acceptabile reddit. Itaq; dilecte frater, charissima S. *Petri*, filia Imperatrice *Agnete* sẽper Augusta indicante nobis, te in suburbio ciuitatis tuæ juxta portum prædicti fluminis Oeni ad cõmunem & regularẽ Canonicorum vitã, Ecclesiam construxisse, & vt eã juxta propositum tuę deuotionis & constitut. apost. priuilegiis firmarem, tũ ipsa partes tuas referẽte, tũ ipso pro te sanctissimo desiderio

postulante, tanto promptius vtriusque voluntati annuendum esse iudicauimus, quanto & tua vota justa esse certius intelligimus, & illius desideria diuino accensa spiritu vbique prosperari cupimus. Concedentes igitur tibi & præfatæ Ecclesiæ huius nostri Apostolici decreti priuilegium sancimus, & apostolica auctoritate statuimus, vt Clerici qui vel nunc in eadem Ecclesia sunt ordinati, sub communi semper vita & claustrali cõuersatione consistant. Ad quorum communem vsum confirmamus & incommutabiliter tenenda decernimus, determinate quidem & ea quæ prænominata Imperatrix Augusta pro remedio animæ suæ donauit: Videlicet nonam partem omnium quæ ad *Persinbeug* & *Isbesperg* ad manus suas culta redduntur: & ea quæ tu ipse per manum Aduocati tui Remberti illuc tradidisti, scilicet ante signatum portum prædicti fluminis Oeni, cum omni vtilitate sua, gratis quidem transponendis, qui causa orationis vadunt. Insuper duas curres, *Senftling & Neunhofen* cum pertinentiis suis omnibus & vnam *Hoffraitam*, quam *Egeno* ad vsum Episcopi in altare S. *Stephani* Prothomartyris dedit, & duas Hoffraitas in loco qui dicitur *Alburg*, & decimationem eiusdem villæ, cum vno manso, & vnam curtem *Wathenvveis*, *Enzenvvis* cum *Genezeo*, & omni vtilitate. Ad *Reichstorf* vnum mansum & vnum molendinum, Ecclesiam vnam quæ dicitur *Eitenbach* cum omni vtilitate quæ ad Episcopum pertinebat, & vnam Hoffraitam *Eusten* cum cæteris bonis illuc pertinentibus, & ad *Althouen* vnum mansum, cum decimatione eiusdem villæ & ad *Homtis* vnum mansum cum decimatione eiusdem villæ. Ad *Rusten* decimationem. Ad *Mautarn* vnum mansum, ad *Leuben* vnam vineam, ad *Wachavve* duas vineas, ad *Schönenbôhel* duas, ad *Aschach* duas, ad *Sebach* tres, & tres sagenas: vnam *Patau*: aliam *Sebach*, tertiam *Matsee*. Pro vestitu autem decem libras argenti de manibus *Pa.* III. ad *Matsee* de censu. Hæc inquam omnia & quęcunque etiam innominata bona eidem Ecclesiæ vel nunc justè collata sunt, vel imposterum DEO disponente conferenda eo tenore & auctoritate ad communem vsum fratrum ibidem Deo famulantium decernimus & corroboramus, vt communem & regularem vitam ducentes nihil de bonis Ecclesiæ Præposito & singulari vsui vendicent. Vt hæc igitur nostra decreta adiuuante Domino, vndique firma illibataque permaneant, apostolica auctoritate constituimus, vt nullus Rex, Imperator, Dux, Comes, Episcopus vel Archiepiscopus, seu aliqua persona secularis aut Ecclesiastica præfatam Ecclesiam ab eo statu & ordine, quem superius confirmauimus, diuellere, aut aliqua perturbatione impedire præsumat, vel quicquam de rebus & bonis Ecclesiæ inuadere aut diminuere, vel ab vsu fructuum subtrahere audeat. Si quis autem contra huius nostræ sanctionis decreta temerario ausu venire tentauerit, vsque ad dignam satisfactionem anathematis laqueo se irretitum nouerit. Qui verò hæc eadem fideli deuotione obseruare curauerit, diuinæ remunerationis gratiam & apostolicæ benedictionis hic & in futuro consequatur abundantiam. Datum *Romæ* V. Non. Martij per manus *Petri* sanctę Romanę Ecclesiæ Presb. Cardinalis ac Bibliothecarij. Anno XII. Pontificatus Domini *Alexandri* III. P P. Indictione XI.

GREGORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto fratri in Christo *Altmanno Pat:* Episcopo, & per eum Ecclesiæ, quam in territorio eiusdem ciuitatis in portu *Oeni* fluminis construxit, & in honore sanctæ *Trinitatis* & Passionis Domini nostri *Iesu Christi* & sanctorum *Andreæ* Apostoli, *Panthaleonis* martyris, & sancti *Nicolai* Confessoris consecrauit in perpetuum. Conuenit apostolico moderamini religiosis desideriis & petitionibus ea benignitate & pietatis studio condescendere, effectumque præbere, vt dum spiritualis auctoritas officij

ficij sui debitum peragit, dum pia fidelium statuta roborando venerabilibus locis præsidium defensionis impendit, huic affectus supernæ retributionis lucretur meritum, quod in prestando beneficio non minor fuit charitas quam pietas. Hoc enim & bonorum studiis spe proficiendi augmentum tribuit, & opus' propriu fructu profectionis Deo acceptabile reddit. Itaque dilecte frater charissima sancti *Petri* filia Imperatrice *Agnete* semper Augusta, indicante nobis, te in suburbio ciuitatis tuæ juxta portum prædicti fluminis *Oeni* ad communem & regularem Canonicorum vitam Ecclesiam construxisse. Et vt eam juxta propositum tuæ deuotionis & constitutionis apostolicis priuilegiis firmaremus', tum ipsa pro te sanctissimo desiderio postulante, tanto promptius vtriusq; voluntati annuendum esse judicauimus, quanto & tua vota justa esse certius intelligimus, & illius desideria diuino accensa spiritu vbique prosperari cupimus. Concedentes igitur tibi & prefatæ Ecclesiæ huius nostri apostolici decreti, qui vel nunc in eadē Ecclesia sunt ordinati vel aliquo postea in tempore fuerint ordinandi, sub cōmuni semper vita & claustrali conuersatione cōsistant. Ad quorum cōmunem vsum confirmamus, & incommutabiliter tenenda determinamus, determinatè quidem & ea quæ prænominata Imperatrix Augusta pro remedio animæ suæ donauit: videlicet nonam partem omnium quæ ad *Persenburg* ad manus suas culta redduntur, & ea quæ tu ipse per manum Aduocati tui *Remberti* illuc tradidisti, scilicet antesignatum portum prædicti fluminis *Oeni* cum omni vtilitate sua gratis quidem transponendis, qui causa orationis vadunt. Insuper duas curtes *Senftling* & *Neuenhofen* cum omnib⁹ pertinentiis suis, & vnam Hoffatham, quam *Egeno* ad vsum Episcopi dedit, & vnum mansum & dimidium ad *Stainuelde* & tres Hoffathas in loco qui dicitur *Alburg*, & decimationem eius villæ cum vno manso, & vnam curtem *Enzelbis* cum genezeo & omni vtilitate & tres Hoffathas de *Euchendorf* cum omni vtilitate. Ad *Euchenstorf* vnum mansum & vnum molendinum Ecclesiam I. quæ dicitur *Aitenpach* cum omni vtilitate quę ad ipsam pertinebat, & vnam decimationem in parochia *Huttarn*, & vnam Hoffatham ad *Ousta*, cum cæteris bonis illuc pertinentibus'. Et ad *Alnchouen* vnum mansum cum decimatione eiusdem Ecclesiæ, Ad *Hustam* decimationem, ad *Leuben* I. vineam, ad *Mautarn* vnum mansum, ad *Wachavve* duas vineas, ad *Schônenbôhel* II. ad *Aschach* II. & III. Sagenas, vnam *Patau* aliam *Sebach*, tertiam *Matsee*. Pro vestitu autem XXIV. libr. X. de nauibus VI. de *Goldervvert* IV. de *Euerding* III. de censu *Matsee* I. de *Aushouen* & molendinum in eodem loco. Vnam Hoffatham ad *Eicherstorf* I. *Peringen*, *Aunkirchen* & *Althaim* cum omnibus pertinentiis suis I. *Gerichvvis* I. *Heinning* I. decimationem, *Enprechtshouen* II. vineas, *Bunniting*. I. Ecclesiam cum decimatione in rure *Beugen*. Item decimationem *Homtis*. Hæc inquam omnia & quæcunque etiam innominata bona eidem Ecclesiæ vel nunc justè collata sunt, vel imposterum Deo disponente conferenda eo tenore & auctoritate ad communem vsum fratrum ibidem Deo famulantium decernimus & corroboramus, vt communem & regularem vitam ducentes, nihil de bonis Ecclesiæ proprio & singulariter sibi vendicent. Si quis verò Imperatorum, Regum, Sacerdotum, Clericorum, judicum ac religiosarum personarum hanc constitutionis nostræ paginam agnoscens contra eam venire tentauerit, potestatis honorisque dignitate careat, reumque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & ni ea quæ ab illo sunt malè ablata restituerit, vel digna pœnitentia illicitè acta defleuerit, à sacratissimo corpore ac sanguine Domini Redemptoris nostri IESV CHRISTI alienus fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa seruantibus' sit

Pax

pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant Amen. *Romæ* per manus *Petri* Presbyteri Cardinalis, ac Bibliothecarij IX. Calend. Aprilis', Anno Pontificatus Domini *Gregorij* PP. VII. Indictione XIII.

HONORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Vlrico* Præposito Ecclesiæ sancti *Nicolai Patauien.* eiusque fratribus tàm præsentibus quã futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum conuenit adesse præsidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam sancti *Nicolai Patauien.* in qua diuino mancipati estis obsequio, sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, vt ordo Canonicus, qui secundum Domini & beati *Augustini* regulam in eadem Ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia inpræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum in quo prefata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis, Ecclesiam de *Alburg*, de *Aitenpach* de *Hartkirchen*, de *Griezkirchen*, de *Alnchouen*, de *Minichreut*, & de *Windemspach* Ecclesias cum omnibus pertinentiis suis. Capellani sanctæ *Mariæ Magdalenæ* in *Insula* Sancti *Iacobi* in *Burgo Patæ*: de *Aunkhirchen*, de *Huchendorff*, & sanctę *Mariæ* in *Anaso*, Capellas cum pertinentiis suis. Decimas' quas habetis in *Aitenpach*, in *Hartkirchen*, in *Grieskirchen*, in *Munechreut*, in *Widemspach*, in *Aunkirchen*, in *Dornach*, in *Sebach*, in *Wachenvveis*, in *Huttarn*, in *Chelichperch*, in *Irshaim*, in *Haiming*, in *Alburg*, in *Alnchouen*, in *Evvesvvanch*, in *Schiltarn*, in *Asspach*, in *Vechilstorf*, in *Rust*, in *Isendorf*, in *Hohenvvart*, & in *Buchrich*. Præterea in Suburbio ciuitatis *Patau* vndecim domata, fundum quem habetis inter *Danubium* & *Oenum* II. curtes, *Senftling* & *Neunhouen*, dimidium mansum ad *Tantobel* quatuor mansos *Holzheim*, vnum mansum *Hegenbach*, in *Probstreut*, in *Pachmül*, in *Sauming*, in *Hasenpuel* mansum & dimidium mansum in *Putra*, vnam curtem in *Windberch*, quatuor curtes in *Alburg* & in *Gehin Engelmarsperg*, in *Sprinzenberg*, in *Pering*, in *Euchendorf*, in *Bozrichstorf*, in *Dornach*, in *Abstorf*, in *Althaim*, in *Aunkirchen*, in *Loth*, in *Eberstorf*, in *Pinzhaim*, in *Schalthaim*, in *Ruspach*, in *Griezkirchen*, in *monte*, in *Tegenpach*, in *Wasen*, in *Aschach*, in *Neunmarcht*, in *Alnchouen*, in *Eusten*, in *Hartheim*, in *Büsing*, in *Linthaim*, in *Mauttarn*, in *Raent*, in *Rust*, in *Tsendorf*, in *Hohenvvarth*, in *Burgenvvis*, in *Stregen*, & in *Neunburch*, curtes & curias in quibus decimę colliguntur. Tres mansos in *Aueching*, in *Dornpach*, in *Schönenburch*, in *Ahaim*, in *Hutenkhouen*, in *Hauspach*, in *Walte*, in *Hart*, in *Leumpting*, in *Raent*, in *Chaltenpach*, in *Walgsing*, in *Huzenperch*, & in *Regenhalming* mansos septę, in *Reuth*, tres mansos in *Gerchvveis* & tres carratas cereuisiæ, tres mansos in *Chufarn*, in *Perchaim*, in *Leunchart*, & in *Reichenstorf* VI. mansos, quatuor mansos in *Strazz*, dimidium mansum in *Euchendorf*, in *Dornach*, in *Ainhartstorf*, in *Vilshouen*, in *Winchlarn*, in *Stüde*, in *Eunling*, in *Thimheim*, in *Hartheim*, in *Busing*, in *Sumptingen*, in *Bruhl*, in *Bering*, in *Boching*, in *Winchel*, & in *Abstorf*, dimid: mansos, villam in *Enzenvveis*, in *Wachenvveis*, in *Suembach*, in *Buechard ing*, in *Neunling*, & in *Munchreut*, villa, prędia, de *Vilsa* in *Rotha*, in *Pirenpach*, in *Schalchaim*, in *Griezkirchen*

chen, in *Esgennovve*, in *Alnchouen*, in *Griendorf*, in *Freindorf*, in *Rusb*, & in *Euching* prædia, molendinum in *Enzenvveis*, in *Amhartſtorf*, in *Boching*, in *Abſtorf*, in *Pirenpach*, in *Chaltenpach* & *Patauien.* molendina redditus ſalis in *Halle*, vineas in *Griezkirchen*, in *Aſchach*, in *Iſelburch*, in *Wathavve*, in *Hunzhaim*, in *Freindorf*, in *Chrembs* & in *Mautarn* vineas cum areis, domibus, pratis, paſcuis, piſcationibus, nemoribus, & omnibus aliis vtilitatibus ſuis. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos liberos & abſolutos à ſæculo fugientes ad conuerſionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper vt nulli fratrum veſtrorum poſt factam in Eccleſia veſtra profeſſionem fas ſit, absque Præpoſiti ſui licentia niſi arctioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere, diſcedentem verò absque communium literarum noſtrarum cautione nullus audeat retinere. Illud diſtrictius inhibentes, ne terras ſeu quodlibet beneficium Eccleſiæ veſtræ collatum, liceat alicui perſonaliter dari, ſiue alio modo alienari, absque conſenſu totius Capituli, vel maioris aut ſanioris partis ipſius. Si quæ donationes aut alienationes aliter quam dictum eſt factæ fuerint, eas irritas cenſemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerit, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Salua tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Prępoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilij ſanioris, ſecundum Dei & ſancti *Auguſtini* regulam prouiderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati noſtræ paterna imposterum ſollicitudine prouidere volentes, auctoritate apoſtolica prohibemus, vt infra clauſuras locorum ſeu Eccleſiarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, ſeu violentiam exercere audeat. Decernimus igitur vt nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra cõſeruentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis apoſtolicæ auctoritate, & Dioceſani Epiſcopi Canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtrę conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundo tertiouè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, pietatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictam Iudicem præmia æternæ ſalutis inueniant Amen. Datum *Viterbij* per manum *Wilh.* ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice Cancellarij V. Idus Aprilis, Indict. VIII. Incarnationis Dominicæ anno M. CC. XX. Pontificatus verò Domini *Honorij* PP. tertij, anno quarto.

HONORIVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Vlrico*, Præpoſito & Capitulo Eccleſiæ ſancti *Nicolai Pat.* Ordinis S. *Auguſtini*, ſalutem & apoſtolicam benedictionẽ. Significaſti nobis fili Prępoſite in noſtra præſentia conſtitutus, quod bonę memoriæ *Altm. Pat.* Epiſcop. Eccleſiæ veſtræ fundator, claræ memoriæ *L.* Marchioni de *Auſtria*, & H. Comiti de *Vornbach* aduocatiam

conceſſit

conceſſit eiuſdem Eccleſię, certis ei redditibus deputatis, ſtatuens vt nec ipſi nec hæredes eorum aliis poſſent officium Subaduocationis concedere Præpoſito & Capitulo ipſius Eccleſiæ inconſultis. Vnde nobis humiliter ſupplicaſtis, vt ſtatutum huiuſmodi apoſtolico dignaremur munimine roborare. Nos igitur veſtris precibus inclinati quod ſuper hoc prouidè & vtiliter ſtatutum eſt, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò hominum omninò liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & Pauli *Apoſtolorum* eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Viterbij*, XVII. Calend. Maij, Pontificatus noſtri anno quarto.

GREGORIVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Vlrico* Præpoſito Eccleſiæ S. *Nicolai Patau.* eiusque fratribus tàm præſentibus quàm futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe præſidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito reuocet, aut robur quod abſit, ſacræ religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filij, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam ſancti *Nicolai Patau*: in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo Canonicus, qui ſecundum Domini & beati *Auguſtini* regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè ac canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de *Alburg*, de *Eitenpach*, de *Hartkirchen*, de *Grieskirchen*, de *Alnchouen*, de *Munichreit* & de *Widemspach* Eccleſias cum omnibus pertinentiis earundem. Capellam ſanctę *Mariæ Magdalenæ* in *Inſula*, ſancti *Iacobi* in *Burgo Patt*: De *Aunkirchen*, de *Euchendorf*, & ſanctæ *Mariæ* in *Anaſo* cum priuilegiis earundem. Decimas quas habetis in *Aitenpach*, in *Hartkirchen*, in *Grieskirchen*, in *Münichreuth*, in *Widenspach*, in *Aunkirchen*, in *Dornach*, *Sebach*, in *Bachenvveis*, in *Hutarn*, in *Chelichperg*, in *Irshaim*, in *Haming*, in *Alburg*, in *Alnchouen*, in *Ebersvvanch*, in *Schaltarn*, in *Aſpach*, in *Vechilſtorf*, in *Ruſt*, in *Iſendorf*, in *Hochenvvart* & in *Pukirch*. Præterea in ſuburbio ciuitatis *Patauien.* vndecim domata, fundum quem habetis inter *Danubium* & *Oenum*, duas curtes *Senftling* & *Neunhofen* dimidium manſum, ad *Tantobel* quatuor manſos, *Holzhaim*, vnum manſum, in *Haibach*, in *Erobeſtraut*, in *Pauchmill*, in *Sâmmig*, in *Haſenprüel* manſum, & dimidium manſum in *Putra*, vnam curtem in *Winberch*, quatuor curtes in *Alburg*, & in *Geihai*, in *Englmarſperg*, in *VVachenvveis*, in *Pöringen*, in *Euchendorf*, in *Parutrichſtorf*, in *Dornach*, in *Abſtorf*, in *Althaim*, in *Aunkirchen*, in *Lôhe*, in *Nerckerſtorf*, in *Punzhaim*, in *Schalchaim*, in *Riſpach*, in *Grietzkirchen*, in *monte*, in *Tegernbach*, in *Baſen*, in *Aſchach*, in *Neuenmarckht*, in *Alnchouen*, in *Euſten*, in *Hartheim*, in *Buſingen*, in *Lintheim*, in *Maitarn*, in *Raent*, in *Ruſt*, in *Eizendorf*, in *Hohenvvart*, in *Burgarvveſen*, in *Stregen*, & in *Neunburch* curtes & curias, in quibus decimæ colliguntur. Tres manſos in *Auecking*, in *Schönenburg*, in *Aha*, in *Huchenhouen*, in *Hauſpach*, in *VValde*, in *Hart*, in *Raent*, in *Lunthing*, in *Chaltenpach*, in *VValchſing*, in *Pulsheimberch*, & in *Reginhalming*,

halming mansos septem in *Ruth*, tres mansos in *Gerchvveis*, & tres carratas cereuisiæ, vnum mansum in *Ahalming*, tres mansos in *Cupharn*, in *Bercham*, & in *Leinhart*, & in *Reicherstorf* sex mansos, quatuor mansos in *Strazz*, dimidium mansum in *Euchendorf*, in *Dornach*, in *Emhartstorf*, in *Winchlarn*, in *Stude*, in *Vilshouen*, in *Emmling*, *Tynheim*, in *Hartheim*, in *Büsing*, in *Lumting*, in *Prüle*, in *Pering*, in *Pocking*, in *Winthel*, & in *Abstorf* dimidios mansos, villam in *Enzenvveis* in *Simpach*, in *Purckarding*, in *Nenlingen*, & *Munichreut* villas prædia de *Vilsa*, in *Rota*, in *Pirenpach*, in *Schalcheim*, in *Griezkirchen*, in *Escetunavve*, in *Alnchouen*, in *Griendorf*, in *Freindorf*, in *Rust*, & in *Fuching* prædia, molendinum in *Pruck*, in *Enzenvveis*, in *Amhartstorf*, in *Pocking*, in *Abstorf*, in *Prienpach*, in *Chaltenpach*, & *Pata*. molendina. Redditus Salis in *Halle*, vineas in *Grieskirchen*, in *Aschach*, in *Ibesburg*, in *Wachovve*, in *Hunzheim*, in *Freindorf*, in *Chrems*, & in *Mautarn* vineas, cum areis, domibus, pratis, pascuis, piscationibus, nemoribus, vsuagiis, in bosco & plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & in omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sanè noualium vestrorum à propriis manibus aut sumptibus colitur siue emitur mentis animalium vestrorum nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos liberos & absolutos è seculo fugientes ad conuersionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper vt nulli fratrum vestrorum post factam in Ecclesia vestra professionem fas sit, absque Præpositi sui licentia nisi arctioris religionis obtentu de eodem loco discedere: discedentem verò absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium Ecclesiæ vestrę collatum liceat alicui personaliter dari, siue alio modo alienari, absque consensu totius Capituli, vel maioris aut sanioris partis ipsius. Si quæ verò donationes aut alienationes aliter quam dictum est factę fuerint, eas irritas esse censemus. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis suppressa voce diuina officia celebrare. Prohibemus insuper vt infra fines parochiæ nostræ sine assensu Diocesani Episcopi & vestro Capellam seu oratorium construere audeat saluis priuilegiis Pontificum Romanorum. Adhæc nouas & indebitas exactiones ab Archiepiscopis & Episcopis, Archidiaconis & Decanis, aliisque oĩbus Ecclesiasticis secularibusque personis in Ecclesia vestra omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni & extremę voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen justitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea & possessiones ad jus ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à Laicis detinentur redimendi & legitimè liberandi de manibus eorum & ad Ecclesias, ad quas pertinent, reuocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Præposito, vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars majoris & sanioris consilij secundum Deum & beati Augustini regulam prouiderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestræ paterna in posterum sollicitudine prouidere volentes auctoritate apostolica prohibemus, vt infra clausuras locorum seu Ecclesiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, seu violentiam exercere audeat. Prętera omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontific. Ecclesiæ vestræ concessas, nec nõ libertates & exemptiones

ſecularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, vt nulli omninò homini liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſeruentur eorum per quorum gubernationem ac ſuſtentationem conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura: ſalua ſedis apoſtolicæ auctoritate, & Dioceſani Epiſcopi canonica juſtitia, & ſuper decimis moderatione Concilij generalis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtrę conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertiouè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ ſalutis inueniant. Amen. Datum *Lateran.* per manus Magiſt: *Martini* ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice Cancellarij V. Idus Decemb. Indict. VI. Incarnationis Domin. anno M. CC. XXVII. Pontificatus verò Domini *Gregorij* P P. IX. anno primo.

GREGORIVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Præpoſito & Capitulo Eccleſiæ ſancti *Nicolai Pat.* Ordinis S. *Auguſtini,* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitũ perducatur effectum. Ex veſtra ſane relatione didicimus, quod bonæ memorię *Altmannus Pat:* Epiſc. Eccleſiæ veſtræ fundator claræ memoriæ, *L.* Marchioni de *Auſtria* & *H.* Comiti de *Vornpach,* aduocatiam eiuſdem Eccleſiæ pro ipſius vtilitate conceſſit, certis eis redditibus deputatis conſtituens, vt nec ipſi Aduocati, nec eorum hæredes conceſſa ſuper aduocatiæ officium aliis poſſent vel concedere inconſultis. Nos igitur veſtris juſtis poſtulationibus inclinati, ſtatutum huiuſmodi ſicut prouidè ac vtiliter factum dinoſcitur, auctoritate apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Oti:* V. Calend. Maij. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

GREGORIVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Præpoſito & Conuentui S. *Nicolai Pat.* ordinis ſancti *Auguſtini* ſalutem & apſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinẽ officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & locum in quo diuino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis quę in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Deo poteritis adipiſci, ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem terras, poſſeſſiones, redditus, qui oblaij vulgariter appellantur, libertates quoque ac immunitates nec non antiquas & rationabiles Monaſterij veſtri conſuetudines hactenus ac alia bona veſtra ſicut ea omnia juſtè ac pacificè poſſidetis vobis

& per

& per vos Monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Perusij* II. Calend. Maij. Pontificatus nostri anno tertio.

MARTINVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati Monasterij *Scotorum* in *Wienna, Patau.* Dioc. & *Salzburgen.* & *Ratisbonen.* Ecclesiarum Decanis salutem & apostolicam benedictionem. Ad compescendos conatus nepharios peruersorum, qui personas & loca ecclesiastica super bonis & juribus suis offendere, ac multiplicibus perturbare molestiis non verentur, tanto magis per nos decet oportuno remedio prouidere quanto amplius turbationis huiusmodi & molestiæ in diuinæ majestatis offensam, nec non Ecclesiasticæ libertatis redundare dispendium dinoscuntur. Dudum siquidē cum in diuersis mundi partibus consules ciuitatum & rectores, nec non alij qui potestatem habere videbantur, tot onera frequenter imponerent Ecclesiis, vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videretur, quàm sub Pharaone fuisset, qui legis diuinę notitiam non habebat, quique omnibus aliis seruituti subactis, sacerdotes & possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & de publico eis alimoniam ministrauit. In concilio Lateranensi Ecclesiæ immunitati prouidendo, sub anathematis districtione prohibitum extitit; ne Consules, Rectores, aut alij prædicti Ecclesias & viros ecclesiasticos talliis seu collectis vel exactionibus aliis aggrauare præsumerent, transgressores & fautores eorum præcipiendo anathematis sententiæ subjacere don: satisfactioni impenderent competen: & deinde in generali consilio editum fuit, quod si Episcopi fortè simul cum clericis, etiamsi tantam necessitatem vel vtilitatem inspicerent, vt absque vlla coactione ad releuandas communes vtilitates vel necessitates, vbi Laicorum non suppeteret facultas subsidia per Ecclesias Laicis ducerent concedenda, minimè super hoc consulto Romano Pontifice concessiones & sententiæ quæ à talibus vel de ipsorum mandato forent promulgatæ essent irritæ & inanes nullo vnquam tempore valituræ. Et in ipso etiam generali Concilio decretum extitit, illum qui infra tempus sui regiminis propter fractionem constitutionem & sanctionum huiusmodi sustineret anathem: tanquam post illud non esset ad satisfactionis debitum compellendus. Nec non ipsius successorem qui non satisfaceret infra mensem manere Ecclesiastica censura conclusum, donec satisfaceret competenter, cum succederet monte qui substitueret in honore. Postmodum verò felicis recordationis *Honorius* Papa III. prædecessor noster attentè considerans quæ quondam *Fridericus* secundus olim Romanorum Imperator, tunc sub obedientia & deuotione sanctæ Romanæ Ecclesię persistens ad laudē eiusdem Ecclesiæ & sacri decus Romani Imperij cupiens, vt expurgatis quorūdam erroribus & iniquis statutis penitus destitutis, de cætero Ecclesiæ & Ecclesiasticę personæ plena vigerent quiete & secura libertate gauderent, ac piè & justè attendens, quod quorundam peruersorum iniquitas adeo abundauerat, vt non dubitarent, contra Ecclesiasticam disciplinam & sacros ordines statuta sua confringere aduersus iniqua irritauerat & perceperat, irrita nuntiari & omnia statuta & consuetudines, quæ ciuitates & loca, potestates vel Consules, aut quęcunq; aliæ personæ contra libertatem Ecclesiæ vel personas Ecclesiasticas huiusmodi edere aut seruare tentarent cont: tant: sanction: de ipsorum capitularibus infra duos menses post ipsius legis publicationem penitus aboleri face-

rent. Et si de cætero talia attentarent, illa ipso jure decreuit esse nulla, & eos suæ jurisdictione priuatos, nec non locum, vbi talia deinceps præsumpta fuissent, banno mille marcarum auri fisco imperiali præceperat subjacere. Potestates verò, Consules, statutarij, & scriptores statutorum prædictorum, nec non consiliarij locorum ipsorum, qui secundum statuta & consuetudines memorata judicarent, extunc essent ipso jure infames, quorum sententias & actus legitimos statuerat, aliqualiter non tenere. Quiq; si per annum præfatarum constitutionum inuenti fuerint contemptores, bona eorum per totum suum imperium, mandauit impunè ab omnibus occupari. Saluis tamen nihilominus pœnis aliis contra tales in eisdem generalibus Conciliis promulgatis. Et insuper voluit idē tunc Imperator, quod nulla communitas aut persona publica seu priuata collectas seu exactiones angarias, vel per angarias Ecclesiis, vel aliis piis locis, aut Ecclesiasticis personis huiusmodi imponere seu inuadere ecclesiastica bona præsumeret, quod si secus faceret, & requisita ab ecclesia vel imperio huiusmodi emendare contemneret, tripliciter refunderet, & nihilominus banno imperiali subjaceret, quod sine satisfactione debita nullatenus remitteretur. Statuerat insuper quod quæcunq; comitans, vel persona per annum in excomunicatione ptopter libertatem Ecclesiæ violatam persisteret, ipso jure similiter bano imperiali subjaceret, à quo nullatenus extraherertur, nisi prius ab Ecclesia beneficio absolutionis obtento: & insuper ordinauerat, vt nullus ecclesiasticam personam in criminali quæstione vel ciuili ad judicium seculare trahere præsumeret, contra canonicas sanctiones & constitutiones imperiales. Qui si secus faceret, actor à suo jure caderet, & judicatum non teneretur, & Iudex foret ex tunc judicandi auctoritate priuatus. Quodque judices temporales, qui Clericis & personis Ecclesiasticis justitiam denegare præsumerent, tertio requisiti suam jurisdictionem amitterent. Constitutionem ipsam de concilio etiam fratrum suorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, qui tunc erant, auctoritate apostolica approbans & confirmans ipsam mandauit inuiolabiliter obseruare. Nec non statutarios & scriptores ac violatores prædictos excommunicatos eadem auctoritate nuntiari, & deinde ad audientiam diuæ memoriæ *Caroli* quarti Romani Imperatoris semper Augusti deducto quod nonnullæ seculares personæ in potestatibus & officiis publicis constitutæ, videlicet Duces, Marchiones, Comites, Barones, & alij Domini temporales, nec non Consules ciuitatum, oppidorum, villarum, & locorum Rectores in diuersis prouinciis ejusdē Imperij Dei timore postposito, statuta singularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra ipsas personas Ecclesiasticas & Ecclesiarum libertates, ac eadem priuilegia condiderant, illisque de facto & publicè vtebantur contra cunctas & legitimas sanctiones, vtpote quod nulla bona temporalia in potestatem Ecclesiasticam transferentur, & ne Clerici in sacris ordinibus constituti ad agendum & testificandum in ciuilibus, & maximè in piis causis aliquatenus admitterentur. Quodque excommunicati laici & publicè sententiati in ciuili foro repellerentur. Et insuper prædicti Domini temporales Consules & Rectores per secularem potestatem res & bona clericorum occuparent, arrestarent, & oblationes Christi fidelium minuerent, atq; restringerent, exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus Ecclesiarum exigerent & extorquerent, possessiones ecclesiarum & personarū earundē deuastarent incendiis & rapinis, contractus inter clericos & laicos factos, legitimè ad libros ciuitatum villarū & locorū prædictorū inscribere & sigillare recusarent, donataq; legata ad fabricas & ecclesiarū structuras contra Prælatorū voluntatē & aliorum quorum interest vsurpare præsumerent, ac in fraudem & odium

odium Clericorum debemus etiam & rebus eorundem Clericorum, quæ non causa negotiationum, sed pro eorum propriis vsib⁹ per eorum terras ducebantur, seu deuoti faciebant thelonium exigere & recipere non verebantur, & confugientes ad Ecclesias & earum cœmiteria extrahere contra Canonicas & imperiales sanctiones & huiusmodi præsumpserant & præsumebant. Idem Carolus Imperator tanquam Christianissimus Princeps volens in præmissis prouidere de remedio salutari, etiam de quorundã Principum, Ducum, Comitum, Baronum, fideliumque aliorum sacri Imperij sæpedicti consilio & auctoritate imperiali quæcunque statuta & consuetudines prædicta tanquam per canonicas & ciuiles sanctiones expressè reprobata, cassauit, irritauit, & annullauit, ac cassa, & irrita, nulliusq; esse voluit roboris & momenti. Præcipiens sub imperialis banni pœna vniuersis & singulis Principibus & Dominis temporalibus, consulibus, potestatibus, & aliis in officiis publicis in eodem imperio constitutis, quatenus ex tũc ipsorum statuta & ordinationes sint, in prejudicium ecclesiasticæ libertates edita fuerunt, omninò reuocarent, & de luce tollerent. Quodque secundum ea non judicarent amplius, nec sententias dictarent, aut eisdem in judicio vel extra judicium quomodolibet per se & cõtra eandem ecclesiasticam libertatem potirentur pronuntiauit. Insuper & eadem decreuit auctoritate, quod quicunque Laicus cuiuscunque status aut conditionis existeret, ausu sacrilego & propriæ temeritatis audacia sacerdotem vel clericum secularem, vel religiosum diffidaret, proscriberet, captiuaret, spoliaret, occideret, multaret, aut in carcere detineret, vel huiusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaret, vel eis fauorem præstaret, præter pœnas à sacris Canonibus & legalibus sanctionib⁹ in tales inflictas eo ipso redderetur infamis, ac omni honore priuatus. Hæc autem placita & consilia nobilium admitterentur quouismodo hortans insuper in Domino & requirẽs Ecclesiasticos Prælatos in eisdem partibus qui committerentur talia constitutos, vt legem imperialem huiusmodi per eorum Ecclesias & Synodos publicarent; ne transgressores huiusmodi per simulatam ignorantiam suam volent in hac parte malitiam excusare, prout in constitutionibus & sanctionibus conciliorum & *Honorij* prædictorum ac imperialibus prefatis plenius continetur. Cum autem sicut lamentabili quærela dilectorum filiorum Præpositi, Decani & Capituli singulorumque Canonicorum & personarum Ecclesiæ Patauien: nec non vniuersorum Clericorum Ciuitatis & Diœcesis Patau. nuper accepimus noñulli Principes, Duces, Comites, Barones, & aliæ seculares potestates earundem constitutionum & sanctionum Canonicarum & legalium forsan ignorari, contra ipsas à Præposito, Decano, Capitulo, Canonicis personis & Clero præfatis forsan tallias, gabellas, & alias exactiones illicitas hactenus extorserint, & adhuc extorquere nitantur, & etiam bona ipsorũ Præpositi, Decani, Capituli, Canonicarum personarum & suis vsibus applicauerint, nec non occupare, inuadere, arrestare, detinere, & eisdem suis vsibus applicare, similiter de facto præsumant, in animarum suarum periculum, nec non Prepositi, Decani, Capituli, Canonicarum personarum & Clerici huiusmodi nõ modicum præjudicium atque damnum in præmissis eisdem Præposito, Decano, Capitulo, Canonicis personis & clero opportunè prouidere volentes, discretioni vestræ per apostolica scripta in virtute S. obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios Præposito, Decano, Capitulo, Canonicis personis, & clero præfatis contra quoscunq; transgressores & violatores constitutionum, & sanctionum earundem cuiuscunq; status, dignitatis, & excellentiæ fuerint, efficiatis defension: auxilio assisten: non permittatur eos contra canonicas & legales constitu-

tiones & sanctiones huiusmodi indebitè molestari, nec nõ easdẽ constitutiones, vbi & quando expedire videritis, solemniter publicare faciatis, transgressores & violatores huiusmodi si & prout justum fuit, ac vbi & quoties expediret, tamdiu excommunicatos, anathematizatos publicè nuntiari, donec ab earundẽ talliarũ, collectarum, impositionibus, & quarumlibet extorsionibus nec non bonorum Præpositi, Decani, Capituli, Canonicarũ personarum & Cleri hujusmodi inuasionib. arrestationib. occupationib. detentionib. applicationib. omninò desistant, nec non etiã efficaciter restituant eisdẽ *Præposito*, Decano, Capitulo, Canonicis personis & Clero occõ promissorum per eos læsis seu grauatis tallias, gabellas, & exactiones ipsas, ac etiã bona Præpositi, Decani, Capituli, Canonicarum personarum & Cleri prædictorum arrestata, occupata, detenta, & applicata ipsis, aut quæ per se vel alios, illo prætextu quomodolibet receperint cognouimus temerè & illicitè vsurpauerint, à se liberè omninò relaxent, ac in manib⁹ vestris jurauerint, quod de cætero talia non comittant, ac ea comittentibus nõ præstent auxilium, consilium & fauorẽ, contradictores per censuras ecclesiasticas & alia juris remedia opportuna compescendo; inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Cæterum si forsan huiusmodi transgressorum aut violatorum, vel ea fieri mandantium ipsisq; consentientium seu dantiũ illis per se vel alios directè vel indirectè publicè vel occultè auxilium, consiliũ, fauorem, præsentia præmonitionibus & requisitionibus per vos de ipsis faciendis tutè, securè, vel comodè haberi nequiret. Nos vobis monitiones & requisitiones huiusmodi ac citationes quaslibet per edicta publica locis affigendi publicis, de quibus sit verisimilis conjectura. Qui ad notitiam citatorum & monitorum huiusmodi prouenire valeant faciendi plenam & liberam concedimus tenore præsentium potestatem. Volentesque monitiones, requisitiones, & citationes huiusmodi perinde ipsos citatos, requisitos, & monitos vt præmittitur, arcent, ac si eis factæ & insinuatæ principaliter & personaliter extitissent. Non obstan: tam piæ memoriæ *Bonifacij* Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri, quibus cauetur ne aliquis contra suam ciuitatem & diœcesim nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ diœcesis ad judicium euocetur, seu siue Iudices ex ciuitate & dioc. in quibus deputati fuerant, contra quoscunque procedere, aut alij vel aliis vices suas committere, seu aliquos vltra vnam dietam à fine dioc. eorundem trahere præsumant, vltra dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur, ac de personis vltra certum numerum ad judicium non vocandis, quam aliis constitutionibus apostolicis, gratiis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim à sede apostolica indultum, existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut extra vel intra certa loca ad judicium euocari non possint, per literas apostolicas non facien: & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum *Mantuæ* II. Calend. Nouemb. Pontificatus nostri anno primo.

MARTINVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Præposito & Ecclesiæ *Patauiensi* salutem & apostolicam benedictionem. Regimini vniuersalis Ecclesiæ præsidentes pro fidelium præsertim religiosorum, ac illorum monasteriorum & locorum, nec non Ecclesiarum quarumlibet statu salubriter dirigendo, prout ex debito nobis injuncti pastoralis teneamur officij, sollicitæ considerationis intuitu libenter extendimus, & vt ea, per quæ illorum indemnitatib. consulitur, libenter adhibemus sollicitudinis nostræ partes. Cũ itaque sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorũ filiorum Præpositi & Cõuentus

uentus Monasterij sancti *Nicolai*, in suburbio *Patau*. ordinis sancti *Augustini*, per Præpositum soliti gubernari, petitio continebat. quod licet Præpositus & Conuentus dicti Monasterij parochialem Ecclesiam in *VVidemspach Patau*: dioc: ex donatione bonæ memoriæ *Vlrici* Episcopi *Patau:* tanquam dicto Monasterio appropriatam ordinaria auctoritate factam per centum annos & vltra pleno iure possedissent, illamq; quandoq; per Canonicos dicti Monasterij, quandoq; verò per clericos sæculares ad nutum eorum regi & gubernari fecissent, à tempore etiam cuius contrarij memoria non existit. Nihilominus tamen dilectus filius *Henricus* de *Lauffen* presbyter dictæ dioc. asserens sibi de dicta Ecclesia, tũc per obitum quondã *Wolfhardi Wulfing* ipsius Ecclesię Rectoris extra Romanam Curiã defuncti vacãte Apostolica fuisse auctoritate mandatũ prouideri, quodque ipsi Prępositus & Conuentus illã detinebant indebitè occupatam, tandem idem *Henricus* in caussa per eum contra dictos Prępositum & Conuentum mota & in palatio apostolico coram diuersis auditorib. causarum dicti Palatij ex commissionibus apostolicis diutius vendilata. Tres pro se & contra ipsos Prępositũ & Conuentũ, per quas inter cætera dicta Ecclesia *Henrico* adiudicata, & super ea Pręposito & Conuentui prędictis perpetuum silentium impositum extiterat, diffinitiuas sentẽtias reportauit. Cum autẽ sicut eadẽ petitio subiungebat; si Ecclesia ipsa taliter à dicto Monasterio memorato alienaretur, magna & irrecuperabilia damna euenirent Monasterio memorato, & idem Henricus prędictis sententiis nondum executioni demandatis ecclesiam ipsam, ac omne ius sibi in ea vel ad eam quomodolibet competens sponte ac liberè resignare proponat. Pro parte dictorum Prępositi & Conuentus, vbi fuit humiliter supplicatum, vt donationi & confirmationi prædictis pro eorum subsistentia firmiori robur apostolicæ confirmationis adiicere & aliàs ipsis Præpositi & Conuentui in præmissis oportunè prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaq; quĩ de præmissis certam notitiam non habemus huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatinus si vocatis qui fuerint euocandi, ita esse inuenis, super quo tuam conscientiam oneramus, donationẽ & appropriationem prædictas, & quæcunque inde secuta auctoritate nostra approbes & confirmes, supplens omnes defectus, si qui forsan interuenerint in eisdẽ. Et nihilominus pro ipsorum Præpositi & Conuentus tutela potiori resignationem ab eodem *Henrico* vel Procuratore suo ad hoc ab eo specialiter constituto, si eam sponte & libere facere voluerit vt præfertur eadem auctoritate nostra recipias & admittas, eaque parte recepta & admissa ecclesiam prædictam cuius quindecim eidem Monasterio, cuius ducentarum marcarum argẽti fructus, redditus, & prouentus secundum communem extimationem, valorẽ ãnuum, & ipsi Præpositus & Conuentus asserunt, non excedunt, cum per huiusmodi resignationem vacauerit, etiam si actu vt premittitur, vel alias quouis modo, vel ex alterius cuiuscunque persona, vel per liberam resignationem ipsius *Henrici* vel alicuius alterius etiam coram notario publico & testibus extra dictam curiam sponte factam, vel per constitutionem felicis recordationis *Ioannis* Papæ XXII. prædecessoris nostri, quæ incipit: Execrabilis vacet, etiam si tanto tempore vacauerit, quæ eius collatio iuxta *Lateranensis* statuta concilij ad sedem Apostolicam legitimè deuoluta, vel ipsa Ecclesia dispositioni Apostolicæ specialiter reseruata existat, & super ea in aliquos alios lis pendeat indecisa cum omnibus iuribus & pertinentiis suis eadem auctoritate de nouo in perpetuũ vnias, incorpores, & annectas. Ita quod liceat pfato Præposito & Conuentui per se vel alium, seu alios corporalẽ possessionem Ecclesię iuriumq; & pertinentiarum prædictarum auctoritate ppria liberè apprehẽdere, nec

dere, nec non fructus, redditus, & prouentus inde percipere, & in vsus dicti Monasterij conuertere, & perpetuò retinere, ipsam Ecclesiam per vnum ex Canonicis dicti Monasterij vel alium sæcularem presbyterum regi & gubernari facere. Ac illum ad nutum eorum quoties eis videbitur remouere & alium loco illius ponere & deputare alicuius super hoc licentia minimè requisita. Non obstantibus felicis recordationis *Bonifacij* Papæ etiam prædecessoris nostri & alijs constitutionib. & ordinationibus Monasterij & ordinis prædictorum quibuscunque contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis. Aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales vel speciales dictæ sedis vel legatorũ eius litteras impetrauerint, etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem & decretum vel alias quomodolicet sit processum, quas quidem litteras & processus, etiam pro tempore habitos per easdem, & quæcunque inde secuta ad dictam Ecclesiam volumus non extendi, sed nullum, per hoc eis quoad assecutionem aliorum beneficiorum præiudicium generari, & quibuslibet priuilegiis, indulgentiis ac litteris apostolicis generalibus & specialibus, quorumcunq; tenore existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter no inserta effect' earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorunque totis tenoribus de verbo ad verbum habendis fit in nostris literis mentio specialis. Nos enim ex tunc irritum decreuimus & inane; si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum* V. Idus May, Pontificatus nostri anno sexto.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia Rex, Ecclesias DEI ab hostium visibilium incursu defendere nos constituit Dominus, vt eidem vacare D. possit liberius & inuisibilib. tenebrarũ potestatib. resistere valeant securius. Siquidem, in Suburbio *Patt.* quoddam Monasterium *Altmannus* eiusdem *Patauiensis* sedis Episcopus fundauit, & ad sanctæ & indiuiduę *Trinitatis* honorem, *Andreæ* Apostoli & *Nicolai* Pij Pontificis nominibus attitulauit, ad quod Apostolicæ sedis auctoritatem, quo acceperat, nostram quoq; eis deesse damnum æstimabat, quam nos eis addere rogabat, at nos iustæ petitioni eius tam deuotè quam debitè acquieuimus. Vnde hoc auctoritatis nostræ regale edictum à nobis exeat, vt quicquid *Altmannus* fundator seu aliquis vtriusque sexus eidem præfatæ Ecclesiæ de suo vel iam tradidit, vel tradere voluerit, firmum, traditum & ab omni vendicatione securum permaneat. Quod si aliquis Dei inimicus, quod absit, hoc decretum violare præsumpserit, nostra sententia regali se feriendum timeat. Cuius confirmationis testem chartam præsentem scribi iussimus, quam vt infra videtur, manu nostra corroboratam, & sigilli nostri impressione insignitam omnis generis tàm futuræ quàm præsentis notitiæ reliquimus. Anno incarnationis Dominicæ M. LXXIIII. Indictione XIII. VIII. Calend. Iunij, Dat. ann. ante ordinationem Domini *Henrici* IV. XX. regni verò XVIII. Actum *Ratisponæ* in nomine Domini Iesu, Amen.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Henricus* diuina fauente clementia Imperator Augustus; cunctis Christi fidelibus in perpetuum. Ecclesias DEI ab hostium visibilium infestatione defendere, nostrum Dominus constituit Imperium, vt ij qui in locis sanctis, ac DEO dicatis spiritualiter DEO militant, quanto securius ac liberius nostra tuitione DEO vacant, tanto imperium nostrum in præsenti exaltetur, & sublimus brauium perpetuæ remunerationis

nobis

nobis paretur. in regno cœlorum. Siquidem in ſuburbio *Patauienſis* Eccleſiæ in tranſitu fluminis *Oeni* piæ memoriæ *Altmannus* eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, fauente & cooperante dignæ memoriæ Auia noſtra *Agnete* Imperatrice Monaſterium fundauit & ad ſanctæ & indiuiduæ *Trinitatis* honorem, *Andreæ* Apoſtoli & *Pantaleonis* martyris & beati *Nicolai* pij Pontificis nominibus attitulauit. Vnde quia fratres præfati Monaſterij priuilegium patris noſtri acceperunt primitus quoque noſtri imperij idem Monaſterium, & quæ ad illud pertinent, muniri deuotè poſtulauerint, vt prædictorum ſanctorum nobis vbique non deſit adiutorium. Quorum petitioni tanto clementius annuẽdum eſſe cenſuimus quanto non minor eſt poteſtas quam voluntas. Igitur hoc noſtræ auteritatis imperiali edicto promulgamus, vt quicquid *Altmannus* Eps eiuſdem Eccleſiæ fundator ſeu aliquis vtriuſque ſexus fidelis eidem Eccleſiæ de ſuo vel tradidit vel tradere voluerit, firmum & inconuulſum, & ab omni inuaſione & infeſtatione hoſtili maneat ſecurum. Imprimis ergo omnia quæ prædicta Auia noſtra, pieq; memoriæ pater eius illuc tradiderunt, nos quoq; quiſq; prædium teneat, pro amore Dei & animæ noſtræ remedio dam⁹, nonam videlicet partẽ de *Ibelſpurg* & *Perſenburg*. Quę verò ſequuntur per manum aduocati ſui *Reinberti* prætatus tradidit Eps, ſcilicet decimas de hortis, de pomariis, de vineis, de agris, quæ de illo domate coluntur, ad hoſpitale pauperum ibidem conſtitutum, ad vſum quoq; fratrum preſignatum portum fluminis *Oeni* cum omni vtilitate ſua, Eccleſiam S. *Mariæ Magdalenæ* dimidio manſo dotatã in ſuburbio veſtræ ciuitatis XI. domata, & quicquid iuris eſt à *Danubio* vſq; ad *Oenum* præter duo iugera, inſuper duas ſtabularias curtes, *Senftling* & *Neunhöhen* cum omnib. pertinentiis ſuis. Ad *Tantobel* dimidium manſum, ad *Holzhaim* IV. hubas, ad *Hegenbach* vnam, ad *Pröbſtrevvt* vnam vaſa tornata ſoluentem, vnam *Hoffatham* ad *Vindberch*, vnã hubã ad *Stainueld*, vnã ad *Sunbach* & ad *Winzhaim* I. Hoffathã in loco qui dicitur *Alburg*, & duas partes decimationis eiuſdem Eccleſiæ cum vna huba: ipſam verò Eccleſiã *Vlricus Pat:* Eps pro concãbio ſagenæ, quæ eſt in loco qui dicitur *Matſee*, illuc tradidit. Dedit etiam prædictus Eps *Altmannus* III. hubas ad *Auecking* ſoluentes ferrum, vnum molendinum ad *Aufhauſen*, ad *Reicherſtorf* I. curtim, ad *Euchendorf* vnam cũ hubis illuc pertinentibus, ad *Bazrichſtorf* I. *Enzenvveis* cũ *Genezeo* & molendino, ſyluis, pratis, piſcationibus, & omni vtilitate ſua I. Hoffatham ad *Wachenvveis* I. *Chaltenprunn*, cũ omnib. ad eas pertinentib. I. Hoffathã *Gerchvveis* cũ I. huba, tres carratas cereuiſiæ de bonis Epiſcopi in eadẽ villa, *Aunkurchẽ* cum decimatione & vna huba, *Althaim* cum ſua vtilitate, Eccleſiã quæ dicitur *Aitẽpach*, cum ſeruitio, q. Epiſcopo ſoluebat, dimid. hubam ad *Vilshouen* II. ad *Chaſarn* III. ad *Perchaim* I. ad *Huchenhouẽ*, I. ad *Habechſpach*, I. ad *Walda*, & decimationẽ in Parochia *Hutarn*, I. ad *Chelichperg*, I. ad *Irshaim* II. partes decimationis Eccleſiæ quæ dicitur *Hauning* cum I. manſo II. partes decimationis noualium ſyluę quæ dicitur *Hohenhart*, tam cultorum quàm colendorũ in illis eccleſiis quorũ termini in eãdẽ ſyluã ex vtraq; parte porrigũtur, quarũ nomina ſunt *Vechelſtorf*, *Eberſvvanch*, *Schiltarn*, *Aſpach Habing*, quas partim ab *Hermanno Babenbergen:* Epiſcopo iure ſynodali cũ decimatione aliarũ XII. hubarũ obtinuit, partim vt in proprio Epiſcopatu nemine cõtradicente dedit, donauit, & Eccleſiã quæ dicitur *Griezkirchen* cum I. decima. Ad *Muchoueu* I. hubã cum decima. I. Hoffathã ad *Euſta* cũ IV. manſis dimid. manſũ *Prül* ad vsũ apũ, dimid. ad *Munheim* I. decimationem ad *Ruprechtshouẽ* I. hubã ad *Chaltenpach*. In oriente I. decimationẽ ad *Ruſta* I. ad *Zontes* I. ad *Hohenvvart*, in rure quod dicitur *Penga* II. partes decimationis ad *Mauttarn* vnam hubam, ad *Widach* I. Dedit & III. ſagenas I. *Sebach*, I. *Patau*. I. *Mathſee*. In loco qui dicitur *Halle* I. Sartaginẽ cũ ſuo iure, ad *Sebach* III. vineas, ad *Aſchach* II. ad

Fibach,

Fibach, I. ad *Leumending* II. ad *Sehônenbuhel*, II. ad *Leubm* I. ad *VVachavve* IV. ad *Mautarn* I. ad *Hunteshaim*. I. ad luminaria Ecclesiæ dedit Capellam S. *Mariæ* in ciuitate *Laureacensi*, ad eandem Ecclesiam luminaria dedit, *Bernhardus* de *Schônhiring* quandam partem de censu nauium, *Pat:* Pro vestitu autem ordinauit XXIV. libras. X. de nauibus *Patauien:* VI. de *Golderuent*, IV. de *Euerding*, tres de censu *Mathsee*. I. *Aufhausen*, Sunt etiam quædam quæ alij fideles pro remedio animarum suarum prætatæ tradiderunt Ecclesiæ. Quidam nobilis homo nomine *Herzil* tradidit *Pering* & *Richerstorff* cum vno molendino. Quædam matrona nomine *Azala* I. hubam ad *Puch*, Dominus ad *Alram* petente *Astvvino* I. Hoffatham ad *VValgesing*. Quidam sacerdos nomine *Rapholt* prædia quæ habuit in duobus locis *Sumpach* & *Purcharting* cum familia, *Dietricus* aduocatus vnum prædium *Ermenrich* I. prædium cum molendino, ad *Braitenprunnen* Comes *Gebhardus Schalchei* cum pertinentiis suis. *Gebhardus* cognomento *Longus* vnum prædium ad *Boching*. *Meingot* Sacerdos I. prædium ad *Summaning*, ad *Arlam* de *Aschach* I. prædium ad *Vrgelstorff*. Quidam nobilis homo nomine *Meinhard*, *Pollenhaim*, *Sinding*, cum aliis prædiis suis, quorum quædam pro aliis vtilioribus commutata sunt. Quidam *Gerhoh* I. prædium ad *Grizenpach*, quidam Sacerdos nomine *Ekkerich*, I. prædium ad *Harthaim* cum duabus vineis ad *Biising*, III. ad *Reut*. Quædam matrona *Richinza* dedit II. vineas ad *Linzenstorff* & dimidium mansum ad *Rust*, quam traditionem postea nepos eius *Rapoto* firmauit. Quædam matrona nomine *Adelhait* de *Tanna Ponerentinruit*, cum familia & omni vtilitate sua. Quidam *Alvvinus* de *Stam* I. prædium ad *Hefte*, Vnde vt hæc traditio firma rataque omni futuro tempore permaneat, nostra imperiali auctoritate percipimus & confirmamus. At si aliquis inimicus Dei, quod absit, hoc imperiale edictum temerè violare præsumpserit, iram Dei nostræque potentiæ vindictam & indignationem eius non dubitet affuturum. Hęc igitur omnia vt firma illibataque permaneãt, chartam præsentem nostræ confirmationis testem scribi iussimus, quam vt infra videtur, manu nostra confirmatam & sigilli nostri impressione insignitam omnis generationis tàm futuræ quam præsentis notitiæ relinquimus. Actum *Patt.* an. incarnat. Dominicæ M.C.XI. Indictione IIII. VII. Calend. Iulij An. V. Regni *Henrici* Imperatoris huius nominis quinti, Imperij verò primo. in nomine Domini. Amen.

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator, semper Augustus, *Ierusalem* & *Siciliæ* Rex. Tenore præsentium notum fieri volumus vniuersis, tàm præsentibus quàm futuris. Quod fratres S. *Nicolai* in *Pat.* præsentarunt nostræ curiæ quoddam scriptum, quod à claræ memoriæ *Leopoldo* quondam duce *Austriæ* ipsis fuit clementer indultum, Serenitati nostræ deuotissimè supplicantes, quatenus dictum scriptum renouare & de nostra confirmare clementia dignaremur, cuius scripti tenor talis est.

In nomine sanctæ & individuę Trinitatis *Leopoldus* Dei gratia Dux *Austriæ* & *Styriæ*. Vniuersis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Excellentiam sublimitatis desuper nobis collatæ, vt ea quæ ad vsum & profectum Ecclesiarũ conducunt & expediunt attentius promouere studeamus deposcere videtur, huic enim consonat & applaudit, de quo dicitur, ab eo plus exigitur, cui plus committitur. Multitudinem ergo commissorum nob: sincera mentis intentione, diligenti consideratione perpendentes & digna reuoluentes percunctatione peccatorum nostrorum vulneribus cuiusdam medicaminis contrarium adhibere pium statuimus pro remedio enim animarum videlicet piæ recordationis, patris nostri Ducis *Leopoldi* fratrisque nostri Ducis *Friderici*, nostræque salutis

salutis intuitu, fratribus in domo sancti *Nicolai Patau:* Deo inibi militantibus ob veneratione reliquiarum ibidem reconditarum, libertatem per terras nostras omnium rerum suarũ mobilium transitus omnium vectigalium exactione semota contulimus. Vt autem huic libertati nostræ donatio rata & inconuulsa perseueret, præsenti pagina sigillique nostri charactere ac testium annotatione quorum subscripta sunt nomina roborauimus. D. *Dietricus* Præpositus in *Neunburch*, *Sighardus* Præpos: *Wichardus* Præpos: *Perchtoldus* Præpos: *Vlricus* de *Perneckl* de ordine *liberorum*, *VValchimus* de *VVassenberch*, *VVichardus* Dapifer & filius suus, *Rudolfus* de *Potendorff*, *Adolfus* Dapifer, & alij quam plures. Datum per manus *Danielis* Notarij apud *Nuenburch*, Anno Dominicæ incarnationis MCCIII. indictione VI. Idus Aprilis VII.

NOs igitur ipsorum supplicationibus misericorditer annuentes prædictum scriptum & omnia quę continentur in eo, de verbo ad verbum scribi & innouari mandamus, & de nostræ plenitudine gratiæ duximus confirmandum. Quapropter vniuersis præsentis scripti mandamus edicto, quatenus juxta prædicti Ducis donationem & confirmationem nostram eisdem fratrib. indultam gratiã inuiolabiliter obseruetis, nec contra præsentis innouationis & confirmationis nostræ tenorẽ venire aliquatenus præsumatur. Quod qui præsumpserit, indignationẽ nostri culminis se nouerit incursurũ. Ad cuius rei memoriã & robur perpetuò valiturum, præsentẽ paginã fieri fecimus nostro sigillo munitam. Huius autem rei Testes sunt, venerabilis *Salzburg.* & *Moguntinus* Archiepiscopi, *Pabenburg*, *Ratisbon.* imperialis aulę Cancellarius, & *Frising.* Episcopi O. *Bauariæ* & *Carintiæ* Duces, *Burgrauius* de *Nurmberch*, *Theuloch* & alij quam plures. Acta sũt hæc apud *Viennam*, Anno Dominicæ incarnationis M. CC. XXXVII. mense Aprilis, X. indictione.

IN nomine sanctæ & individuę Trinitatis feliciter. amen. *Sigismundus* diuina fauente clementia *Rom:* Imperator, semper Augustus, ac *Vngariæ*, *Bohemiæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ*, &c. Rex, ad perpetuam rei memoriam notũ facimus tenore præsentiũ vniuersis, ad hoc summi dispositione præsidij principalis Monarchiæ obtinuimus principatum, ad hoc sacri *Rom:* Imperij suscepimus diadema, vt si ad alia extrinseca nos sollicitudo prouocet ad ea tamen quæ statum felicem & & quietum ac incrementum iurium, gratiarum & libertatum nostrorum & Imperij sacri venerabilium Ecclesiarũ personarum earundem respiciũt, tanto intẽdamus vberius quanto nostrum præ cæteris mundi Principibus solium magnificentius erexit cœlestis prouidentia Creatoris. Sane pro parte honorabilium *Joannis* Præpositi & Conuentus Monasterij S. *Nicolai* extra mur: *Pat:* Canonicorũ regularium, ordinis Sancti *Augustini* deuotorum, nostrorum, dilectorum oblata celsitudini nostræ supplex petitio continebat, quatenus de solitæ benignitatis nostræ clementia ipsorum Præpositũ & Conuentum Monasterij S. *Nicolai* eorumq; successores subditos homines, res atq; bona, in nostrã & imperij sacri protectionẽ, tuitionẽ & saluamguardiã gratiosè suscipere, ac eis vniuersa & singula sua iura, gratias, imunitates, libertates, dignitates, indulta, concessiones, donationes, priuilegia & literas suis prædecessorib. Prępositis & Conuentui eiusdẽ Monasterij, qui pro tẽpore fuerunt hactenꝰ & ipsis pro nunc existentib. à Diuis Rom: Imperatorib. & Regib. nostris prædecessorib. ac à nobis nec nõ aliis quibuscunq; Principib. Ecclesiasticis & sęcularib. & cęteris Christi fidelib. datas & cõcessas, ac ritè data & cõcessa approbare, inouare, ratificare, & cõfirmare gratiosius dignaremur. Nos igitur, qui nostrorũ & Imperij sacri fideliũ, præsertim venerãdorũ Monasteriorũ in sacro Imperio existentiũ, p fectꝰ & comoda promouere

uere desideramus assiduè, prædictis supplicationibus tanquam rationabilibus fauorabiliter annuentes, præfatum & Præpositum & Conuentum Monasterij S. *Nicolai* & eorum successores vna cum eorum subditis hominibus, rebus atque bonis, in specialē nostrā & Imperij sacri protectionē, tuitionē, & saluaguardiā auctoritate Romana Imperatoria, & ex certa nostra scientia recepimus, ac vigore præsentium recipimus gratiosè, eisque omnia & singula priuilegia, gratias, immunitates, libertates, iura, dignitates, indulta, concessiones, donationes, & litteras, ac consuetudines laudabiles ritè introductas, quas & quæ eorum prædecessores, Præpositi, & Conuentus Monasterij sancti *Nicolai*, ac etiam ipsi Præpositus & Conuentus à diuis Romanorum Imperatoribus & Regibus nostris prędecessoribus, & quibuscunque Christi fidelibus ritè & rationabiliter obtinuerunt in omnibus suis tenoribus, punctis, clausulis, articulis, sententiis & expressionibus, prout scripta seu scriptę sint, ac si tenores omnium & singulorum presentibus de verbo ad verbum forent inserti, aut de iure vel consuetudine inseri deberent aio deliberato, non per errorem aut improuide, sed sanò Principum, Baronum, Nobilium, Procerum, & fidelium nostrorum accedente consilo, ac de certa nostra scientia ratificauimus, approbauimus, innouauimus, & confirmauimus, & ratificamus, approbamus, innouamus, & tenore presentium auctoritate imperiali gratiosius confirmamus, decernentes & volentes expresè ea omnia & singula perpetuis temporibus obtinere inuiolabiliter roboris firmitatem. Supplentes nihilominus omnem defectum, si quis in premissis vel eorum aliquo ratione solennitatis obmissa, dubia interpretatione sententiarum aut verborum, seu alio quouis modo compertus fuerit de prædicta scientia nostra ac de plenitudine imperatoriæ potestatis. Nulli ergò omninò homini liceat hanc nostrę ratificationis, approbationis, innouationis, & confirmationis paginam infringere, aut ei ausu quouis temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem nostram & Imperij sacri grauissimam, & pœnas in antedictis Præpositi & Conuentus Monasterij sancti *Nicolai* priuilegiis atque litteris expressas & contentas eo ipso se nouerit incursurū, præsentium sub nostræ imperialis majestatis sigillo testimonio litterarum. Datum *Basileæ* anno Domini Millesimo Quadringentesimo, tricesimo quarto, die quarta mensis Martij regnorum nostrorum an. *Hungariæ* &c. quadragesimo septimo, *Romanorum* vigesimo quarto, *Bohemiæ* quarto decimo, Imperij verò primo.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Vlricus* Dei gratia Patt: Episcopus cunctis successoribus suis, & omnibus imposterum fidelibus in perpetuum. Episcopalis prouidentia & pastoralis sollicitudo compellunt nos religiosis & Deo sacratis locis non solum in præsenti fauere, sed etiam in futurum eorum quieti & securitati, ne improborum peruersitate lædi aut perturbari valeat, quantum diuina concedere clementia prouidere, quatenus vobis & cunctis fidelib. ex orationibus inibi Deo seruientium tanto copiosior fructus accrescat, quanto eis ad vacandum Deo nullius perturbationis improbitas obsistere præsumat. Quapropter Monasterium à sanctissimo prædecessore nostro huius sanctæ sedis Episcopo *Altmanno* in honore B. *Andreæ* Apostoli, & sancti *Pantaleonis* martyris, & beati *Nicolai* Confessoris adiuuante & cooperante beatæ memoriæ *Agnete* Imperatrice in portu *Oeni* fluminis fundatum, & Apostolicorum virorum *Alexandri* & *Gregorij* Paparum, necnon & *Henrici* Regis, huius nominis quarti priuilegiis & sigillis roboratum, sed peccatis facientibus iam diu ab aduersariis destructum adiuuantibus, & collaborantibus filiis nostris, *Adalrico* scilicet Præposito & *Manegoldo* Decano, cæterisque religiosis viris ibidem Deo seruientibus

uientibus quantum potuimus ſuperna proſperante gratia reparauimus, atque inconuulſum & illibatum omni futuro tempore permaneat DEO Patri, ſanctiſque eius flectere genua precibus & ſuſpiriis non ceſſamus, non minori enim remuneratione reparatorem ditari quam fundatorem confidimus. Omnia itaque bona quæ eidem Monaſterio, præfatus Epiſcopus & prenominata jmperatrix Auguſta in communem vſum fratrum inibi regulariter conuerſantium, lõgè vel prope culta ſeu colenda, quæſita ſiue quærenda tradiderunt, nos quoque ſtabilimus, & firmiter ſemperque tenenda decernimus & conſtituimus. Sunt autem hæc inprimis quę prenominata Imperatrix Auguſta pro remedio animæ ſuæ donauit IX. videlicet pars omnium quæ ad *Perſenburg* & *Ibſſpurch* ad manus ſuas culta reddebantur. Quæ verò ſequuntur per manum Aduocati ſui *Remberti* prefatus Epiſcopus illuc tradidit, ſcilicet præſignatum portum fluminis *Oeni* cum omni vtilitate Sua Eccleſiam S. *Mariæ Magdalenæ* dimidio manſo dotatam, in ſuburbio verò ciuitatis XI. domata, & quidquid ruris eſt à *Danubio* vſque ad *Oenum*, præterea duo iugera, inſuper duas ſtabularias curtes *Senftling* & *Neuenhouen* cum omnibus pertinentiis ſuis. Ad *Tantobel* dimidium manſum, ad *Holzhaim* IV hubas, ad *Haibach* I. ad *Probeſtreut* I. vaſa tornata ſoluentem, I. Hoffatham ad *Windperch*, vnam hubam ad *Stainueld*, I. ad *Sunpach*, I. ad *Punzhaim*, I. Hoffatham in loco qui dicitur *Alburg*, & II. partes decimationis eiuſdem Eccleſiæ cum I. huba, ipſam verò Eccleſiam nos pro concambio ſagenæ, quæ eſt in loco qui dicitur *Mathſee* illuc tradidimus. Dedit etiam tres hubas ad *Auecking* ſoluentes ferrum, I. molendium ad *Aufhauſen*, ad *Rongenſtorf*. I. curtim, ad *Euchedorf*. vnam cum hubis illuc pertinentibus, ad *Paretichsdorff* I. *Enzenvveis* cum Genezeo, ſyluis, pratis, piſcationibus & omni vtilitate ſua. Vnam Hoffatham ad *VVachenvveis*, I. *Chaltenprunn* cum omnibus ad eas pertinentibus. I. Hoffatham *Gerchvvis* cum vna huba, III. carratas cereuiſiæ de bonis Epiſcopi & eadem villa, *Dunkirchen* cum decimatione & vna huba, *Althaim* cum ſua vtilitate, Eccleſiam quæ dicitur *Aitenpach* cum ſeruitio quod Epiſcopo ſoluebat, dimidiã hubam ad *Vilshouen*, II. ad *Chuſarn*, III. ad Perchaim. I. ad *Huchenchouen*, I. ad *Abeſpach*, ad *VValde* ſoluentem picem & auenã, & decimationem in Parochia *Hutarn* & ad *Chelichspach* & ad *Irshaim* II. partes decimationis Eccleſiæ quæ dicitur *Heinring* cum vno manſo. Tradidit etiam duas partes decimationis noualium ſyluæ quæ dicitur *Hohenhart*, tàm cultorum quam colendorum in illis eccleſiis, quorum termini in eandem ſyluam ex inferiori parte porriguntur. quarum iſta ſunt nomina, *Ebersvvanch*, *Schiltarn*, *Aſpach*, *Vechelſtorff*, quas partim ab *Hermanno Pabenburgen:* Epiſcopo iure ſynodali, cum decimatione aliarum XII. hubarum obtinuit, partim vt in proprio Epiſcopatu nemine contradicente dedit, donauit etiam Eccleſiam quæ dicitur *Grieskirchen* cum vna decimatione, ad *Alnchouen* vnam hubam cum decimatione, I. Hoffatham ad *Euſta*, cum IV. manſis, dimidium manſum ad *Priil* ad vſum apum, dimidium ad *Thunhaim*, vnam decimationem ad *Ruprechtshouen*, I. hubam ad *Chalienpach*. in oriente vnam decimationem, ad *Ruſta* vnam, ad *Iountes* I. ad *Hohenvvart*, in rure quod dicitur *Burga* II. partes decimationis, ad *Mautarn* vnam hubam, ad *VVidach* I. Dedit etiam tres ſagenas I. *Sebach*. I. *Pat*. I. *Mathſee*. In loco qui dicitur *Halle* I. ſartaginem cum ſuo iure, ad *Sebach* III. vineas. Ad *Aſchach* II. ad *Sibach* I. ad *Lunnpting* II. ad *Schönenpuhel* II. ad *Leuben* I. ad *VVachavve* IV. ad *Mautarn* I. ad *Huntshaim* I. ad luminaria Eccleſię dedit Capellam ſanctæ *Mariæ* in ciuitate *Laureacenſi*, ad eadem etiam luminaria dedit *Bernhardus* de *Schönhöringen* quintam partem de cẽſu nauium. Pro veſtitu autem ordinauit XXIV. libras, decem de nauibus

Pat. VI. de *Goldēvverd* quatuor de *Euerding*, III. de censu *Mathsee*, I. de *Auffhusen*. Sūt etiāquædā q̄ alij fideles pro remedio animarū suarū præfatę tradiderūt Ecclesię. Quidam nobilis homo nomine *Hezil* tradidit *Pering* & *Richerstorf* cum vno molendino. Quædam matrona nomine *Azala* I. hubam ad *Puch*, Dominus *Adalram* petente *Aschvvino* I. Hoffatham ad *Walcksing*. Quidam Sacerdos *Raffold* prædia quæ habuit in duobus locis *Sumpach* & *Purcharting* cum familia. *Dietricus* Aduocatus I. prædium. *Chrienenrich* I. prædium cum molendino ad *Praittenprunn*. Comes *Gebhardus Schacham* cum pertinentiis suis. *Gebhardus* cognomento *Longus* I. prædium ad *Poching*, *Meingot* Sacerdos I. prædium, ad *Summaning*, *Adalram* de *Aschach* I. prædium ad *VVürgelstorff*. Quidam nobilis homo nomine *Meinhart*, *Pollenhaim*, *Sinnding*, cum aliis prædiis suis, quorum quædam pro aliis vtilioribus commutata sunt. Quidam *Gerhoh* I. prædium ad *Chrenzpach*. Quidam Sacerdos nomine *Ekkrich*, vnum prędium ad *Harthaim*, cum duabus vineis II. ad *Bōsinge* III. ad *Reut*. Quędam matrona nomine *Richinza* dedit II. vineas ad *Imzenstorff* & dimidium mansum ad *Rust*, quam traditionēm postea Nepos eius *Rapoto* firmauit. Hæc inquam omnia & quæcunque etiam innominata bona idem Monasterium vel nunc liberalitate prædictarum personarum iure possidere, vel in antea iustè & canonicè DEO fauente poterit adipisci, nostri præcepti tuitione & sigilli impressione firmam⁹ & roboramus, eo scilicet tenore & conditione, vt ad communem vsum fratrum ibidem DEO famulantium proficiant, & communiter regulariterque conuersantes, nullus seu in præsentiam, vel in crastinum de bonis Ecclesiæ proprio vel priuato vsui quicquam præsumat vsurpare, sed iuxta apostolicæ institutionis normam, prout cuiq; opus erit, à Prelatis distribuatur. Vtigitur hæc omnia firma & illibata permaneant, iudicio DEI Patris omnipotentis⁹ & filij & spiritus sancti, & auctoritate beati *Petri* Apostoli, eiusque Vicarij *Paschalis* PP. & fiducia & consolatione beati *Andreæ* Apostoli & sancti *Pantaleonis* Martyris & pij Confessoris *Nicolai*, amore etiam reuerendæ memoriæ *Altmanni* Episcopi interdicimus & prohibemus, vt nullus successorum nostrorum seu aliqua secularis vel ecclesiastica persona de nominatis præfatæ Ecclesię prædiis inuadere aut diminuere, vel vsui fructum apostolica inibi vestigia seruantium subtrahere præsumat. Si quis autem, quod DEVS auertat, ausu nephario hæc transgressus fuerit, si tertio commonitus, congrua satisfactione non emendauerit, anathematis laqueo se irretitum & cum Iuda pessimo mercatore partem habiturum indubitanter agnoscat. Conseruantibus autem pax & misericordia in præsenti & in futuro seculo seruetur, Amen.

IN nomine Domini *Reinbertus* Dei gratia *Pat.* Episcopus salutem in Christo Christi fidelibus. Pastoralis curę sollicitudo exigit, Dominicas oues *Petro* primū & Petri successorib. comissas cum omni diligentia pascere, gregem conseruare, & sicut lupos â stabulis, ita raptores Ecclesiarum arcere à rebus ecclesiasticis. Huius rei gratia frater *Albertus* S. *Nicolai* venerabilis Præpositus Ecclesię suæ priuilegia ab *Altmanno* & Vlrico *Patau:* Ecclesiæ venerabilibus Episcopis instituta legenda nobis obtulit eaque nostra autoritate contra nouas ecclesiarum calumnias renouari communi fratrum petitione postulauit. Nos illius & fratrrumum nostro iustis petitionib. consensum adhibentes, quæcunq; anteceſſores & piissima Imperatrix Agnes, cęteri nostrique fideles prædicto cœnobio pia deuotione contulerūt, vel adhuc conferēda sunt, nos quoq; collata & nunquā auferēda esse censem⁹, quicquid anteceſſores nostri apostolico & suæ autoritatis bano confirmarūt, nos idipsū apostolico nostroq; bano cōfirmātes, ab illorū sentētia nō dissentim⁹. Notādū verò & memoriæ comendandū est, inter nos & prædictos fratres facta esse tria concābia, primū ad *Alnchouē* ab

ante-

antecessore nostro *Remigero* Episcopo inceptum quidem, sed per nos confirmatum, vbi pro tertia parte decimarum quæ sacerdotis erat eis concessa, nos ab eis decimarum partes recipimus, in Ecclesia videlicet quæ diuersis appellatur nominibus. *Ruprechtshouen, Channpha, Neukurchen.* Secundum concambium, est iuxta sanctum *Seuerinum* in riuulo qui vocatur *Putra*, vbi pro molendino & * *Boitra* ad molendinum pertinente loco dimidiam hubam ad *Otenhindē* sicut *Henno* possederat recepimus. Tertium concambium in orientali plaga factum est, ad *Schvvarzach*, cuius loci Ecclesiam à nobis consecratam cum dote, decimis, terminis, cum omni vtilitate sua S. *Nicolao* in vsus Canonicorum contulimus, recipientes in comutatione theloneum *Pat:* quod eis persolui debuerat, de nauibus cum quibusdam areis ad *Euerding* collatis quæ transmutationes vt legaliter fierent, factæ sunt, præsente Comite *Dietrico* fratrum Aduocato, & easdem traditiones nobis inuicem stabili tenore dantibus & accipientibus præsentibus & in testimonio nostris fidelibus nomina quorum inferius subscripta sunt. Quisquis ergo contra decreta pp fratrum nostrorum & nostra venire tentauerit, quisquis prædictos fratres per violentiam inquietare, bona eorum auferre, deuastare, vel minuere ausus fuerit, nouerit se vinculo anathematis alligatum, & nisi per pœnitentiam resipiscat, cum tenebrarum principe æternis tenebris esse deputandum. Et vt nostræ tuitionis auctoritas nota, omnibus rata & futuris temporibus inconuulsa permaneat, & hanc præsentem paginam in testimonium conscribi & sigillo nostro fecimus eam assignari. Dat. est. *Pat.* Anno incarnationis dominicæ M. CXLIIII. Indictione VI. II. Non. Maij apostolicæ sedis *Innocentio* P P. regnante rege *Chunrado*. Testes qui interfuerunt concambiis isti sunt: *Chunradus* de *Sunelburch*, *Rembrecht* de *Celking*, *Hadmar* de *Chufarn*, *Mangolt* de *Wesen*, & filius eius *Marchart*, *Sybotho* de *Boeringhaim*, *Vlrich* de *Holzhausen*. *Otto* Præpositus, *Odelschalch*, *Sibotho* de *Mathse*, *Rudiger*, *Eberhard*, *Friderich*, *Vlrich*. Hæc est decimatio quæ facta est ad *Schvvarzach*, per descensum *Stainpach* vsque ad fontem *Botenbrun*, & inde per directum vsque ad riuum *Tspira*, & per meatum eiusdem riui vsque ad *Thesen*, hinc inde vsque ad *Iaempach* superiorem, & inde ad inferiorem *Iaempach*, & per descensum huius aquæ vsque *Griestif*. Inde per directum vsque ad villam quæ dicitur *Enzimanswaichouen*, & inde per directum vsque ad villam quę dicitur *Prukk*, & à *Pruckk* vsque ad *Marbach*. inferius *Rapotenraut*, & per descensum huius aquæ vsque ad villam *Irlach*, inferiorem, & inde iterum ad *Stainpach* primitus nominatum. Hæc decimatio facta est consultu Clericorum & laicorum, qui aderant: scilicet *Cadelhohus* Prepositus S. *Stephani Pat:* *Albertus* Præpositus S. *Nicolai*, *Lodigerus* Præpositus S. *Georgij*, *Hocholdus* Præpositus maioris Ecclesiæ *Frisingen:* *Altmannus* Archipresbyter *Ratisbonen:* *Helmbertus* & *Otto*, & *Almarus*, Capellani, *Dietricus* Comes, *Herchēprecht* de *Mospach*, *Otto* de *Machlant*, *Rapoto* de *Slimphing*, *Mangolt* de *Wesen*, *Hartneit*. *Walchun* de *Martinreut*, & filius eius *Walchun*, *Siboto* & *Wezil*, ministeriales S. *Stephani*, *Ozo* de *Streitwisen*, *Sigelholcus* & filij eius de *Purbannen Syzinens.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *VLRICVS* gratia Dei *Patau.* Episcopus, huius nominis secundus cunctis successoribus suis & omnibus in posterum Christifidelibus in perpetuum Amen. Pontificalis prouidentia & pastoralis sollicitudo compellunt nos religiosis & Deo sacratis locis non solū in præsenti fauere, sed etiam in futurum eorum quieti & securitati, ne improborum peruersitate lædi aut perturbari valeant, quantum diuinâ conceditur clementiâ prouidere, quatenus nobis & cunctis fidelibus ex orationibus in ibi Deo seruientium, tanto copiosior accrescat, quanto eis ad vacandum Deo nullius per-

turbationis improbitas obsistere audeat vel præsumat. Quapropter Monasterium à sanctissimo Prædecessore nostro, huius sanctæ sedis Episcopo *Altmanno* in honore beati *Andreæ* Apostoli, & sancti *Pantaleonis* Martyris, & præcipuè beati *Nicolai* pij Confessoris adiuuante felicis memoriæ *Agnete* Imperatrice, in portu *Oeni* fluminis fundatum, & apostolicorum nostrorum *Alexandri* & *Gregorij* PP. & *Heinrici* Regis huius nominis quarti, & filij sui Imperatoris' *Heinrici* quinti, nec non & *Vlrici* atque *Remberti*, aliorumque *Pat.* Ecclesię venerabilium Pontificum priuilegiis & sigillis roboratum, vt inconuulsum ac illibatum omni futuro tempore permaneat. DEO Patri sanctisq; eius flectere genua precibus & suspiriis non cessamus. Cuius rei gratia dilectus in Christo frater apud S. *Nicolaum* venerabilis Præpositus *Vlricus* Ecclesiæ suæ priuilegia ab antedictis patribus auctorabiliter instituta, legenda nobis obtulit, eaque nostra auctoritate contra nouas Ecclesiarum calumpnias renouari communi fratrum suorum petitione suppliciter postulauit. Nos igitur illius & sui Capituli iustis petitionibus debitum consensum adhibentes, quæcunque nostri antecessores, & piissima Imperatrix *Agnes*, cæteriq; fideles prædicto cœnobio pia deuotione contulerunt, vel adhuc conferenda sunt, nos quoq; collata, & nunquam auferenda esse censemus, & quidquid prædecessores nostri apostolico & suæ auctoritatis banno confirmauerunt, nos' idipsum Apostolico nostroque banno confirmantes, ab illorum sententia nullatenus' dissentimus. Hæc igitur sunt bona quæ *Agnes* Imperatrix pro remedio animæ suæ prædicto cœnobio donauit. Nona videlicet pars omnium quæ ad *Perfinbeuge* & *Ibesburck* ad manus suas culta reddebantur. Quæ verò sequuntur per manū Aduocati sui *Remberti* præfatus Eps *Altmannus* iam dicto Cœnobio tradidit, scilicet præsignatum portum *Oeni* fluminis cum omni vtilitate sua. Ecclesiā sanctæ *Mariæ Magdalenæ* dimidio mansо dotatam, in suburbio verò ciuitatis XI. domata & quidquid ruris est à *Danubio* vsque ad *Oenum*, præter duo iugera vltra montem *Weinthobel* sita, & duas curtes stabularias *Senftling* & *Neunhouen* cum omnibus pertinentiis suis. Tradidit etiam eidem cœnobio decimas de hortis, de pomeriis, de vineis, de agris, quæ de illo domate coluntur, ad hospitale pauperum ibidem constitutum, ad *Tantobel* dimidium mansum, ad *Holzhaim* quatuor hubas. *Hegenbach* hubam I. *Probstreut* hubam vasa tornata soluentem, in ripa quæ dicitur *Pentra* dimidiam hubam, *Pachmül* hubam, *Saumigen* hubam, *Hasenprül* hubam, ad *Windeperch* I. Hoffatham, ad *Stainuelde* hubam, ad *Sunnbach* hubam, ad *Pünzhaim* I. Hoffatam, in loco qui dicitur *Alburg* II. partes decimationis eiusdem Ecclesię & tres curtes stabularias, in *Sehei* curtem I. *Auecking* tres hubas soluentes ferrum. *Hergoliming* hubam, *Aufhouen* molendinum, *Rongerstorff* curtem vnam & dimidiam hubam cum I. decima, *Euchendorff* capellam cum omni vtilitate & pleno iure, & curtem stabulariam, & dimidiam hubam cum pratis & syluis illuc pertinentibus, *Richsdorff* curtim vnam cum omnibus' eius appendiciis', *Ehzenvvis* villam cum Genezeo & molendino, syluis, pratis, piscationibus', & omni vtilitate sua. In *Renth* VI. hubas, *Dornach* curtim I. & hubam & syluam cum pratis' & piscationibus' & I. decimam, *Cholmbrunn* hubam, *VVachenvveis* II. curtes stabularias & I. hubam & dimidiam & vnam decimam cum pratis & syluis illuc pertinentibus, & piscationibus. *Emhartstorff* molendinum & dimidiam hubam cum pratis & syluis, & areis & piscationibus. *Gerchvvis* III. hubas & III. carradas cereuisiæ de bonis Episcopi in eadem villa dandis, *Althaim* curtem vnam cum omnibus eis appendiciis, *Auvenkirchen* capellam cum omni vtilitate & pleno iure, & curtim I. cum omnibus

nibus eius appendiciis & quidquid vtilitatis ibidem fratres supradicti cœnobij potuerint ordinare, tàm in agris quàm in syluis, oblationibus & areis in eadem villa constitutis, & I. decimationem *Bitenpach* ecclesiam cum omni vtilitate, & iure parochiali, & vnam decimam cum omnibns terminis eiusdem Ecclesiæ, tàm cultis quàm colendis, *Aha* hubam cum sylua adiacente. *Vilshouen* dimidiam hubam, *Hauchspach* hubam, *Partham* duas hubas, *Ieunchar* II. hubas', ad *VValde* hubam soluentem picem, in Parochia *Hutarn* I. decimationem, in Parochia *Chelichsperch* I. decimam, in parochia *Irsheim* I. decimationem, in Ecclesia *Heuning* II. partes decimationis, duas quoque partes decimationis noualium syluæ quæ dicitur *Hohenhart* tàm cultorum quam colendorum Ecclesiis, illis, quarũ termini in eandem syluam ex inferiori parte porriguntur, quarum nomina sunt hæc: *Eberswvanch*, *Schiltarn*, *Aspach*, *Vekkihstorf*, tradidit & illis ecclesiam *Grieskirchen* cum omni vtilitate & pleno iure, & vnam decimam in omnib. terminis eiusdem Ecclesiæ tàm cultis quã colẽdis. Dedit etiam fratribus prędicti cœnobij Ecclesiam *Ahichofen* cum omni vtilitate & pleno iure & vnam decimam, decimas quoque noualium in omnibus terminis eiusdem Ecclesiæ & I. Hoffatham, & *husten* curtim I. *Strazze* IV. hubas', *Daide* vnam hubam cum sylua adiacente, *VVircklam* dimidiam hubam, *Stude* dimidiam hubam, *Eimling* dimidiam hubam, *Tunhaim* dimidiam hubam, *Hartheim* curiam & dimidiam hubam. In *Ruhe* hubam. *Rusing* curiam & dimidiam hubam cum omnibus illuc pertinentibus, *Levventingen* hubam, & dimidiam hubam: in *Prül* dimidiam hubã & vsum apũ, & *Chaltẽpach*, ad *Rumphishouen* vnam decimã in oriente & in *Austria* in rure circa *Rust* & *Izindorff* decimam vnam, in omnibus terminis eiusdem ruris tàm cultis quam colendis. In rure quod dicitur *Peuthrich* II. partes decimationis in quatuor Ecclesiis, *Neunkürchen* I. & *Körnpach*, *Molte* & *Rieterburch*, decimas quoque in omnibus terminis earundem Ecclesiarum, in Ecclesia *Stregen* II. decimas, in parochia *Hohenvvart* I. partem decimationis cum omnibus terminis eiusdem Ecclesiæ tàm cultis quàm colendis, tradidit eis etiam III. sagenas *Sebach* I. *Mathsee* I. *Patau*, I. quæ protenditur à pede montis in quo sita est ciuitas vsque *VValkerslegel* adiiciens quicquid vtilitatis prædicti fratres eis in eodem littore potuerint ordinare. Præterea contulit eis *Sebach* III. vineas, *Aschach* II. *Wachavve* IV. *Hunzheim* quatuor, *Mautarn* II. & vnam Hoffatham. In *Halle* vnam sartaginem cum suo iure, *Lohe* curiam vnam. In Sebach decimam I. In Linthaim curiam I. ad luminaria Ecclesiæ tradidit Ecclesiam S. *Mariæ* in ciuitate *Laureacensi* cum omni iure & vtilitate quæ præmemoratis fratribus tam in oblationibus quam censualibus & areis' infra cimiterium sitis, & in quibusdam hortis poterit prouenire. Pro vestitu autem eorundem fratrum ordinauit XXIV. libras de nauibus *Patauien.* X. de *Goldervverd.*, VI. de *Efridinge* quatuor, de censu *Mathsee* tres', de *Aufhausen* I. Fratres quoque præfati Monasterij liberos ab omni aduocatorum seruitio esse voluit. Comitem *Henricum* de *Vornpach* aduocatum illis in partibus *Bauariæ* & *Leopoldum* piissimum Marchionem in partibus *Austriæ* aduocatum eis ordinauit, hoc quasi pro iure semper obseruandum statuendo, & auctoritate DEI omnipotentis sub pœna æternæ damnationis inhibendo, vt nec ipsi nec aliqui hæredum suorum, nec alter quispiam eis quacunque sorte succedentium aduocatorum aliquem nisi fratribus sepedicti cœnobij petentibus subaduocatum præsumat ordinare, hoc adiuncto, vt si aliquis improbus aduocatus postmodum hoc infringere temptauerit, is vinculo anathematis se sciat innodatum & æternę vltionis vindicta, ni resipuerit, perpetualiter puniendũ. Pro seruitio verò quod plerumq; occasio-

ne aduocatiæ ab Ecclesiasticis personis exigitur, x. vineas in *Rautarn* sitas cum earum appendiciis, Comiti *Henrico* de *Vornbach* in loco qui dicitur *Muckaravve*, III. hubas, & LXX. mancipia *Leopoldo* Marchioni *Austriæ* in beneficium concessit, ea conditione vt nec ipsi nec aliquis succedentium aduocatorum aliquid ab ipsis ratione aduocatiæ seruitium præsumat expetere. Quidquid verò reddituum circa *Grieskürchen* & *Alnchouen* sæpedictis fratribus contulit & successoribus suis vice aduocati patrocinandum reseruauit, auctoritate DEI Patris omnipotentis firmiter inhibent, vt nullus successorum suorum aliquem subaduocatum nisi pro petitione eorundem fratrum ibidem præsumat aliquem substituere. In omnibus quoque Ecclesiis quas eisdem fratribus contulit, quidquid iuris & seruitii Episcopus in eis habere videbatur, totum ipsis & plenariè contulit. Mortuoque prælato ipsorum liberam eis electionem indulsit, & hæc faciens omnia communi consilio & consensu Canonicorum Chori *Patauien:* & ministerialium suorum rationabiliter confirmauit. Defuncto igitur pię recordationis *Altmanno* Episcopo successor ipsius in Episcopatu *Vlricus* Episcopus fundationem supradicti cœnobij & donationem bonorum Episcopatui illuc factam approbans & confirmans Ecclesiam in *Alburg* cum omni vtilitate & iure, quod *Patauien:* Ecclesiæ Episcopus ratione fundi in ea habuerit: ius videlicet patronatus fratribus eiusdem Monasterij contulit *Rembertus Patauiensis* Ecclesiæ Episcopus, & dum se fratres sępedicti Cœnobij in portu *Oeni* fluminis ablato dampnificasse recognouisset. Pro recompensatione dampni eis illati ecclesiam in *Hartkürchen* cum omni vtilitate & pleno iure & I. decimam in omnibus terminis eiusdem Ecclesiæ tàm cultis quam colendis ipsis contradidit. Item eis etiam Ecclesiam in *Schvvazach* quæ alio nomine *Munichräuth* dicitur dedit cum I. decimatione in omnibus terminis eiusdem Ecclesiæ tàm cultis quàm colendis. Horum igitur vestigia imitantes alij quam plures, dum religionem sanctam & seruitium DEI in eodem Monasterio sanctè & religiosè florere viderent, spiritu sancto edocti redditus suos illuc contulerunt. Inter quos *Hezil* quidam homo nobilis tradidit illuc stabulariam curiam in *Peringen* & dimidiam hubam cum pratis & areis illuc pertinentibus & II. hubas in *Richerstorff*, cũ pratis & syluis illuc pertinentibus. *Alramus* quidã I. hubãa ad *Walchsingen*. Quidam Sacerdos nomine *Rafoldus* villam *in Sünnpach* cũ sylua adiacente & villã in *Purchartingen* cũ omnib. iuis mãcipiis & sylua adiacente, eidẽ cœnobio tradidit. Comes *Gebhardus Schalchen* cũ omnib. suis pertinẽtiis dedit. *Gebhardus* quidam cognomento *Longus* molendinũ in *Pocking* & dimidiam hubã. Sacerdos quidam nomine *Meingotus* in *Sunemaẽing*, cum omnibus eius appendiciis. *Alramus* quidã de *Aschach* duo prædia in *Wurgeldorff*. Quidã Meinhardus nomine prædia quæ in *Pollenheim* & *Sünding* habuerit. *Gebhardus* quidã prædiũ ad *Crebezpach* Quidã Sacerdos nomine *Ekkerich* curiam in *Harthaim* & dimidiam hubam. *Adilhaidis* quædam nobilis in *Beneuẽtenriuth* & *Grub* cum oĩbus illuc pertinentibus, præterea alia tria prædia ibidem sita contulit. *Hartmannus* quidam homo nobilis quatuor prædia & molendium iuxta *Prienpach*, & in *Bulziberch* hubam dedit. *Engelbertus* ad *Planchenberch*, curiam in *Haeckersdorff*, & hubam *Reginhalming*, & dimidiam hubam in *VVinchel*. *Engelbertus* quidam de *Straubin* ministerialis Episcopus curtim I. in *Aschach* & curiam in *VVasen* cum syluis & pratis & molendino & cum aliis XXIII. prædiis emptitiis, & vineam in *Aschach* dedit. *Gumboldus* de *Forinheim* IV. beneficia, III. vineas cum areis in *Freindorff* dedit & montem super quem cultę sunt vineę. *Gebhardus* quidã nobilis in *Abstorf* curiam vnam & dimidiam hubam cum pratis & syluis, & piscationibus & mancipiis

cipiis suis, *Leucardis* aduocatrix *Ratisbon.* IV. prædia in *Brintdorf*, *Wernhardus* de *Horbach* & frater suus *Chunradus* curiam I. in *Engelmarsperg*. *Potto* de *Maesing* curiam vnam in *Sprünzenperch*, Præterea alij quam plures Christi fideles pio istorum exemplo inducti, prædia sua & alia pro remedio animarum suarum præfato cœnobio contulerunt. Nos verò diuina misericordia ad Pontificalem *Patau*: Ecclesiæ sedem vocati, licet indigni dum fratres supradicti cœnobij in quibusdam prædiis suis in *Goldervverd* tàm à nostris quàm antecessorum nostrorum officialibus ex continua eorum querimonia intellexissemus diu esse prægrauatos saluti nostræ & successorum nostrorum nec non indemnitꝯ: fratrum consulentes Ecclesiam in *Widemspach* eis pleno jure contulimus, cum dote & decimis in omnibus terminis eiusdem Ecclesię tàm cultis quàm colendis, prædictis redditibus ad nostra dominicalia reuocatis. Hæc inquam omnia & quæcunque alia bona idem monasterium, vel nunc liberalitate prædictarum personarum jure possidet, vel postmodum justè & canonicè Deo fauente poterit adipisci, nostræ auctoritatis tuitione & sigilli impressione firmamus & corroboramus, eo scilicet tenore & conditione, vt ad communem vsum fratrum ibidem in canonica & regulari vita Deofamulantium proficiant, & communiter regulariterqꝫ conuersantes, nullus seu in præsentiarum seu in futurum de bonis Ecclesiæ proprio vel priuato vsui quicquid presumat vsurpare, sed juxta apostolicæ institutionis normam prout cuiq; opus erit, à Prælato distribuatur. Vt igitur hæc omnia firma & illibata in Domino permaneant, judicio Dei Patris omnipotentis, & filij, & spiritus sancti, & auctoritate B. *Petri* Apostoli, eiusq; successoris *Honorij* P P. tertij huius nominis & fiducia & consolatione B. *Andreæ* Apostoli & S. *Pantaleonis* Martyris, & precipuè pij Confessoris S. *Nicolai* amore & reuerendæ memoriæ *Altmanni*, *Vdalrici*, *Remberti*, aliorumq; prædecessorum nostrorum Ecclesiæ venerabilium Pontificum interdicimus & prohibemus, vt nullus successorum nostrorum, seu aliquis secularis vel ecclesiastica persona, de nominatis præfatæ Ecclesiæ prædiis vel jure quicquam tàm in temporalibus quàm in spiritualibus inuadere aut diminuere, vel vsui fratrum apostolica inibi vestigia seruantium subtrahere audeat vel præsumat. Si quis autem, quod Deus auertat, ausu nefario hæc transgressus fuerit, si tertiò comonitus congrua satisfactione non emendauerit, anathematis laqueo se irretitum, & cum Iuda pessimo mercatore partem habiturum indubitanter agnoscat. Conseruantibus autem pax & misericordia à Domino Deo & in præsenti & in futuro seculo conseruetur Amen. Acta sunt hæc *Pat.* Anno incarnationis Dominicæ M. CC. XX. Indictione VIII. VIII. Idus Febr. Apostolicæ sedis P P. *Honorio* III. Papatus verò sui anno IV. regnante Rege *Friderico* II. nostri autem Pontificatus anno quinto. Dat: *Pat:* per manum Notarij nostri *Chunradi* anno Pontificatus nostri V.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Vlricus* gratia Dei *Patauù*: Episcopus cunctis successoribus suis, & omnibus imposterum fidelibꝰ in perpetuum. Ex injuncto nobis licet inmeritis præsulatus officio non solum ecclesiis ad nos qualitercunqꝫ spectantibus tenemur preesse maximè autem his, qui se ratione fundationis à nostris visceribus exierunt, cum sufficiat nos à grauaminib. eorundē cessare, nisi etiā manum auxiliatricem tempore necessitatis ipsis porrigere satagamus. Inhærentes igitur laudabilibus corā Deo & hominibus prædecessorum nostrorum vestigiis, Ecclesiā pij Confessoris S. *Nicolai* in suburbio nostrę ciuitatis à prędecessore nostro piæ recordationis venerabili Episcopo *Altmanno*, honorabiliter cōstructā debita dilectione amplectimur, ipsiꝰ promotioni & tranquillæ cōseruationi quantū possumꝰ intendendo. Vnde nouerint vniuersi Christi fideles

tàm moderni temporis, quàm futuri, quod nos ad instantiam familiaris nobis in Christo fratris & Capellani *Vlrici* apud S. *Nicolaum* venerabilis Præpositi & Capituli de Chori nostri bona voluntate, consensuque vnanimi & concordi nostrorum ministerialium consilio, in concambium talenti aureorum denariorum & XII. vel *Patt:* monetę VI. librarum, quas idem Dominus *Altmannus* de dominicalibus nostris in *Goldervverd* ad Cameram ipsorum pro vestitu annuatim soluendas fratribus sub communi & regulari vita Domino Deo ibidem seruientibus ordinauit, contulimus parochialem Ecclesiam in *Widemspach* cum terminis suis, dote, ac decimis, aliisque eis attinentibus tàm cultis quàm colendis, tàm quæsitis quàm quærendis ac pleno jure, quod ad nos in eadem Ecclesia plenariè dinoscitur pertinere, & à prædictis fratribus quieto & perpetuo titulo possidenda, saluis nihilominus decimis, quas in prædicta Insula videlicet *Boldervverd* possident, ratione Ecclesiæ suæ in *Alnchouen.* Audientes siquidem indebitam prædictę atque statutæ summæ diminutionem, dilectis in Christo fratribus antedictis canonicis regularibus, per officiales nostros nobis licet inuitis frequenter illatam, nostrum super hoc valde metuimus periculum, & id rum pro nostra, cum antecessorum seu etiam successorum nostrorum salute imposterum præcauere cupientes, quicquid de prouentibus præmemoratæ Ecclesiæ poterit prouenire amplius, quam in præscripto concambio recepimus pro remedio animæ nostræ, nec non & successorum nostrorum omni salute cedat in communes vsus dilectorum nobis in Christo fratrum regularium Canonicorum, vt memores talis consolationis ob reuerentiam omnipotentis Dei & piissimi Confessoris sancti *Nicolai*, omniumque sanctorum per nostram beneuolentiam eis collatæ, nos in suis orationibus habeant apud Dominum deuotius & frequentius commendatos. Vt autem talis permutatio canonicè facta, rata semper & inconuulsa imposterum permanere debeat, hanc paginam in testimonium huius facti conscribi, & sigilli nostri caractere ea fecimus communiri. Testes verò qui huic facto intererant, & de quorum consilio & consensu effectum est mancipatum; hi sunt de Choro Cathedrales Domini. *Otho* Decanus, *Chalohus* de *Valchenstain*, *Haertnidus* Præpositus, *Chunradus* Tumpharius, & *Wachimus* de *Stain*, *Henricus* de *Mistelbach* *Henricus* de *Bettinbach* arcid. Magister *Henricus* de *Witen* Archidiaconus, *Eberhardus* de *Lahenstorf* cellerarius, *Rudolfus* de *Tun*, *Wilhelmus* Cantor, *Engelpoldus*, *Chunradus* de Thun custos. *Chunradus* de S. *Valentino*, *Albertus*, *Eberhardus* de *Wethenbach.* Et alij de Capellanis curiæ, Magister *Einvvicus*, Magister *Albertus*, *Syboto* Capellanus & sacerdos. De ministerialibus *Hademarus* Pincerna de *Wesen*, *Henricus* de *Alhaim* Camerarius, *Otho* de *Heichenpach* Marschalchus, *VValtherus* de *Ranneberch* Dapifer, *Otho* de *Morspach*, *Lintoldus* de *Sainrstain*, *Otho* de *Iahinstorf*, *Albero* de *Germundsperg*, *Ekkardus* de *Vurch*, & *Heinricus* frater eius. Acta sunt hæc *Patt:* Anno Incarnationis Dominicæ M. CC. XX. Indictione VIII. III. Non. Febr. apostolicæ sedis PP. *Honorio* III. papatus autem sui anno IV. regnante rege *Friderico* II. nostri autem Pontificatus anno V. Datum *Patau.* per manum notarij nostri *Chunradi*, anno Pontificatus nostri V. feliciter Amen.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Gebhardus* Dei gratia *Patauiensis* Episcopus, dilectis in Christo fratribus, *Vlrico* Præposito, eiusque successoribus canonicè substituendis & Capitulo sancti *Nicolai*, & *Otacharo* Decano, eiusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum. Ne lites ex litibus oriantur, aut ea quæ fuerint præuia ratione salubriter decisa valeant à posteris propter obliuionem in Iudicium denuò reuocari, ea quæ inter homines geruntur, meritò

meritò scriptis authenticis commendantur. Huius rei gratia vobis vestrisque successoribus in futurum prouidere cupientes decisionem controuersiæ, quæ super obuentionibus Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* apud *Anassum* sitæ inter vos est habita præsenti paginæ commendamus. Siquidem cum prefixus fuisset partibus dies peremptorius ab Abbate de *Alderspach*, & eius conjudicibus, quibus cognitio causæ à Romano fuerat Pontifice demandata, per viros discretos & honestos prò bono pacis actum fuit, quod partes in arbitros compromiserunt sub pœna XXX. librarum, quibus in die ad arbitrium dum præfixuto peritè conuenientibus examinatione præhabita, diligèter in præsentia Præpositi & prefati Decani *Anasensis* sunt arbitrati, quod quicunque res mobiles, seu se mouentes, seu immobiles, quocunq; nomine censeantur, hoc est, siue denarij, siue cerei, siue casei, siue animalia, siue prędia, siue domus, siue quælibet res aliæ in missa, in *Pentecoste*, vel in natiuitate S. *Iohannis Baptistæ*, vel in assumptione beatæ *Virginis*, vel alio quocunque tempore, quo populus aliarum plebium illuc pro deuotione conuenerit, offerentur Decano, siue ipsius successori, custodi sancti *Nicolai* siue ipsius Vicario, si Vicarium ipsum contingeret habere in duas partes æqua proportione bona fide diuiderentur: quarum vna Decano, siue ipsius successori, reliqua custodi S. *Nicolai*, siue ipsius nuntio absque omni cederet diminutione. Denarij verò ante missam, prout cuique ipsorum à populo in manus offerrentur, accipientium absque vlla diuisione permanerent. Quod cum ad Capituli S. *Nicolai* notitiam peruenisset Capitulum se nimis enormiter læsum per tale arbitrium ratione vltimi articuli asserebat. Ideoque propter ipsius contradictionem arbitrium in publicatam formam non fuit redactum, nec consensu chori *Patauien:* roboratum, cuius erat cum ex forma compromissi, tùm propter absentiam Diœcesani Episcopi, tunc in vltra marinis partibus commorantis, auctoritatem & robur suæ ratihabitionis impertire. Demum verò partibus inuicè concordãtibus arbitrio stare decreuerunt. Vltimo articulo immutato, ita videlicet, vt quæcunq; res mobiles, seu se mouentes, seu etiam immobiles quocunq; nomine cẽferentur, siue ante missam, siue in missa, siue post missam, siue circa vesperã insuper notatis solemnitatibus seu temporibus offerrẽtur Decano prædicto, siue ipsius Vicario Custodi S. *Nicolai*, siue ipsius Vicario, si & ipsum Vicarium contingat habere, omnes bona fide in duas partes æqua proportione diuidantur, & singulæ singulis, prout præmissum est bona fide absque diminutione tribuantur. Porro priuilegium sanctæ memoriæ *Altmanni* Episcopi *Patau:* quod supradictam Ecclesiam ad luminaria Ecclesiæ sancti *Nicolai* ab ipso traditam manifestè declarat, cum omni vtilitate tàm in oblationibus quàm in areis & censualibus super jure proprietatis ipsius Ecclesiæ tantum in suo robore integrum & saluum permaneat, in omni vtilitate tàm oblationi quàm aliarum obuentionum; prorsus innouato quam vt præmissum est secundum huius paginæ tenorem, omnis vtilitas in diuisionem venit, bona fide ad vltimum verò coram nobis comparentibus. Præposito & Capitulo per se, & Decano *Anasensi*. per suum nuntium munitũ literis ratihabitionis & mandati nobis humiliter & instanter supplicauit, quatenus præmissam decisionem nostra dignaremur auctoritate confirmare. Præsentibus igitur & consentientibus Dominis de Choro *Patau:* auctoritate, qua diuina gratia largiente fungimur, confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus eandem statuentes, vt si qua partium huic paginæ temerè voluerit, juxta quod præmissum alteri parti XXX. libras *Wienn.* monetæ persoluat, nullius obstante contradictione. Et vt in nulla sui parte præsens pagina possit vacillare, aut ab vllo successorum imposterum calumniari, nostrum sigillum & Chori *Patau:*

& præ-

& præsentium sigilla eidem fecimus apponi. Datum *Patau*: Anno Domini M CC. XXX. Indictione decima III. Nonas Iulij. Pontificatus nostri anno I. Huius rei testes sunt *Otho* Decanus *Patau*: *Chalohus*, Magister *Henricus Zobeling*, *Eberhardus* de *Iahensdorf*, *Chrasio*, *Ebhardus* de *Caentenpach* Canonici *Patau*, Magister *Dietricus*, *Buncherus* Plebanus de Lorperch, Magister *Enwicus*.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Gebhardus* Dei gratia *Patauiensis* Episcopus, cunctis successoribus suis, & omnibus imposterum Christi fidelibus in perpetuum Amen. Pontificalis prouidentia & pastoralis sollicitudo compellunt nos religiosis & Deo sacratis locis non solum in præsenti fauere, sed etiam in futurum eorum quieti & securitati, ne improborum peruersitate lædi aut perturbari valeant, quantum diuina fauente clementia conceditur prouidere, quatenus nobis & cunctis fidelibus ex orationibus inibi Deo seruientium tantò copiosior fructus accrescat, quanto eis ad vacandum Deo nullius perturbationis improbitas obsistere audeat vel præsumat. Quapropter monasterium à sanctissimo prædecessore nostro huius sanctæ sedis Episcopo *Altmanno* in honore beati *Andreæ* Apostoli & sancti *Pantaleonis* Martyris & præcipuè beati *Nicolai* pij Confessoris, adjuuante & cooperante felicis memoriæ *Agnete* Imperatrice in portu *Oeni* fluminis fundatum & apostolicorum virorum *Alexandri*, *Gregorij*, *Honorij* tertij & *Gregorij* VIIII. PP. & *Heinrici* Regis huius nominis quarti, & filij sui Imperatoris *Heinrici* quinti, nec non ipsius fundatoris *Altmanni* & *Vlrici*, atque *Remberti* & *Vlrcici* secundi, aliorumque *Pat.* Ecclesiæ venerabilium Pontificum priuilegiis & sigillis roboratum, vt inconuulsum ac illibatum omni futuro tempore permaneat, Deo Patri sanctisque eius flectere genua precibus & suspiriis non cessamus. Cuius rei gratia dilectus in Christo frater apud S. *Nicolaum* venerabilis Præpositus *Vlricus*, Ecclesiæ suæ priuilegia ab antedictis Patribus, Dominis, atque Principibus, auctorabiliter instituta legenda nobis obtulit, eaque nostra auctoritate contra nouas Ecclesiarum calumnias renouari, communi fratrum suorum petitione suppliciter postulauit. Nos igitur illius & sui Capituli justis petitionibus debitum consensum adhibentes, quæcunque nostri antecessores, & piissima Imperatrix *Agnes*, cæterique fideles pradicto cœnobio pia deuotione contulerunt, vel adhuc conferenda sunt, nos quoque collata & nunquam auferenda esse censemus, & quicquid prædecessores nostri apostolico & suæ auctoritatis banno confirmauerunt, nos idipsum apostolico nostroque banno confirmantes ab illorum sententia nullatenus dissentimus. Hæc igitur sunt bona quæ *Agnes* Imperatrix pro remedio animæ suæ prædicto cœnobio donauit. Nona videlicet pars omnium quæ ad *Persinbeug* & *Ibesburg* ad manus suas culta reddebantur. Quæ verò sequuntur per manum aduocati sui *Remberti*, præfatus Episcopus *Altmannus* jam dicto cœnobio tradidit, scilicet præsignatum portum *Oeni* fluminis cum omni vtilitate sua. Ecclesiam sanctæ *Mariæ Magdalenæ* dimidio mansо dotatam. In suburbio verò ciuitatis XI. domata, & quicquid ruris est à *Danubio* vsque ad *Oenum*, præter duo jugera vltra montem *Weinthobel* sita & duas curtes stabularias *Senftling* & *Neunhouen* cum omnibus pertinentiis suis, tradidit etiam eidem Cœnobio decimas de hortis, de pomeriis, de vineis, de agris, quæ de illo domate coluntur ad hospitale pauperum ibidem constitutum, ad *Tantobel* dimidium mansum, ad *Holzhaim* IV. hubas *Hegenpach* hubam, *Probstreut* hubam, vasa tornata soluentem. In ripa, quę dicitur *Boitra* *Pentra* dimidiam hubam, *Pauchmül* hubam, *Sauming* hubam. *Hasenprüel* hubam, ad *Windelberch* I. hoffatham, ad *Stainuelde* hubam, ad *Sunebach* hubam, ad *Pinzhaim* vnam hoffatham. In loco qui dicitur *Alburch* duas partes decimationis eiusdem

ejusdem Ecclesiæ, & tres curtes stabularias. In *Gehei* curtem vnam, *Auecking* 3. hubas soluētes ferrum, *Hergoliming* hubam, *Aufhausen* molendinum, *Königstorf* curtem I. & dimidiam hubam cum vna decima, *Euchendorf* Capellam cum omni vtilitate & pleno jure & curtem stabulariam, & dimidiam hubam cum pratis & syluis illuc pertinentibus. *Petrichstorf* curtem I. cum omnibus suis appendiciis, *EnZenvvis* villam cum Genezeo & molendinis, syluis, pratis, piscationibus, & omni vtilitate sua. In *Reut* VII. hubas, *Dornach.* curtim I. & hubam, & syluam cum pratis & piscationem, & vnam decimam *Cholmbrunne* hubam, *Wachenvveis* duas curtes stabularias & hubam I. & dimidiam, & I. decimam cum pratis & syluis illuc pertinentibus & piscationem, *Einharstorf* molendinum, & dimidiam hubam, cum pratis & syluis, & areis & piscationibus. *Gerchvveis* tres hubas, & III. carradas cereuisiæ de bonis Episcopi in eadem villa dandas, *Altheim* curtim vnam cum omnibus eius appendiciis, *Aunkirchen* Capellam cum omni vtilitate & pleno jure, & curtim I. cum omnibus eius appendiciis, & quidquid vtilitatis fratres supradicti Cœnobij eis poterint ordinare, tàm in agris quā in syluis, oblationibus & areis in eadem villa constitutis & vnam decimationem *Aitenpach* Ecclesiam cum omni vtilitate, & jure parochiali, & vnam decimam in omnibus terminis ejusdem Ecclesiæ tàm cultis quàm colendis, *Aha* hubam cum sylua adjacente. *Vilskouen* dimidiam hubam, *Hantspach* hubam, *Cupharn* tres hubas, *Huckhenchouen* hubam, *Perchaim* II. hubas, *Leunchar* II. hubas, ad *Walde* hubam soluentem picem, in parochia *Hutarn* I. decimationē, in parochia *Chelichperg* I. decimam, in parochia *Irsheim* I. decimam, in Ecclesia quæ dicitur *Heinning* II. partes decimationis, duas quoq; partes decimationis noualium syluę, quæ dicitur *Hohenhart* tàm cultorum quàm colēdorum, in quatuor Ecclesiis illis, quarum termini in eandem syluam ex inferiori parte porriguntur, quarum nomina sunt hæc; *Ebersvvanch*, *Schiltarn*, *Aspach*, *Vekkilstorf*, tradidit etiam illis Ecclesiam *Grieskirchen* cum omni vtilitate & pleno jure, & vnā decimā in omnibus terminis ejusdem Ecclesiæ tàm cultis quàm colendis. Dedit etiā fratribus prædicti Cœnobij Ecclesiam in *Alnchouen* cum omni vtilitate & pleno jure & vnā decimā, decimas quoq; noualiū in omnibus terminis eiusdē Ecclesię, & vnā hoffathā. Ad *Eusten* curtim I. *Strazze* IV. hubas, *Harde* hubam I. cum sylua adjacente. *Winklarn* dimidiam hubam, *Stude* dimidiā hubā, *Eimling* dimidiā hubā, ad *Tunheim* dimidiam hubā. *Hartheim* Ecclesiam & dimidiam hubam, in *Reut* hubam, *Busing* curiam & dimidiam hubam, in *Prüel* dimidiam hubam in vsum apum & *Chaltenpach*, ad *Ruprechtshouen* I. decimam, in oriente in rure circa *Rust* & *Isendorf* decimam vnam in omnibus terminis ejusdem ruris, tàm cultis quàm colendis, in rure quod dicitur *Peutrich* duas partes decimationis in quatuor Ecclesiis *Neuenkirchen*, scilicet, & *Borpach Molte* & *Rietenpurck* decimas quatuor noualium in omnibus terminis earundem Ecclesiarum, in Ecclesia *Stregen* duas decimas, in parochia *Hohenvvart* I. partē decimationis in omnibus terminis eiusdem Ecclesiæ tàm cultis quàm colendis, tradidit etiam III. sagenas, *Sebach* I. *Matsee* I. *Patauiæ* I. quæ protenditur à pede montis, in quo sita est ciuitas vsq; *Walkerslegen* adjacens quidquid vtilitatis prædicti fratres eis in eodem litore poterint ordinare. Præterea contulit eis *Sebach* III. vineas, *Aschach* II. *Wachavve* IV. *Huntsheim* IV. *Mautarn* II. & vnam hoffathā. In *Halle* vnam sartaginem cum suo jure, in *Lohe* curiā I. in *Sebach* decimā I. *Lintheim* curiā, & ad luminaria Ecclesiæ tradidit Capellā *S. Mariæ* in ciuitate *Laureac*. cū omni jure & vtilitate, quæ præmemoratis fratrib. tàm in oblationib. q̄ censualib. infra cimiteriū sitis, & in quibusdā hortis poterit prouenire. Pro vestitu autem eorundem fratrum ordinauit XXIV. libras. de nauibus *Patauien.* X. de *Goldervverde* VI. de *Euerding* IV. de censu *Mathsee* III. de

III. de *Aufhausen* I. Fratres quoque præfati monasterij liberos ab omni Aduocatorum seruitio esse volens, Comitem *Henricum* de *Vornpach* aduocatum illis in partibus *Bauariæ*, & *Leopoldum* Marchionem in partibus *Austriæ* Aduocatum eis ordinauit, hoc quasi pro jure obseruandum statuendo & auctoritate Dei omnipotentis sub pœna æternæ damnationis inhibēdo, vt nec ipsi, nec alij hæredum suorum, nec alter quispiam eis quacunq; sorte succedentium aduocatorem aliquem nisi fratribus sæpedicti cœnobij petentibus subaduocatum præsumat ordinare, hoc adjuncto, vt si aliquis improbus aduocatus hoc infringere tentauerit, is vinculo anathematis se sciat innodatum, & æternæ vltionis vindicta, nisi resipuerit, perpetualiter puniendum. Pro seruitio verò quod plerumq; occasione aduocatiæ ab Ecclesiasticis personis exigitur, X. vineas in *Reutarn* sitas, cum omnibus eorum appendiciis, Comiti *Henrico* de *Vornbach*, & in loco qui dicitur *Muckarawe* III. hubas & L X X. mancipia *Leopoldo* Marchioni *Austriæ* in beneficium concessit, ea conditione, vt nec ipsi, nec aliqui succedentium sup: aduocatorum aliquid ab ipsis ratione aduocatiæ seruitium præsumat expetere. Quidquid verò reddituum circa *Grieskirchen* & *Alnchouen* sæpedictis fratribus contulit sibi & successoribus suis vice aduocati patrocinandum reseruauit, auctoritate Dei Patris omnipotentis firmiter inhibens vt nullus successorum suorum aliquem subaduocatum nisi pro petitione eorundem fratrum ibidem sibi præsumat aliquem substituere. In omnibusque Ecclesiis quas eisdem fratribus contulit, quicquid juris & seruitij Episcopus in eis habere videbatur, totum ipsis & plenariè contulit. Mortuo quoque Prælato ipsorum liberam eis electionem indulsit, & hæc faciens omnia communi consilio & consensu Canonicorum Chori *Pat.* & ministerialium suorum rationabiliter confirmatum. Defuncto igitur pię recordationis *Altmanno* Episcopo successor ipsi⁹ in episcopatu *Vlricus* Episcopus fundationem supradicti Cœnobij & donationem Episcopatus illuc factam approbans & confirmans, Ecclesiam in *Alburg* cum omni vtilitate & jure, quod *Pat.* Ecclesiæ Episcopus ratione fundi in ea habuit, jus videlicet patronatus fratribus ejusdem Monasterij contulit, *Rembertus Patauiensis* Ecclesiæ Episcopus, dū se fratres sæpedicti Cœnobij in portu *Oeni* fluminis ablato damnificasse recognouisset, pro recompensatione damni eis illati Ecclesiam in *Hartkirchen* cum omni vtilitate & pleno jure & vnam decimam in omnibus terminis ejusdem Ecclesiæ tàm cultis quàm colendis ipsis contradidit. Idem etiam eis Ecclesiam in *Schvvarzach*, quæ alio nomine *Munichreuth* dicitur dedit, cum vna decimatione in omnibus terminis ejusdem Ecclesiæ tàm cultis quam colendis. *Vlricus* quoque secundus nostrorum prædecessorum contulit eis Ecclesiam *Widemspach* pleno jure & omni vtilitate cum dote & decimatione in omnibus terminis ejusdem Ecclesiæ tàm cultis quàm colendis, per quam donationem partim saluti suę & nostræ prouidit, & partim quædam in *Goldervverd* sita, quæ fundator *Altmannus* Episcopus ad vestitum fratrum eis contulerat, ad nostra dominicalia reuocauit. Horum igitur vestigia imitantes alij quam plures, dum religionem sanctam & seruitium Dei in eodem Monasterio sanctè & religiosè florere viderent, spiritu sancto edocti redditus suos illuc contulerunt. Inter quos *Hezil* quidam homo nobilis tradidit illuc stabulariam curtim in *Pering* & dimidiam hubam cum pratis & areis illuc pertinentibus & duas hubas in *Richerstorf* cum pratis & syluis illuc pertinentibus. *Alramius* quidam I. hubam ad *Walchsing*. Quidam sacerdos nomine *Raffoldus* villam in *Sunnbach* cum sylua adjacente, & villam in *Purckarding* cum omnibus suis mancipiis & sylua adjacente eidem Cœnobio tradidit, Comes *Gebhardus Schalcheim* cum omnibus pertinentiis suis dedit, *Gebhardus* quidam cognomento *Longus* molendinum in *Focking* & dimidiam

dimidiam hubam. Sacerdos quidam *Meingotus* villam in *Simaring*, cum omnibus ciusdem appendiciis. *Alramus* quidam de *Aschach* duo prædia in *Vrgildorf*. Quidam *Meinhardus* nomine prædia quæ in *Pollinheim* & *Simding* habuit. *Gerhohus* quidam prædium in *Chrebspach*. Quidam Sacerdos nomine *Ekkeric* curiam *Hartheim*, & dimidiam hubam. *Alheidis* quædam nobis villam in *Beneuentenreut*, & *Grub* cum omnibus illuc pertinentibus. Præterea alia tria prædia ibidem sita contulit *Hartmannus*, quidam homo nobilis quatuor prædia & molendinum juxta *Priennpach* & in *Buziberch* hubam dedit, *Engelbertus* de *Planchenberch* curiam in *Herherstorf* & hubam *Reinhalminge* & dimidiam hubam in *Winchel*, *Engelbertus* quidam de *Strubin* ministerialis Episcopatus curtim I. in *Aschach* & curiam in *Wasen* cum syluis & pratis & molendino & cum aliis XXIII. prædiis, emptitiis & vineam in *Aschach* dedit. *Gupoldus* de *Pormheim* IV. beneficia, III. vineas cum areis in *Friendorf* dedit, & montem super quem cultę eius vineæ. *Gebhardus* quidam nobilis in *Abstorf* curiam I. & dimidiam hubam cum pratis, syluis, & piscationibus & mancipiis suis. *Leukardis* Aduocatrix *Ratisbon.* IV. prædia in *Griendorf*, *Weinhardus* de *Horbach* & frater suus *Chunr.* curiam vnam in *Engelmarsperg*, & ibidem molendinum in *Prükke*. *Potto* de *Maesingen* curiam vnam in *Sprinzenperch*, *Elysabeth* Commitissa in *Oertenberg* prædium in *Palde*. *Wernhardus* de *Rotavve* duas hubas in *Pühil*. Pręterea alij quamplures Christi fideles pio istorum exemplo conducti prædia sua & alia pro remedio animarum suarum præfato Cœnobio contulerunt. Hæc inquam omnia & quæcunque alia bona idem monasterium vel nunc liberalitate prædictarum personarum jure possidet, vel postmodum jurè & canonicè Deo fauente poterit adipisci, nostræ auctoritatis tuitione & sigilli impressione firmamus & corroboramus; eo videlicet tenore & conditione, vt ad communem vsum fratrum ibidem in canonica & regulari vita Deo famulantium proficiant, & communiter regulariterque conuersantes, nullus seu in præsentiam seu in futurum de bonis Ecclesiæ proprio vel priuato vsui quicquam præsumat vsurpare, sed juxta apostolicæ sedis normam, prout cuique opus erit, à Prælato distribuatur. Vt ergo hæc omnia firma & illibata in Domino permaneant, juditio Dei Patris omnipotentis & filij & Spiritus sancti & auctoritate beati *Petri* Apostoli eius successorum, *Gregorij* PP. huius nominis & fiducia & consolatione beati *Andreæ* Apostoli, & sancti *Pantaleon:* martyris & præcipuè pij Confessoris sancti *Nicolai* eiusdem loci patroni amore & reuerendæ memorię *Altmanni*, *Vdalrici*, *Remberti*, & *Vlrici* secundi aliorumque prædecessorum nostrorum *Pat:* Ecclesiæ venerabilium Pontificum interdicimus firmiter & prohibemus, vt nullus successorum nostrorum, seu aliqua secularis vel ecclesiastica persona, de nominatis præfatę Ecclesię prædiis vel jure quicquam tàm in temporalibus quàm in spiritualibus inuadere, aut diminuere vel vsui fratrum apostolica inibi vestigia seruantium subtrahere audeat vel præsumat. Si quis autem, quod Deus auertat, ausu nefario hæc transgressus fuerit, si tertiò commonitus congrua satisfactione non emendauerit, anathematis laqueo se irretitum, & cum Iuda pessimo mercatore partem habiturum indubitanter agnoscat. Conseruantibus autem pax & misericordia à Domino Deo & in præsenti & in futuro seculo conseruetur. Acta sunt hæc anno incarnationis Dominicæ M.CC.XXVII. Indictione XV. XII. Calend. Nouemb. apostolicæ sedis PP. *Gregorio* VIII. papatus verò sui anno I. Regnante Imperatore *Friderico* II. nostri autem Pontificatus anno VI. Datum *Pat.* per manum Notarij nostri *Friderici* feliciter Amen.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Otho* Dei gratia *Patauiensis* Episcopus, omnibus hanc literam inspecturis salutem in perpetuum. In specula curę pastoralis præsidentium requirit officium Ecclesiarum inuigilare comodis, nec non habitis & acquisitis, quantum facultas permiserit semper aggregare quid, & addere vt juxta legem mtis in beneficiis crescere, ac excussis subditorum oneribus vniuersis, in comissi eius gregis quiete quiescere verissimè videatur. Hæc igitur digna reuoluentes perconctatione & peccatorum nostrorum vulneribus salubris medicaminis cupientes adhibere tantum pro remedio in Christo patrum felicis recordationis huius Cathedrę Episcoporum, nostræque salutis intuitu fratribus in domo sancti *Nicolai* extra muros ciuitatis Deo ibidem militantibus ob reuerentiam reliquiarum inibi reconditarum, vniuersales decimas omnium noualium cultorum & colendorum, surgentium de limite ad limitem in tota parochia *Dornnach*, de Capituli nostri consensu & conniuentia perpetuo donauimus pleno jure. Ipsi etiam fratres pia mentis intentione considerantes donationis nostræ beneficium, fideliter & concorditer promiserunt diem annuum nostri obitus cum gratiarum actionibus, & hostiarum victimis in Redemptoris nostri laudem obseruare celebrem, & finem Psal. qui est Laudate Dominum in sanctis eius cum additamento versiculi pro fidelibus defunctis, qui incipit Requiem æternam dona eis Domine &c. diebus singulis & decantatis completoriis recitare. Sed quia per nefas & improbe quidam consueuerunt donationes restringere, eum juxta statuta Canonum largissimè interpretari habeant, hanc nostram deuotionem extendimus exclusâ omni exemptione & exceptione ad decimas noualium præsentis temporis, præteriti, & futuri. Vt autem hæc nostræ deuotionis donatio firma perseueret, præsentem paginam sigillorum nostri videlicet & Capituli munimine & subscriptione testium volumus roborari. Testes sunt hi: *Meingotus* Tum præpositus, *Poppo* Decanus, *Henricus* Custos, *Albo* Comes de *Rotenecke*. *Vlricus* de *Stiria* Magister. *Hærtvvicus* Scholasticus, *Otto* Cantor, *Wornhardus* de *Prampach* Canonici, *Albertus*. *Nathohus* Capellani nostri, *Albertus* Notarius, *Siboto* de *Ioustorf*, *Berchtoldus* de *Haidenstorf*, ministeriales & alij quam plures. Acta sunt hæc anno Domini M. CC. LXIIII. in die S. *Matthæi* Apostoli & Euangelistæ. Pontificatus nostri anno XI. Indictione VII.

IN Christi nomine Amen. *Albertus* Dei gratia *Patauien:* Episcopus ad notitiam presentium & memoriã futurorum vota eorum digno fauore prosequuntur, quorum desideria justo comittuntur precamine, quibus nihilominus mediantibus ea quæ prędecessorum benigna liberalitas pro animarum salute, cultusq; diuini augmento locis Deo sanctis ritè contulit, debitam sortiantur roboris firmitatem. Sanè dilectorum in Christõ Præpositi & Conuentus Canonicorum regularium Monasterij S. *Nicolai* in suburbiis nostræ ciuitatis *Patauiensis*, petitio continebat, quod eis innouare, & ex certa scientia confirmare dignaremur quasdam literas & earum continentias eis à felicis recordationis Domino prædecessore nostro ritè & rationabiliter concessas, quarum tenor de verbo ad verbũ erat talis. In nomine S. & indiuid. Trinit. *Vlricus* Dei gratia Patau. Eps, cunctis successorib. suis & omnibus imposterum fidelib9 in perpetuum. Ex injuncto nobis licet imeritis presulatus officio non solũ Ecclesiis ad nos qualitercunq; spectãtibus tenemur præesse, imò magis prodesse, maximè autẽ iis, qui ratione fundationis à nostris viscerib. exierunt, cũ nõ sufficiat nos à grauamin. earundẽ cessare, nisi etiã manũ auxiliatricẽ tempore necessitatis ipsis porrigere satagam9. Inhærentes

rentes igitur laudabilibus coram Deo & hominibus prædecessorum nostrorum vestigiis, Ecclesiam pij Confessoris S. *Nicolai* in suburbio nostræ ciuitatis à prædecessore nostro piæ recordationis, venerabili Episcopo *Altmanno* honorabiliter constructam debita dilectione amplectimur ipsius promotioni & tranquillæ conseruationi quantum possumus intendendo. Vnde nouerint vniuersi Christi fideles, tàm moderni temporis, quàm futuri. Quod nos adinstantiã nobis in Christo dilecte fratris & Capellani *Vlrici* ad S. *Nicol.* venerabilis Præpositi & Capituli de Chori nostri bona voluntate consensuque vnanimi & concordi nostrorum quoq; ministerialium consilio in cõcambium talenti aureorum denariorum & XII. vel *Pat:* monetæ sex librarum quas idem Dominus *Altmannus* de Dominicalibus nostris in *Goldervverd* ad Cameram ipsorum pro vestitu annuatim soluendas fratribus sub cõmuni & regulari vita Domino Deo ibidẽ seruientibus ordinauit, contulimus parochialẽ Ecclesiã in *Widemspach* cũ terminis suis dote, ac decimis, aliis attinẽtibus tàm cultis quàm colendis, tàm quæsitis quam quærendis ac pleno jure, quod ad nos in eadẽ Ecclesia plenariè dinoscitur pertinere à prædictis fratrib⁹ quieto & perpetuo titulo possidenda, saluis sibi nihilominus decimis, quas in prædicta Insula videlicet *Goldevverd* possident ratione Ecclesiæ suæ in *Alnchouen* audientes, siquidem indebitam prædictæ atq; statutæ summæ diminutionem dilectis in Christo fratribus antedictis canonicis regularibus per officiales nostros nobis licet inuitis frequenter illatã nostrũ super hoc valdè metuimus periculum, & id cùm pro nostra tùm antecessorum seu etiam successorum nostrorũ salute imposterum præcauere cupientes, quodq; de prouentibus præmemoratæ ecclesiæ poterit prouenire amplius quam in præscripto concambio recepimus pro remedio animæ nostræ, nec non & successorum nostrorum omni salute cedat in cõmunes vsus dilectorum nobis in Christo fratrum regularium Canonicorum, vt memores talis consolationis ob reuerentiã omnipotentis Dei, & pij Confessoris S. *Nicolai* omniumq; Sanctorum per nostrã beneuolentiã sibi collatæ nos in suis orationibus habeant apud Dominum frequentius & deuotius cõmendatos. Vt autem talis pronunciatio canonicè facta rata & semper inconuulsa imposterum permanere debeat, hanc paginam in testimonium huius facti conscribi & sigilli nostri caractere eam fecimus cõmuniri. Testes verò qui huic facto intererant, & de quorum consilio & consensu effectum est mancipatum, hi sunt de Choro Cathedrales Domino. *Otto* Decanus, *Chalhohus* de *Valchenstein*, *Haetridus* Præpositus, *Chunradus* Tumphararius, *Walchimus* de *Stain* *Henricus* Scholasticus in *Wienna*, *Henricus* de *Mistelbach*, *Heinricus* de *VVeintbach* artium Magister. *Heinricus* de *VVeitten* Archidiaconus. *Heberhardus* de *Iahenstorf*, Celer. *Rud.* de *Tun.* *VVilhalmus* Cantor, *Engelpoldus*. *Chun* de *Tun* Custos, *Chunr.* de S. *Valentino*, *Albertus*, *Heberhardus* de *VVentpach* & alij de Capellanis ecclesiæ, Magister *Marquardus* de *Tulen* Archidiaconus. *Chunr* Notarius ecclesiæ, Magister *Ainbicus*, Magister *Albertus*, *Sabotto* Capellanus & Sacerdos, Ministeriales. *Admarus* Pincerna de *VVesen*, *Heinricus* de *Aham* Camerarius, *Otto* de *Aybenbach* Marschalcus, *VValtherus* de *Tannebercb* Dapifer, *Otto* de *Iahinstorf*, *Albertus* de *Seumundespach*, *Eckchardus* de *Vürch*, & *Henricus* frater eius. Acta sunt hæc *Pat:* anno incarnationis Dominicæ M. C C. X X. Indictione octaua, III. Nõ. Febr. apostolicæ sedis P P. *Honorio* III. papatus autem sui anno quarto, regnante Rege *Friderico* II. nostri autem Pontificatus anno V. Data *Patau.* per manum Notarij nostri *Chunr.* Nos igitur piis petitionibus prędictorum Præpositi & Conuentus misericorditèr inclinati literas præscriptas cum omnibus suis continentiis quemadmodum ritè & rationabiliter à prænominato nostro prædecessore emanarunt, de communi & concordi Capituli nostri consilio & consensu ap-

probamus, innouamus, & ex certa scientia cõfirmamus, volentes eas perpetui roboris habere firmitatem. In quorũ omnium & singulorũ testimonium & perpetuam euidentiam nostrum & præfati Capituli nostri sigilla præsenti paginæ sunt appensa. Datum *Pat.* anno Domini M. CCC. XXVI. Id. Martij.

IN Christi nomine Amen. *Albertus* Dei gratia *Patau*: Episcopus ad futuram rei memoriam. Iustis votis gratis decet admissionibus complacere, præsertim cum pietatis initiatur affectum religioni conueniunt, & ad diuini electus tendunt augmentum. Sanè religiosi viri Præpositus Canonicorum regularium, Monasterij sancti *Nicolai* extra muros *Pat:* ordinis sancti *Augustini*, nostræ dioc. & nonnulli ex suis Capitularibus coram nobis constituti quidam priuilegium, eis à felicis recordationis quodam Domino Ottone prædecessore nostro gratiosè indultum exhibuerint supplicantes, vt cum ex nimia vetustate attritum, & aliis demolitionibus obfuscatum appareret, ipsum noua auctoritatis nostræ interpositione dignaremur innouare. Tenor autem huius priuilegii erat talis. In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. *Otto* Dei gratia Ecclesiæ *Patauiensis* Episcopus omnibus hanc literam inspecturis salutem in perpetuum. Præsidentium in specula curæ pastoralis requirit officium, ecclesiarum inuigilare commodis, nec non habitis & acquisitis in quantum facultas promiserit semper aggregare quod addere vt vix legem metis nobilis in beneficiis crescere ac excussis subditorum oneribus vniuersis in commissi sibi gregis quiete quiescere verissimè videantur. Hæc igitur digna reuoluentes percunctatione & peccatorum nostrorum vulneribus salubris medicaminis cupientes adhibere cauterium, pro remedio in Christo patroni felicis recordationis huius Cathedræ Episcoporum, nostræque salutis intuitu fratribus in domo sancti *Nicolai* extra muros ciuitatis Deo ibidem militantibus ob reuerentiam reliquiarum inibi reconditarum vniuersas decimas omnium noualium cultorum & colendorum, surgentium de limite ad limitem in tota parochia *Dornach* de Capituli nostri consensu & conniuentia perpetuo donauimus pleno jure. Ipsi etiam fratres pia mentis intentione considerantes donationis nostræ officium fideliter & concorditer promiserunt, diem nostri obitus cum gratiarum actionibus & hostiarum oblationibus Redemptoris nostri laudem obseruare celebrem & finem Psal: qui est Laudate Dominum in sanctis eius cum additamento versiculi pro fidelibus defunctis, qui incipit, Requiem æternam dona eis Domine &c. diebus singulis & decantatis completoriis recitare. Sed quia per nefas & improbe quidam consueuerunt donationes constringere, eum juxta statuta Canonicorum largissimè interpretari habeant, hanc nostram donationem extendimus exclusam omni exceptione ad decimas noualium præsentis temporis, præteriti & futuri. Vt autem hæc nostræ deuotionis donatio firma perseueret, præsentem paginam sigillorum nostrorum videlicet & Capituli munimine & subscriptorum testium volumus roborari. Testes sunt hi: *Meingotus* Tum præpositus, *Poppo* Decanus, *Henricus* Custos, *Albero* Comes de *Rotenecke*. *Vlricus* de *Stiria*. *Otto* Cantor, *Weinhardus* de *Prampach* Canonici, *Albertus*, *Nantohus* Capellani nostri, *Albertus* Notarius, *Siboto* de *Ionstorf*. *Berchtoldus* de *Haidenstorf*, ministeriales & alij quam plures. Acta sunt hæc anno Domini M. CC. IIII. in die S. *Matthæi* Apostoli & Euangelistæ. Pontificatus nostri anno XI. Indictione VII. Nos igitur justis præfatorum Canonicorum precibus inclinati, quod per prænominatum prędecessorẽ nostrum proinde factum extitit gratum & ratum habentes de consilio & consensu Capituli nostri ex certa scientia confirmamus, inno-

innouationes eis prælibatas literas præsentis scripti patrocinio nostri & jam dicti Capituli nostri sigillorum appensione munitas. Actum & Datum *Patauij* anno Domini M. CCC. XXIX. in Cathedra beati *Petri*.

ALBERTVS Dei gratia *Patauiensis* Episcopus: ad notitiam præsentium & memoriam futurorum. Quoniam omnes morimur & tanquam aquæ dilabimur super terram, sitque nihil certius morte nihil verò incertius hora mortis, Sancta & salubris est cogitatio hominibus adhuc in Pelago huius seculi fluctuantibus frequenter sollicitudinibus temporalibus prostergatis de immarcessibili præmio meditari, & de affluentia rerum transitoriarum thesauros in cœlo thesaurizare, vbi nec erugo nec tynea demolitur. Affecti igitur zelo specialis deuotionis ad religiosum & venerandum Collegium Canonicorum regularium Monasterij S. *Nicolai* Ordinis S. *Augustini* extra muros *Patauien*, eo quod de visceribus nostræ Ecclesiæ primeuę suæ fundationis originem receperunt, eis pro nostra ac prædecessorum nostrorum animarum salute ad prębendæ suæ cottidianæ emendationem in qua defectum notabilem eos nouimus sustinere de bona voluntate & consensu venerabilis Capituli nostri eis libertarem contulimus. Tres libras salium majoris ligaminis & nouem minoris per decursus vsque fluminis, videlicet *Oeni* & *Danubij* semel duntaxat in anno in *Obernperg* & *Patau* per se vel alios absque omni muta seu theloneo in perpetuum deducendi. Volentes tamen vt in recognitionem huiusmodi percepti beneficij singulis annis in crastino scilicet sanctę *Katherinæ* virginis in Choro eorum missam & nocte præcedente majores vigilias pro defunctis cum nota solenniter decantent. Et nihilominus eodem crastino in singulis altaribus ecclesiæ suæ ejusdem officij missam perpetuis temporibus legi faciant pro nostra ac prædecessorum nostrorum animarum perhenni remedio & salute. Vt & hæc nostra donatio perpetua permaneat, ac ab omnibus mutariis seu officialibus nostris inuiolabiliter obseruetur, eis præsentes litteras concessimus nostri ac prælibati Capituli nostri sigillorum appensione roboratas. Actum & Datum *Patau*: anno Domini M. CCC. XXXIV. In die beati *Vdalrici* Confessoris.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Wolfkerus* Dei gratia *Patauiensis* Ecclesiæ Episcopus, vniuersis Christi fidelibus perpetuam in Christo salutem. Notum fieri volumus omnibus præsentis & futuri temporis fidelibus qualiter inter Canonicos regulares sancti *Nicolai*, & inter Dominum *Ortolfum* & fratres suos *Othonem* & *Sibothonem* de *Tegernbach* versabatur pro decimis agriculturę suæ in parochia *Grieskirchen*, & quodam prædio, quod *Tegernbach* vocatur. Quod *Ortolphus* pater eorum pro remedio animę suæ beato *Nicolao* & Canonicis Deo ibi seruientibus contulerat, nostro est decisa judicio, constitutus in præsentia partibus eam à prædictis Canonicis est proposita, super qua & super prænominatorum fratrum * quæsitum est à nobis in scientia, quid de his ad commodum vtriusque partis justum videretur. Super quo requisiti à nobis Dominus *Chunradus* Archidiaconus, *Tiemo* de *Prochenperg* ministerialis noster talem dederunt sententiam, vt testes audirentur, & secundum eorum attestationes juxta tenorem priuilegij, quod tam dicti Canonici pro se allegebant causæ finem imponeremus. *Dietmarus* igitur de *Trammerstain* juratus dixit, eandem causam ita notam esse sibi sicut tenor priuilegii habebat. *Wizmannus* etiam juratus dixit, bene sibi constare de causa, & ita esse, & ex tenore priuilegij audierat. Auditis itaque eorum attestationibus, requisiti à nobis Dominus *Chalhohus* Archidiaconus & *Heinricus* de *Prez* ministerialis noster hanc sententiam dicunt, quod prænominati testes ita testificati essent, quod sæpedicti Canonici justè per eos prę-

taxatam decimam & prædium supra memoratum obtinuissent. Quam sententiam ritè latam & vniuersaliter à clericis & laicis approbatam præsentata nostra auctoritate confirmantes, sigilli nostri robur ei impendimus, & si quis eos in prædicta decima & prædio tam sæpius nominato grauare, aut eos injuriari præsumpserit, auctoritate & beatorum apostolorum *Petri* & *Pauli*, eorumque successorum & nostri anathematis vinculo eos innodamus. Acta sunt hæc *Patauij* in publico Capitulo nostro cum testibus subnotatis *Poppone* Abbate de *Altach*, *Leonhardo* Præposito de *Richersperg*, *Dietmaro* Præposito de *Suben*, *Gerungo* Præposito de *Osterhouen*. Ex Canonicis Chatedralibus *Conrado* Archidiacono, *Chalhogo* Archidiacono, *Heinrico* plebano de *Hartperch*, *Henrico* plebano de *Gerpoltshouen*, *Alberone* de *Trusteren* *Pilgrino* de sancto *Egidio*, *Vlrico* de *Ammendorp* *Leone* de *Grieskirchen* *Walthuno* de *Bochenperg* & fratre suo *Alrammo* de *Vtendorf*, *VVeigando* de *Romptingen*, *Henrico* de *Paumgarten*, *Alkero* & *Henrico* fratre suo de *VValteck*, *VVernhardo* de *Ort*, *Thiemone* de *Puechenperg*, *Alberto Puro*, *Henrico* de *Prez*, *Henrico* de *Leonstorff*, *Eckardo* de *Vuet*, *Albone* de *Gemunsperg*, *Dietmaro* & fratre suo, *Henrico* de *Crammenstain*, *Alberto*, *Sibotone*, *VValthero*, *Ruizone*, *VVizmanno*, *Aczelmo*, *Pernoldo*.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Notum sit omnibus præsentis & futuri tẽporis fidelibus, qualiter lis quæ inter Canonicos sancti *Nicolai*, & Dominũ *Ortolphum* de *Grieskirchen* fuit, pro decima quadam terminata est, prædictus *Ortolfus* in parochia *Grieskirchen* decimationem suę agriculturę, à multis temporibus in sua tenuit potestate, nullum huius vsurpationis ad præfatos Canonicos habens respectum. Tandem cum Dominus *Henricus Salzburg*: Canonicus ad regimen monasterij sancti *Nicolai* constitutus fuit, jam dictus *Ortolfus*, super tam injusta possessione à prænominato Præposito est commonitus, cuius admonitione compunctus ad consensum boni consilij inclinatus, prætaxatam itaque decimationem idem *Ortolfus* in manum Domini *Henrici* Præpositi resignauit, quam ipse ad tempus vitæ suæ non jure beneficij sed jure amicitiæ à Præposito accepit. Insuper tradidit sæpedictus *Ortolfus* beato *Nicolao* & Canonicis eiusdẽ loci prædium nomine *Tegernbach* quod comparauit à *Manegoldo* X. talentis, quod nullo jure nec vxori suæ, nec filiis attinebat, pro remedio animæ suæ, ipsumque prædium in beneficium à manu Præpositi recepit ad tempus vitæ suæ ea lege, vt singulis annis V. nummos ad altare sancti *Nicolai* deferat, & ipso ex hac vita decedente, & suprascripta decimatio & jam dictum prędium in vsum sancti *Nicolai*, & Canonicorum ipsius loci redeat. Instabat etiam tunc tempus, quod Dominus Prępositus *Romam* pro necessitate loci & in seruitio Episcopi ire debuit, qui cum expensas itinerarias ex Dominicalibus suis habere non posset, ex consilio totius Congregationis à supradicto *Ortolfo* mutuo accepit X. talen. *Ratisbonen.* monetę & VI. *Ensensis* monetæ, hoc pacto, vt in necessitate S. *Mariæ* ensarios sibi reddat. Idem debitum pro anima sua sic partiretur V. tal. *Ratisbon.* fratribus S. *Nicolai* ita Canonicis maioris Ecclesię, duo pauperibus ad S. *Egidium Ensensem*, duo tal. ad *VVillering*, ad duo altaria in Ecclesia *Grieskirchen* duo talen. vt per hæc vtilitas illius Ecclesiæ secundum consilium Præpositi S. *Nicolai* & fratrum suorum disponatur, reliqua duo in potestate sint Domini Præpositi S. *Nicolai* danda pro redemptione animæ suæ. Huius rei testes sunt: *Otho Avver*, *Erchenger* de *Vachtershaim*. *Hecelo* de *Tegerbach*, milites Domini *Ortolfi*. *Engelvertus VVasingrim*, *Conrad:* de *avve* *Pom.* de *Tolet.* *Sinfridus* de *Cherbach* *Dietmar* & *Gezman* & frater eius, *Dietmarus* *Erchenger*, *Chunrat* Pictor, *VVysman*, & filij eius *Berchtold*, *Pernold*, *Perchtold*.

GEBHAR-

GEBHARDVS Dei gratia *Patauien:* Episcopus vniuersis Christi fidelibus hanc chartam inspecturis salutem in Domino. *S*ciant cuncti fideles in Domino tàm præsentes quam futuri, quod controuersia inter dilectos nobis fratres, *Vlr:* Præpositum & Conuentum sancti *Nicolai Patauien.* ab vna parte & *Sybotonem* militem & filium eius *Ortolfum* de *Chuchendorf* ab altera, super quodam prædio in parochia *Gristh*, in loco qui dicitur *Winchel* posito, diu habita. Item demum coram nobis & Choro nostro, de consensu partium decisa fuit, quod dictus *Siboto* idem prædium, cum sit proprietas Ecclesiæ S. *Nicolai* à manu ipsius Præpositi accepit, tantum ad vitæ suæ tempora possidendum, sic vtiq; vt dim: tal. monetæ in eadem prouincia, tunc datiuè annuatim soluat conuentui S. *Nicolai*, in festo S. *Andreæ*, renunciãte quoq; penitus ibidem filio suo prædicto *Ort:* in manũ Præpositi coram nobis actioni & litigio quo licet iniustè pro eodem prędio ecclesiã S. *Nicolai*, tunc & in futuro voluit aggrauare. Adiunctum etiam fuit in eadem cõpositione, quod antedictus miles *Sibotho* ad meliorationem talis prædij tàm in ædificiis, quàm cultura omnimodè intenderit, & ad placitum Præpositi vẽire non obmittent tempore præsignato. Vt autem talis contractus ratus tantum ad dies memorati *Sib.* permaneat, cum ipsum prædium sine alicuius contradictione post mortem suam liberè ad Ecclesiam sancti *Nicolai* cum omni vtilitate redire debeat, duo paria litterarum conscribi, & nostro sanctique *Nicolai* sigillo fecimus communiri, vno ipsorum *Sibo* assignato, reliquo ad sanctum *Nicolaum* in facti memoriam reseruato. Actum est hoc in maiori Ecclesia *Patau:* in vigilia S. *Ioannis Apostoli*, ante *portam latinam*, anno ab Incarnatione Domini M.CC.XXV. Indictione XIII. Testes autem huius facti sunt de Choro *Chun*, Decanus, *Conradus* Tumpharer, *Eberhardus* oblegarius, *Albertus* de *Possmünster*, *Otho* de *Morspach*, *Henricus Gnanus*, *Weruherus*, *Choudlo*, *Henricus* & *Herbordus* fratres *Sartores*, *Henricus Goltstain*, *Henricus Sartor*, *Albertus* Præpositus de S. *Nicolao*, *Henricus* miles, *VValtherus*, *Sifridus*, *Richardus*, *Vlricus Houinger*. Magister *Einwicus*, *Rembertus* Canonicus Archidiaconus, *Otho* pleban⁹ de *Othartsch*, *Artolfus* de *Huzingen*: & alij quã plures.

Eberhardus Dei gratia *Pat.* Eps, omnib. præsentem paginam inspecturis salutẽ in eo qui vera salus. Res gestas tollit obliuio, nisi literarum testimonio confirmentur. Ad notitiam perueniat omnium præsentem paginam intuentium, quod nos contulimus in dotem altari S. *Stephani* apud sanctum *Nicolaum*, à nobis consecrato, hubam vnã in *Ahelmingen* sitam, quam rebus nostris cõparauim⁹ à fratribus de *Tütlingen*, *Cunrado* & *Gehungo* hac forma interposita, vt singulis annis apud iam dictum locum anniuersarius dilecti Domini consanguinei nostri *Chunradi Ratisbonen.* Episcopi felicis memorię deuotius celebretur, & luminaria de prædicta huba ad altare iam dictum debeant conferri, & si quid residuum fuerit in dedicatione ipsius altaris in subsidium fratrum & solatium impendatur. Et ne aliquis imposterum collationem nostram per aliquam calumpniam præsumat infirmare, præsentem paginam sigilli nostri impressione & testium subscriptione fecimus communiri. Hi verò sunt testes: *Henricus* Tumpræpositus, *Chunr.* Decanus, *Chalhohus* Archidiaconus. *VVilhalmus* Cantor. *Chunr.* Custos, *Chunr*, Tumplebanus, *Eberhardus* de *Iahenstorff*, *Vlricus* Archidiaconus, *Gouerrelus*, *Albertus Eberstain*. *Siboto Vlricus* de *Schonlitten*, *Perchtoldus* de *Pongarten*, *Rugerus* de *Ionstorff*, *Gozelmus* Canonici. *Pilgrinus* prouisor pauperũ in S. *Egidio*, *Rugerus* Custos posterior, *Alrammus* & *Albertus* frater eius de *Halse*, *Hademarus* de *VVesen*, *Leutoldus* de *Sauersteten*, *VValtherus* Dapifer & *Pilgrinus* frater eius, *Otho* de *Morspach*, *Otho de Posenmunster*, *Ortolfus* de *Waldeck* & frater eius *Henricus*, *Henricus* de *Winsperg* & frater eius *VVernherus* &

rum & alij quam plures tam Clerici quàm laici. Actum *Patau:* Anno Domini M. CC. XXVII. in festo XI. millium Virginum. Datum per manum *Friderici* Notarij.

HEinricus Dei gratia Comes Palatinus *Rheni* Dux *Bauariæ* fidelibus suis dilectis vicedominis, iudicibus, preconibus, cunctisque suis officialibus gratiã suam & omne bonum. Veniens ad nostram præsentiam honorabilis vir Præpositus S. *Nicolai* apud *Patau.* noster specialis Capellanus quærelosè nobis proposuit, quod quidam prædiorum suorum possessores pro eo, qui longam in eis feciſſent residentiam ipsum impediant, ne eadem prædia sua per colonos instituere vel destituere valeat, pro suo beneplacito voluntatis asserendo sibi ius hęreditariũ ex lõginquitate temporis competere in iisdẽ hæreditarium in quadã curia Ecclesiæ in loch sita sibi vendicare voluit. Sed facta apud nos appellatione intentum suum minimè potuit obtinere. Cum igitur fundatoris eiusdem Monasterij primarium priuilegium oculatim vidimus, in quo lucidè continetur, quod idem fundator omnia prædia, per quæ ipsam dotauit, Ecclesiam ita liberè contulit, quod nulli hominum speciale ius competat in eisdem, nisi fortè quisquam successu temporis prece vel pretio conquisierit, recepto super hoc suarum testimonio litterarum volumus, & sub obtentu nostræ gratiæ præcipimus & mandamus quatenus eisdem Monasterio suisque procuratoribus in hoc studiosi cooperatores velitis existere, vt sua prædia instituant & destituant, prout viderint Ecclesiæ suæ potiſſimum èxpedire. nisi fortè quispiam sui iuris veritatem possit priuilegio demonstrare. Alioquin omnibus contra eos pro iuribus singularibus litem mouentibus silentium imponatis, vt ipsi eum qui aufert spiritum Principum tranquillo & quieto animo valeant pro nostri status valetudine exorare. Datum *Lantzhüte*, anno Domini M. CC. LXXXVIII. in die S. *Georgii* Martyris.

NOS *Otto* Dei gratia *Palat*: Comes *Rheni* Dux *Bauariæ* præsentibus profitemur, quod cum Ecclesia sancti *Nicolai* de *Pat:* sub diuersis Capitaneis nostris in *Schârding*, & maximè his diebus quibus obsidio Castri in *Neuburga* durauit, tàm in suis hominibus quàm possessionibus atque bonis grauia dampna pertulerit & pressuras. Nos in recompensationem eorundem grauaminum & dampnorum & præcipuè salutari remedio quondam Carissimorum patris & matris nostræ, ac aliorum progenitorum nostrorum diuæ recordationis quorum saltem in hoc pietatis casu confidimus operari, eiusdem Ecclesiæ Præposito & Conuentui de Carissimorum fratrum nostrorum *Ludouici* & *Stephani* expresso beneplacito atque voto hanc fecimus gratiam specialem quod duo talenta salis maioris ligaminis & sex minoris deducere valeant singulis annis perpetuò tàm in *Burchusa* quam in *Schaerding* sine exactione cuiuslibet thelonei siue mutæ. Ipsi etiam Præpositus & Conuentus pro se & successoribus nobis ad recognitionem gratiæ prænotatæ fideliter promiserunt, quod præscriptorum parentum & progenitorum nostrorum anniuersarium quolibet anno semel cum debitis solennitatibus celebrabunt. In cuius rei perpetuam memoriam præsens instrumentum eisdem dedimus maioris sigilli nostri robore communitum. Datum & actum in obsidione Castri *Neuburg*, in Conuersione B. *Pauli* M.CC.LXXXIII.

NOS *Otto* & *Stephanus* Dei gratia Comites Palatini *Rheni* Duces *Bauariæ*, tenore præsentium profitemur. Quod cum Ecclesia S. *Nicolai* de *Patauia*

sub

ſub diuerſis Capitaneis noſtris in *Scherding*, & maximè diebus illis, quibus' obſidio Caſtri in *Neunburga* durauit, tam in ſuis hominibus quam poſſeſſoribus' atque bonis grauia dampna protulerint & preſſuras. Nos in recompenſam eorundem grauaminum, & dampnorum, & præcipuè pro ſalutari remedio quondam Cariſſimorum patris, matris, fratrum, & aliorum progenitorum noſtrorum inclitæ recordationis, quorum ſalutem in hoc pietatis caſu confidimus operari, eiuſdem Eccleſiæ Præpoſito, & Conuentui hanc fecimus gratiam ſpecialem quod tria talenta ſalis maioris ligaminis & nouem minoris deducere ualeant, annis ſingulis tàm in *Burchuſa* quã in *Scherdinga* ſine exactione cuiuslibet thelonei ſiue mutæ. Quod ſi forte aliquando prædicti Præpoſitus & Conuentus per ſe ipſos propter inopiam eorum huiuſmodi ſales non poſſet deducere propriis ſuis ſumptibus & expenſis ex tunc liceat eis auctoritate præſentis inſtrumenti eiſdem annis aliis perſonis conceſſam ſibi vendere huiuſmodi libertatem. Ipſi etiam Præpoſitus & Conuentus pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus vice verſa ad recognitionem prænominatæ gratiæ fideliter promiſerunt, quod præſcriptorum parẽtum, fratrum ſuorum, & progenitorum noſtrorum quolibet anno ſemel cum debitis ſolemnitatibus celebrabunt anniuerſarium in ſpiritu humilitatis deuoto animo & contrito. Et vt prædictus Conuentus parentibus, fratribus, ſororibus, & aliis noſtris progenitoribus prælibatis pietatis opera & amoris, eo libentius & deuotius impendant & participes nos faciant omnium orationum & bonorum quę in ipſo Conuentu facere dignabitur clementia Saluatoris. Volumus vt prouentus ſalium ex huiuſmodi noſtra deuotione ſeu libertate ſiue per ſe ipſos duxerint, aut modo quo ſupra promiſimus aliis perſonis quandoque vendiderint, non niſi ad officium lumen ipſorum Canonicorum regulariũ annuatim ſpecialiter & irreuocabiliter ſpectant duntaxat pro Cappis de *Bruneto*, ipſis Canonicis ex dictis prouentibus comparandis. In cuius rei teſtimoniũ & robur perpetuum præſens inſtrumentum eis dedimus noſtrorum ſigillorum robore communitum. Datum & actum apud *Straubing*, an. Dñi M.CC.LXXXXVI. in die B. *Ioannis Baptiſtæ*.

OTTO & *Stephanus* Dei gratia Comites Pal. *Rheni* Duces *Bauar*. Mutariis, Iud. ac cæteris ſuis officialib. gratiam ſuam. Inhærentes veſtigiis progenitorum noſtrorum videlicet Illuſtriſſimi Othonis aui noſtri Cariſſimi inclitę recordationis gratias per priuilegia ab ipſis fratribus Eccleſiæ ſancti *Nicolai* apud *Patau:* donata, ſuper quibuſdam libertatibus vidimus diligenter & ipſorum precibus inclinati pro noſtra eorundem progenitorum noſtrorum ſalute innouanda duximus, ac etiã declaranda volumus, itaque vt prædicti fratres oĩa ſua victualia quibus indiguerint, ſiue per aquas ſiue terras, ſicut & quando ſibi viderint, cõmodius expedire, libere deducãt ſine exactione cuiuslibet thelonei ſiue mutæ. Et quia dicti noſtri pgenitores memoratis fratrib. ſal pro coquina ipſorũ in genere tantum ſuis priuilegiis indulſerunt. Nos ſub eiuſdem tenoris gratia ſexaginta cuppas ſalis maioris ligaminis pro domo ipſorũ, quod vulgariter *Mütz-ſalz* dicitur ſpecificantes ſemel tantum in anno ipſis deducere libere indulgemus. Prohibem⁹ inſuper ſub obtentu gratiæ noſtræ ne in prędictis victualib. ſiue ſalib. occaſione alicuius actionis, impetitionis, ſeu pignorationib. aliquis vel aliqui cuiuſcunq; ſtatus aut conditionis exiſtant. ipſos fratres audeant aliqualiter perturbare. Præſertim cum prędictos fratres & eccleſiam peculiari gratia complectendo in noſtrã protectionẽ recepimus & tutelã. In cuius rei teſtimonium præſentes literas ipſis dedim⁹ ſigillorũ noſtrorũ robore cõfirmatas. Actũ

& datum

& datum in *Scherding*, Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo ſecundo, in beati *Georgij*.

NOS *Henricus*, *Otto*, & *Henricus* Dei gratia Palat. Comites *Rheni* Duces *Bauariæ*, præſentibus publicè profitemur. Quod litteras aui noſtri Cariſſimi Domini *Henrici* quondã Palat. Comitis *Rheni* Ducis *Bauariæ*, recordationis inclitæ ſaluas vidimus & integras per omnia in hęc verba. *Henricus* Dei gratia Palatinus Comes *Rheni*, Dux *Bauariæ*, fidelibus ſuis dilectis Vicedominis, Iudicibus, Præconibus, cunctisque ſuis officialibus gratiam ſuam & omne bonum. Veniens ad noſtram præſentiam honorabilis vir Præpoſitus ſancti *Nicolai* apud *Patau*: noſter ſpecialis Capellanus, querelosè nobis propoſuit, quod quidam prædiorum ſuorum poſſeſſores, pro eo quod longam in eis feciſſent reſidentiam ipſum impediunt, ne eadem prædia ſua per colonos inſtituere vel deſtituere valeat pro ſuo beneplacito voluntatis aſſerendo ſibi ius hæreditarium ex longinquitate temporis competere in eiſdẽ. Cuius vtique quæſtionis *Siboto Lotharius* principalis cauſſa extitit, qui ius hæreditarium in quadam curia Eccleſiæ in Loth ſita ſibi vendicare voluit, ſed facta ad nos appellatione intentum ſuum minimè potuit obtinere. Cum igitur fundatoris eiuſdem Monaſterij primarium priuilegium viderimus, in quo lucidè continetur, quod nulli hominum ſpeciale ius competat in eiſdem, ni fortè quisquam ſucceſſu temporis prece vel pretio conquiſierit recepto ſuper hoc ſuarum teſtimonio litterarum, volumus & ſub obtentu noſtræ gratiæ præcipimus & mandamus, quatenus eidem Monaſterio ſuisque procuratoribus in hoc ſtudioſi cooperatores velitis exiſtere, vt ſua prædia inſtituant & deſtituant, prout viderint Eccleſiæ ſuę potiſſimum expedire, niſi fortè quiſpiam ſui iuris veritatem poſſit priuilegio demonſtrare. Alioquin omnibus contra eos pro iuribus litem mouentib. ſilentium imponatis, vt ipſi eum qui aufert ſpiritum principum, tranquillo & quieto animo valeant pro noſtri ſtatus valetudine exorare. Datum *Lantshutæ*, Anno Domini M. CC. LXXXVIII. in die S. *Georgij* martyris. Nos verò prædicti aui noſtri veſtigiis inhærere volentes prædictam gratiam Præpoſito & Conuentui ſancti *Nicolai* propè *Patau.* conceſſam confirmamus & innouamus. Mandantes Vicedominis, Iudicibus, Præconibus, cunctiſque noſtris officialib. vt omnia ſupraſcripta ipſis inconuulſa ſeruent ſub obtentu noſtræ gratiæ atque rata. Datum *Lantshut* Milleſimo Trecenteſimo vigeſimo ſecundo in octaua Epiphaniæ Domini.

f. Lokirchẽ.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. *Otacharus*, qui & *Premizl* Dei gratia Dominus regni *Bohemiæ*, Dux *Auſtriæ* & Marchio *Morauiæ*, Vniuerſis hanc paginam inſpecturis in perpetuum. Excellentia ſublimitatis deſuper nobis collatæ requirit, vt ea quæ ad vſum & profectum Eccleſiarum conducunt & expediunt, ſtudeamus attentius promouere. Multitudinem ergo commiſſorum nobis ſincera mentis intentione perpendentes, & digna reuoluentes percunctatione peccatorum noſtrorum vulneribus ſalubris mendicaminis tantum adhibere pium ſtatuimus, pro remedio videlicet pię recordationis Sereniſſimi Domini Patris noſtri Regis *Bohemiæ VVenceslai* & anteceſſorum noſtrorum Illuſtrium Ducum *Auſtriæ* noſtręque ſalutis intuitu fratribus in domo ſancti *Nicolai Pat.* DEO imbi militantibus ad venerationem reliquiarum ibidem reconditarum pleniſſimam libertatem per terras noſtras tam in aquis quàm in terris, omnium rerum ſuarum mobilium, tranſitum omnium vectigalium exactione inhibita contulimus & remota violentia etiam vt victualia eiuſdem

Eccle-

Ecclesiæ non debeant occasione alicuius quærimoniæ ab aliquo detineri. Vt autē liberalitatis nostræ & libertatis donatio rata perpetuò perseueret, præsentem paginam sigillorum nostrorum munimine, & subscriptione testium mandauimus roborari. Sunt autem nomina testium hæc: *Otho* Comes de *Hardeck*, *Albert⁹* de *Chunring*, *Wocho* de *Hinperch*, *Ronsenperch*, *Henricus* Pinzerna de *Habspach*, *Conradus* de *Hinprecht*, *Conradus* de *Zaekking*, *Albertus* de *Zaekking*, *Leopoldus* Præpositus *Ardacensis*, *Guilielmus* Notarius, *Gothschlachus* Can. *Pat.* Archidiaconus *Austriæ*, & alij quam plures. Actum & Datum apud *Chrembsam*, Anno Domini M. CC. quinquagesimo V. XV. Calend. Aprilis.

NOtum sit omnibus tàm præsentibus quàm futuris, quod Marchio *Leupoldus* & *Agnes* vxor sua cum consensu & manu filiorum suorum tradiderunt fratribus Sancti *Nicolai Patauien:* II. vineas *Ibsepurch* cum mancipiis ad eas pertinentibus. Insuper aliud prædium *Schvvarzach* eisdem fratribus tradidit, & ipse præsens ibidem eiusdem prædij terminum posuit in concambium pro commutatione nonæ partis fructuum quos *Persenberg* prędictus prius dederat, resignauit etiam duas partes decimationis eiusdem prædij Episcopo *Reginmaro*, quas idem Episcopus rogante *Leupoldo* Marchione fratribus in perpetuum dedit bannoque confirmauit. In hac etiam confirmatione memoriæ commendandum & ipsum Marchionem *Leopoldum* cum *Agnete* vxore sua Bibliothecam in tribus voluminibus & missale in eisdem fratribus accepisse ea conditione, vt annuatim libere nauis eorum absque censu de partibus orientis transiret, & vt possessio eorundem fratrum in eisdem finibus nulli Marchioni iuri subiaceret, & locó qui dicitur *Neunburch*, quem Domino nostro Iesu Christo & suæ sanctissimę genitrici *Mariæ* præscripsit tradidisse. Huius rei testes sunt per aures tracti: *Dietricus* Comes & Aduocatus eiusdem Ecclesiæ. *Cunr.* Comes de *Bilstein*, *VVolfherus* de *Tegenbach*, *Albertus* de *Stainhaim*, *VVernherus* de *Geppenheim*, *VVolfkanch* de *Mutheim*, *Dieprant* de *Chustelvvanch* anno ab incarnatione Domini M.C.XXVI. sub Imperatore *Lothario* & PP. *Innocentio*, Episcopo *Reginmaro*, *Adelberto* Præposito.

IN nomine sanctę & individuæ Trinitatis. *Leupoldus* DEI gratia Dux *Austriæ* ac *Stiriæ*, vniuersis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Excellentia sublimitatis desuper nobis collatæ vt ea ad vsum & profectum Ecclesiarum conducunt & expediunt attentius promouere studeamus, deposcere videtur. Huic enim consonat & applaudit quod dicitur Ab eo plus exigitur, cui plus committitur. Multitudinem ergo commissorum nobis sincera mentis intentione, diligenti consideratione perpendentes, & diuina reuoluentes percūctatione peccatorum nostrorum vulnerib, cuiusdam medicaminis cauterium adhibere pium statuimus. Pro remedio enim animarum, videlicet piæ recordationis patris nostri Ducis *Leupoldi*, fratrisque nostri Ducis *Friderici* nostræque salutis intuitu fratribus in domo sancti *Nicolai Pat.* Deo inibi militantibus ob venerationem reliquiarum ibidem reconditarum libertatem per terras nostras omnium rerum suarum mobilium transit⁹ oīum vectigalium exactione semota contulimus. Vt autem hæc liberalitatis nostræ donatio rata & inconulsa permaneat, præsenti pagina, sigillique nostri caractere ac testiū annotatione, quorū subscripta sunt nomina, roborauimus. D. *Dietricus* Præpositus in *Neunburch*, D. *Sigehardus* Præpositus in domo S. *Tpoliti*, D. *VVichardus* Præpositus in *Ranshouen*, Domin⁹ *Pertoldus* Præpositus in *Voravve*, D. *Wisinto* Præpositus

situs in domo S. *Georgij*, Dominus *Syfridus* plebanus in *Helaerprunn*, de ordine liberorum. *Vlricus* de *Pernecke*, dominus *VVachimus* de *VVaessenburch*, de ordine Ministerialium, *Wichardus* Dapifer & filius eius *Catoldus*, *Dietmarus*, & *Chaernerprunn*, *Rudolphus* de *Potendorf*, *Henricus* de *Tumbenaue*, *Gotfridus* Camerarius, *Adoldus* Dapifer. Datum per manus *Danielis* Notarij apud *Neuenburch*, anno incarnationis Millesimo Ducentesimo III. Indictione VI. VII. Idus Aprilis.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus* Dei gratia Dux *Austriæ* & *Styriæ* & Dominus *Carn:* vniuersis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Excellentia sublimitatis desuper nobis collatę requirit, vt ea quę ad vsum & profectum Ecclesiarum conducunt & expediunt, studeamus attentius promouere. Multitudinem ergo commissorum nobis sincera mētis intentione, diligenti cōsideratione perpendentes & digna reuoluentes percunctatione peccatorum nostrorum vulneribus salubris medicaminis cauterium adhibere pium statuimus. Pro remedio enim videlicet piæ recordationis patris nostri Ducis *Leupoldi* & aliorum antecessorum nostrorum nostræque salutis intuitu, fratribus in domo S. *Nicolai Pat:* DEO inibi militantibus ob venerationem reliquiarum ibidem reconditarum, libertatem per tertas nostras tâm in aquis quam in terris, omnium rerum suarum mobilium transitus omnium vectigalium exactione inhibita contulimus & remota. Volentes etiam vt victualia eiusdem Ecclesiæ non debeant occasione alicuius quærimoniæ ab aliquo detineri. Vt autem hęc liberalitatis nostra donatio rata & inconuulsa perseueret, præsenti pagina sigillique nostri caractere, ac testium annotatione quorum subscripta sunt nomina, fecimus roborari. Sunt autem hi testes: Dominus noster Episcopus *Pat: Riedegerus*, *Dietmarus* Abbas de *Raitenhaslach*, *Vlricus Salzburgensis* cellerarius Magister, *Leupoldus* plebanus *VVienensis* *Leupoldus* plebanus de *Haunpurch*, Magister *Vlricus* plebanus de *Turnperck*, *Henricus* plebanus de *Lohchrichen*, *Otto* Notarius, *Nertvvicus* plebanus de *Strubing*, *Henricus* de *Merssvanch*, *Chunr* Marschalchus, *Chunr.* de *Schovvinge*, & alij quam plures. Dat. apud *Medlicum* castrum an. ab incarnatione Domini Millesimo Ducentesimo XL. Indictione XIII. VIII. Calend. Octobris.

ALbertus Dei gratia Dux *Austriæ* & *Styriæ*, Dominus, *Carniolæ*, *Marchiæ*, & portus *Naonis*. omnibus ad quos præsentes peruenerint in perpetuum. Veniens ad præsentiam nostram venerabilis *Chunradus* Præpositus Ecclesiæ S. Nicolai in *Patauia*, quoddam priuilegium per Illustrem quondam *Fridericum* Ducem *Austriæ* & *Styriæ* prædecessorem nostrum recordationis inclitæ, ecclesiæ suæ prędictæ, nec non fratribus Domino famulantibus in eadem traditum & concessum nobis exhibuit, petens humiliter & deuotè ipsū sibi & Ecclesię suæ renouari & confirmari de nostra gratia speciali: cuius quidem priuilegij tenor per omnia talis est. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus* Dei gratia Dux *Austriæ & Styriæ*, & Dominus *Carn.* vniuersis Christi fidelibus salutem in perpetuum, vt supra. Nos itaq; memorati Ptæpositi, quē vna cum Ecclesia & Conuentu suo fauore speciali prosequimur, benignè precibus inclinati, prædictum priuilegium ipsis concedendum duximus & per singula innouamus præsentis scripti patrocinio confirmantes. Nulli ergò hominum omninò liceat hanc nostrę concessionis & confirmationis infringere paginam vel eidem ausu temerario contraire. Quod si secus attemptare præsumpserit indignationem nostram se nouerit incurrisse. In cuius rei testimonium præsentes conscribi & sigilli nostri robore fecimus communiri. Datum *Wienn.* anno ab incarnatione Domini M.CC. nonagesimo tertio, octauo Calend. Octobris.

Nos

NOS *Rudolfus* quartus DEI gratia Archidux *Austriæ, Stiriæ*, & *Karinthiæ*, Dominus *Carniolæ, Marchiæ*, & *portus Naonis*, Comes in *Habspurg. Ferretis* & in *Kyburch*, Marchio *Purgovviæ*, nec non Lantgrafus *Alsatiæ*; Notum facimus tenore præsentium vniuersis; quod constitutus in nostra præsentia venerabilis & religiosus vir *Fridericus* Præpositus Ecclesię sancti *Nicolai Pat.* ordinis Canonicorum regularium deuotus noster dilectus quoddam innouationis & cõfirmationis priuilegium eidem Ecclesiæ suæ per diuæ recordationis Dominum & auum nostrum Karissimum quondam *Albertum* Regem Romanorum pro tunc in statu ducali existentem traditum & concessum nobis exhibuit supplicans humiliter & deuotè quatenus idem priuilegium sibi & præfatę suæ Ecclesiæ ac Canonicis ibidem Deo militantibus etiam innouare, ratificare & confirmare de speciali gratia curaremus. Dicti verò priuilegij tenor sequitur per omnia sub hac forma; *Albertus* Dei gratia Dux *Austriæ* & *Styriæ*, Dominus *Carniolæ, Marchiæ* & *portus Vaonis*. Omnibus ad quos præsentes peruenerint in perpetuum. Veniens ad prędentiam nostram venerabilis *Chunr.* Præpositus Ecclesiæ sancti *Nicolai* in *Patauia* quoddam priuilegium per Illustrem quondam *Fridericum* Ducem *Austriæ* & *Styriæ* prædecessorem nostrum recordationis inclitæ Ecclesiæ suæ prędictæ, nec non fratribus Domino famulantibus in eadem traditum & concessum nobis exhibuit petens humiliter & deuote ipsum sibi & Ecclesiæ suæ renouari & confirmari de nostra gratia speciali, cuius quidem priuilegij tenor per omnia talis est.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Fridericus* Dei gratia Dux *Austriæ & Stiriæ*, & Dominus *Carniolæ*. Vniuersis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Excellentia sublimitatis desuper nobis collatæ requirit, vt ea, quæ ad vsum & prouentum Ecclesiarum conducunt & expediunt studeamus attentius promouere. Multitudinem ergo commissorum nobis sincera mentis intentione diligenti consideratione perpendentes & digna reuoluentes percũctatione peccatorum nostrorum vulneribus salubris medicaminis cauterium adhibere, piũ statuim⁹: pro remedio enim videlicet piæ recordationis patris nostri Ducis *Leupoldi*, & aliorum antecessorum nostrorum, nostræque salutis intuitu fratribus in domo S. *Nicolai Pat.* DEO inibi militantib. ob venerationem reliquiarum ibidẽ reconditarum libertatem per terras nostras tàm in aquis quam in terris omniũ rerum suarum mobilium transitus omnium vectigalium exactione inhibita & remota. Volentes etiam vt victualia eiusdem Ecclesię non debeant occasione alicuius quærimoniæ ab aliquo detineri. Vt autem hæc libertatis nostræ donatio rata & inconuulsa perseueret, præsenti pagina sigilliq; nostri caractere ac testiũ annotatione, quorum subscripta sunt nomina, fecimus roborari. Sunt autem hi Testes: Dominus noster Episcopus *Patau. Rudegerus, Dietmarus* Abbas de *Raitenhaslach, Vlricus Salzburgensis* Cellerarius, Magister *Leupoldus* plebanus *Wienen: Leupoldus* plebanus de *Haimburch*, Magister *Vlricus* plebanus de *Kirchperch. Henricus* plebanus de *Straubing, Henricus* de *Merschvvanch, Chunr.* Marschalc⁹, *Chunr.* de *Schovving* & alij quam plures. Datæ apud *Medlicum* castrum, anno ab incarnatione Domini Millesimo Ducentesimo XL. Indictione XIII. VII. Calend Octobris. Nos itaque memorati Præpositi, quem vna cum Ecclesia & Conuentu suo fauore speciali prosequimur benigne precibus inclinati prædictum priuilegium ipsis concedendum duximus, & per singula innouamus⁹, præsentis scripti patrocinio confirmantes. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc nostrę concessionis & confirmationis infriogere paginam, vel eidem ausu

temerario contraire. Quod qui secus attemptare præsumpserit, indignationem nostram grauem se nouerit incurrisse. In cuius rei testimonium præsentes conscribi & sigilli nostri robore fecimus communiri. Datum *Wienn.* anno ab incarnatione Domini M. CC. XLIII. Kalend. Octobris. Nos igitur memorati Præpositi & Canonicorum Prælibatę Ecclesiæ commodis & vtilitatibus fauorabiliter intendentes, prędictum priuilegium & quoslibet articulos & gratias in eo contentos & contentas, prout superius exprimitur, innouamus, ratificamus, & præsentis scripti patrocinio liberaliter confirmamus. volentes ac omnibus Baronibus, Capitaneis, Castellanis, Iudicibus, Mutariis, cæterisque officiatis, & quibuscunque aliis nostris subditis firmiter sub obtentu nostræ gratiæ committentes, ne ipsi Præpositum & Canonicos Ecclesiæ antedictæ contra priuilegium prædictum & in eo contenta impediant vel molestent. Testes huius rei sunt honorabiles *Albertus* Tum præpositus Patau. *Henricus* Præpositus plagæ sanctæ *Mariæ*, ordinis *Præmonstraten.* spectabiles viri *Otho* & *Rudolphus* de *Ortenburch*, *Vlricus* & *Henricus* de *Schanberch* Comites auunculi nostri dilecti, & fideles nostri dilecti *Eberhar* de *Walse*, de *Linza*, *Eberhardus* de *Capella Iohr* de *Traun* Capitaneus noster super *Anasum*, *Otho* de *Zelking*, de *Schöneckhe*, *Henricus* de *Rappach* noster Magister Curiæ & quam plures alij fide digni. Datum & actum *Pat.* penultima die Iulij anno Domini M. CCC. XLII. ætatis nostræ XXIII. regiminis verò anno V.

SIcut sacra testatur à summo Pontifice videlicet à Iesu Christo sua relaxari debita, qui suas relaxat Ecclesias ab onere minus debitæ seruitutis & vectigalium exactione. Cognoscant igitur tàm præsentes Christi fideles quàm posteri, quod nos *Albertus* Dei gratia dictus de *Pogen* recognoscentes quoniam possessiones & homines Ecclesiæ sancti *Nicolai Pat.* tàm per nos quàm per nostros homines multoties sunt grauati, in signum alicuius satisfactionis super damnis illatis liberaliter contulimus fratribus ipsius Ecclesiæ liberum tum per terram, tum per aquam in districtu nostro omnium victualium suorum & rerum mobilium transitum ipsis mutas & vectigalia nobis & nostris successoribus inde debita omnimodis & perpetuò relaxando, & Dominus Deus obinde debita nostra nobis dignetur misericorditer relaxare, & vt Conuentus præfatæ Ecclesiæ & nos nostrosque progenitores in suis orationibus libentius habeat commendatos. Si quis verò hanc donationem per nos liberaliter factam infringere præsumpserit cum Satan & Abgron si non resipuerit perpetuo contemnetur. Vt autē talis collatio siue remissio in remissionem peccatorum nostrorum, & ob remediū parentum nostrorum facta & in conuulsa in futura tempora perseueret, hanc chartam inde conscribi & sigillo nostro fecimus reborari adiunctis nominibus testium, qui aderant tunc præsentes. Testes *Henr:* de *Hortenberch*, *Rapoto* Comes *Palatinus Bauariæ*, *Henricus* de *Paungarten*, *Chunr.* de *Lupurah*, *Alramus* de *Hals*, viri nobiles, *Henricus* de *Phölinger* & filius eius *Henricus*, *Chunr.* de *Nutzperch* *Vlricus* de *Leubolfing*, *Ebo* Auß dem Moß Senior, *Henricus* de *Töringe*, *VValtherus* de *Chraiburch*, *VVernherus* Pinzerna, *Richardus* de *Rotavve*, *Otto* de *Sturßpach*, *Hermannus* de *Hirzorn*, & alij quam plures. Datum apud *Straubing*, anno Domini Millesimo Ducentesimo XXXVII.

IN nomine Domini Amen. *Henricus* DEI gratia Comes de *Ortenberch*, Senior, omnibus hanc litteram inspecturis Salutem in perpetuum. Cum labilis sit memoria hominum & cuncta transitoria sint & caduca; id circo gesta præsen-

præsentia in scripto memoriæ transmittimus posterorum. Cunctis igitur tenore presentium fieri volum⁹ manifestum, quod nos attendentes, quam bonum & salubre sit viris spiritualibus & Ecclesiis subuenire, aduocatiam in bonis *Alburch*, quam pro XII. talen. Ratispon. *Hermanno* ciui *Strubing* obligauimus⁹, & eandem Ecclesiæ sancti *Nicolai* dimisimus exoluendam & vxorem *Dietmari* dicti *Stropalch* nec non pueros eius cum omni progenie eorum ob salutem animæ, nec non in remissionem peccatorum nostrorum Ecclesiæ contulimus memoratæ volentes ne quis successorum aut hæredum nostrorum ipsam Ecclesiam in hac nostra donatione debeat impedire, aut aliquatenus molestare. In cuius rei testimonium præsentem litteram sigilli nostri munimine fecimus communiri. Testes *Berbotus* Præpositus, *Chunr.* Decanus, *Herrandus* Cellerarius, *Hilbrandus* Coquinarius. *Item Wernhardus* de *Rotavve*, *Otho* de *Sturspach*, *Calhohus* Marschalchus, *Rimboto* Notarius eiusdem Com: item *Fridericus*, *Heinricus*, *Chreno*, *Perchtoldus*, *Strauhaerius* de familia eiusdem Ecclesiæ & alij quam plures. Acta sunt hæc anno Domini M. CC. XXXV.

NOS *Heinricus* Dei gratia Comes de *Ortenberch*, per præsens scriptum notum fieri volumus vniuersis hanc paginam inspecturis, quod pro remedio animæ nostræ & antecessorum nostrorum, nec non pro recompensatione dampnorum Conuentui sancti *Nicolai Patau.* per nos sæpius illatorum, molendinum quod *Chuphmül* dicitur & duo beneficia *Heldungsperg* & *VVeintobel* vna cum iure aduocatiæ liberaliter contulimus fratribus Ecclesiæ memoratæ, sperantes hæc & alia quæ in extremo testamento nostro fecimus saluti nostræ feliciter expedire. Ne igitur aliquis hæredum, vel successorum nostrorum hanc nostram donationem valeat irritare, sed vt ipsam sine omni vtilitate prædicto Conuentui potius studeant defensare præsentem paginam sigillo nostro roboratam eis fecimus assignari. Testes sunt hi: *Chunrad.* Comes de *VVasserburch*, *Henricus* liber de *Patngarten*, *VVernhardus* de *Rotavve*, *Otto* de *Sturspach*, *Chalhohus* Marschalchus, *VVernhardus* miles de *Harbach*, *Henricus* miles dictus *Vnhe*, *Henricta* de *Ritershaim*, *Vlschalchus* de *Mantel*, *Chunradus* de *Rotenbach*, *Vlricus* Cellerari⁹, *Gebhardus* Cocus, *Henricus Holzhaimer*, *Chunr. Hornler*, *Chunr. VVunderis*, & alij quam plures.

HEnricus Dei gratia Comes de *Ortenberch.* præscriptum præsens notum fieri volumus vniuersis. Quod nos potestatem dedimus Domino *Gerbotoni* venerabili sancti *Nicolai Patau:* Præposito, redimendi aduocatiam nostram apud *Alburch* in bonis eidem Ecclesiæ sancti *Nicolai* ab hæredibus *Hermanni* felicis⁹ memoriæ ciuis quondam de *Straubing* cui nos ad huc viuenti per XII. lib. Ratispon. obligaueramus eandem tali pacto, vt Ecclesia prædicta ipsam aduocatiam cum omni iure & vsu sua tamdiu teneat & possideat, quousque ipsi Ecclesiæ super summa præscripta vel à nobis, vel à nostris hæredibus⁹ fuit integraliter satisfactum. Promisimus autem Domino nostro Domino *Rudigero* Reuerendo *Patauien:* Episcopo Ecclesię fide data in manus ipsius quod nunquam Ecclesiam præfatam aduocatiæ ipsius prætextu grauare debeamus, aut in ipsa nobis ius aliquod vendicare quamdiu summa prescripta non fuerit eidem Ecclesiæ persoluta. Vt autem nulli hæredum nostrorum vel alij cuipiam huius nostræ constitutionis factum immutare vel infringere liceat, sed ratum & inconuulsum habeant sigilla & Domini nostri *Pat:* Episcopi & nostrum præsenti scripto duximus appendenda & subscriptorum virorum idem decreuimus⁹ testimonio roborãdum. Testes *Meingotus* de *VValdeck*, *Vlricus* de *Maening* Canonici

nici *Pat: Gebolfus Otho* Notarius, *Otto* de *Ionstorff*, Capellani Domini Episcopi, *Vlricus* & *Siboto* de *Ionstorf* fratres, *VValtherus* & *Pilgrinus* de *Tanneberch* fratres, *Chunr. Se7aer, Fridericus Murel, Engelschalchus Forestarius.* Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis M.CC.XL. Data apud *Straubing* per manum *Reimbotonis* Notarij, VII. Idus *Aprilis*, in Curia solempni quam ibidem Dominus *Otto* Dux *Bauariæ* celebrauit.

HEnricus Dei gratia Comes de *Ortenburch*, vniuersis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis, salutem in Domino Iesu Christo. Vniuersitatem vestram scire cupimus quod nos pro remedio animæ patris nostri *H.* piæ memoriæ, ac pro salute nostra, nec non pro carrada vini, pratum quod habuimus apud *Rumpting* libere contulimus Ecclesiæ S. *Nicolai Patau.* Volentes igitur ne aliquis hominum hanc nostram donationem valeat postmodum irritare, præsentem paginam sigillo nostro insignitam in robur facti prædicti fratribus fecimus assignari. Testes qui huic facto intererant hic notantur. *Henricus* de *Paungarten, Wernherus* Pincerna de *Aucenchirchen, Ebo* de *Türdling*, *Otho* de *Sturzebach*. *VVernhardus* de *Harbach* *Chalhohus* Marschalchus, *Vlricus* Cellerarius, *Rapoto* de *Ezzenpach, Henricus* de *Holzhaim*, Magister *Bernhardus, Vlricus* & *Perchtoldus* fratres de *Laimchart* & alij quam plures. Datum in Castro *Ortenberch*, anno Domini M.CC. XLI. XV. Cal. Maij.

HEnricus Comes de *Ortenberch* iunior, vniuersis præsentem litteram inspecturis, salutem in verò salutari. Notum facio vniuersis tâm præsentib. quam futuris, quod ego recognoscens fidei merita & deuota obsequia, quæ mihi & patri meo *Henrico* claræ memoriæ Domini & fratres de domo S. *Nicolai* in *Patauia* hactenus exhibuerunt & exhibent incessanter, aduocatiam in *Alburg*, quam pater meus pro XII. talent. Ratisponen. *Hermanno* ciui *Straubingen* obligauit, & eandem Ecclesię Sancti *Nicolai* in remedium animæ suæ dimiserit hæc soluendam, & vxorem *Dietmari* dicti *Stropalch*, nec non pueros eius, cum omni parentela eorum Ecclesiæ & Conuentui beati confes. Sancti *Nicolai*. non solum hæc imò omnia alia quæ honorem dictæ Ecclesiæ, & laudem diuini nominis poterunt augmentare. Volens totis viribus promouere, & sicut ea pater meus sępedictæ Ecclesiæ suis litteris tradidit & confirmauit, sic & ego eadem ipsi meis scriptis offero & confirmo. Et vt præscripta robur perpetuæ teneant firmitatis, præsentem paginam feci sigilli mei caractere communiri. Testes *Gerboto* Præpositus. *Chunr.* Decanus, *Henricus* Cellerarius, *Hilbrandus*, Coquinarius, Item *Fridericus, Heinrich, Chreno, Perchtoldus, Stroherius* de familia eiusdē Ecclesiæ. Item *Fridericus* Notarius, *Henricus* Franco serui Com. & alij quam plures. Acta sunt hæc anno Domini M.CC.LIII.

IN nomine Patris & filij & Spiritus sancti. Nos *Heinricus* & *VVernhardus* fratres Germani dicti de *Schauvvnberch*, notum facimus vniuersis hanc paginam inspicientibus & intelligentibus, quod cum nos bellorum & guerrarum discrimina quondam grauiter vrgerent, & ob hoc necessitate haberemus Castrum nostrum in *Schuvvnberch* & alia victualibus præmunire nauium Ecclesiæ sancti *Nicolai Patau:* annona, vino, & carnibus plenam detinuimus apud *Aschach* & dicta victualia in Castrum nostrū *Schavvnberch* fecimus deportari. Verum cū dānā Ecclesię memoratæ per nos sic illata fideliter promisim⁹ resarcire, ad placandam omnipotentis Dei & S. *Nicolai* indignationē, quam ob hoc incurreremus

remus, de liberis possessionibus nostris liberaliter dedimus S. *Nicolao* & suæ Ecclesiæ *Pat.* mansum & dimidiũ apud villam *Prenzing* positum, cum oĩbus eius attinentib. omni iure, vtilitate & libertate, qua nos eadem possederamus, quorum redditus tàm à nostris hominib. per nos ad hoc deputatis quã vicinis prouidis & honestis æstimati fuerunt annuatim valere duo talenta præter XV. den. in quib. nos teneri adhuc eidem Ecclesiæ confitemur. Præsertim cum inter nos & Conuentum antedicti Monasterij super dampnis præmissis compositio facta fuerit, quod assignaremus eidem duorum annuos redditus talentorum. Vt autem talis compositio & satisfactio rata & inconuulsa permaneat, hanc cartam inde scribi & nostris sigillis cum adnotatione testiũ fecimus communiri. Testes autem qui huic facto interfuerunt hi sunt: *Gregorius* Præpositus de *Suben*, *Henricus* de *Maënse* & *Henricus* de *Svvenie* ibidẽ Canonici. *Gerboto* Cellerarius S. *Nicolai*, *Karulus* plebanus in *Hartkirchen*, *Pilgrimus* de *Inzingen*, *Wernhardus* miles de *Schomberch*, *Pabo* Iudex de *Iulpach*, *Chunr*, *Henricus*, *Pugramus*, *Henricus* miles S. *Nicolai*, *Sigelhohus* de *Ortenberch*, *Wint* de *Hage*, *Wintherus* Preco, *Hadmarus* de *Hartkirchẽ*, *Dietmarus* de *Prenzingen*, *Perchtoldus*, *Vlricus* de *Vorenpach*, *Rudegerus*, *Gotschalcus*, Villicus de *Pimzheim*, *Reinhardus* de inferiori *Vntling*, *Albelinus* de *Mutach*, *Fridericus* de sancto *Nicolao*, & alij quam plures. Actũ an. Dñi M. CC. XXXV. XIV. Calend. Septembris, die Dominico in foro nostro *Hartkirchen* posito contra *Snben* apud *Enum*.

NOS *Henricus & Bernhardus* fratres de *Schaunberch*, notum facimus omnibus præsens scriptum intuentibus, quod nos libertatem quam Ecclesia S. *Nicolai Pat.* super transuectione victualium suorum circa *Aschа* hactenus habuit, pro nostra & antecessorum nostrorum salute ipsi Ecclesiæ saluam conseruare semper volumus & tueri. Quia verò in locis vectigalium solent fieri multoties exactiones indebitæ, ne ipsa Ecclesia quam sincerè diligimus per nos vel per nostros aliquod incurrat dispendium aut grauamen, decernimus singulatim exprimere, quod ab ipsius Ecclesiæ procuratore simus quolibet tempore recepturi: in Autumpno & in Iunio vel alio quocunque tempore, cum nauis Ecclesię ad *Austriam* deducitur, procurator ipsius dabit Mutario nostro pro Leza XII. den. & seruis suis duos den. & si in ea fuerit aliquid quod ad Ecclesiam non pertineret vnde muta dari debet, de hoc soluetur muta: cum verò reducitur nauis ab *Austria* iterum dabuntur Mutario nostro pro Leza XII. den: & seruis suis duo den. item cum victualia sua ab *Alnchouen* deducere voluerint, modium tritici Mutario nostro soluent, & si aliquem struem lignorum pro domibus suis constituendis siue reparandis deducere voluerint, de quolibet remo quatuor den. mutario nostro dabunt, & tali ordine obseruato nihil amplius nob: vel nostris mutariis soluere tenebitur ecclesia supradicta. Ne igitur aliquis ex nostris mutariis Ecclesiã iam dictã audeat molestare, vel amplius quam dictum est exigere, præsentem chartam nostris sigillis roboratam ipsius Ecclesiæ Præposito fecimus exhiberi. Datum in Castro *Schaunberch*, an. Domuni M. CC. LVI. Testes *Haerdnidus* & frater suus *Leutoldus*, *Chunr* & *Vlricus* de *Noternpach*, *Eberhardus* dict. *Schreyer*, *Chunr* de *Furt*. *Vlricus* dictus *Schvver*, & alij quam plures.

NE sequantur naturam temporis quæ geruntur in tempore, perennari solent auctoritate testium & memoria litterarum. Nouerint ergo tàm præsentis quam futuri temporis vniuersi Christi fideles quod nobis *VVernhardus* liber de *Horbach Ratisbon.* Ecclesiæ Canonicus pro remedio animæ ac parentum suorum Curiam suam in *Engelmarsperge* cum omnibus attinentiis suis cultis & in-

cultis, quęsitis & quærendis manu propria & potestatiua super altare sancti *Nicolai* iuxta *Patau* delegauit, ad sustentationem Canonic. regularium Domino Deo seruientium ibidem. Hanc siquidem liberam traditionem frater suus *Chunradus* prædiorum Ecclesię sancti *Nicolai* circa *Vilsam* positorum aduocatus eodem anno ratificauit, renunciando pęnitus iuri suo quod in eadem Curia cũ fratre suo hæreditaria possessione habuit pro salute sua & remedio suorum progenitorum libera delegatione facta & transmissa super altare sancti *Nicolai* per manum *Richeri* Sacerdotis & Canonici eiusdem Ecclesiæ tunc Cellerarij, ea tamen interposita conditione, vt si Domino DEO concedente de sancto sepulchro, quo tunc iter arripuit, rediret, dictam curiam commutaret cum prædio in omnib. aquiualenti & commodius posito Canonicis supradictis, eadem libertate & pietate filio suo *Chunrado* tunc infanti, si eum non redire contingeret reseruata. Tali vtique remedio per prædictum *Chunradum* piè prouiso, videlicet, vt nec ipse nec aliquis hæredum suorum iure aduocatię aliquid seruitij, vel cuiuscunq; exactionis ab eadem Curia præsumat vllatenus extorquere, imò ad salutem eorum, qui eam libera traditione contulerunt, de retributionis intuitu libere defendatur. Acta sunt hæc anno incarnat. Dominicæ M. CC. XVII: indictione V. prius per *VVernhardum* de *Morpach*, apud sanctum *Nicolaum* iuxta *Pat.* Idus Aprilis sub his testibus. *Vlrico* de *Nordirnpach* *Engelberto* fratre suo, *Herberto* ibidem de familia sancti *Nicolai* *Henrico*, *VValthero*, *Sybotone*, *Henrico*, pistore, *Henrico*, *Chrenone* & seruis Domini *VVernhardi*, *Henrico* & *Henrico* & alij quam plures. Testes secundę traditionis per *Chunradum* de *Horbach*, V. Idus Iulij in *Danburck* eodem anno factæ, *Alramus* liber de *Hals*, *Albertus* de *Leubrantskirchen*, *Geroldus* de *Satilarn*, *Chunr. Fivver*, *Erchinger* de *Aipach*, *Dietmarus* de *Ege*. *Vlricus Rudmül* qui & nũtium sæpe dictæ Ecclesiæ misit in corporalem eiusdem prædij possessionem. *Meingotus* de *Alersperge*, *Karolus* Iudex sub *Chunrado* de *Horbach*, *Sigelhohus* de familia Ecclesię sancti *Nicolai*, *Chunr.* Faber de *Pazireichstorff*, *Ebervvinus* de *Plaedlinger* & alij quam plures. Hæc siquidem traditio de bona voluntate *Chunradi* de *Hoibach* per *Rapotonem* tunc Palatinum *Bauariæ* in solenni placito suo quod habuit in Chirstorff, pridie Idus Iulij publicata fuerit, & hi testes, Palatinus Rapoto *VValchimus* liber de *Roteneck*, *Alramus de Hals*, & frater eius *Albertus*, *Henricus* de *Paungarten*, *VVeigandus* de *Runting*, *Perchtoldus* de *Wengen*, *Vlricus* de *Lubolfingen*, *Vlricus Rudmil*. *Meingotus* de *Algersperge* & alij quam plures.

Catalogus Præpositorum Monasterij sancti *Nicolai* extra *Patauiam*.

LVDGERVS vir sanctitate & doctrina clarus, præfuit an. 17. mens. 3. ob. VI. Id. Iun. an. 1080.

ENGELBERTVS huius Monasterij professus & antistes vigilantiss. sedit an. 23. dies 6. obiit ipso festo S. *Iacobi* Apostoli. an. 1103.

RICHERVS Professus & ipse huius Monasterij, multum profuit verbo & exemplo, præf. an. 19. mortuus XV. Cal. Dec. an. 1122.

VDALRICVS professus, eligitur in Præpositũ Dominica Iubilate, fidelis fuit dispensator, vix. an. 17. ob. VII. Cal. Mart. an. 1139.

BERNARDVS Professus & Prępositus huius loci, præf. an. 20. & ob aduersam valetudinem resignauit, mor. V. Id. Iunij, an. 1159.

MEIN-

MEINHARDVS professus & præsul huius Ecclesiæ dignissimus, piam ac laudabilem duxit vitam: ann. 8. mens. 2. præfuit; & in multis res monasterij auxit. Ob. XV. Cal. Sept. an. 1167.

SIBOTHO fidelis huius loci Antistes & professus cum an 9. mens. 4. laudabiliter duxisset in Domino mortuus est ipso festo S. *Catharinæ*, an. 1176.

ALBERTVS & ipse professus monasterij vir admodum religiosus, & singularis amator fratrum Conuentualium, vix. an. 13. dies 7. fidelis fuit Oeconomus, & bona Monasterij plurimùm auxit. Mor. XVIII. Cal. Mart. an. 1189.

ENGELMARVS natione *Bauarus*, huius Cœnobij antistes & professus, vir doctrina & pietate insignis, pie clausit vitam XVI. Cal. April. an. 1205.

HEIMO professus huius monasterij adhuc puer sacrum institutum Canonic. Regul. S. *Augustini* accepit, in quo laudabiliter diuturnam duxit vitam; cum verò 7. an. Præpositus fuisset, non sine laude ex hac vita ad cælestem migrauit, Idib. Iulij, an. 1212.

HENRICVS vir nobilis & Canonicus *Salisburgen.* XVI. Cal. Iulij, an. 1212. Præpositus huius monasterij designatus est, dispensando fidelis; viuendo exemplaris, distribuendo liberalis, & corrigendo sedulus fuit. præs. an. 4. m. 5. Ob. VI. Cal. Aug. an. 1215.

CONRADVS, professus monasterij, in oratione & religiosorum exercitiis sedulus, in dispensatione fidelis, præfuit an. 3. m. 2. mortuus est prid. Non. Maij, an. 1219.

BERNARDVS professus Monasterij, virtutum pastoralium laude & misericordia in pauperes insignis, post multos exantlatos labores moritur Cal. Aug. an. 1223.

VDALRICVS natione *Sueuus*, Professus Monasterij magnæ authoritatis & vitæ bonę vir fuit, multaque bona huic Ecclesiæ præstitit; vitâ functus VIII. Id. April. an. 1229.

HENRICVS huius Cœnobij antistes admodum vigilans, vir solidæ doctrinæ & pietatis, cum pastorali officio an. 12. functus fuisset, diem Ob. prid. IX. Aug. an. 1250.

GERBOTHO professus & Pater huius Cœnobij, vir religiosus & optimus Oeconomus fuit, maximaque sedulitate & discretione præs. an. 6. m. 3. d. 11. ob. verò VIII. Cal. Maij, an. 1256.

LEOPOLDVS natione *Francus*, professus huius monasterij eligitur Præpos. Id. Iunij, an. 1256. quo officio an. 7. d. 5. non sine laude functus est; migrauit ad alteram vitam Non. Febr. an. 1263.

CONRADVS monasterij professus, cum sedes an. 11. & d. 15. vacasset, ac monasterium per malam administrationem secularium ære alieno valde oneratum esset, electus præfuit an. 19. mortuus XIV. Cal. Martij an. 1293.

VDALRICVS monasterij professus Præpositus fit ipsa Dominica Iubilate an. 1303. & confirmatur: sed podagra & aliis morbis quotidiè vexatus, non potuit officio suo præesse, breui vita functus, nimirum VII. Cal. Maij, an. 1305.

WOLFHARDVS *Eberbein* de *Wert* ex *Bauaria*, annos 20. præfuit Præsul vnanimi fratrum voce electus, & confirmatus. Vir fuit solidæ doctrinæ & pietatis, functus munere an. 26. moritur Id. Aug. an. 1331.

WERNHERVS de *Lampolding* professus huius monasterij, designatur Præpositus XV. Cal. Septembr. ann. 1331. eodemque die confirmatur. misericordissimus fuit in pauperes, præsertim in iuuenes, qui liberalib. disciplinis dediti fuerunt: vitam cum morte commutauit prid. Cal. Martij, an. 1348.

FRIDERICVS profeſſ. Monaſterij electus & confirmatus fuit ipſo feſto SS. Apoſtolorum *Petri & Pauli*, an. 1348. bona monaſterij plurimùm auxit; præſ. an. 17. d. 9. ob. Idib. Nouembr. an. 1365.

OTTO profeſſus præficitur V. Id. Nouembr. an. 1365. vixit an. 17. obiit plenus dierum IV. Id. Ianuar. an. 1382.

VRBANVS & ipſe Profeſſus Monaſterij deſignatur Præpoſitus XV. Cal. Iulij, an. 1382. qui in temporalibus & ſpiritualibus adminiſtrandis optimè ſe geſſit. Ob. XVIII. Cal. Iulij, an. 1388.

PHILIPPVS profeſſus, Præpoſituræ dignitatem eſt aſſecutus III. Non. Martij, an. 1388. Omnes monaſterij parochias reformauit, & in integrum reſtituit: aliaque multa bona præſtitit. Obiit Non. Dec. an. 1389.

HERTWICVS *Lenzenrieder* huius loci profeſſus in Præpoſitum eligitur III. Id Septembr. an. 1389. & præfuit an. 13. Ob. XVI. Cal. Iunij, an. 1400.

MARTINVS ex profeſſo monaſterij Præpoſitus eligitur; vir bonus & religioſus, nec non optimus Oeconomus; vixit an. 20. dies 5. Ob. VII. Cal. Dec. an. 1421.

CAROLVS profeſſus monaſterij VI. Id. Iul. deſignatur Præpoſitus, quo officio diligenter fungens an. 3. d. 7. moritur VII. Cal. Dec. an. 1424.

IOANNES *Strubinger* profeſs. & Præpoſitus huius monaſterij Sacella S. *Spiritus* & B. *Virginis* Mariæ exſtruxit, ac bona Cœnobij in multis auxit: mortuus eſt V. Cal. Aug. an. 1451.

IOANNES *Wolf* Antiſtes huius Cœnobij & profeſſus 15. an. d. 4. Ob. VI. Cal. Ian. an. 1466.

IOANNES *Hâchinger* profeſſ. huius Eccleſ. adminiſtrauit eam 5. an. d. 8 iterum non confirmatus reſignauit V. Id. Martij an. 1471.

LEONARDVS *Kalauner* de *Leglgenfeld Auſtriacus*, artium M. & Profeſſus in *Tiernſtein*, poſtulatus & confirmatus in Præpoſitum huius Eccleſiæ præfuit an. 10 m. 2. Ob. IV. Id. Febr. an. 1489.

STEPHANVS *Hager* de *Egkenfeld Bauarus*, huius loci Præſul eiuſdemq; profeſſus fuit an. 17. d. 24. ob malam vitam & diſpenſationem depoſitus, Id. Apr. an. 1506.

GEORGIVS *Mair* in hoc loco natus & profeſſus, in Præpoſitum electus & confirmatus eſt VI. Cal. April. an. 1506. vixit an. 9. d. 11. Ob. VI. Id. Aug. an. 1515.

MICHAEL huius Cœnobij Præpoſitus ejuſdemque profeſſus, vir magnæ authoritatis & præcipuus amator fratrum conuentualium, rexit an. 4. vitâ functus VI. Id. Aug. an. 1519.

SIGISMVNDVS *Reilacher*, præfuit an. 20. m. 6. Ob. an. 1539.

VALENTINVS *Göttinger* huius Cœnobij profeſſus electus eſt in Præſulem XI. Cal. Ian. an. 1540. eodemque confirmatus; præfuit an. 7. d. 28. vitam clauſit Idib. Febr. an. 1547.

THOMAS, profeſſus & Præpoſitus huius Eccleſiæ, malè vixit & peſſimè res monaſterij adminiſtrauit: tandemque. VI. Cal. April. an. 1560. ſex Apoſtolos argenteos ex templo clam rapiens, in *Auſtriam* ſecum abſportauit; vbi hæreticus vixit, & infeliciter mortuus eſt an. 1560.

MATTHIAS *Werl* huius Monaſterij profeſſus, cum ſecularis quidam per aliquot annos temporalia magis ad ſuam quam monaſterij vtilitatem adminiſtraſſet, deſignatus eſt Præpoſitus; vixit an. 17. & ob aduerſam valetudinem reſignauit. Ob. XI. Cal. Mart. an. 1569.

AVGVSTINVS *Arnold Sueuus* profeſſus in *Polling*, poſtulatus eſt in Præpoſitum

positum huius Ecclesiæ; sedulus fuit & diligens in administratione: præfuit an. 13. mens. 2. Ob. VIII. Id. Sept. an. 1577.

HIEREMIAS *Kirchmair Bauarus* huius loci Professus & Præpositus, vir religiosus & optimus Oeconomus, rexit an. 8. m. 3. d. 4. Ob. XIV. Cal. April. an. 1585.

ABRAHAMVS *Anzengruber Austriacus*, huius Ecclesiæ professus, electus est in Præpositum IX. Cal. Maij, an. 1585. sed post septennium demum confirmatus est. præf. an. 14. m. 8. d. 11. rebus neque suis, nec Monasterij benè consuluit, quemadmodum euentus probauit.

MICHAEL *Hererius Bauarus*, artium Magister & professus in *Bâmburg*, postulatus est in Præpositum huius Monasterij; mansit an. 3. m. 7. d. 26. & iterum resignauit anno 1603.

NIDERBVRG MONASTERIVM MONIALIVM NOBILIVM IN PASSAVV.

VTILO Dux juxta Danubium Patauię Nidroburgium Monasterium construxit, dedicauit S. Pirminius, Meten. Episcopus, Virgines incolunt, circa Annum 739. Auent. fol. 291.

OTTO secundus Imperator hanc Abbatiam sui juris constructam & dedicatam in honore S. Dei genitricis, vnà cum Walachunestorf, cæterisque omnibus pertinentiis, Piligrino Patauiē. Præsuli, ob constantem ipsius fidem, Imperatori in perturbatione Boiariorum, scilicet in rebellione fratruelis sui Heinrici Hezilonis, Ducis Bauariæ, præstitam, ac damna hinc passa, remunerationis ergò, perpetuò ac penitus donat ac tradit, precibus dilectissimi fratruelis Ottonis, Ducis Boiariorum, atque Wilhgisi Archiepiscopi scilicet Moguntinensis, Anno Domini 976. Extat diploma ibi, de quo apud Patauienses Episcopos sub Piligrino.

HEINRICVS sanctus tum Rom. Rex, ob preces conjugis Kunegundæ & dilectissimi Ducis Hezelini, & in obsequium deuotum Heilke, diuæ genitricis Ecclesiæ dat partem syluæ Nortvvald, in Comitatu Adalberonis à fonte flumine Vlza vsq; ad terminum syluæ huius, vbi separat Bohemiam & Bauariam & decursum Vlcæ & Rotilæ vsque in Danubium. Datum 13. Calend. Maij Anno 1010. Guntherius Cancellarius vice Wilhgisi Archicapellani &c. Reganespurch, Extat diploma.

SEPVLTA est ibi in porticu prædicta Heilka cum hac inscriptione: Anno 1020. in die S. Tecklę virginis, obiit Heilka, amita S. Hein. Imper. prima Abbatissa huius Monasterij. Ibidem Anno 1095. Non. Maij obiit Gysala, S. Heinrici Imperatoris soror, vxor Stephani, Regis Vngariæ, Abbatissa secunda huius loci, hìc sepulta adito dextro latere, quæ tam viro quàm filio orbata Patauiam in hoc Monasterium venit, in quo primum habitum monasticum assumpsit, paulò pòst Abbatissa designata, Monasterium præclarè illustrauit & auxit.

IBIDEM in templo sepultus est Gregorius Episcopus, qui ex Oriente in Batauorum vrbem venit, ex Vngaria scilicet, vbi Eremiticam duxit vitam.

ADDITIONES.

EX libro M. S. Decani Patauiensis anonymi: qui videtur fuisse Burckhardus cognomento Krebs ex Herrnbergâ Würtenbergensis Ducatus oppido natus; qui anno 1438. Decanatui Patauiensi præfuit; obiitque anno 1462. sicque tempore Friderici III. Imp. Austriaci vixit. Ait enim plerisque in locis dicti sui libri membranacei, se cum Friderico III. Imperatore Austriaco Neapoli fuisse: Lacum Alemannum seu Gebennensem cum ipso non absque periculo vitæ transiisse:

transiisse: & mandato Imperatoris huius de gestis, ortu & occasu Romanorum Regum scripsisse: Austriæ etiam Chronica de materna lingua in Latinam transtulisse. &c. Sanè (inquit Decanus ille Patauiensis anonymus) cum illæ duæ Pannoniæ, media & superior, cum duabus Mæsiis, duabus etiam Liburniis, per beatos Philippos Imperatores, patrem scilicet & filium, Laureacensi Metropoli in massam substantiæ sint donatæ, vt sibi crearet diœceses magis longas & plures, & ea bona postmodum longè per barbaras nationes vsque ad interitum deleta fuerint, & prostrata: Idem Arnolphus Imperator, ad instantiam Archiepiscoporum & Episcoporum Laureacen. & Patauien. taliter duxit patriæ prouidendum, vt eidem per finitimos Episcopos, Salzburgen. videlicet, Saboncn. Rhetiarum siue Churien. Augusten. Frisingen. Aisteten. Herbipolen. Ratisponen. ordinaretur militia cum militibus imperialibus, pro custodia deputatis ipsis Metropolibus satis bonis de redditibus, donec ipsa patria & Ecclesia ab insultu conquiescèret barbarorum. Quas possessiones infelices Archiepiscopi & Episcopi, vel potius idiotæ, possessores ipsarum possessionum, quia datâ patriâ, & baptizatis Vngaris, vltimis videlicet barbaris, à succedentibus Imperatoribus nec postularunt custodes huiusmodi ab ipsis possessionibus remoueri, nec in suis priuilegiis ab Imperatoribus & Regibus postmodum impetratis, pro priuilegio huiusmodi aliquam fecêre mentionem; sed quilibet eorum, vt aliquid videretur pro Ecclesia facere, causa jactantiæ asserebat hoc & hoc à suo charissimo Domino, tanquam rem nouam specialiter impetrasse. Quod per omnia nostra priuilegia etiam per bullas aureas hodiè plene notatur. Nam longè ante Sanctum Pilgrinum Archiepiscopum Patauiensem Abbatiola in ciuitate nostra ab Episcopis & Canonicis fundata & dotata extitit, & tamen S. Pilgrinus eam à quodam Imperatore Ottone obtinuit sibi dari. Et sic de omnibus successoribus actum est, vt rem propriam postularent. Et hæc est causa quod Imperator in Austria nihil habeat; sed nec Episcopi prælibati, nisi in quantum ab Patauiensi Ecclesia possunt habere. Nam quod prius habere videbantur, occasione barbarorum, hodie causa cessante, cessat possessio eorundem. Sic & hoc mendacium est, quod quidam autumant, mediam ciuitatem fuisse Imperatorum, & ABBATIOLAM instituisse. Sed hoc verum est, quod ille Tyrannus & destructor Ecclesiarum olim Comes Schyrensis, Dux postea Tachavvensis, demum Vngarorum auxilio, cuius sororem Rex Petrus Vngariæ habebat in conjugio, Dux factus Bavvarorum, ambiens Imperium, destructis maioribus & minoribus omnibus Ecclesiis Bavvariæ, tunc & Abbatiam illam, & dimidiam ciuitatem abstulit Ecclesiæ Patauiensi, quæ * Comitia tunc protendebatur vsque ad possessiones Ecclesiæ Altahensis, vt solidos multos possit acquirere militib⁹ tribuendos. Qui Arnoldus tunc temporis concesso sibi ab Imperio priuilegio, vt Archiepiscopos & Episcopos, Abbates, & Abbatissas instituere, & destituere, pro suæ libitu voluntatis, eò amplius & facilius Ecclesias poterat dissipare. Sed postmodum eo mortuo, Henricus Imperator qui dicebatur Claudus, patre Hezelone natus, in ritus Sanctæ Kunegundis, ex Ducatu Bavvariæ ad Imperium assumptus, cupit Ecclesias restaurare, quas Arnoldus Dux dissipauerat, Ecclesiæ Bambergensi quã de nouo construxerat, in possessiones propter Christum & beatum Georgium est largitus; sed minimè de possessionibus Imperij illi Ecclesiæ dedit, possessiones etiam Ecclesiæ Herbipolensi & Vultensi, Aistetensi plurimas donauit: bona etiam Patauiensis Ecclesiæ quæ in regali curte Osterhofen ad CC. mansus habuit, dedit Ecclesiæ Bambergensi: item Comitatum nostrum cum possessionibus ab Hiltsa flumine vsque ad flumen Regem donauit similiter Ecclesiæ Bambergensi: item possessiones in Asslah, quæ tunc habebant

Abbatia in Nidernburg.

** pro Comitiua vel Comitatus.*

Vid. Abbat. Vrspergen.

Fulden.

bant multa telonia & passagia versus Bohemiam, Austriam & Bavvariam, cum aliis bonis vicinis abstracta ab Ecclesia Patauiensi, Bambergensi est largitus. Et vt eandem Ecclesiam videretur placasse, particulam ciuitatis, quâ Patauiensis Ecclesia per Arnoldum spoliata fuerat, ipse restituit. Hic surgit quæstio Dominarum inhabitantium ibidem, quod non fuerit Patauiensi Ecclesiæ restituta, sed potius illis data. Quæ contentio multis annis durauit, pro eo quod inquilini sorores & neptes intrudentes in eandē, bona ipsorum suis vsibus applicabant. Hæc tamen quæstio diutius agitata nunquam potuit terminari, neque probari: cum Dominæ super hoc priuilegia non haberent, vnde stulti multi stulta multa loquuntur. Nam Tassilo primus Rex Baioariorum ante multa tempora Regum & Imperatorum Carolingorum Patauiensem vrbem, & postmodum longo tempore eius abnepos Vtilo Dux Baioriorum ipsam restituit, cum omnibus apppendiciis omni tempore ad vnam diætam, cultis & incultis, primùm Ecclesiæ Laureacensi. Vnde in tumba marmorea, in qua jacuerat ante translationem, beatus Philippus Augustorum munus, Romæ Epitaphium memini me legisse: HIC BEATVS PHILIPPVS Augustorum munus, qui donauit Metropoli Laureacensi patrimonium suum à vallo Syllano versus occidentem vsque ad flumen Lycum, in limite Danubij fluminis versus Septentrionem quolibet loco ad C. XX. milliaria legalia, & totidem versus Austrum. Nec est aliquatenus dubitandum, quod hanc massam possessionum hodie Ecclesia Laureacen. obineret, nisi obstitisset impetus barbarorum, quorum nequitia faciente hodie status diuersarum Ecclesiarum claudicat bonis omnibus vacuata, &c.

Diploma Arnolphi Imperatoris super Abbatia in Niedernburg Passauij.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Arnolphus Rex. Comperiat omnium fidelium presentium scilicet & futurorum industria, qualiter quidam Comes nomine Adalhart, precatus est clementiam nostram, vt cuidam homini suo Engelfrid vocato, quasdam res, quas ipse prius in beneficio habebat in Comitatu Chuneberti, in pago Thunagovve, in villa Wolfersdorff nuncupata, id est, hubam vnam in proprium donaremus. Cuius petitioni libenter, ob mercedis nostræ augmentum, assensum præbentes, decreuimus ita fieri. Dedimus quoque eidem viro præscriptam hubam cum vniuersis appendiciis suis, diebus suis in proprietatem, hoc est, curtem cum casa & mancipiis, agris, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, mobilibus & immobilibus, viis & inuiis, accessibus & regressibus omnibusue adjacentiis illuc justè aspicientibus, & jussimus inde hoc nostræ authoritatis fieri præceptum, per quod decernimus atque jubemus, vt jam dictus Engelfrid de his omnibus securam habeat potestatem cunctis diebus vitæ suæ, sine vlla census strictura, & post obitum illius posteri sui cum tali seruitio, sicut antea ex eâdem huba priores fecerant, vnius ad potestatem monasterij sanctæ Mariæ Patauiæ constructi ex tota integritate possessionis suæ redigantur. Et vt hæc authoritas nostra firmior habeatur & diligentius obseruetur, manu nostrâ subtus eam firmauimus, & annuli nostri impressione signauimus. *in Niedernburg*

Signum Domini Arnolphi piissimi Regis. Aspertus Cancellarius ad vicem Deotmari Archicapellani recognoui. Datum VI. Idus Februarij Anno incarnat. Dñ. D.CCC.LXXXVIII. Indict. VI. Año I. regni Domini Arnolphi regis. Actum in ciuitate Regina, in Dei nomine feliciter, Amen.

Diploma

Dipioma Ottonis II. super eâdem Abbati â.

IN nomine S. & indiuiduę. Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Imperator Augustus. Pateat omnium fidelium nostrorum tàm præsentium quàm futurorum industrię, qualiter vir spectabilis Pilgrinnus sanctæ Patauiensis Ecclesiæ Præsul venerandus, partibus nostris fauens pro viribus, fide inconcussâ, in perturbatione atque vacillatione Baioariorum ab aduersariorum pernicioſa persecutione, tàm incendiis quam in interfectione familiæ à deuastatione non paruam Episcopij sui perpessus est jacturam. Cuius fidem atque constantiam æquum duximus remunerare, & Ecclesiasticę desolationi regi â munificentiâ solamen aliquod impendere. Vnde etiam non solum eius moti querelis, sed & allubescentes precibus dilectissimi fratruelis nostri, Ottonis Ducis videlicet Baioariorum, atque Willigisi Archiepiscopi, quandam nostri juris Abbatiolam infrà territorium sitam Patauiensis ciuitatis, quæ est in honore sanctæ Deigenitricis Mariæ constructa & dedicata, cum Walahunesdorf, cęterisque omnibus appendiciis, ad jam dictam Abbatiolam justè & legaliter pertinentibus, item cum Ecclesiis, & ædificiis, omnibusque decimationibus, cum terris & aquis, cultis & incultis, villulis, vineis, campis, pascuis, pratis, syluis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, mancipiis vtriusq; sexus, quæsitis & inquirendis, ex toto & integro, de jure & donatione nostra eidem Patauiēn. Ecclesię S. Stephani protomartyris Christi, per hoc præsens authoritatis nostræ præceptum pleniter in Christi nomine confirmatum donamus, tradimus, atque transfundimus, eo videlicet tenore, vt ipsa securiter, absque alicuius personæ contradictione atque molestia, more hæreditario perpetualiter in proprium teneat, atque possideat. Et vt hęc prędictæ fidei & firmitatis remuneratio, authoritatisque nostræ donatio veriorem firmioremque à cunctis fidelibus nostris perpetualiter habeat vigorem, jussimus hanc chartam conscribi, & sigillo nostro sigillatam manu propria subtus firmauimus.

Signum Domini Ottonis Imperatoris Augusti. Engelpertus Cancellarius ad vicem Willigisi archicapellani notaui. Datum XI. Cal. Augusti, anno dominicæ incarnationis DCCCC. LXXVI. Indict. IV. Anno verò regni Domini Ottonis Imperatoris Augusti XV. Imperij autem IX. Actum Ratisponæ, in Christi nomine feliciter, Amen.

Vid. Tom. 2. Metr. p. 222.

Catalogus Abbatissarum Monasterij S. Crucis in Nidernburg Patauij; quarum memoria è monumentis antiquis, & ruderibus Cœnobij istius iteratis vicibus igne combusti, erui potuit.

THECLA.

HEILICA, S. HENRICI Imp. restauratoris & quodammodo alterius fundatoris huius Monasterij ex fratre neptis: (sic habet Catalogus à moderna Monasterij huius Abbatissa Dn. Dorothea Renata mihi transmissus: sed malim legere amita, licet in Cod. Dn. Hundij impresso, errore typographi irrepserit verb. amica) quæ inter homines esse desiit an. Dñ. 1020.

Vid. R. P. Rader. SS. Bauar. Tom. II. Auentin. Annal. Boior. V pag. 419. v. 20. Basil. edit. an. 1045.

Numerant aliqui inter Abbatissas Monasterij Nidernburg S. GISALAM Henrici Hezilonis Boiorum Principis filiam, S. Stephani Hungar. Regis conjugem; S. Imperatoris Henrici sororem; filij Emerami Sancti matrem: & hanc an. 1095. defunctum aiunt, neutrum ego sine teste asserere velim; Auentinum secutus, cuius de sancta nostra hęc sunt verba: Cæsar (Henricus III.) ex Vngaria reuersus secum Gisalam reginam vxorem

CVNZA.
VTA.
MERGARDIS.
ALHARDIS.
GERDRVDIS.

SOPHIA. MATHILDIS. TVTA. RILINT.

vxorem D. Stephani abducit, Bathauię, vbi in templo sacrarum fœminarum eius Mausoleum ostenditur, ab Vgris venerabundis aditur, collocauit.

Redacto in Cineres Monasterio, & eò miseriarum perducto, quod Abbatissæ pro dignitate nominis statusque sui viuere ex reditibus nequirent: constitutæ ad tempus loco fuerunt Decanissę, nimirum

VRSVLA de Rambsdorf, quæ Ob. an. 1463.

MARGARETHA Mautnerin de Kazperg el. an. 1466. mortua, an. 1480.

BARBARA à Tannberg, suffecta an. 1481. dũ extremũ clausit an. 1494.

VRSVLA à Schönstain eodem an. 1494. Decanatum susçipiens Abbatissa proclamatur, an. 1501. quod munus tanta industria & dexteritate obiuit, vt iure optimo Monasterium & Ecclesiam in Nidernburg, quasi de nouo constituisse audiat. Ob. an. 1513.

BARBARA Mautnerin de Katzenpergel. an. 1513. Ob. an. 1532. prælaturę 19. ætat. 62.

BRIGITHA de Seiboltsdorf in regimine successit an. 1532. decessit die 17. Nouembr. an. 1543. ætat. 48.

BENIGNA Zengerin eod. an. Abbatissa declarata, Ob. 1546.

MARETA de Closen el. an. 1546. def. an. 1551.

HELLENA à Schvvarzenstain, vita & regimine defungitur an. 1552.

MARGARETHA de Laiming, Ob. an. 1557. ætat. 75.

CHVNEGVNDIS à Puchperg bene & vtiliter præfuit annis triginta octo, Monasterio, quod multis præclaris ædificiis ornauit, def. 1594. ętat. 56.

BRIGITHA de Hauzenperg, munere suo aliquot annis optime perfuncta, tandem viribus deficiens, locum dat.

DOROTEÆ RENATÆ modernę Abbatissæ, quę ab annis decem & octo laudabiliter præest.

Nider Münster zu Regenspurg.

INFERIVS Monasterium Ratisbonense, Nobilium virginum Collegium, vti de superiori Monasterio scripsi, institutum per Iuditham, filiam Arnoldi Mali, Ducis Bauariæ, vxorem Heinrici primi, Ducis Bauariæ, ex gente Saxonum, fratris Ottonis primi, & Magni Imperatoris, raræ pulchritudinis & pudicitiæ fœminam, quæ Reginoburgij sacrarum fœminarum contubernium, quod inferius vocant, extruxit, vbi eius mausoleum in aditu monstratur. Hoc testantur diplomata Ottonis primi Imperatoris Magni, qui aliqua prædia & curtes dono dedit, nec non Heinrici sancti; quorum tenor mox sequitur. *Ex Conrado de Maidenburg.* *Auent. lib. 5. in princip.*

D. RATHO Damasianus Comes, eo tempore Orientalis Boiariæ, nunc Austriæ Marchio, cum hac Iuditha supplicandi gratia Hierosolymam profectus est.

IBIDEM sepulta est D. Gisala, vxor Heinrici secundi, Ducis Bauariæ, mater Heinrici sancti Imperatoris, vt testatur crux aurea, à filia huius Gisalæ, Regina Vngariæ donata, Auentin. fol. 500.

DOCTOR Laurentius Hochvvart, Canonicus Ratisponensis & Patauiensis, suprà etiam citatus, vir sanè, vt ab amico nostro Wolphgango Hungero in annotationibus super Cuspiniani Cæsares verissimè commendatur, tùm sacrarum, tùm humaniorum literarum benè doctus, & veterum monumentorum auidissimus inquisitor, in Chronica sua Episcoporum Ratisbonensium (qua me in descriptione Episcoporum Ratisbonensium non parum fuisse adjutum ingenuè profiteor) hoc Monasterium scribit extructum esse, Anno Domini 900.

DIPLOMA IMPERATORIS OTTONIS PRIMI.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Imperator Augustus. Nouerit omnium industria fidelium nostrorum, tàm præsentium quàm futurorum, qualiter nos ob interuentum dulcissimæ genitricis nostræ Adelhaidę, nec non venerabilis Dominæ Iudithę salubrem petitionem, quædam proprietatis nostrę prędia, curtes, videlicet Schirlinga, Lindhart, Pirnpach & Rockinga, in pago Tuonchkovve, & in Comitatu Sarchilonis Comitis sitas, sanctimonialibus in vrbe Ratisbona ad inferius Monasterium S. Dei genitricis Mariæ, Christique Confessorum beati Erhardi veneration i constructum, nostri Imperiali potentia, in perpetuæ vsum proprietatis concessimus, firmissimeque donauimus, cum vtriusque sexus mancipiis, ædificiis, terris, cultis, & incultis, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, molendinis, locisque molendinorum, mobilibus, & immobilibus, exitibus & reditibus, vineis, viis & inuuis, quæsitis & inquirendis, & cum omnibus jure ad hæc pertinentibus; eo tenore, vt hæc jam dicta eisdem sanctimonialibus in vsum quotidianum permaneant, scilicet vt nullis deinceps Successoribus nostris, Regibus vel Imperatoribus, vel à nonnulla persona hæc aliquatenus idem abstrahantur, sed vt concessimus, perpetuo vsui sanctimonialium prædictarum omnium æuo deseruiant. Et, vt hoc nostræ donationis præceptum firmius perseueret, hanc chartam inscribi jussimus, annuloque nostro signatum, manu propria subtus firmauimus.

SIGNVM Domini Ottonis  Magni Imperatoris Augusti.

WILLIGISVS Cancellarius vice Ruperti Archicapellani notaui. Data 5. Calend. Iul. anno incarnationis Dominicæ D. CCCC. LXXIV. anno regni Domini Ottonis XIII. Imperij VI. Actum Wormatiæ.

EANDEM rem confirmauit Heinricus sanctus, vt in sequenti diplomate patet.

DIPLOMA SANCTI HEINRICI IMPERATORIS.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Rex. Iusta Regum & religiosa cognatio debet Ecclesiis Dei, vbicunque facultas suppetit, aliquid accommodare, vt inde procliuius mercedis æternæ præmia consequantur: proinde notum sit omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet & futuris, qualiter venerabilis Abbatissa Oda, per interuentum dilectæ conjugis nostræ Chunigundæ, videlicet Reginæ, nostram adiit Majestatem, suppliciter rogitans, vt Monasterium sanctimonialium, cui ipsa nunc temporis infra Ratisbonensem ciuitatem præsidere videtur, quod diuinæ memoriæ Auia nostra Iuditha olim, in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ à fundamentis in Abbatiam erexit, & donis prædiorum inter alia pro loco ditauit, in nostrum Mundiburdium & Regię immunitatis tuitionem reciperemus, cum omnibus pertinentiis eius. Nos ergo ob diuinum amorem piæ eius annuentes petitioni, per hoc nostræ Majestatis insigne, præfatum Monasterium, nostræ, nostrorumque post nos Successorum, Regiæ & Imperiali perpetuę defensioni subjicimus; Et insuper optima ea libertate donamus, qua cætera Monasteria regalia vbicunque terrarum nostri Regni perfrui videbuntur; Quatenus ibi sancti-

sanctimoniales Monasticæ vitæ, sub Regula sancti Benedicti mancipatæ, liberiùs & deuotiùs, illam, quam aggressę sunt vitam, absque inquietudine regalium exactorum vel subintrahentium personarum de hinc conseruare valeant. Regio igitur verbo & præcepto jubemus & interdicimus, vt nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Episcopus, vel aliquis sub Episcopo, aut Iudex publicus, siue Regius exactor, siue quælibet judiciaria persona, major aut minor, deinceps in prædicto Monasterio, intus vel foris, & in locis, aut hominibus, vel omnibus ibi pertinentibus, aliquam publici juris exerceat potestatem, aut quidquam de rebus Monachorum, sibi ipsi vel nobis, aut Successoribus nostris, vsurpare presumat sine Aduocato, quem præsens Abbatissa, & quæ ei succedant, in hunc vsum elegerint & constituerint. Qui etiam in ipso Monasterio, & in locis eius, aliud sibi non imponat potestatis officium, aut exigat seruitium, nisi quòd Abbatissa cum sacris sororibus illi præscripserint. Confirmamus etiam eidem Monasterio, quicquid ibi vnquam per Reges & Imperatores præceptoria lege, siue per Duces vel alios Christi fideles, in quocunque pago vel Comitatu aliquo traditum vel concessum est, oblatione cum curtibus & curtilibus, ædificiis, mancipiis, censu, intra & extra ciuitatem, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, aquimolis, in vtraque parte fluminis Danubij vrbem præcurrentis, pariter cum omnibus vtensilibus & appendiciis locorum ibi pertinentium; Quorum hæc pro parte sunt nomina, Schirlinga, Lundorf, Roggingę, Biberbach, Linhart, Hertesslindhart, cum omnibus appendiciis illorum, Hartkircha cum decimis suis, vndecunque villarum conferendis, salla cum foresto, aqua, molendinis, vel cæteris pertinentiis: In Sinzinge omnem illam, quæ ibi præscripto Monasterio pertinet vtilitatem, Tekhendorf, cum decimis & vsibus suis, Berge, quod situm est, juxta flumen Villisa, Pinteseshouen, cum aquis, aquimolis, molendinis & areis in Ysara, & Walechenesbach cum pontibus suis, vel totis eorum adjacentiis.

Habeant etiam Monachæ potestatem liberam per decessiones inter se eligendi Abbatissam, quam probabilis vitæ & morum regula Deo propitio composuerit, omnium potestatum, vel personarum contradictione remota. Et, vt hæc nostra traditio, confirmatio, siue libertas, stabilis & inconuulsa permaneat, hanc nostri præcepti paginam manu propria roborantes, sigillo nostro imprimi jussimus.

Signvm Heinrici Regis inuictissimi.

Data 12. Cal. Decemb. Anno incarnationis Domini M. II. Indictione I. anno verò Domini Heinrici Regis primo. Actum in ipsa vrbe Ratisbonensi, &c.

Imperator Fridericus secundus hæc duo Monasteria, inferius ac superius, permutauerat cum Conrado Episcopo Ratisbonensi, pro quibusdam aliis prædiis ac possessionibus: Conquerentibus autem ambabus Abbatissis, in solenni curia Principum Herbipoli habita, quia non liceret Roman. Regi vel Imperatori, quenquam ex partibus ac principibus Imperij, sine suo ac Ministerialium consensu, permutare, aut ab Imperio alienare, communi consensu permutatio illa retractata est. Extat diploma Friderici secundi huius tenoris.

Inferius & superius Monasteria Ratisponensia.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus secundus, Dei gratia, Romanorum Rex, & semper Augustus. Cùm ad summam instantiam dilecti Principis nostri Chuonradi, Ratisbonensis Episcopi, cum ipso Episcopo, no-

mine Ecclesiæ suæ, quoddam concambium fecissemus, de duobus Principatibus, scilicet de inferiori & superiori Monasteriis in ciuitate Ratisbonensi, constitutis, pro quibusdam aliis prædiis & possessionibus, ad prænominatum Episcopum & Episcopatum suum pertinentibus: Accedens ad præsentiam Regiæ excellentiæ nostræ in curia solemni Herbipoli Domina Tuta, inferioris Monasterij Abbatissa personaliter, nec non Domina Gertrudis, superioris Monasterij Abbatissa, per suum Procuratorem, cum aliqua honesta vtriusque Capituli parte, coram Principibus atque Baronibus, atque tota curia nostra, graui querimonia proposuit, se & Ecclesias suas indebitè à nobis fore grauatas, & super hoc adjutorium & sententiam Principum postulârunt, proponentes firmiter, nullum Principatum posse vel debere commutari vel alienari ab Imperio, vel ad alium Principem transferri, sine voluntate præsidentis Principis illius Principatus, & de plano consensu eiusdem Ministerialium: Super quo facta à nobis inquisitione, per sententiam Principum & subsequutionem tàm Nobilium quàm Baronum atque Ministerialium & omnium, qui aderant, judicatum esse: Nullum Principatum posse vel debere, nomine concambij, vel cuiuscunque abalienationis, ad aliam personam transferri ab Imperio, nisi de mera voluntate & assensu Principis, Præsidentis, & Ministerialium ejusdem Principatus. Nos igitur justitiæ protectores, nullo conamine juri reniti volentes, sententiam ipsam duximus approbandum, &, quod contra commemoratas Ecclesias & earum Principes pro Episcopo & pro Ecclesia Ratisbonen. minùs debitè feceramus, omnino retractauimus in continenti, præsente Episcopo præfato: Et, ne de cætero similia contingant, decernimus, & perpetua firmitudine obseruandum judicauimus, quòd non liceat vlli Successorum nostrorum Romanorum Regi, seu Imperatori, Principatum aliquem, vt superiùs sententiatum est, ab Imperio aliquo modo alienare, sed omnes Imperij Principatus in suo iure & honore illæsos obseruare. Vt itaque dilecta fidelis nostra Gertrudis & Successores eius Abbatissæ, nec non regalis Ecclesia superioris Monasterij hac sententia gaudeant, in antea & glorientur in perpetuum, hoc scriptum eis indulsimus, sigillo Maiestatis nostræ roboratum. Huius rei sunt Testes, Albertus Magdeburgensis Archiepiscopus, Englbertus electus Colonienſis Archiepiscopus, Otto VVirzburgensis, Otto Frisingensis Episcopus, Sigfridus Augustensis Episcopus, Vlricus Patauiensis electus, Cuno Cluniacensis Abbas, Ludouicus Dux Bauariæ, Comes Palatinus, Hermannus & Fridericus, fratres, Marchiones de Baden, Gerardus de Diez, Otto Dux Merchaniæ Hermannus & Ludouicus, Comites VVirtenberih, Comes Ernestus de Willeseko, Berchtoldus Nobilis de Niffen, & filij sui, Heinricus & Albertus, Gerardus Comes de Rinek, Anshelmus de Iustine, Marschalcus Imperij, Waltherus Pincerna Imperij, Wernherus Dapifer de Bolandia, Dieto de Rauenspurch, Camerarius Imperij, & alij quam plures.

Ego Chuonradus, Metensis & Spirensis Episcopus, Imperialis aulæ Cancellarius, Vicedomini Sigfridi, Moguntinensis Archiepiscopi, & totius Germaniæ Archicancellarij recognoui.

Signum Domini Friderici secundi, Romanorum Regis, & semper Augusti atque Regis Siciliæ, &c.

Acta sunt hæc Erbipoli, &c. Anno Dñ. M. CC. XVI. regnante gloriosissimo Domino Friderico, Dei gratia secundo, Romanorum Rege & semper Augusto, & inclyto Rege Siciliæ, Anno Romani regni eius quarto, Siciliæ verò octauo decimo feliciter. Datum per manus Berchtoldi de Niffen, Regalis aulæ Prothonotarij, Anno prænotato Idus Maij, indictione quarta.

ADDI-

ADDITIONES.

Vide infra, sub Monasterio superiori.

Fundatricem agnoscimus huius Monasterij Dñ. *IVDITAM*, filiam *Boiorum* Ducis *Arnulphi* (non mali, vt vulgò sed falsò indigitatur, sed principis, iure merito inter optimos reponendi) *S. Henrici* II. Imp. auiam. Vid. General Ducum Boiorum.

Catalogus Abbatissarum *inferioris Monasterij*.

I. Dn. RICHITZA Com. de *Dornberg*. in Capella sepulta.
II. Dn. REINTZA Com. de *Atensperg*. sep. ad S. *Ioannem*.
III. Dn. RICHILLA Com. de *Neuburg*.
IV. Dn. VTTA Com. de *Mossburg*, ad S. *Ioannem* sepulta.
V. Dn. TVTA Com. de *Falckenstain* in Capella sepulta,
VI. Dn. HAILKA Com. Palat. à *VVittelspach*. sep. ad S. *Ioann*.
VII. Dn. BERTHA Com. de *Frontenhausen* ob. an. 1120.
VIII. Dn. FRIDRAVNA Com. à *Rittenburg*.
IX. Dn. TVTA de *Talmessing*.
X. Dn. HEILICA Com. de *Kirchperg*.
XI. Dn. IRMGARD de *Cheuiring* in Capella sepulta.
XII. Dn. MAECHTHILD. de *Henfenfeld*.
XIII. Dn. GERTRVDIS Com. à *Stain Norckatia*, in Capella apud porticum sepulta.
XIV. Dn. ELISABETHA de *Stauff*,
XV. Dn. IRMGARDIS à *Scheurn*,
XVI. Dn. KVNEGVNDIS *Henckhouerin*.
XVII. Dn. MÆCHTHILDIS *Gestlin*.
XVIII. Dn. CRIMHEID *Minzingerin*.
XIX. Dn. ADELHEIDIS à *Freydenberg*. sepulta in Capella.
XX. Dn. HEDWIGIS *Chröpfin*.
XXI. Dn. WILWIRCH de *Lobsingen*.
XXII. Dn. OFFEMIA de *Winzer*,
XXIII. Dn. ELISABETHA de *Eschen*.
XXIV. Dn. ELISABETHA. de *Schennauit*.
XXV. Dn. PETRISSA de *VVeidenburg* in Capella sepulta an. 1353.
XXVI. Dn. SOPHIA *Teckingerin* sepulta in Capella S. *Achacij*.
XXVII. Dn. BARBARA *Hoferin* in Capella sepulta.
XXVIII. Dn. ELISABETHA de *Raim* obiit anno 1391. in Capella sepulta.
XXIX. Dn. CATHARINA de *Eglofstein*. obiit anno 1413. in Capella S. *Achatij* tumulata.
XXX. Dn. HERZENLAVD de *Wildenvvart*. ob. an. 1427. in Capella S. *Achacij* sepulta.
XXXI. Dn. OSANNA de *Streitperg*, sepulta ad S. *Achatium* ob. an. 1444.
XXXII. Dn. VRSVLA à *Tauffkirchen*. ob. an. 1448. sepulta in Capella sancti *Achatij*.
XXXIII. Dn. OTILAI de *Absperg* ob. an. 1472. in Ecclesia circa Baptisteriũ sepulta.
XXXIV. Dn. AGNES *Nothafftin* ob. an. 1520. in eod. loco sepulta.
XXXV. Dn. BARBARA de *Rhain*, ob. 5. May, an. 1569. præf. Monasterio nostro annis 48. mens. 8. & die vno.

XXXVI. Dn. ANNA à *Kirmbreuth* ob. 7. Octob. an. 1698. præf. Monasterio an. 29. septiman. 21. sepulta ante altare S. *Erasmi*.

XXXVII. Dn. CATHARINA *Scheufflin*, præfuit ann. 7. sept. 7. dies 2. obiit ann. ã 605.

XXXVIII. Dn. EVA ab *Vrhausen* ob. an. 1616. die 8. Nouembr. præfuit Monasterio an. 10. mens. 10. dies 18.

XXXIX. Dn. MARIA de *Salis*, quæ nobis hanc designationem liberaliter communicauit, ad multos annos viuat & præsit diu feliciter.

NVNNBERG.

MONASTERIVM Monialium nobilium, extra muros Salisburgen. ciuitatis in vicino colle situm, & Nonnarum montis vocabulo cognominatũ, cœpit anno Domini circiter 585. In numero annorum variant Chronica Salisburgensia. Certum autem est, Theodopertum, Ducem Bauariæ, fundatorem huius Cœnobij, Anno Domini 576. obiisse. Sanctus enim Rupertus primus, Salisburgensis Episcopus, ex Regum Galliæ, Ducumque Scotię stirpe oriundus, pro sorore sua Erntruda, quam aliàs suam Neptem vocant, Oratorium ibi initio construxit. Ad quam piam Virginem, cùm aliæ quoque deuotionis ergò accessissent, quę virginitatis conseruandæ studio solitariam vitam elegerant, mox præclarum Cœnobium vestalium puellarum factum est, fundatore ac dotatore prædicto Duce Theodoperto, filio Theodonis tertij huius nominis, qui ambo tàm pater, quàm filiùs, vnà cum suis Successoribus, Ducibus Bauariæ, Episcopatum Salisburgen. primo instituerunt, ac liberalissimè collocupletârunt. Catalogum Abbatissarum proponit *Bruschius* in centuria Monasteriorum.

HOC Cœnobium antiquitus Cella dictum, bellicis tumultibus, incendio ac rapinis vastatum, reædificatum, & quasi de nouo fundatum est, ab Henrico secundo Imperatore, absolutumque est, Anno 1041. quo ara maxima cum aliis duabus in crypta sitis, per D. Balduinum, Salisburgensem Archiepiscopum consecrata est.

NVMERVS hic non concordat cum Chronica Episcoporum Salisburgensium, vbi habetur, VValdvvinum siue Balduinum, sub Heinrico tertio, ann. Domini 1045. factum esse Archiepiscopum, prę fuisse eum 20. annis. mortuum Anno Domini 1605.

ADDITIONES.

DE huius Monasterij constructione Liber M. S. cuius iam aliquoties mentio à nobis facta est, sic narrat: Cæpit aũtidẽ Beatus Pontifex (*Rupertus*) vnà cũ consilio & voluntate Domini *Theodovverti* Ducis in Superiori castro sępedicti *Iuuauensis* opidi construere Ecclesiam ac Monasterium sacris virginibus ad habitandum in seruitio Dei & sanctæ *Mariæ* matris Domini. Et peracta Ecclesia consecrauit eandem, Domino in honorem eiusdem S. Dei genitricis *Mariæ*, posuitque ibidem per licentiam & voluntatem Domini *Theodoberti* Ducis Christi ancillam Deo sacratam neptem suam *ERNDRVDEM* cum aliis Deo deuotis feminis, in seruitium Dei & S. *Mariæ* virginis Christique genetricis. Et ipse Dux pij studij, & ob voluntatẽ Dei omnipotentis tradidit ibidem in alimoniam ancillis Dei, & in mercedem genitoris sui ipsius villam quę vocatur *Einheringa*, cum commanentibus ibidem seruis, & aliis exercitalibus hominibus xxx. cum

cum omnibus quæ habebant super fluuium *Saln*, ad idem puellarum Monasterium Dei Monasterium deseruire. Ex Orientali siue Australi parte iuxta publicam viam, quæ tendit in *Talgeun*, & sic ad *Esselbanckh*, deinde locum, qui vocatur *Labuseulo*, & sic ad *Elmpach*, & indē medium lacum qui vocatur *Parnsee*, & sic ad *Zinckenpach*, & sic ad *Tilmpach*, de ista parte lacus meridiana pleniter omnia in foresto frui deberet ad istam sedem *Inuauen:* Itē de istoflumine qui vocatur *Salzaha* de illa petra quæ respicit contra Ecclesiam S. *Martini*, quæ sita est in castro *Inuauensi* nulli liceret sine licentia huius sedis Episcopi piscationem habere, vel castores apprehendere, siue vllam exercere venationem, nisi tantum vni piscatori dominico.

Bruschius, in suo de Monasteriis Catalogo, opere quamuis imperfecto, non tñ contemnendo, Monasterij Montis *Nonnarũ*, mentionē facit, & Catalogum refert Abbatissarũ, à D. Marco Tacio, Poeta Iurisconsulto, & Cameræ Imperialis Assessore sibi cōmunicatũ: sed illo suo loco relicto, aliũ nos, certioremque exhibemus, quē abbatissę nuper defunctæ Mariæ Meringerin beneficio nacti sum⁹.

Catalogus Abbatissarum Montis Monialium Salisburgæ.

I. S. ERENTRVDIS S. *Ruperti* soror prima præficitur abbatissa per fratrē c. circa an. Christi DLXXXV. pręt. an. aliquot. vitæ sanctimoniâ & miraculis insignis. Qua defuncta, de successoribus eius & Monasterij statu per annos c. D. nil certi constat; vsq; ad tempora S. *Henrici* Imp. qui Monasterium bellis inter medio tempore ac incendiis penitus desolatum restaurauit: illudque per *Hartvvicum* Archiepiscopum in sua præsentia dedicari fecit: quo etiam tempore S. *Erenthrudis* è priori sepulchro, in quo hactenus requieuerat, magna cum reuerentia & honore subleuata, in crypta tẽpli, vbi hodie tumulata cernitur, translata fuit. Hinc apparet error *Bruschij* haud exiguus, qui dedicationem templi huius Monasterij, ab *Henrico* 5. restaurati *Waldvvino* Archiepiscopo attribuit, id quod Chronologiæ omnino repugnat. S. enim *Hartvvicus* Archiepiscop⁹ præf. ab A. C. CMXC. vsque ad. an. c. MXIII. *Waldvvinus* aũt electus an. MXLII. an. c. MLXI. diem extremũ clausit. *Annal. Salisburgen.*

II. WIRIADIS. Archiepiscopi *Waldvvini* germana soror, secunda à S. *Erenthrude*, prima autem post restauratum Monasterium electa an. c. M. abbatissa an. circiter XXVII. iuxta nonnullorum sententiam Monasterium rexit an. XXVII. obiitque an. M. XX. VII.

III. DIEMVDIS.

IV. ELISABETHA.

V. MARIA.

VI. ELISABETHA el. circa an. Dñi MLIX. consecratur ab Archiepisco. (po Baldvvino.

VII. IVLIANA

VIII. WIRBVRGIS al. Wirbyrgis plurimis annis præfuisse traditur circ. an. Dn. M. CC. XXXV. defuncta. In ambitu monialium, iuxta portam geminam reperitur lapis, in quo hæc solummodo excisa sunt verba: Wirbirgis abbatissa plura non liquent.

IX. GERDRVDIS de Lapide, el. vt nonnulli volunt an. c. MCCXXXV. vel XXXVI.

X. DIEMVDIS nata ex Cõitib. de Soñenberg. præfic. circa an. Dn. MCCXLIX.

XI. DIEMVDIS de Velben. præf. temporib. Archiep. Friderici à Walhen. ob. iuxta Epitaph. an. MCCLXX.

XII. HILTA pia & deuota mater, præf. an. circiter 14. vel 15. Epitaphium illius hæc solummodo verba refert. HILTA abbatissa.

XIII ELISABETHA Citissa à Suñenburg ob. an. MCCCVII. in die Epiph.

XIV. MAR-

Vide omnino Catalogum Episcoporum Salisburgen. Sent. leū D. Camisij. Bruschi & Gelbm.

XIV. MARGARETHA à Gebing, al Giebing. el. an. M. CCC. VII. post regimen annorum XIV. defuncta an. M. CCC. XXI. VIII. Id. Maij.

XV. ANNA de Perchain, vel Pernaim. al. Perchkaim ob. an. M. CCC. XXIII.

XVI. DIEMVDIS à Polhaim, lapis hæc incisa verba repræsentat: **Hie ligt begraben Fraw Diemund geborne von Polhaim/Abtessin auff dem Nunberg/vñ vil ander Abbtessin mehr/den Gott genedig sey.** Hilta Abba. &c. ex quo colligitur plures alias Abbatissas sub hoc lapide conditas iacere, quæ propria Epitaphia non habent.

XVII. DIEMVDIS â Wartenfels, ob. an. M. CCC. XLIV.

XVIII. ANNA Gratzerin, al. Grasserin.

XIX. ANNA à Weitzeneck vel Weisneck def. XXVI. Nouembr. ann. M. CCC. LXVII.

XX. CATHARINA à Schernberg ob. an. M. CCC. XXVIII.

XXI. ANNA de monte Liliorum, Lilienperg, al. Libmperg, præf. an. II, ob. an. M. CCC. LXXX.

XXII. CATHARINA à Bernöck, rex an. VIII. def. an. M. CCC. LXXXVIII.

XXIII. DIEMVDIS dicta Schönstetterin, ob. an. M. CCC. XCIII.

XXIV. MARGARETHA de qua plura non reperiuntur.

XXV. CATHARINA de Schellenperg, sic vt quidam opinantur.

XXVI. ELKEBA.

XXVII. MARGARETHA de Pernêck. ob. an. M. C. DIV.

XXVIII. GERDRVDIS Reüttenbergerin præf. an. XIX. ob. an. M. C. D. XXIII.

XXIX. ELKEBETA vel. ELKEB. præfuisse dicitur an. IX. Epitaphium habet: ELKeb Eckharin. ob an. M. C. DXXXII. in die Alexij.

XXX. GERDRVDIS de hac vltra nil reperitur.

XXXI. ANNA Geiganterin ob. an. M. C. D. XXXIX. die 14. Nouembr.

XXXII. ANNA Panicherin el. an. M. C. D. XXXIX. præf. ann. VII. ob. an. M. C. D. XLVI.

Interserunt nonnulli IVLIANAM. abbatissam; de qua neque in Monasterio quicquam reperitur, nec Bruschius eius mentionem facit.

XXXIII. AGATHA ab Haunsperg successit Annæ Panicherin præfuit ann. XXXIX. ob. an. M. C. D. LXXXIV.

XXXIV. DARIA Panicherin, rex. an. XXI. def. an. MDV.

XXXV. REGINA Pfeffingerin præf. an VIII. resign. & ob. iuxta Epitaph. an. M. D. XVI.

XXXVI. VRSVLA Traunerin præf. an. XXV. ob. an. M. D. XXXIX.

XXXVII. VERONICA de Waltprunn. rex. an. XIII. ob. an M. D. LII.

XXXVIII. ANNA Paumannin præf. an. XIX. ob. an. MDLXXI. die 26. Octobr.

XXXIX. BENIGNA Guttraterin præf. an. XVII. resign. & ob. an. M. DXCIV.

XL. ANNA Püttrichn à Stegen rexit an. circiter XII. ob. an. MDC.

XLI. CORDVLA Mundtenhamerin el. an. MDC. præf. ann. XIV. ob. ann. MDCXIV.

XLI. MARIA Meringerin suis omnibus pia mater, & desiderata obiit die 27. Aprilis. an. 1620. ætatis anno 40. regiminis sexto.

MARIA MAGDALENA, vnanimi totius Conuentus electione in prædefunctæ locum sufficitur die 30. May, annum ætatis agens sexagesimum sextũ; cui omnes à Deo vitam precantur & felicitatem.

INDEX

INDEX TOMI SECVNDI
METROPOLIS SALISBVRGENSIS.

A.

Abtsdorff. 2. 24. 27. 32. 46. 499.
Abensperg Eccles. S. Barbaræ. 424. Oppidum. Domini in Abensperg. 224 288.
Accusbach. 13
Adalbero Episcop. Bambergensis. 358. B. Adalbertus Abbas. 362. 370
Adelboldingen. 27
Adelhardesgaden. 206
Aduocati Monast. German. 6. 36. 141. 277. 297. Remoti aliis substitutis. 384. 386. 389
Aenisa flu. 17
Aenisprucka 7
Aerting. 119. 120
Aeutingen. 507
Affalterbach. 37. 39. 40
Agasta flu. 365
Agnes Abbatissa. 394. monialis. 103
Ahornica mons. 13
Aicha. 27. 206. 248.
Aichkürchen. 206
Aittenpach Eccles. 532. 537. 534
Aitterhouen. 360 373
Akespach. 27. 46
Albernus locus 501
Alberspach. 57
B. Albertus Confess. 54. 56
Albertus de Hals excom. 8
Albert. Magni patria. 527
Albertus IV. Dux Bauariæ corpus S. Arsatij & Canon. ex Illmünster transfert Monachium. 415. 478. & seqq.
Albertus V. Dux Bauariæ fundator Soc. Iesu Collegij Ingolstad. 398. cum seqq. Monach. 399. 400. 401. 402 & 404.
Albrantsperg. 119. 120
Alburch. 367. 534
Aldorff. 18
Alnchouen paroch. 533. 534
Altaich inferius. 1. status Bauar. deß Prælaten Standts nequaquam immediatè subiacet Imperio. 2. 35. Damnum patitur à suis Aduocatis Comit. de Pogen 3. Remoti ab Aduocatia, constituti Duces Bauar. 3. 4. Feudú Episc. Bamberg. 4. igne conflagrat. 5.
Altaich superius 1. 49
Alten Capellen Ratisbon. 87
Alten Münster. 81
Altenhohenauu. 78. 80. 134.
Altenhouen paroch. 532
Altmannus Episcopus Patau. & Agnes Augusta fundat. Monast. S. Nicolai. 530. & seqq.
Altmünster. 88
S. Alto Abbas. 81. 83
Altonis Monast. 81. indulgentiæ ibidem. 85
Altorf Monast. 81
Altum. 206. 208
Alungesdorf. 205. 206
Andechs 93. eius reliquiæ. 93. 96. 98. Sacramentum miraculosum. 96. 99. indulgentiæ 97. Processiones. 100. Comites Andecessens. 140. 259
Andorf Eccles. 303
S. Andreæ Collegiat. Eccles. Frising. 106
Angar Eccles. 243
Anger Monast. 102. Reformat. 103. & seqq.
Aneua. 136 177. 178.
Annonæ vilitas. 136
Anselfinga. 18
Antonius Eremita miserè perit. 347
Ab Antorff & Loysa Comites vnde orti. 139. 140. multa Monasteria ædificant. 140. 143. religiosam vitam amplectuntur. 143
Arlsdorf. 232
Arnhart salt. 265
Arnoldus Bauar. Dux. dictus malus. 2. 147. 259. Com. Schyren. impius 96. Tyrannus 517. 518 586. Commendatur 147. 593. obiit anno 937 pag. 148. vbi sepultus. 361
Arnouue. 164
S. Arsatius. 415. eius translatio, ibidem, & 478
Aschotingen. 255
Asingen. 27
Aspach. 111. 532. Bis exustum & spoliatum 111. 115.
Atila Aetil. 118. 119.
Attenhouen Eccles. 517
Attergouua. 116
Attersee. 112
Auares, Pannonij. 1
Auaritiæ pœna. 151
Auentini errores. 148. 153. 200. 213. 276. 317
Augustin. Eremit. Monaster. in Bauar. 344
S. Aurelia, 361
Austria hodie olim Pannonia. 1. diuiditur Bauaris ibid.
Auu 128. 292. in der Aw. 234
Axes. 242
Azenpreg. 60

B.

Babo Com. Schyren. 362
Balduuinus Archiepiscopus Salisburgen. 594. & seqq.
Bamberg. Episcopi iura olim in Monast. Altahæ infer. 2. 3. 4. 53. in Aspach, 111. & seqq. in Biburg 205. 207. 208. in Malhartsdorf. 457. 462. in Münchmünster. 518. 524
Basil. Concil. Bulla in violateres immunitatis Eccles. 444.

Batrigsperge. 60
Bauariæ status tres 95. ab vrbibus imperialibus vastatur. 225. diuiditur in parochias. 363. eius vltimi Duces è stirpe Caroli magni qui interierint. 147. 148 fundat. & benefactores Salisburg. Archiepiscopatus. 594. dignitates post Duces olim præcipuæ. 148
Begema. 18
Bellum inter Comit. à Pogen & Ortenberg. 3. 111. 115 inter Boemos & Bauaros ibidem. inter Comit. Vvirtenberg. & Vlmenses. 186. inter Otton. Duc. Bauar. & Otton Duc. Meraniæ. 142. inter Episcopos & Duces Bauar. 500. inter duos Duces Bauar. 214. inter Duces Austriæ, Bauariæ & Salisburg. Episc. 153
Beneficiorum Ecclesiæ pluralitas. 440
Berchahe Eccles. 208
B. Berchtoldus Monachus. 344
Berbhtoldus Com. Schyren. IV. Bauariæ Dux. 147
Berchtoldesgadens. 152. exemt. 176. 189. 190. & 173
Bergæ Ecclesia. 203
Bergen monast. 147
Beringarius Com Sulzpacen. 155
Bernried monast. 149 reformat. 151. 152
S. Bertha. 220. 221
Beugen Eccles. 533
Beurberg. 135
Beurn. 139. Multa passum à bellis & incendiis 142 146.
Beyharting. 133
Biburg. 199. Combustum 201. 215. Domini de Biburg. 200. & seqq.
Bicterpus Episcopus August. 143
Bicloha flu. 10
Bingen. 27
Bittingen Eccles. 208
Bleckenstain. 40
Bæbzenhusin. 204
Bochbach. 13
Bocherpruck Capella. 395
Bocinsrugke. 156
Behemisch Brucck. 370. 381.
Baitra flu. 555
S. Bonifacius. 81. 140. 143 360
Boso primus Præpositus in Gars. 126. 131
Botzen, Botzanum. 206. 208. 263.
Brezinich eremus. 36
Bribinus Dux. 15
Brittenpach. 107
Bruggberg Eccles. 208
Brugge Eccles. 208
Brunna Capella. 265. 267.
Bruschij errores. 147. 290. 246. 253. 393. 525. 595.
Bruttingen. 239
Bucinbura. 20
Buckin. 518
Buechouen. 18
Buehe Eccles. 208
Buldin. 267
Busnich mons. 367

C.

Cæsarea monast. Raysheim. 216. 225
Cæselbachesreuten. 27
Carcer equor. Notstall. 452
Carinthiæ Duces. 352
Carmelitæ Strubing. 223. Aberspers. 224
Carnodun. Sylua. 274
Carolus Magnus. 1. 9. 360 375. 502
Cennpha. 555
Cassen Eccles. 27
S. Castulus. 505. eius translatio. 504. 508. 515
Catuli, die Welffen. Comit. 83
Cecles. 206
Ceholfing. 46
Cella. 22. 17. 46
Celle. 60. 232. 233
Cella Augea. 43 47
Cerahoff. 22
Cham. vide Kam.
Chansee. 47
Cheines. 207
Chiehach vide Riebach.
Chiemens. Episcopatus. 231. insula 232. monast. Dominorum. 134. monial. 240. combustum. 245
Chirhaim. 265
Chirichdorff. paroch. 232
Chiristettin. 16
Chrizenkirchen. 52
Chruzolben. vall. 232
Chunispach. 156. riuus. 177 178
Chuno Episcopus Ratispon. 518
Chunradus Abbas Manseen. 500
Chunzen. 16. vet. Quintiana Eccles. 27
Cidalaribach. 17
Cingulum B. M. Virginis. 98
Circknarn. 60
Citerstal. 233
S. Claræ Ratisbon. 245
Cochelensee monast. 143
Codices duo vetustissimi. 517. alij. 213. 214.
S. Colomanni Capella in incendio seruatur. 371
Comitatus, Comitiua, Comitia. 153
Conradus Abbas Biburg. à suis persecutionem patitur 210
Conrado Regi Ratispon. insidiæ structæ. 379
Cordula Abbatissa. 395
Corona cœli in Norico. 259
Crater vulgò ein Napff. 452
S. Crucis Ratisbon. 246
Cuppua salis. 69
Curiam, Curtis Dominicalis. 461. villicalis. 506. regalis. ibidem.
Curzense forestum. 189

D.

Dagodeos marcha. 17
Damasia. 260. Comites Damasiani. 118. seqq.

Danubius .17. alibi deriuatur. 50 55
Decimarum exactio. 201.214.215
Diepoldus Marchio de Vochburg. 516
Dieſſen. 259 ter fundatum. 259 ter reformatum. 269. 270. 271. combuſtum. 260
Dietramszell. 252. Dietramus primus ibi Præpoſitus 253.
Diezenpach flu. 156.177.178
Dintenhuſen Eccleſ. filial. 528
S. Dionyſius Areopagit. 360
S Dominici monaſt. in Bauar. 344
Dorffen. 107
Dürnpuch. 206
Durrenhauſen. 390

E.

S. Eberhardus paſtor. 528. D. Eberhardus I. Epiſc. Salisburg. 200.210 Eberhardus II. Archiepiſc. Salisb. 235
Eberperg. 164
Eberſperg caſtrum. 274. monaſt. ibidem conflagrat. 284. PP. Soc. Ieſu attribut. 285.410
Ebersvvanch. Eccleſ. 532
Eboracenſe monaſt. 74. & ſeqq.
Ebrach flu. 119
Egavvibre. 208
Egling Capell. S. Blaſij 262
Eglingen Eccleſ. 303 306
Eglingerfurt. 252.253.254.255
Eguveil. 206
Ehehafftreidung. 451
Eholfingen Eccleſ. 319
Eicha. 204.208
Eiſenprunn. 292
Ekkiriskirch. 40
Elimalben. 232
S. Eliſabethæ Cella. 55
Ellenhardus Epiſc. Friſing. 108
Ellingen hoſpital. 169
Engolſtad, infra Inglſtad.
Eniſa flu. 11
Epfenhuſen Eccleſ. 387
Epiſcopi ſup. German. 586
Epbach. 150
Equites aurati emeriti in Etal. 296.299
Erding Eccleſ. 437
S. Erentrudis. Abbatiſſa. 594.595
Ergeſingen. 208
Ergoltinga Capell. 366
Ering. 116
Erlaffa flu. 367 372
Erlach 47. Erlbach Eccleſ. 27
Ernſingen. 206
Eſchenloh Eccleſ. 267.297.298.303.307.
Eſting. 288.291.
Etal. 296.389
Etlingen. 119.
SS. Euchariſtiæ miracula 55. 96 99. in latum cadit 345.
Euchendorf. Capell. 532
Euchenhauſen. 241.242
Eurshofen. 206
Excommunicationis executio. 430. cum ſeqq.

F.

Falco mons ad Alpes Noric. 501
Felba. 193
Ferdinand. Duc. Bauar. Coadiutor. in Berchtolsgaden. 196.197
Feulenpach. 356
Fladnitza. 36.38.40.42.44.47
Flinſpach, Flinſtereh. 2.7.8 ſolo æquatur. 22.37. riuus. 40.
S. Floriani die monaſt. Eberſperg combuſtum 289
Flozzen caſtr. 156.160.162.163
Fœminæ non infeudatæ. 362.368.376
Forchenbach. riu. 37. lis cum Suben componitur. 323
Frâmering Caſt. 57. aliter Vrâmering. 74
S. Franciſci monaſt. in Bauar. 343. Franciſcani viri præſtantes in illis ſepulti 344.341. eorum monaſt. Monachij conflagrat. 345. ibidem indulgentiæ ibidem.
Frawenwörd. al. Fr. Chiemſee. 240. vnſer Frawē Aw. 36.41. & ſeqq.
Fraundorf. 241.242
Fridlfingen. 241.242
Frieting. 267
Friſing. Epiſc. Aduocatiæ & feuda. 506
Fronchouen. 160.162.163.241.242
Fulminata turris in Pogen bis. 55. tres pulſantes in Altha ſup. 56
Fürſtenfeldt. 327
Fürſtenzell. 237
Futerſamung procurat. pabulorum. 70

G.

Gainkhouen Domus Equit. Theut. B. Mariæ. 351
Gamershaim templum dedicatum. 253
Gars. 128. Garſten. 129
Gauboldus primus Epiſc. Ratiſpon. 360.363
S Gearij Huſen. 164
Geberiſchefurt. 163
Gebehardus primus Præpoſitus S. Magni 448.450. & ſeqq.
Gebruttesruit. 156
Gegkenbuint. 255
Geimbach Eccleſ. 329
Geinge. 164
Geirſtal. 7.71.358
Geiſenfeld. 352. bis vaſtatum. 354. reformat. ibid.
Geislingen. 107.164.
Gelich mons. 177.178
Gelielfen. 156
Gelouinda. Abbatiſſa. 140

Georgius Marchio Moraviæ Monach. Cassin. 362
Georgian. Seminarium Ingolstad. 417.422
Gerpirga Abbatissa. 241
Gerpirga Ducissa Bauar. 148
Gerute. 119
S. Gisala Abbatissa. 285.388
S. Gisala Ducissa Bauar. 589
Gloeniz flu. 312
Gneünsendorf. 60
Goldenlache. 278.180
Golzenberge. 208
S. Gothardi mons. 2. Eccles. 27.40
S. Gothardus Abbas Altach. Episc. Hildesem. 215
Gotsbald Abbas infer. Altahæ Episc. Herbipolen. 15.
Gotszella. 357
Gotszolting. 22
Grachenbach. 27.40
Gramandorf. 255
Gramelsdorf. 11
Grangia. 60
Grassaw. 239
Grauengaden. 256
Grayspach. Com. 525
Gregorius Episc. 585
Gretting. 156
Grie Eccles. 27
Grieslett Capell. 359
Guestetten Eccles. 120.121.123
Griezkirch. 532.534.569
Griezpach. 204.205.206
Grisinstain. 119
Guldun. 204.205.208
Gulielmus IV. Dux Bauar. Soc. Iesu in Bauar. introduxit. 398.405
Gulielmus V. Dux Bauar. fundat. Soc. Iesu Domum Oeting. 403. Calleg. Monach. 405. & seqq. Corpus S. Castuli & Canon. Mossburgo Landishutam transfert. 508. & seqq.
Gumprechtingen. 59.60
Gundelfingen. 59.302.306.309

H.

Hadawich mons. 37.39.40
Hademaringen aduocatia. 297
Hadrian. PP. Decretum contra Aduocatos in Monaster. Germ. grassantes 6.
Hædern. S. Martini. 270.273
Hæzechouen. 204.206
Hagenaw. 245
Hagenhûl Eccles. 289.294
Haibach. 385.482.486
Haida. 50
Haidwang sylua. 212
S. Haimeranus. 360. 374. monast. 360. status Imperij 368. exempt. 364. Duces Bauar. Aduocati 368. sæpe incensum ibid. Monachi peste absumpti. 371
Halla. 27. 179. aqua Salis Halle. 206. Bauariæ. 208
Harde. 255
Hartlanden. 206.208
Hartkirchen. 534
B. Hartmannus Episcopus Brixin. 239
Hartwicus primus Præpositus in Diessen. 266
Hautto, vel Hantto. Episc. Augusti. 249
Haymshofen. Eccles. 151
Hebingen. 158
Hegenwang. 204
Heilica Abbatissa 585.588
Helffendorf. 255.360.372
Hemma Comitissa. 392. Regina. 361. & seqq.
Hengersperg, Helingersperch. 2. arx. 6. Gericht 9.23. 26. oppidum. 47
Henricus S. Imp. 2. 21. seqq. 87. 249. 499. 504 524. 525 527. 585. 586. 588. 589. 590. 594. 595
Henricus primus Bauar. Dux. 361
Henricus II. Bauar. Dux rixosus. 361
Herberg vulgò, Nachtsölde 70
Heringen. 112
B. Herluca. 149.150
Hermansdorf. 259
Hermannus Episcopus August. 247.251.259.266
Heroldus Archiep. Salisburg. 367
Herrnhof Ingolstadij. 1
Herrn Chiemsee. 234
Herseingen. 204
S. Hilarius Episc. Pannon. 524. seqq.
Hildricus Rex Francor. depositus. 362
Hirlpach. 206
Hirzperg. Comit. al. Hirschberg. 525
Hochenalb. Eccles. 123
Hochenaua. 78.80.119
Hothendorf. Eccles. 387
Hochenkirchen. 394
Hochense. 27
Hochenrieden. 247
Hochenwart Monast. 392. paroch. 532. olim arx. 392. 393. combustum & spoliatum sæpe. 393. reformatum. 395. 392. eius Reliquiæ. 392. 393. 395. Ab Hochenwart Comit. 391. & seqq.
Hofhaim. 241.242.
Hofhaim Eccles. S Ioann. Baptistæ. 390
Hofkirchen. 22
Hofrate. 532
Holernberch. 37
Holernpuch. 40
Holzeperch. 206
Holzhausen. 107
Honding. 50
Hônhard. 126
Hörlpach. 203
Houen. 232.233
Houenstetten Eccles. 387
Hirabagisreût. 16
Hugolfing Eccles. 297.298.307

Hûldricus vlt. Francor. Rex ex Merouing. Ratisbon. sepult. 362
Humbliæ. 107
Humel sup. & infer. 507
Hungarorum & Hunnorum irruptiones anno 955. pag. 274. 415. 140.
Hurrula. 17
Huttarn paroch. 537

I.

S. Iacobi Scotor. Monast. Ratisbon. 396 quando consecratum 364
Iahperg mons. 232
Iahserperg Eccles. 232
Iallingen. 27
Ibyssa. 17
B. Ignatius de Loyola Soc. Iesu fundator. 398
Ileun arbor. 24
Illmünster 415. transfertur Monachium ibidem 478 486. & seqq.
Ilmus flu. 415
Inbiunt. 206
Inchendorf Eccles B. Mariæ. 390
Inebuint. 208
Ingolstadium, Ingoldestat, Engolstad, 1. templũ S. Mauritij consecrat. 7. 11. Eccles. 27. 46. Vniuersitas Ingolstad. 416 Eccles. B. Virginis. 424. Capella S. Saluatoris inter pontes Ingolstad. 426
Inkhouen Eccles. 333
Inneheim. 112. 113
in Insula Capell. S. Mariæ Magdalenæ 534
Inwertaigen. 116
Inundatio aquæ. 215
S. Ioan parech. 232
S. Ioan. Baptist. Colleg. Ecoles. Frising. 435
Iouel. 178
Ips flu. 367. Ibyssa. 371
Iringesberch. 263
Irlbach. 27 46.
Irrigarda Abbatissa. 241
Iserhoua. 8. Eccles. 27. 46.
Isiniſca flu. Isenischus Ism. 441
Ism vel Isn Colleg. Eccles. 440
Ismaning. 437
Ismaningen. 55
Isoluingen Eccles. 120. 121. 123.
Ittling. 55
Iudæorum Synagoga Ratisbon. 378. persecutio. 136
Iuditha Ducissa Bauar. 148. 368. 589. 593
B. Iuliani Reliquia. 392
Iungi Comitatus. 153

K.

Kadingen. 27
Kagore. 50
Kam Alb. Alram de Kami. 60. 61. 74
Kaste. 60
Kaufring. 259
Kaysershaim vel Kayshaim. 216
Kazpach riu. 119
Keloerispach. 37. 39. 40
Kelheim cast. obsidetur 448. 449. 453
Keschingen. Keskin. 206. 208
Kimerperg. 119
Kirchenzell. 90
Kirchfarten auff den H. Berg. 100 101.
Kirchheim Eccles. 259
Kirchperch, Kirchberc castr. 8
Klingenreüt. 253
Kolomanbach. 143.
Kromstegen. 152
Kranzij error. 5
Krembsmünster. 4
Krappenhouen Eccles. 289. 292
Kürbach Monast. 246. restaurat. & reformatum. 251
Kundel. 278
Kyzra. 17

L.

Laens. 206
Landauue Eccles. 53
Landauu Eccles. 434
Landshut Eccles. 432. fit Collegiata. 508. seqq. eius indulgentiæ 512. Præpositi priuilegia. ibid.
Laneskirchen. 255
Lanzenhusen Eccles. 206
Lauffe. 50
Laureacens. Capell. S. Mariæ. 538. 563 534
S. Laurentij Eccles. 232
Lautterpach aduocatia. 297
Lauuingen. 303. 306.
Leipfaha. 40
Leipfluſa. 37. 38 40.
Lennes 208. Laens.
S. Leonardi Domus Teutan. milit. Ratisbon. 88. templum in Inkhouen. 333
S. Leopoldus Marchio Austriæ obiit anno 1136. pag. 57.
Leusach, al. Loysah flu. 143
Liechtenthal vall. 234. 241. 242. al. Leuckenthal.
Linden 204 Lindin. 206. 208
Lintach sylua. 380
Lintkirchen. 206. 208
Lobesingen. 204. 206. Eccles. 290. 291.
Lolung, Loting. 27. 46.
Ludouicus IV. Imperat. Bauar. fundat. & benefactor Monast. Anger. 100. Beyharting 134 Bernried. 151 Etal 296. Fürstenf. ld 330 336. seqq. Monacens. Eccles. D. virg 482. sepultus ibi, ibid. à duebus Franciscanis defenditur. 344 eius pater Ludouicus Franciscan. in Bauar. introducit 343. Coniugem adulterij falso suspectam occidit. 327. pro panitentia fundat Fürstenfeld Monast. ibid. sepultus ibidem cum suis 328. Filius eius hastiludio perit. ibidem

Luipoldi Comitat. 366
Luntishusen. 208
Lutinhouen. 263
Lutterpach. 164

M.

Mâchtersdorff. 203.104.
Mæching. 267.303.306 309.521.
S. Magdalenæ ordo mutatur. 245
S. Magni Monast. 448
Magorum corpora Constantinopoli Mediolanum translata. 415
Malharstorff. 456
Mangoltingen. 23
Mansee. 499
Marchanstein. 4
Margaretha Abbatissa. 525.526
Mariæ cella monast. 467. eius indulgentiæ 469.472. reliquiæ 471. Mariæ Angeæ cella apud Flandriz. 36. 41. seqq.
S. Mariæ mons 52. imago in Etal. 296. templum Ingolstad. 416
Maria Ottonis Comit. de VVolfratshusen fil imperatrix Græcor. 98
S. Marinus Scotus Episc. 528
Marora. 206
B. Marquardus. 346
S. Martini de Cellis Eccles. 259
Martini Pontificis Bulla contra violatores Ecclesiasticæ libertatis. 543
Mattechouen. 112.498
Mattsee. 498
Maximil. mader. Bauar. Dux fundator Domus Societ. Iesu Oetingæ. 403
Mediolan. Archiepisc. 415
Melbach. 50
Menna. 50
Merenberch. 104.206
Metten 501. al Medema. combustum. 503
Mettma. 38
Mettmenhusen. 27
Michelbeurn monast. 339
Mischenried Eccles. 267
Mittenfels Eccles. 52
Moching Eccles. 517
Molte parech. 532
Monacen. Eccles. Colleg. B. Virg. 478
Monacen. urbis incendium. 345
Monasteria multa ædificantur anno. 740. pag. 140. eadem mutantur quoad ordines. 279
Möringen Comit. 297. 302. 303.306.309.
Mortinhouen. 208
Mos prædium. 9
Mosa turris. 8
Moshaim. 78
Mospach. 177
Mospurch. 504.506. 508.515 516
Mozenhouen. 204.206.
Muthaw. 18
Münchreut Eccles. 534
Münchsmünster. 516
Mundiburdium. 10.22
Mundrichinga. 2. Eccles. 9. 23. 26. 46. 47. 263
Münsing Eccles. 259.263.
Münster Eccles. 72.73.242.
Muorach Comitat. 352. Comites. 352.355.356.
Murhaim. 164
Murnavv. 298.313.389.
Mystrica ritualis. 13

N.

Nachtsoeldt/Nachziel. 70
Namsee. 206
Nardina. 265
Nauanz. 206.208
Nauavvinda. 17
Nauffinna. 38
Nauisse. 208
Neuburg monast. ciuitas. 524. 528. olim Episcopatus ibid. arx ædificata. 526
Neuburg ante syluam Bohemicam. 246
Neukirchen Eccles. 318.532.555
Neezellpach. 2731.46
S. Nicolai monast. 530
Nidernburg. 585
Niderumünster. 389. ei olim subiectum monast. Malhartsdorff. 457.460.461.
Nidernhaim. 156.160.162.
Nidernobernhausen Eccles. 73
Niunhusa. 18
Nordgavv. 366
Nordilinga. 366
Nordvvald. 2. 36. 37. al. Nardvvald 365. eius pars est Hard. 57
Northertus Episcopus Curiens. 385.394.
Noua Cella Newstifft bey Freysing. 527. bis conflagrauit. 528
Nunnperg. 594
Nunnvvard. 241
Nuzzedorf. 164

O.

Oberanhaus. 22
Obernhouen. 209
Obernpärbing. 246
Obernprugge. 209
Oede. 50
Oetingensi Cœnobio donatum Mattsee. 498
Oettinga. 18.21.22.27.
Olmsperg. 156
Oparinhusa. 18
Otto Card. August. 109
Otto Frising. Episc. 527.528
S. Otto Episc. Bamberg. ex famil. Comit. Andecens. 265 obiit anno. 1139. pag. 57. var. monast. benefactor 57. 99. 111. 200. 202. 204. 259. 265 517. 518. 520. 524.

Onua. 233
Oxenpach. 203.206.208
Oxinsperg. 278

P.

Paël. 264
Palatini Bauar. 148
Palchingen. 241
Palding Eccles. 243
Palkingen. 27
Panholtzsylua. 357
Pannones vide Auares Hunni.
Parrus flu. 248. Eccles. Par. 422.423
Paulus Bernrieden. 151
Pebraha. 7.40.422.
Pefenhausen. 275
Peirbach. 27
Peisenberg. 263
Penningen. 112.113
Penzing. 60
Perchach. 204. apud Isaram. 206
Perchach. 203. Eccles. 206
Perchouen. 255
Percking Eccles. 95
Pergaren Eccles. 243
Peringen. 27.46
Pertholdus Com. de Andeß. 96.99.100. Marchio Istriæ 99
Pestis grassata in Monachis S. Haimerani. 371
Pettinheim Eccles. 130
Pfaffenhofen Eccles. 243
Pfaffenmünster. 501.503
Pfaffenwärdt. 234
Pfoling. 27.46
Phanes Eccles. 206.208
Pharmacopolæ error. 117
Phetrach. 203
B. Philippi Imp. 586.587
Piardorf. Eccles. 59
Piburg. 255
Pichach. 203
Pickenbach. 204.206
S. Pilgrinus Pat. Episc. 585.586.588
Pillengeshouen. 255
Piperara vill. 37
S. Pirminius Episc. Meten. 149.499
Pischeueshofen. 255
Pisenberg. al. Peysenberg. 263
Pittengoy. 206
Pittengouu. al. Peittengouu Comitat. 297. de Main Comit. 384
Plochtenstain. 37.40
Pobzenhusin. 204
Poeceskuncke. 177
Pogen forum. 50.54. à Pogen Comit. Aduocati Altach. infer. 3. Altach. super. 49. satisfaciunt ob illata damna. 6,7. vltimi familiæ. 3. Fridericus à Pogen. 54. Albert. à Pogen. 3.6.7.29. seqq. 50. 344. 330. 578
Pons lapideus Ratisbon. 451.452
Pontes Tesfennij. 260
Peschinge. 46
Posckisruggi. 178
Ponspoig. 275
Pottenhausen. 206
Prennberg. 467. seqq.
Prennebach. 60
Priem. 236
Prüel. 143
Prunnen. 255.259
Puobinchirchen. 164. Eccles. 164
Puoch. 204 205.206. Eccles. 241.243.255
Puochofen, 22. Eccles. 27.46.204.206
Puechperc. 50
Puolach Eccles. 206
Purch. 232.242
Putzcolben. 232

Q.

Quirinzingöuue. 16. Künzen.
S. Quirini Martyris translatio. 425

R.

Rain Capell. S. Mariæ. 390
Raitenpuch castrum. 354
S. Ramvuoldus Abbas. 361.369.
Randeckh. 389
Ranpolteshouen. 204
Rantlingen. 27
Rapperstorf. 203.204. al. Rappoltestorf. 206.208
Rapperzhouen. 255
Ratestetin. 50
Ratispon. Eccles. cathedral. translatio à S. Emmeram. ad S. Stephani Eccles. 363.364
Ratispon Episc. 363. S. Haimerav. monast. eis olim subiectum. 369
Ratispon. ampliata. 365. S. Haimmerano donata ibid. pons lapideus. 451.452
Rauuenstetten. 27
B. Razzo Com. 96.100.274.589
Rechsendorf. 47
Regeningen. 242
Regin. VVissenregen vill. 2 forum. 9. 27. 46. flu. 38. 39. 40.
Reteckingen. 242
Reliquiæ S. Felicis & Agapiti. 5. in monte S. Andechs. 96. S. Mariæ. 129. 98. S. Radegündis. 129. B. Iuliänæ. B. Richildis. 392. Monast. S. Mariæ Cella. 472
Restitutiones iniustè ablatorum factæ à Conrado Rege. 449. 452. 453. ab Alberto Comit. de Pogen. 50. 530 578
Retiens pag. vulgò Rieß. 366
Rettenpuech, al. Raittenpuch monast. 156. aduocatia. 297
Reute. 60

S. Richildis 392
Riechersdorff. 22
Riede. 21.50.119.
Rietenbuch paroch. 532
Rietenburg Comitat. 89
Rina. 206.208
Rinchoa. 2
Ringnagis riuus. 181
Riparia. 448 449 451.453
Risse. 278.180
Rorbach. 27.206
Rore. 112.113
Rörnach. 42
Rothaſia. 263
Rottal. 4
Rattehouen. 258
Rubelſtorf. 164
Rueg see Eccles S. Stephani. 380
S. Rupertus primus Salisburgen. Archiep. 398
Ruprechtshouen Eccleſ. 555
Rutteringen. 239
Rötzic mons. 372

S.

Sabiona. 206.208.
Sacramentum S. Gregorij. 97.99 100
Sacrilegia in Monaſt. Apach. 215. Dieſſen. 268. Hochē-vvart 303
Sagena. 152.
Salaſia. 16.39.156.177.178.179
Sal. pingiti. 16
Saler Eccleſ. 450
Salina. 69
S. Saluatoris Capella prope Altaha ſup. 55
Salzaha. 156.177.179.
Sandolfeshuſen Eccleſ. 206.214
Sante. 50.55.
Sapienzmünſter. 241
Sarauch. 232
Scalcopach. 16
Scannouuia. 366
Scapio. 22
Schamhaupten Monaſt. 285
Schampach. 206.208
Schellenperg. 193
Schellmaha. 18
Scheneues. 208
Schilgarn Eccleſ. 532
Schireuſis Comes Palat. Bauar. 148
Schiſma inter Monachos. 5.9.75.153.210.272
Schlehdorf Monaſt. 143
Schlierſee Colleg. Eccleſ. Monachium transfertur. 478 468 ſeqq.
Schmalcaldicum bellum. 393 395.527
Schmihen Eccleſ. 259.265
Scholunge mons S. Mariæ. 27
Schondorf. 259.263.265
S. hongauu Eccleſ. B. Mariæ virg. 424
Schonperge. 156.160.162.163.
Schopfloch. 467.468.
Schönſtett. 241
Schrempach. 156.177.178
Schuuein. 112.113
Sclauani. 11
Scotorum aduentus Ratisbon. 363
Scultaſie 22
Sebach. 37 40
Seekirchen. 233
Seffling Monaſt. 102
Seinachirchen Eccleſ. 500
Selhueben. 232
De Sempta & Eberſperg Comit. fundant Monaſt. Eberſperg. 274.278.281. Geiſenueld. 352. Aduocatus Beurn 140 vltimi huius ſtirpis 275. Adalbero 3. aduocatus Monaſt. Beurn. 140.275. ſit Monachus & Abbas in Eberſperg. 281
Sentilopach. 366
S. pulchrorum multitudo tollitur. 479
Seshapten. 145
Seuena caſt. 204 208.
Seuers. 206
Sibetho ex Epiſcopo Auguſtano Monachus in Keyſersheim. 394
Sichohesprunn. 255
Siffinchouen. 23
Sifnouen. 2
Sigmaris vveride. 14
Sakelingen. 104 204 208
Sindelsdorff Eccles. S Georgij. 396
Sinichen Eccl. 27
Sintzpuch ſylua. 355
Slogentzim. 16
Smidaha 18. riuulus 24
Snaite. 255
Societas Ieſu Monach. 404. Ingolſtad 398. vet. Oetinge. 403 Landſpergæ Dom. Nouit. 414
Sondergöuu. 367 373.
Spitz in Auſt. 2.12.27.46.
Springer. 152
Staffelnſee Monaſt. 143. 297. 298. 303. 307. 311. 317
Staingaden aduocat. 297
Stasvvalck Eccleſ. 499
Statt am Hof. 448
Steinsdorff. 206.208
Stiura. 30
Strazze. 60
Stresmaren. 16
Strichen mons. 232
Striolfelde. 233
Striouelden. 232
Strogen Eccleſ. 232
Strohof. 55
Strubinga. 19. paroch. 223
Studahe. 208.206.
Stumme. 235
Sualvven. 256.177.178

FINIS II. TOM.

Suarzhof. cœnobium nobile monial ab Hvßit vastatum. 246
Suarzach flu. 2.22.26.27.46.39
Suarzaha, VVinchil. 37.40
Subadvocati Eccles. prohibentur. 6. restringuntur. 534. 540
Subenen flu. 223
Suickardus Com. de Helfenstain, fundat. Dom. Novit. Soc. Iesu. Landsperg. 414
Suinaha. 16.18.20
Suingoē 2.20. al. Svvainagovve. 36.40
Sulzenmos Eccles. 387
Sulzpach forest. 367. Comit. fundat. monast. Berchtoldesgaden. 153. seqq.
Summunterium. 393
Sundelbach Eccles. 289.292
Symplicha. 19.21

T.

Tagmanpach. 27
Tagrimsele. 204.205
Talhaim. 255
Talhausen. 253
Talstetten. 50
Tannovve. 50
Tassilo Dux Bauar. 2.517
Taufers Comit. 393
S. Teclanus. 528
Tegernpach. 206
Tegernsee monast. 140.146.275.253. seqq.
Tegingen. 241
Telbes. 265
Templarij. 88.89
Teornichoua. 366
Terrinpuch. 208
Tetenstetten. 160.164
Teterloh. 164
Teuuelsperch. 27
Thessalo vel Thessalonus Dux Bauar. 235.241.498
Thulbach. 107
Thsnbach. 233
Thungovve. 19
Tisbach. 204
Teffal. 180
Tollingen. 206. Eccles. 208
Tuschirchen. 130
Trebegast in Norico. 239
Trebina riu. 17
Treuenriut. 256
Tridentum. 206
Tugelstal. 264
Tugilpach. 107
Tunckaē 366
Tundorf. 88.27
Turcarum in Carinth. incurs. 272
Türnpach. 203
Tuzzingen. 245

V.

Valaute. 206.208
Valdves. 277
Varmeikke. 256
Veckesdorf. Eccles. 532
Velda. 366
Vend Heinricus Cæs. Ludouici. IV. Magister. venat. 296
Veringa curtis regia. 508
Vermenkke. 177.178
Vfhaim. 112.113. seq.
Vichtaha. 7
Viechtenstain castr. 119
Vilzmos. 256. palus. 277
Viscuncula. 256.277.278
Vmelstorff. 104.105.206.208.214
Vngari Bauar. vastant. 240
Vnser Frawen Aw. 41. bey der Fledniz. 36
Vnser Frawen Stifft zu München. 478
Vollenpach. 38
Vornpach paroch. 532
Vorstrecht. 532
Vrbanus VI. rationes reddituum Eccles. exigit. 458
Vrbach. 18.27.46
Vrborch. 233
Vrsebach. 208
Vrku. 31
Vrsinge. 206.208
Vsterlinga. 18.22.27.46
Vtilo Dux Bauar. fundator multorum Monast. 1.49. 496.585
Vttendorf. 50
Vtting. 259

VV.

VVachouia in Austr. 2.14
VVagrein. 24
ad VValde. 18
VValtungesprucha. 203
VValdvvinus, vid. Baldvvinus.
VVaesrenberge. 50
VValtungespuoch. 16
VValuves. 256
VValuvel. 277
VVarandia. 64.65
VVasserburg Capell. Eccles. 119.123.125. de VVasserburg. Comit. 78.118.119.362.
VVeilham. 389
Weingarten monast. 81
VVeizbach. 181
Welffen Comit. 83

VVel-

VVelphones. 81
VVemdinga 366 Eccles. 424
VVengen. 263
VVenpen. 263
VVerperg. 119
Wert monast. S. Rasson. Comit. 100. 261
VVesling. Eccles. 267
VVialtdorf Eccles. 27
VViſling. 60
VVilbach. 27
VVildenberg castr. 397
VVilhalmſtorf. 232
VViltrudis Duciß. Bauar. Abbatiſſa in Bergen. 147 148
VViltrudis Abbatiſſa in Hochenvvart. 392
VVinchlinga. 28.27
VVindenſpach. 534
VVindperg. Comit. 51
VVinmaring Eccles. S. Martini. 500
VVintaha Capella. S. Viti. 262.263.
VVinter. 27
VVintpoſſint. 206.208
VVinzer. 31
VVirmine flu. 145
VViſelburgum Eccles. 500
VVitteſpac. Comit. 247.248.250.251
VVizzendorf. 255
de VVolfartshauſen Comit. 98.259
S. VVolfgangus. 361.363.499
VVonalgouve pagus. 23
VVuthſee. 206

Z.

Zablingen. 208
Zacach. flu. 25. Eccles. 27.46
Zaione. 2
Zeizmaringen. 145
Zingari. 274
Zucharius. 373
Zuchering Eccles. S. Blaſij 426
Zullinga. 38
Zuuiſel. I. flu. 367.372

CATA-

CATALOGVS GENEROSARVM, NOBILIVM, ET PRÆCLAR. FAMILIARVM IN BAVARIA, QVARVM MENTIO FIT IN hoc secundo Metropolis Tomo, adhuc viuentium.

DE Ahaim. pag.342.567
De Adlzhausen. p.393
Auuer de Prennberch, p. 467
de Closn. p.8.343.589
de Fraunberg. p.8.32.170
de Fraunhouen. p.32
de Haunsperg. p.596
Haunzenperger. p.589
de Herzheim. p.530
Heuer, p.593
de Iahensdorf, 341.seqq.
Hund de Lautterpach. p.328.525.527
Kärgl. p.114
de Kürmbreût. p.594
de Laimning. p.8.589
de Leubolfing. p.342.582
Nothafft. p.593
de Preising. p.32.342
de Penzenavv. p.260
de Puechperg. p.8.342.589.
de Sandizell. p.392
de Rorbach. p.331.340
de Starzhausn. p.394.
de Seybolsdorf. 526.589
Svvarzenstain. p.589
de Tannberg. p.8.576.580.
de Tauffkurchen. p.593
de Tôrring. p.530
de Waltpronn. p.596
Zenger. p.589

FINIS II. TOM.

Th
336a